£100
8.B.2.B.31

8.52.B.31

D

1 20

H

ELVCIDATIO IN CONFITEOR GVILLELMI PEPIN.

IN QVA QVAECVNQVE AD Confeſſionem, ad Peccata Cordis, Oris, Operis, & Omiſſionis, ad Contritionem, & ad Satisfactionem ſpectant, accuratè explicantur.

OMNIBVS PAROCHIS, ANIMARVM Curam gerentibus, & Diuini Verbi Concionatoribus utilis, & neceſſaria.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS, MDXCII.

Apud Ioan. Antonium Bertanum.

8·52·B·31



ADMODVM

REVERENDO ET DOCTISSIMO VIRO,

D. LEONARDO CERNOTIO,

Can. Reg. è Diui Saluatoris Familia.

Petrus Maria Bertanus. S. P. D.

QVANTI facienda ſit uera, & nullis adumbrata fucis, ſui cuiuſq; animi diſcuſſio, uel ex eo optimè cognoſci poteſt, quod celebris apud Ethnicos ſententia, Noſce teipſum, hoc unum præferat, atque demonſtret. Se namque cognoſcere, nil aliud eſt, q̃ animo exactè perſpecto, & per-

luſtrato, ita ſe, ſuaq; omnia ſolertiſſima mentis indagatione inſpicere, ut nil in eo ſordidum, nil dedecens nil damnandum reſideat. Polliciti ſunt, & in dies pollicētur plures ſe ad hoc peragendū artē, & tenere, & docere poſſe; uerū qui id præſtiterit, nemo hucuſq; inuētus eſt. Solus iſtius libri auctor, mea ſententia, ſcopum attigiſſe uidetur, tanta rerum copia animis propoſita, ut facilè ex tantæ cōſiderationis anguſtijs, & difficultatibus emergere homines queant. Hic itaq; noſtris typis egregiè expreſſus, mendis, quibus ueterum typorū iniuria ſcatebat, partim ſublatis, partim melioribus inductis, ſatis fœliciter obtectis, ad te proficiſcitur mei in te amoris μνημόσυνον, perpetuū futurū. Quid enim tibi ob ſingulares uirtutes tuas, ob doctrinæ præſtantiā, ob ſanctiſſimè actam uitam, ob maxi-

mam

mam, & prçclariſſimam tuæ religionis, de te expectationẽ, & de tuis præclaris dotibus iudicium alij debeãt, meum non eſt cenſere, quid uerò mihi ipſi faciendum ſit optimè calleo. Nam ſi dies noctesq; in hoc tantum defixus eſſem, ut ſanguinem ipſum pro te profunderem, nil feciſſe iure, meritòque exiſtimarem. Deus ipſe Optimus Maximus, qui ſolus cordium eſt cognitor, & inſpector, ad mea uota reſpiciens ſua potenti uirtute tibi ſatisfaciat, & abũdè, quę in dies de me mereris, retribuat. Vale, & me tui amantiſſimum in tua fide, & ære ſuſcipito. Venetijs, Nonis Iulij. MDLXXXVIII.

IN LAVDEM AVCTORIS,
Epigramma.

O qui natiuos noſtro deduxerit ortus
Sanguine, nobilitans religione genus.
Vt perſonatus vepres obtruncat arator.
Et campis herbas, quæ nocuere, ſecat:
Vt metit vrticas, renouatque frequenter aratro.
Fertilior ſegetes vt dare poſſit ager.
Eximius lolium ſic demetit omne Pepinus,
Criminis hinc qualem conſpicis, orta ſeges.
Iamque cathenato leges orta labore Pepini
Colligitur qua non dignius vlla legi.
Neuſtria celeſti fęlix hoc pignore tellus.
Aurea, quæ viuo viuęre ſecla putes.
Tarda meduſeo citius teſtudo caballo,
Et rabidis compar tigribus agnus erit.
Aeternum nomen quàm conterat vlli Pepini
Temporis ingluuies quàm terat vlla dies.
Lilegeri rexit generoſus ſceptra Pepinus
Imperij, huic virtus bellica clara fuit.
Hic ſanctus fidei præco, mileſque Pepinus
Eſt Chriſti, ſacræ religionis honos.
Gratulor aſſiduis tantum quòd laudibus effers,
Vt tua demonſtrat littera crebra virum.
Et cuius famam totus vix continet orbis.
Contineant laudes iam tua ſcripta. Vale.

INDEX
ERVM MEMORABILIVM
QVAE IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

primam faciem deſignat;b, uerò ſecundam.

A

ACcelerata debet eſſe confeſſio,quod probat quinque modis. Tractatu primo.ca.15.a
ulatio quid ſit, declaratur.2.par.2 Trac. 133.a
ulatione poteſt qs tribus modis peccare.ubi ſupra. 133.b
ulatio ubi præcipue regnat,oſtéditur. vbi ſup. 134.a
ulari qui neſcit,nõ ẽ bene gratus,in curiis managatum.ubi ſup. 134.b
ulatores tribus,reb.cum parantur.ubi ſup.135.b
ulterium deſcribitur ſic par.2.trac. 241.b
ulterii grauitaté tria ꝓbant.ubi ſupra. ibid.
ulterii grauitaté triplex ſcriptura probat. ubi ſupra. 242.a
Adulterium eſt fugiendum triplici ratione.ubi ſup. 243.a
Adulteriũ trahit homines in triplicem errorẽ, ubi ſupra. 243.b
Adulterium aduerſatur tribus bonis matrimonii, quę hæc ſunt.ubi ſupra. 245.a
Adulterium punitur triplici pœna.ubi ſup.245.b
Adulterium ponitur tripliciter.ubi ſup. ibi.
Adulterium punitur pœna eccleſiaſtica multiplici ubi ſup. 246.a
Adulter an poſſit cõtrahere cum adultera ſua.ubi ſup. 247.a
Adulterium punitur pęna ciuili multipliter, ubi ſ. ibid.
Adulterãs mulier,quæ nutrit ſpuriũ de bonis uiri ſui,qũo reſtituere tenet oſtenditur.Tra.4.357.b

Aduocati,& iuſtitię miniſtri frequentes vtũtur lingua fallacioſa.2. par.2. Tract. 157.a

Aduocati communiter peccant nouem modis, cõformiter ad nouem litteras huius nominis aduocatus.3.par.2.Trac.229.a & ſeq.

Aduocati cuiuſdam manum vnxit quidã ruſticus propter hoc, vbi ſupra. 235.a

Aduocati habent tres malas conditiones, vbi ſupra. 226.a

Aduocati ſalarium quãtum eſſe debeat, oſtẽditur, vbi ſup. 235.a

Affinitatis quatuor ſunt gradus. tertia par. 2. Tracta. 249.a

Affinitas æqualiter contrahitur per copulam licitam, & illicitam, vbi ſup. ibid.

Alia manus iuſtitię deſcribitur. tertia par. 2. Tracta. 225.& ſeq.

Anniuerſarij cauſa an poſſit pactum fieri.3.par. 2.Tracta. 216.a

Aquã lachrymarum pro peccatis habere debet.3. Tracta. 313.a

Aqua prędicta debet habere quatuor conditiones, vbi ſup. ibid.

Aqua lachrymarum tali medio poteſt obtineri, vbi ſupra. 315.a

Aſpectus incaut' multa mala facit.4.parte 2.Tracta. 267.b

Aſpectus incautus de facili trahit ad luxuriam, quod probatur multiplici exemplo.vbi ſu. 268.a

Auari terribiliter cruciãtur in inferno.4. par.2 Tract. 281.b

Auari nolentes dare eleemoſynã deridẽtur tali exemplo. 4. parte. Tractat. 2. 277.a

Auarorum nolentium dare eleemoſynam fatuitas oſtẽditur tali exemplo, vbi ſu. 278.a

Auribus contingit omittere tripliciter.3.par.2. Tract. 198.b

Auribus contingit omittere prędicationem tripliciter vbi.ſup. 199.a

B

Blaſphemia quid ſit oſtẽditur.2. par.2. Tracta. 137.a

Blaſphemare Deum contingit dupliciter, vbi ſupra. ibid.

Blaſphemiã valde reprobat ſacra ſcriptura. vbi ſupra. 158.a

Bla-

Blaſphemiæ grauitas oſten ditur ex parte trium.ubi ſupra. 139 a
Blaſphemi comparātur tri bus rebus, ubi ſupra. ibid.
Blaſphemus propriè non eſt,qui iurat per Chriſti corpus,quãuis grauiter peccet.vbi ſupra. 140.b
Blaſphemia multipliciter punitur,& hoc ſecundũ multiplicem legem. ubi ſupra.141.a
Blaſphemantes quidam no mẽ Domini ſubitò lepra percuſſi ſunt, ubi ſupra. 142.a

C

Campſores quando cõ mittunt uſuram, & quando, non, habes.3. parte.2.Tracta. 185.b
Caſus difficiles, q poſſunt contingere, & audiri in confeſſione.Tractatu.1. cap.9. 26.a
Cęcum ſe eſſe negabat Har paſtes. vxor Senecę.1. par.2.Tract. 76.b
Choreas amãtes, & frequẽ tantes tandẽ deſcendũt in infernum.2.par.2.Tra cta. 173.b
Circũſtãtię peccatorũ ſunt in quintuplici differẽtia. Tract.1. 21.a
Circunſtantiæ concernẽtes ſacramentum confeſſio nis ſunt octo.ubi ſupra. 22.a
Clamare ſæpe deſiſtunt cõ tra malos,q ad hoc tenẽ tur,trib.de cauſis.4.par. 2.Tracta. 294.b
Cogitationes humanæ sũt in triplici differentia.1. par.2.Trac. 83.b
Cogitationes bonæ habẽt in ſe tria.ubi ſu. ibi.
Cogitationes ueniales sũt in duplici differẽtia.vbi ſup. 84.b
Cogitationes ueniales ha bent in ſe tria ubi ſupra. 85.a
Cogitationes ueniales poſ sũt fieri mortales,quod patet multiplici exẽplo. ubi ſu. 86.b
Cogitationes mortales hã bent tria. ubi ſupra, 87.a
cogitationes mortales quo modo cauſantur à trib. ubi ſu. ib.
Cogitationes, mortales fa ciunt ſex mala. ubi ſup. 67.b
Cogitationes mortales poſ ſunt uitari quinque mo dis,ubi ſup. 89.b
Cogitationes carnales uita uit,& ſuperauit quidam frater hoc modo.ubi ſu. 90.a

90.a
Cogitatio ſpiritualis hoc modo cõtrahitur.3.par. 2.Tracta. 249.b
Confeſſionis bonæ nouem ſunt cõditiones deſignatę per nouē litteras huius uerbi,Cõfiteor.Tracta.1. 1.a
Confeſſio claudit tria ora, uidelicet,cõfeſſoris, laici, inferni,ubi ſu. 1.b
Confeſſio in caſu neceſſitatis põt fieri laico,quãuis non ſit neceſſe. 2.a
Confeſſio poſt peccatum, ſemper, & in omni lege fuit neceſſaria, quamuis aliter & aliter.ubi ſupra. 2.b
Cõfeſſio hēt tres optimos effectus,qui fuerunt hoc mõ præfigurati. ubi ſupra. 3.b
Confeſſio debet reiterari ĩ quinque caſib.ubi ſup. 5.a
Confeſſio habet tres glorioſos effectus,qui ſunt hi. ubi ſup. 6.b
Confeſſio aperit cœlum ei qui rectè confitetur.vbi ſupra. 7.b
Cõfeſſionis tria ſunt impedimenta.Trac.1. 8.a
Cõfeſſio duplex,ſcilicet, ſacramentalis,& nõ ſacramentalis,eodem Tract. 11.a
Cõfeſſio debet,quamtotius fieri, hoc probatur quin que modis eodem Tra. 15.a
Confeſſio debet eſſe breuis & ſuccinta.eo.Tract.1. 18.b
Confeſſio debet eſſe debitè circunſtantionata,quod probatĩ quinque modis. ubi ſu. 19.a
Confeſſio facta cũ bona erubeſcẽtia habet tres bonos effectus. Tracta.1. 29.b
Confeſſio frequẽs ualde diſplicet diabolo.Tract.1. 31.a
Cõfeſſio debet eſſe integra quòd probatur quinque modis.ubi ſu. 42.b
Confeſſionē integram non faciẽs quędã mulier moritur,& dãnatur. ubi ſupra. 44.b
Cõfeſſio debet eſſe charitatiua,quod ſic intelligiĩ, hoc ꝓbatur quinq; modis.Trac.1. 45.a
Confeſſionē abſq; charitate fecit quædam mulier, quæ moriens damnatur. ubi ſu. 46.b
Confeſſio debet eſſe lachrymoſa,iſtud ꝓbatur quinque modis. Trac.1. 47.b
Confeſſio debet eſſe meditata, quod probatĩ quinque modis.Tra.1. 49.b

Confeſſio-

Confeſſio eſt neceſſaria, habenti mortale peccatum, quod probatur quinque modis.eo.tract. 52.b

Confeſſionem nõ eſt neceſſariam, probatur quinq; modis, & ſoluitur, ubi ſupra. 53.b

Cõfeſſio debet eſſe propria, quod probatur quinque modis. tract.1. 55.a

Circa confeſſionem contingit omittere multipliciter.4 par.2.tract. 265.a

Confeſſionis pro audientia an poſſit aliquid exigi.3. par.2. trac. 216.a

Cõfeſſio potiſſimum debet fieri in Quadrageſi. hoc probatur quinque modis tract.1. 61.b

Confeſſio ritè facta remittit culpã uniuerſaliter, & pœnam partialiter, hoc probatur quinque modis, ubi ſup. 65.a

Confesſio reſtaurat præcedentia merita, hoc probatur quinq; modis, vbi ſup. 66.a

Confesſio eſt ſaluberrimum ſacramentum, hoc probatur quinque modis. tra.1. 67.a

Cõfesſionis bonæ tres ſunt pulchri effectus, ubi ſup. 67.b

Confesſionem eſſe ſaluberrimã, quibus ſignis cognoſci poteſt, oſtenditur, ubi ſup. 67.b

Confesſio debet eſſe uoluntaria, hoc probatur quinque modis, tract.1. 72.b

Confesſi uerè, & purè debẽt pp tria gaudere, tract.1. 5.b

Confeſſus eſt quidam peccata ſua, & poſtmodum cũ nõ recognouit diabolus. tract.1. 49.b

Confeſsus religioſo priuilegiato, an teneatur poſtmodum confiteri ſuo curato. tract.1. 62.b

Confeſſus eſt quidam preſbyter fornicarius, ſtabulario, & poſtea diabolus cognouit ſuum peccatũ, quod bene nouerat prius tract.1. 40.a

Confeſſa eſt mulier grande peccatum, quod commiſerat, nec poſtea potuit eã accuſare dibolus, qui tamen priuſquam confiteretur, ipſam conſtantisſimè accuſabat, tra.1. 69.a

Confeſſus an poſt pœnitentiam impoſitam a confesſore, & impletam ſit liber ab omni pęna. tractat.4. 324.b

Confeſſo indebitè dictũ eſt a uoce de cęlo lapſa, vadè & iterum vade caput tuũ tract 1. 24 b

Confeſſori diſcreto, & perito

to confitendum eſt, illud probatur quinque modis tract.1. 25.a
Confeſſor debet ſimpliciter non loqui de peccatis auditis in confesſione, hoc probatur quinque modis tract.1. 69.b
Confeſſor obligatur triplici iure ad non reuelandum peccatum ſcitum per confesſionem, ubi ſup. 70 a
Cōfeſſor an posſit dicere bona de perſona, quā audiuit in confesſione, ubi ſupra. 71.b.
Confeſſoris occiſi, eo quòd cōfesſionem noluiſſet reuelare, os aperiri non potuit, ubi ſup. 72.a
Cōfiteor dicendo cur dicūt aliqui ter mea culpa. tra. 3. 296.b
Confitens quidam uidit manum ſuam prius nigram ſubito dealbari. tracta.1. 11.a
Confitēs, & ſcienter aliquid omittens, quod erat confitendum, non abſoluitur. tract.1. 19.a
Cōfitens ſub conditione an benè confiteatur, ſuper hoc ponuntur tres ueritates, ubi ſup. 19.b
Confitēti, & cōtrito in mortis articulo quidam ſimplex ſacerdos denegauit beneficium abſolutionis propter præcedentia peccata, & male, tract 1.31.a
Confitens non debet erubeſcere cōfiteri peccata ſua iſtud ꝓbatur quinq; modis, ubi ſup. 27.a.& b
Confitens debet habere erubeſcētiam de peccato cōmiſſo, iſtud ꝓbatur quinque modis.eo.tra. 29.b
Confitens debet ſe accuſare de peccatis ſuis cum tali ordine. tractatus primo: 35.a.& 36.b
Confitens mulier ad quolibet peccatum, quod confitebatur, uidebatur emittere buffonem horribilē de ore ſuo, tra.1. 40.a
Confitens debet habere triplicē humilitatem, tra.1. 41.b
Confitens dæmon noluit ſe humiliare, ideo nō fuit abſolutus. 42.a
Confitens utrū teneatur cōfiteri uni, & eidem confeſſori omnia ſua peccata, ſuper hoc ponuntur quatuor ueritates, tra.1.42.b & 43.a
Confitentis impremeditate diabolus habuit ſcripta omiſſa peccata, tra.1.52.a
Cōfitens debet obedire ſuo confeſſori, iſtud probatur quinque modis. Tract.1. 55.a
Confitens utrum teneatur

acce-

acceptare pœnitentiam, quam placuerit cõfeſſori imponere ubi ſu. 56.b
Confitẽs dictus Colinus nõ bene obediebat cõfeſſori ſuo. ubi ſup. 58.a
Cõfitens utrum poſſit in caſu exprimere perſonã, cũ qua peccauit. Tra.1. 60.a
Confitens rationabiliter dicit Confiteor Deo omnipotenti. Trac.1. 11.a
Cõfitendo multi ſe excuſãt retorquens peccata ſua in alios. ubi ſu. 11.b
Confitendum eſt frequẽter propter hæc. Trac.1. 31.b & 32.a
Confitendum eſt gradatim, ideſt, cum decenti ordine Iſtud probatur quinq; rationib. ubi ſu. 34.b
Confitendum eſt humiliter Iſtud probatur quinque rationibus, ubi ſu. 40.b
Cõfitendum rõnabiliter, cũ dicimus Confiteor, B. Mariæ, & omnib. ſanctis. ubi ſup. 11.a
Confiteri debemus propter tria. ub. ſup. 10.b
Confiteri tenemur homini in lege gratiæ. ubi ſupra. 12.b
Cõfiteri homini noluit nos obligare Dominus propter tres rationes. ubi ſu. 13.a
Confiteri, tenemur patri noſtro, ubi etiam oſtendit quis ſit iſte pater. ubi ſup. 13.b
Confiteri alteri, quam proprio ſacerdoti, licet in ſex caſib. ubi ſup. 14.a
Confiteri utrum quis teneatur, quamprimum peccauit mortaliter, ubi ſupra. 15.b
Cõfiteri ſtatim quis tenetur quinque caſibus ubi ſupra. 16.b
Confiteri quamtotius nos inducunt animalia bruta ſuo exemplo. ubi ſu. 17.b
Cõfiteri procraſtinantes ſunt ualde fatui, ut patet tali exemplo ubi ſup. 18.a
Confiteri erubuit quędam mulier peccatrix, quę medio beatæ Virginis ſaluata eſt. 29.b
Cõfiteri erubuit quidã peccator, ad cuius obitũ uenerũt quatuor dęmones ubi ſu. 31.a
Confiteri uolens qualẽ diligentiam facere debeat, oſtenditur. ubi ſu. 51.b
Confiteri erubuit Carolus Magnus quodam grande peccatũ, ſed ſic ſaluatus eſt. ubi ſup. 52.a
Confiteri uoluit quidã magnus princeps, ideo damnatus eſt. ubi ſup. 64.b
Cõfiteri in extremis noluit quidam peſſimus miles,

ideo damnatus eſt. ubi ſu. 73.b
Contentio quid ſit, oſtenditur.2.par.2. Tra. 142.b
Contentio triplex deſcribitũ ubi ſup. 145.a
Cõtentio inficit omnem ſtatum, ubi ſup. ibid.
Contentio nõ procurat diabolus, ſicut patet tali exẽplo. ubi ſu. 145.b
Contendere de præminentia Sãctorum fatuum eſt, ut patet tali exemplo. ubi ſu. 143.b
Contrahenti cum ſibi cõiunƈta ſpirituali cognatione datur triplex remedium 3.par.2.Traƈt. 241.a
Contritio quid ſit oſtenditur, & declaratur. 3. Trac. 298.a.& b.
Contritionis tres bonę cõditiones aſſignantur. Traƈta.3. 303.a
Contritionis facilitas declaratur triplici exẽplo. ubi ſu. 303.b
Contritio operatur in homine tres glorioſos effeƈtus 3.Traƈta. 311.b
Contritio orant animam rationalem quatuor modis 3.Traƈta. 320.b
Contritiones ueræ tria ſunt ſigna.3.Traƈt. 323.a
Contritionis ueræ quattuor ſunt ſigna. 1. Tra. 48.b
Conterendum eſt continue de peccato, hoc modo.3. Traƈt. 300.a.& b
Conterendum eſt diſcretè ubi ſu. 301.a & b
Conterendum eſt de peccato ſtatim ꝓpter quatuor 3. Tra. per totum ca.viij.
Conterẽdum eſt in præſenti propter tria. 3. Tra. per totum cap.ix.
Conterendi, & dolendi de peccato, habet peccator materiam ex omni. 3.pa. Tra.2. per totum c.x.
Contriti hoĩs manus prius denigrata eſt dealbata.3. Traƈta. 306.b
Contriti hominis facies decoratur. ubi ſup. 307.a
Contrita mulier poſt multa peccata moritur, & ſaluatur. ubi ſu. ibid.
Cõtritus de peccatis debet habere reſpeƈtum ad tria Traƈta.3 308.a
Contritus inuenit in Deo hæc tribus modis vbi ſu. ibid.
Contritus reſpiciens ad culpam quam prius commiſerat inuenit in ea tria, ubi ſup. 310.b
Cor leoninum ſuperborum deſcribitur hoc modo.1. par.2. Traƈta. per totum cap.iiii.
Cor caninũ iracundorũ deſcribitur hoc mõ.1.par.2 Traƈt.per totum cap. v.

Cor

Cor lupinum odientium deſcribitur hoc modo,1.parte,2.tract.per totum.

Cor vulpinum hypocritarũ deſcribitur hoc modo:1.parte,2.tract. per totum. cap.7.

Cor urſinum inuidorum deſcribitur hoc modo.1.parte.2.tract. per totum.c.8.

Cor lapideum obſtinatorũ deſcribitur hoc modo. 1. parte.2.tract. per totum. cap.9.

Correctioné proximi delinquentis contingit omittere tripliciter.4.par.2.tra. 278.a

Culpa mortalis tria mala facit in homine.3.tractatũ 310.b

D

Damni alterius quis poteſt eſſe occaſio quadru.4.tract. 351.a

Damnum quis poteſt inferre corpori alterius multipliciter, ubi ſup. 352.a

Damnum quis poteſt inferre alteri multipliciter,ubi ſup. 352.b

Damnum quis poteſt inferre alteri quo ad bona tpalia, & quomodo tenetur ad reſtitutionem,ubi ſup. 353.a.& b

Decretalis omnis utriuſque ſexus declaratur diffuſè, 1.tract. cap.22.

Detractio oſtenditur 2.par. 2.tract. 136.a

Detractor ſemper non eſt,q loquit de peccato proximi, ubi ſup. ibid.a.& b

Detractio eſt uitiũ maximæ offenſionis, & hoc dupliciter,ubi ſup. 137.a

Detractio corrũpit tria honum genera, ubi ſupra. 137.b

Detractionem odientes, qñ peccant, & quando non, oſtenditur diffuſè,ubi ſupra. 138.b

Detractionem de ſe factam, an liceat tolerare,ubi ſupra. 140.a

Detractionem de ſe factam patientiſſimè tulit S. Maria,ubi ſup. 140.b

Detratores ſũt ſimiles multis reb.uiliſſimis,ubi ſup. 141.b

Detractores grauiter puniũtur a Deo, ut patet tali exemplo,ubi ſup. 143.b

Detractores utuntur lingua fallacioſa.2.par.2. tracta. 148.b

Detractores laxant linguas uas contra tria hominũ genera.2.par.2.tra. 138.b

Diuites huius ſeculi cõmuniter iactãt ſe de diuitiis ſuis.2.par.2.tra. 161.a

Doloris cordis,ſeu ueræ contri-

tritionis quatuor ſunt ſigna. Tract. 1. 47.b
Dolor de peccatis, an poſsit eſſe nimius. Tra. 3. 301.a
Dolere debet homo magis de grauiori peccato, quã de minus graui. vbi ſupra 302.a
Dolere debet peccator de eo, quod non poteſt dolere, ſicut patet tali exẽplo Tract. 3. 316.a

E

ECcleſiaſtici beneficiati abutentes fructibus beneficiorum ſuorum ſunt fures. 3. parte 2. tractatus. 190.a & b
Eleemoſynam vtrum poſsit facere vxor inuito marito, ſoluitur. 3. par. 2. trac. 186.a
Eleemoſyna cui debeat fieri, oſtenditur. tra. 4 330.a
Eleemoſynã facere recuſant multi potentes, friuolè ſe excuſantes, ubi ſupra. 330.b. & 332.a
Eleemoſyna quomodo a malo liberat, oſtenditur, ubi ſup. 332.b
Eleemoſynæ quintuplex fructus deſcribitur ex pſalmis, ubi ſupra. 333.a
Eleemoſyna auget ſubſtantiam temporalem, quod probatur quinque modis ubi ſup. 333.b. & 334.a
Eleemoſynam dare recuſantes deridentur tali exemplo. ubi ſup. 334.b
Eleemoſynam in uitã nõ facientes oſtendũtur ſatu i tali exemplo, ubi ſupra, 335.b
Erubeſcere nõ debet homo confiteri peccata ſua, hoc probatur quinque modis tract. 1. 27.b
Erubeſcere debet peccator, dum confitetur peccata ſua, hoc probatur quinq; modis, tract. 1. 29.b
Excuſant ſe homines communiter de tribus. 2. par. 2. tract. 154.a
Excuſant hoïes multi peccata ſua tripliciter, ſed friuolę ſunt eorum excuſationes, ubi ſup. 155.a. & b
Excuſare debemus imperfectiones aliorum ex charitate, ubi ſupra. 156.a

F

FAllacioſa lingua utũtur ſex genera hominum. 2. par. 2 tract. 157.a
Feſta uiolantur tribus modis. 4. par. 2. tra. 287.a
Fornicatio, uide ſub littera L. ubi agitur de luxuria.
Fornicatoris ſacerdotis cadauer ſepultum turpiter eiicitur. 3. par. 2. tra. 241.a

Fre-

Frequenter confitendũ eſt. Iſtu d probatur quinque modis. Tra 1. 31.b
Frequenter confiteri debemus ꝓpter ſex rationes vbi ſupra. 32.a
Furatoria manus deſcribit ſic. 3. part. 2. tract. per totum. cap. ij.
Furtum committunt quinque hominum genera, vbi ſupra. 183.b
Furtum cõmittunt iniuſtè præſcribentes, vbi ſupra. ibid.
Furtum committunt domeſtici, qui ſunt in quadruplici differentia, vbi ſupra. 185.a
Furtum committens vxor quomodo debeat ſatisfacere, vbi ſupra, 187.a
Furtum committit vxor, quæ de bonis viri ſui ſpurium nutrit, vbi ſupra. 187.b.
Furtum committit mater, ſi vnum de filijs plus cęteris notabiliter ditet, vbi ſupra. ibid.
Furtum committit filius, ſi bona parentum clãdeſtinæ accipiat, vbi ſupra. 188.a
Furtum committunt ſerui, & ancillæ hoc modo, vbi ſupra, ibid.
Furtum committũt i'li, qui abutũtur rebus apud eos depoſitis. vbi ſupra. 188.b
Furtum committũt clerici beneficiati hoc modo, vbi ſupra 190.a.& b

G

Gradatim eſt confitendum. Iſtud probatur quinque modis. Tract. 1. 31.b. ſeq.
Glorioſa lingua deſcribitur hoc modo. tract. 2. par. 2. per totum. cap. viij.

H

Hortatoria lingua deſcribitur hoc modo. tract. 2. par. 2. per totum. cap. ix.
Hortâtur mali alios ad malum ſex modis, vbi ſupra.
Hortari alios ad malum eſt graue peccatum, quod patet ex parte trium, vbi ſupra. 165.a
Hortantes alios ad malum tandé puniuntur à Deo, vbi ſupra. ibid.
Humiliter confitẽdum eſt. iſtud probatur quinque modis. Tra. 1. 34.b
Humilitas triplex requiritur in confeſſione, vbi ſupra. 35.a
Humiliari uoluit diabolus dum confiteretur, ideo non fuit abſolutus, vbi ſupra. 36.b

I

Iactât ſe cõmuniter quatuor genera hominum. tract.1.par.2.per totum. cap.viij.
Ieiunium quatuor bona facit,quæ notantur in præfatione de ieiunio.tra.3. 301.a
A ieiunio aliqui friuolè ſe excuſant,vbi ſup. ibid.
Inceſtus deſcribitur diffusè cum triplici pena illius.3. parte 2.tra.247.b.& ſeq.
Inceſtuoſi cuiuſdam nobilis cadauer pòſt mortẽ flammis comburitur, vbi ſupra. 251.b
Integra debet eſſe cõfeſſio, iſtud probatur quinque modis.Tract.1. 42.b
Inuentas res ſibi retinentes furtum committunt. 3. par.tra.2. 185.a
Inuentarum rerum diſtin. vbi ſupra. 184.a
Inuidia deſcribitur hoc modo.1.par.2.tra. per totũ. cap.viij.
Ipocritæ offendunt Deum. 1.par.2.tra. 112.b
Ipocritæ offendunt proximos ſuos dupliciter, vbi ſupra. ibid.
Ipocritæ offendunt ſeipſos dupliciter , vbi ſupra. 113.a
Ipocriſis,an ſit ſemper mortale peccatum,vbi ſupra. 113.b
Ipocritarũ quadruplex malo conditio , vbi ſupra. 114.a
Ipocritæ comparantur multis rebus viliſſimis, ubi ſupra. 115.a
Inuidiæ origo deſcribitur, quo ad tria. 115.b
Inuidus offendit tria genera pſonarum, vbi ſupra. 117.a
Inuidus offendit proximũ ſuum quatuor modis,vbi ſupra. 117.b
Inuidus peccat in ſeipsũ tribus modis,vbi ſup. 121.b
Inuidia affligit cor inuidi, quod declarantur aliquibus ſimilitudinibus, vbi ſupra. 122.a
Inuidus paratus eſt pati, vt ille cui inuidet ſimiliter patiatur,vbi ſupra 122.b
Inuidus comparatur tribus rebus viliſſimis, vbi ſupra. 123.a
Iuſtitiæ manus deſcribitur 3.par.2.tract.per totum. cap.vij.
Ad iuſtitiam, quæ perſonæ requiruntur, vbi ſupra. 226.a
Iudex debet habere tria,vbi ſupra. ibid.
Iudex iniquus miſerabiliter occiditur, vbi ſupra. 227.

227.b

Iudex non debet accipere munera, ubi ſup. 228.a

Iudex quidam bonus pauper moritur, ubi ſup.

Iudex debet reſpicere finẽ, ubi ſup. 229.a

Iudicis boni lĩgua poſt mortem illius reparata eſt integra, ubi ſup. 229.b

Iudicium humanũ quatuor modis peruertitur, ubi ſupra. 227.a

In iudicio actor poteſt tripliciter peccare, ubi ſupra, 229.b

In iudicio accuſator poteſt conuenire defenſorem, ubi ſup. 230.a

In iudicio teſtes poſſunt tripliciter peccare, ubi ſupra 231.a

In iudicio aduocati poſſunt nouem modis peccare, ubi ſupra. 232. a. & conſequenter.

Iuratoria lingua deſcribitur 2.tract.2.par. 165.b

Iuramentum quid ſit, oſtenditur, ubi ſup. 166.a

Iurare licitum eſt quatuor caſibus, ubi ſupra. ibid.

Iuramenti liciti tres comites deſcribuntur, ubi ſup. 167.b

Iurando peccat homo in tribus caſibus, ubi ſupra. 169.a

Iurans mercator, & iuramẽtum non implens, utrum ſemper peccet, ubi ſupra. ibid.

K

Kancionatoria lĩgua deſcribitur.2.par.2. trac. 170.a

Kantiones tres ſunt, ſ. beatorum, eccleſiaſticorum, mundanorum, ubi ſupra. 171.a

Kantionatores offendunt Deum quatuor modis, ubi ſup. ibid.

Kantionatorum uitium punitur tribus modis, ubi ſupra. 172.b

L

Lachrymarum fuſarum pro peccatis, quadruplex eſt conditio.3. tract. 313.a

Lachrymarum donum tali remedio habetur, ubi ſupra. 314.b.& ſeq.

Laudant Deum homines in triplici differentia.4.par. 2.tract. 279.b

Laudare Deum humana uoce in officio eccleſiaſtico vtrum liceat, ubi ſupra. 280.a

Lingua operatur ſex mala, quæ notantur ſex litteras huius nominis lingua. 2.

par.2.tract. 130.a
Lingua utédo ad loquendũ debemus multa obſeruare,& conſiderare,ubi ſup. 131.b
Lingua adulatoria deſcribitur.2.par.2. tract. per totum.c.2.
Lingua blsſphematica deſcribit.2.par.2.tract.c.3.
Lingua contentioſa deſcribitur. 2.par.2.tract.per totũ c. 4.
Lingua detractoria deſcribitur.2.par.2.tract. per totum,c 6.
Lingua excuſatoria deſcribitur.2.par.2.tra.per totũ, c.6.
Lingua fallacioſa deſcribit. 2.par.2.tract. per totum, c.7.
Lingua glorioſa deſcribitur, 2.part.2.tract.per totum, c.8.
Lingua hortatoria deſcribitur.2 par.2.tracta. per totum.c.9.
Lingua iuratoria deſcribit. 2.par.2.tract.per totum. c.10.
Lingua cantionatoria deſcribitur.2.par.2. tracta. per totum c.11.
Lingua laſciua deſcribitur. 2.par.2.tracta.per totum c 12.
Lingua mendoſa deſcribit. 2.par.2.tracta.per totum cap.13.
Locans equum, uel aliquid ſimile, quod habet defectum occultum iniuſtè agit tribus modis. 3. par. 2.tract. 188.b
Luſoria manus deſcribit. 3. parte. 2.tract.per totum cap.6.
Ludi honeſti permittuntur, ubi ſupra. 218.b
Circa huiuſmodi ludos tria ſunt cauenda, ubi ſupra. 219.a
Ludi inhoneſti,& uitioſi prohibentur,ubi ſupra.220.a
Ludus deciorum inducit ad multa mala,quę deſcribũtur,ubi ſupra. 221.a
In ludo alearum acquiſita, an ſint neceſſario reſtituẽda,ubi ſup. 222.b
Item de hoc uide.4. Tracta. 358.b
De hac materia tanguntur ſex dubia.
Luſores in ſuis domibus ſuſtinentes,qua pęna digni ſunt,ubi ſup. 225.a
Ludo alearum deditus nepos beati Cyrilli moritur & damnatur, ubi ſupra, ibid.
Luxuriæ leproſa manus deſcribitur.3.par.2. Tracta. 238.a
Luxuriæ generatio,& parentes deſcribuntur,ubi ſup. 238.b

Luxu-

Luxuriæ abhominatio quã ta ſit, oſtẽditur ex parte trium,ubi ſupra. 239.b
Luxuriæ nitũ punitur tri pliciter,ubi ſupra.240.b.

M

MAn⁹ furatoria, deſcri bitur.2.par.2.Tract. 133.a
Manus mercatoria deſcribi tur.3.par.2.Tract. 191.a
Manus uſuraria deſcribit. 3.par.2.Tract. 198.a
Manus ſymoniaca deſcribi tur.3.par.2 Tract.209.a
Manus luſoria deſcribitur, 3.par.2 Tract. 218.b
Manus iuſtitiæ deſcribitur. 3.par.2.Tract. 226.a
Manus leproſa luxuriæ de ſcribitur.3.par.2. Tract. per totum cap.8.
Manibus contingit omitte re tripliciter.3.par.2 Tra cta. 281.a
Marina tulit patientiſſimè detractiõnẽ de ſe factã. 3.par 2.Tra. 211.b
Mater debet non plus dita re unũ filiũ,quã alium. 3.part. 2.Tra.c.2.187.b
Mater quę de bonis uiri ſui nutrit filium ſpuriũ com mittit furtum,ubi ſupra. 188.a
Meditata dẽt eſſe confeſſio iſtud probatur quinque modis.Tract.1. 49 b
Mendoſa lingua deſcribitur 2.par.2.Tract. per totũ c.13.
Mendacium triplex,ubi ſu pra. 177.a
Mendacium pernicioſum, ſeu mortale tripliciter cõ mittitur,vbi ſup. ibid.
Mendacium officioſum tri pliciter committitur,ubi ſup 177.b
Mendacium officioſum pa pyrii adhoc paruuli à ſe natoribus laudatur, ubi ſup. 178.b
Mẽdacii pnicioſi grauitas oſtẽditur ppter ſex ma la,quæ operatĩ, ubi ſup. 179 b
Mendacium ſtuduit vitare quidam mercator, & in breui ditatus eſt,ub. ſup. 180.a
Mendacium loqui pſuaſit diabolus Prophetę Eſaię ſed non profuit,ubi ſup. 180.b
Mercatores frequenter vtũ tur lingua fallacioſa 2. par 2.Trac. 157.b.
Mercator non ſupplens iu ramentum,utrum ſẽper notabiliter peccet.Tract. 2.par.2. 169 a
Mercatoria manus deſcribi tur.3.part.2.Tract. p to tum.c.3.
Mercantia poteſt trib.mo dis exerceri,ubi ſu.161.a
Mercatores malitioſi sũt in triplici

triplici differentia,ubi ſupra. 191.b
Mercatores fraudulofi ſolet alios decipere quatuor modis,ubi ſup. 193.a
Mercatores fraudulofi ſolét alios decipere in quãtitate rei tripliciter,ubi ſ. 193.b
Mercator non ſoluẽs in termino per eũ ꝑfixo, vtrũ peccet,ubi ſup. 194.b
Mercatoria ars aliquib⁹ interdicitur ꝓpter multa, ubi ſup. 195.b
Mercator uadens ad nundinas in die feſto, an peccet,ſup. ibid.
Mercator plus vendens propter terminũ datum ad ſoluendum,an peccet.3. par.2.Tract. 200.a
Mercator emens aliquid minus iuſto precio quia ꝑuenit in ſolutionẽ,an peccet,ubi ſup. 200.b
Miſſam pro alio celebrans, an poſſit aliquid exigere. 3.par.2.Tract. 214.b
Miſſam non audiens ſacerdos.an peccet.3. part.3. Tract. 191.a
Miſſam audire ualde expedit triplici rõne.ubi ſup. 195.b
Mundani homines ſeipſos hoc mõ glorificant.Tracta.2.par.2. 162.a

N

Nobiles homines gloriant̃ de multis tra. 2.par.2 159.b
Negotiorum triplex ẽ differẽtia.3.par.2.trac.17.b

O

Obedire dẽt confitẽs ſuo cõfiteri in tract. 1. 8.b
Obſtinatio quid ſit oſtenditur.Prima par.2. Tracta. 124.a
Obſtinatio operat̃ tria mala i homine,vbi ſup.ibid.
Obſtinationis cauſa triplex eſt,ubi ſupra.
Obſtinatio põt dupliciter accipi,ubi ſupra. 125.b
Obſtinationis cauſa propinqua eſt triplex, ubi ſup. 161.b
Obſtinationis cauſa ꝓpinquior,ſiue coniuncta eſt triplex,ubi ſupra. 126.a
Obſtinata mulier plene cõfiteri non potuit, ubi ſupra. 126.b
Obſtinatus,an poſſit eſſe aliqui pro iſto ſtatu,ubi ſupra.127.a.& b.
Obſtinatum cor tripliciter poteſt emolliri,ubi ſup. 128.a
Obſtinatorum tres ſunt differentiæ,

ferentię, ubi ſupra. 129.b
Occaſio damni alterius aliquis eſſe poteſt quatuor modis. 4. Tract. 252.b
Odium proximi eſt peccatū magnæ malignitatis, de fenſionis deteſtationis. 1. par. 2. Tract. 105.b
Odiunt maligni hoïes tria genera hominum bonorum, ubi ſupra ibid.
Odientes proximos ſuos uolunt defendere culpam ſuam tribus modis, ubi ſupra. 107.a
Odientium excuſatio circa promixorum ſuorum dilectionem reprobatur tripliciter, ubi ſupra ibid.
Odium proximi eſt uitium deteſtandum triplici ratione, ubi ſupra. 109.b
Odiū proximi impedit tria bona, ubi ſupra. 110.b
Odiū nolle deponere eſt periculoſum, & deponere fructuoſum hoc ꝓbatur triplici exemplo, ubi ſupra. 111.a & b
Omiſſio de ea tria tanguntur. 4. par. 2. Tract. 258. b
Omiſſio probatur eſſe peccatum, & ſoluitur, ubi ſupra. 259.a
Omiſſione multi peccant, ubi ſupra. 260.a
Omiſſionis peccatum punitur hoc modo, ubi ſupra 261.a
Omittere contingit culpabiliter per os tripliciter. 4. par. 2. Tract 262.a
Omittit quis culpabiliter Deum non laudando, & hoc tribus modis, ubi ſupra. ibid.
Omittit quis culpabiliter Deum nō laudando, quo ad modum tribus modis, ubi ſupra. 263.a
Omiſſio fraternæ correctionis non eſt ſemper mortale peccatum, aut uenia le, ubi ſupra, 264.a
Omittit quis grauiter integrè non confitendo, ubi ſupra. 264. & 265.a
Omittit quis confeſſionem indebitæ peragendo, & hoc multipliciter, ubi ſupra. 265.b
Omittēns facere pœnitentia ſibi impoſitam in gratia, an peccet, ubi ſupra, 266.b
Omittere per oculos cōtingit tripliciter. 4. par. 2. tracta. per totum cap. iij.
Omittere per aures contingit tripliciter. 4. par. 2. tracta. per totum. cap. iiij.
Omittere circa prædicationis audientiam contingit tripliciter, ubi ſupra, 277.a
Omittere cōtingit circa correctionem fraternā, quo ad illos, qui corriguntur

 tripli-

tripliciter, ubi ſup. 278.a

Omittere contingit circa ſenſum olfactus tripliciter, quarta parte ſecundi Tracta. per totum. capi. iiij.

Omittere cõtingit circa manus tripliciter. 4. part. 2. tracta. 281.a

Omittens opera pietatis mirabiliter cruciantur poſt mortem, ubi ſupra. 281.b

Omittere contingit circa teſtamenta defunctorum tripliciter, ubi ſupra. 282.a

Omittere contingit circa teſtamentorum impletionẽ tripliciter, ubi ſupra. 283.a.

Item de hac materia uide tria dubia.

Omiſſio bene operationis. & exercitii honeſti generat triplex malum. ubi ſupra. 285.b

Omittere circa pedes cõtingit tripliciter quarta parte ſecundi Tract. 287.a

Omittere circa cultum feſtorum cõtingit tripliciter, ubi ſupra. ibid.

Omittere cõtingit circa clamorem guturis tripliciter quarta parte, ſecundi Trac. per totum. cap. viii.

Operari manibus debemus in præſenti propter tres rationes quarta parte, ſecund Tract. 265.a

Oratio de hoc mouẽtur plures quæſtiunculæ, uidelicet, quis, quid, ubi. &c. 3. Tract. 336.a

Orare in lecto poſſunt ægrotantes exemplo Aug. ubi ſup. 340.b

Orare debemus pro tribus differẽtiis hominum, ubi ſupra. ibid.

Orare certis horis nos ad monet ſacra ſcriptura, ubi ſupra. 341.b

Orare debemus dominum propter ſex rationes, ubi ſupra. 342.a

Orãdus eſt Deus ſex modis. ubi ſupra 343.a

Oratio clamoſa multa mala nata eſt fatere, ubi ſupra 345.a

Orando utrum attentio requiratur, ubi ſupra. 345.b

Oratio tantum ualet in ore ſimplicis laici, ſicut ĩ ore docti clerici, ubi ſupra. 346.a

Orãdo euagatio mẽtis Deo diſplicet, quod probatur tali ſimilitudine, ub. ſupra. ibid.

Orant multi Deum, qui tamen non exandiuntur, & propter hoc, ubi ſupra 346.b

Ordinem ſuſcipiens ſymoniam in tribus caſibus. 3. par. 2. Tract. 214.b

Paupe-

P

Paupeceum tria ſunt genera.4.tract. 330.a
Peccata mortalia numero ſeptem pulchrè deſcribũtur cũ ſuis ramis.tract.1. 36.b
Peccatum ſuũ retorſit quædam mulier in diabolum ideo ab eodem percuſſa eſt.tract.1. 59.a
Peccata ſua multi in alios retorquent,& malæ, ubi ſupra. ibid.
Peccatum mortale facit. 7. mala,quæ deſignantur p ſeptem litteras huius dictionis peccaui 1. part.2. tract. 74.b
Peccatũ eſt pœnitentiæ fruſtratiuum.Iſtud probatur quinque modis, ubi ſupr. ibid.
Peccatum eſt egeſtatis generatiuum. Iſtud probatur quinque modis, ubi ſup. 75.b
Peccatum eſt cęcitatis inductiuum. Iſtud probatũ quinque modis, ubi ſup. 76.a
Peccata mortalia hoc mõ figurantur, ubi ſup. ibid.
Peccatum eſt charitatis diſſipatiuũ. Iſtud probatur quinque modis, ubi ſup. 77.a
Peccatum fętere facit hominem.Iſtud probatur tali exemplo,ubi ſup. 78.a
Peccatum eſt amaritudinis cauſatiuum.Iſtud probatur quinque modis, ubi ſupra. 78.b
Peccatũ eſt uię cęleſti aberratiuũ.Iſtud probatũ quinque modis, ubi ſup. 79.b
Peccatũ eſt diuinæ indignationis prouocatiuũ.Iſtud probatur quinque modis ubi ſup. 81.b
Peccata hominum inducũt terræ ſterilitatẽ pariter, & guerras. Hoc ꝓbatur duplici exemplo,ubi ſup. 82.a
De peccato operis mouentur tria pulchra dubia. 3. par.2.tract. 181.b
Peccatum commiſſionis diuiditur in peccatum cordis,oris,& opis, ubi ſup. ibid.
Peccatum operis,quare ſpecialiter prohibetur,ubi ſupra. 182.a
Peccatum operis,utrum addat ſpecialem malitiam ſupra peccatum cordis, ubi ſupra. 183.a
Peccata mortalia numero ſeptem ſpoliant hominẽ hoc modo.3.tract. 304.b
Peccatores non intelligunt ſe eſſe cęcos, ſicut neque uxor Senecæ.par.2.tract. 74.a
Peccator obſtinatur terribiliter moritũ, ubi ſup. 82.a
Peccatores reuocat Deus ad pęni-

pœnitentiam tribus modis.3. Tract. 309.a
Peccator quidẽ dedit ſe diabolo, qui poſtea ꝑ pœnitentiam ab eo liberatus eſt,ubi ſupra. 309 b
Peccator habet materiã iuſtè dolẽdi ꝺ̃ pecatis ſuis ex omni parte.tertio tracta. 318.a
Peccatorem ad ſe ꝑ contritionem uerã reuerentiã hoc modo recipit Deus 3.Tract. 321.b
Pœnitentia à cõfeſſore impoſitam,an confitens debeat ſemper acceptare. tra.1. 29.b
Pœnitẽtia diſcreta,quę ſit, & quæ non oſtẽditur,ubi ſupra. 31.a
Pœnitentiam iniungẽdo diſcretè procedendum eſt, ubi ſupra. ibid.
Poſt longam pænitentiã ad ſæculum redire uolẽs quidam heremita moritur, & damnatur.1.par.2.tra. 75.b
Peregrinationem debitam omittens grauiter peccat 4.par.2.trac. 290.b
Peregrinari in die feſto, an liceat, ubi. ſupra. 291. a
Peregrini quibus confiteri, poſſunt, ubi ſupra.291.b
Prædicatorum contingit omittere tripliciter. 4. par 2.tract. 277.a
Prælati qui tenentur uiſitare ſubditos ſuos communiter peccant tripliciter. 4.parte.2. tract.292.a
Prelatorum friuola excuſatio quo ad malam uitam ſubditorum ſuorum, ubi ſupra 293.b

Q

Quadrageſimaria debet eſſe confeſſio. Iſtud probat quinque modis.tra.1. 61.b
Quare Chriſtus uoluit nos obligari in lege gratiæ ad confeſſionem homini faciendam.tract.1 13.a
Quo iure tenetur confeſſor celare peccata ſibi confeſſa.tract.1. 59.a
Quæritur ſi confeſſor poſſit dicere bona de perſona cuius confeſſionem audiuit,ubi ſupra. 59.b

R

Raptus deſcribitur.1. par.2.trac. 242.b
Raptor an poſſit cõtrahere cum illa,quam rapuit ubi ſupra. 243.a
Raptoris pœna ciuilis eſt ratio capitis, ubi ſupra. 255.a
Religionis pro ingreſſu, an liceat pactũ facere.3.par. 2.trac.

3.trac. 214.a.& b
Religioſæ mulieres ,ppter ſimoniam commiſſam in momento perierunt,ubi ſupra. 217.a
Reſtitutio quando ſit faciē da oſtēditur.4.tra.347.b
Reſtitutio pōt licitè differri in ſex caſibus,ubi ſup. 348.a
Reſtituere quis tenetur.vbi ſupra. 339.b
Reſtituere aliqui probāt ſe non obligari,quibus reſpondetur,ubi ſupra. 350.a
Reſtitutio eſt facienda quatuor modis,ubi ſupra. 351.a
Reſtitutio,ubi fieri debet vbi ſupra. 355.a
Reſtitutio per quos fieri debet,ubi ſupra. 355.b
Reſtitutio cui fieri debet, vbi ſupra. 356.a
Reſtituere an teneatur,qui lucratus eſt in ludo alearum,ubi ſupra. 356.b
In reſtitutione rerū inuentarum multi abuſus committi ſolent,ubi ſupra. ibid.
Reſtitutionem quidam probꝰ homo fideliſſimę egit ubi ſupra. 357.b
Reſtitutioné qualiter facere debeat mulier,qua cō cepit ex adulterio, & nutrit filium ſic natum de bonis uiri ſui,ubi ſupra. ibid.
Circa dictam materiam de reſtitutionibus mouētur quatuor dubia,q̄ ſoluuntur.ubi ſupra. 357.b.& ſeq.

S

Sacerdos fornicarius mirabiliter punitur ſecundū canones.2.par.a. tra. 257.b
Sacrilegiū ſpecies luxuriæ deſcribitur,ubi ſupra. 255.a
Sacrilegium carnale cōmittentes, tripliciter Deum offendunt,ubi ſupra. 256.b
Sacrilegium carnale committentes eccleſiaſtici grauiter puniuntur ſecundum canones, ubi ſupra. 257.a
Sapientes huius mundi glorificant ſeipſos.tra.2.par. 2. 161.b
Satisfactorium poteſt eſſe aliquod opus in mortali peccato factum, & aliqđ non.4.tra. 327.b
De ſatisfactione plura dubia mouentur. ibid.
Serui,& ancillæ committūt furtum hoc modo.3.par. 2.tract. 188.a
Simoniaca manus deſcribitur.

tur.3.par.2. Tract.209.a
Simonia, qd eſt, ubi ſupra. ibid.
Simonia cõmittitur tribus modis, ſecundũ quòd eſt triplex munus, ubi ſup. 209.b
Simoniam utrum incurrat clericus epiſcopo ſub ſpe beneficii impetrandi, vbi ſup. 110.a
Simoniam nõ ſẽper incurrit eccleſiaſticus pecuniã recipiẽdo, ubi ſup. 210.b
Simonię grauitas oſtendit̃ ſecundum triplicẽ legẽ, ubi ſup. 212.a
Simonia ingreditur triplicẽ domum, vbi ſup. 212.b
Simoniã committunt multi prælati dupliciter, ubi ſup. ibid.
Simoniam cõmittunt multi religioſi hoc modo, ubi ſup. 213.a.& b.
Simoniam committũt multi clerici trib. modis, vbi ſup. 214.b
Simoniã quo ad exequias defunctorum cõmittũt clerici tripliciter, ubi ſup. 216.
Simonia punit̃ quatuor modis, ſup. 217 b
Stuprũ deſcribitur.3.part. 2.Tract. 252.a
De ſtupro tria notãtur, ubi ſup. 252.b
Superbĩ cordis ſextuplex ẽ cauſa 1.par.2. Tra.92.a
Supb. cordis grauitas, oſtẽditur tribus modis, ubi ſupra. 94.b
Superbiæ ſeptem ſunt filiæ ubi ſup. ibid.
Superbũ cor multis diſplicet, ubi ſup. 95.b
Superbũ cor punitur tripli ci pœna, ubi ſup. 97.b
Superbiæ cordis ſunt tria remedia ad illius humiliationem, ubi ſup. 98.b

T

Teſtamẽta defunctorũ malę exequũtur tria hominum genera, 4.par. Tract. 282.a
Teſtamẽtorũ ĩfideles executores puniuntur tripliciter, ubi ſup. ibid.
Teſtamenti curã ſuſcipiẽs, & non exequens terribiliter moritur, & dãnatur, ubi ſup. 283.a
Teſtamẽta indebitæ ſoluũtur tribus modis, ubi ſup. 283.b
De hac materia tanguntur tria dubia.
Teſtes frequenter vtuntur ligua fallacioſa.2.par.2. Tract. 157.b
Triſtari poteſt aliqs de bono alterius quatuor modis, prima parte, ſecundi Tract. 115.b

V

VSuraria manus deſcribitur.3.part.2.Tracta. 198.a
Vſuram facit intentio principalis, & primaria ad lucrum,ubi ſup. 199.b
Vſuram facit intentio ad lucrum etiã ſequens pactũ licitum,ubi ſup. ibid.
Vſuram quando committit, & quando nõ,qui vendit merces ad credẽtiã oſtenditur,ubi ſup. 200.a
Vſurã committit emens hoc modo, ubi ſup. 200.b
Vſuram committũt campſores hoc modo,ubi ſupra, 201.b
Vtrum adulter poſſit contrahere cum ſua adultera.3. par.2.Tract. 247.a
Vtrum adultera mulier habens filium in adulterio natum debeat hoc reuelari uiro ſuo.4.tra. 357.b
Vtrum ille ſit blaſphemus,q iurat corpus Chriſti.2.parte.2.tract. 140.b
Vtrum confiteri liceat altери,quam proprio ſacerdoti abſque eius licentia tracta.1. 14.b
Vtrum cõfiteri ſtatim teneatur ille, qui mortaliter peccauit.1.tract. 15.b
Vtrum cõfitens ſuæ cõditionis bene cõfiteatur. 1. tracta.1.c.vij. 19.a.& b.
Vtrum cõfiteri vni,& eidem ſacerdoti omnia ſua peccata ſit neceſſe. 1. tracta. 43.b
Vtrũ cõfitens teneatur ſemper acceptare quamlibet pœnitentiam ſibi impoſitam.1.tract. 56,b
Vtrum in confeſſione liceat in aliquo exprimere perſonam,cum qua quis peccauit.1.tract. 59.a
Vtrum confeſſus fratri priuilegiato teneatur iterum confiteri proprio ſacerdoti.1.tract. 62.b
Vtrum confeſſionem ſuam ualere poſſit quis cognoſcere per aliqua ſigna.1. tract. 68.b
Vtrum non communicans in die paſchæ de conſilio confeſſionis ſui poſſit carnes comedere illo die. 1. tract. 63.a
Vtrum confiteri uolens poſſit ſibi eligere confeſſorẽ ad nutum, quarta par.2. tract. 265.b
Vtrum confeſſus impleta pęnitẽtia iniuncta a confeſſore ſit immunis ab omni pęna.4.tract. 324.b
Vtrum correctionis fraternæ omisſionis ſemper ſit mortalis.4. par. 2.tracta. 264.b

Vtrum detractor ſemper ſit quicunque loquitur malum de proximo ſuo, ſecunda parte,ſecundi Tra. 146.a.& b

Vtrũ dolor de peccatis poſſit eſſe minus, tertio Tra. 301.a

Vtrũ eleemoſyna ſit magis ſatisfactoria, quã oratio aut ieiunium,quarto tra. 327.a

Vtrum feſto die liceat fratribus mẽdicantibus facere quedam de blado cũ quadriga,quarta parte,ſecundi Tract. 288.a

Vtrum feſtis diebus liceat munditias facere, aut frequentare,ubi ſupra 289.a

Vtrum feſto die uendentes victualia excuſentur a peccato,ubi ſupra 289.b

Vtrum feſto die liceat peregrinari,quarta par. ſecundi Tract. 291.a

Vtrum laudare debeamus Deum cantando,4.parte, ſecundi Tract. 289.a

Vtrum lucrans in ludo alearum teneatur reſtituere, 3.par.2. Tract. 222.b
Item quarto Trac. 343.a

Vtrum ludus ſcacorum ſit clericis interdictus,3.par. 2.par. 223.b

Vtrum inſpectores ludi prohibiti peccent mortaliter ubi ſupra. 224.a

Vtrum luſoribus dantes inſtrumenta ad ludendum peccẽt mortaliter, ubi ſupra. ibid.

Vtrum ludi prohibiti uẽdentes inſtrumẽta,aut facientes peccent mortaliter, ubi ſupra. ibid.

Vtrum in ludo aſſiſtentes, & mutuo ſe obligantes peccent mortaliter, ubi ſupra. 224.b

Vtrum ludentes in ſuis domibus recipientes, aut tolerantes peccent mortaliter,ubi ſupra. 325.a

Vtrum mercator, aut quicũque alius non ſoluens in termino præfixo peccent mortaliter.3. par.2.tract. 191.a.& b

Vtrum miſſam audire teneãtur clerici omni die dominico,& feſto.4.par.2.trac. 269.b

Vtrum miſſam non audiens die feſto peccet mortaliter,ubi ſup. 270.a

Vtrum miſſam integrẹ non audiens peccet mortaliter,ubi ſup. 272.a

Vtrum miſſam non audiens mulier, qui domi manet faciens luctũ uiri ſui peccẽt mortaliter,ubi ſupra. 271.b

Vtrum ueſperas non audiẽs in die feſto peccet mortaliter, ubi ſup. 271.a

Vtrum miſſam parochialē quilibet teneatur audire in die dominico, vbi ſupra. 273.b.& 274 a
Vtrum miſſa audire obligatus, poſſit tūc dicere officium diuinum, aut priuatas orationes, vbi ſupra. 275.a
Vtrum miſſam audire obligatus teneatᷓ audire miſſam de die, vbi ſupra. 276.a
Vtrum miſſas plures quis teneatur audire in die pręſertim, vbi adeſt copia, & facultas, vbi ſupra. 276.b
Vtrum omittēs imp'ere pęnitentiam in gratia peccet. 4. parte. 2. Tractatus. 266.a
Vtrum in oratione requiratur attentio, & qualis. 4. trac. 345.b
Vtrum pœnitentia facta in mortali liberet faciētem. 4. trac. 326.a. & b.
Vtrum raptor poſſit contrahere cū illa, qua rapuit 3. par. 2 tra. 254.b
Vtrum ſatisfacere poſſit vnus pro alio. 4. tra. 328.a
Vtrum ſatisfacere poſſit pater filium obligare, vbi ſupra. 328.b
Vtrum ſatisfactionē in confeſſionem impoſitam teneatur quis quantocius adimplere, vbi ſup. 329.a
Vtrum ſimoniacum ſit facere pactum ꝓ ingreſſu religion. s. 3. parte. 2. tract. 213.b. & ſeq.
Vtrum ſimoniacum ſit aliquid exibere pro celebratione miſſæ, vbi ſupra. 215.b
Vtrum ſit ſimoniacum facere pactū de pecunia danda pro anniuerſario celebrando, vbi ſupra. 216.a
Vtrum ſimoniacū ſit aliqd exigere pro audientia cōfeſſionis, vbi ſupra. ibid.
Vtrum teſtamenti executio ꝑiudicet teſtatori defuncto, quarta parte, ſecūdi Tract. 291.b
Vtrum teſtamēti executor poſſit rationabiliter differre executionem hmōi teſtamenti, vbi ſupra. 292.a
Vtrum teſtamēti executor excuſetur à culpa ꝓpter negligentiā hęredis, vbi ſupra. 293.b
Vtrū triſtitia quælibet quā quis de bono alterius pertineat ad inuidiā, 1. par. 2. Tract. 119.a
Vtrum vſura ſit dare triticū ad ſeminādum ad quotā medietatis, tertia parte, ſecundi Tract. 203.b
Vtrū vſura ſit mutuare triticum vetus pro nouo recipiendo in Auguſto, vbi ſupra.

ſupra. 204.a
Vtrum vſura ſit tradere animalia ad ſocietatem, vbi ſupra. 204.b
Vtrum vſura ſit emere agrũ cum conditione reuendi tionis infra præfixum tẽpus vbi ſupra. 205.a
Vtrum vſura ſit emere cenſum ad vitam, vel vitas duas, aut plures, vbi ſupra. 206.a
Vtrum vſura ſit emere ſchedulas obligatorias, vbi ſupra. 207.a
Vtrum ad vſuram recipiẽs peccet mortaliter, vbi ſupra. 208.a
Vtrũ vxor poſſit facere eleemoſynã in inuito marito tertia parte, ſecundi trac. cap.2. 186.a
Vxor, quæ furtũ commiſit, quomodo debeat ſe acquietare, vbi ſupra. 187.a
Vxor furtum cõmittit, quę de bonis viri ſui filium ſpuriũ nutrit, vbi ſupra. 187.b.

FINIS.

EXPOSITIO CONFITEOR A' GENERALI THEMATE DICTA:

IN QVA DE CONFESSIONE, de Peccatis Cordis, Oris, Operis, & Omiſſionis, de Contritione, & de Satisfactione agitur.

A R. P. F. GVILELMO Pepin Theologo Pariſienſi Ord. Prædic. conſcripta.

DE NOVEM CONDITIONIBVS BONAE Confeſſionis. Cap. Primum.

¶ Thema generale ad ſequentem materiam.

CONFITEOR *tibi domine pater cœli, et terræ*]Matth. 11. Materiam de Confiteor aggredi, & ordiri volentibus. Primum occurrit ſalubre hoc verbum, Confiteor. Et quia pęnitere volentibus grauiſsimum eſt, & acceptiſsimum audire loqui de confesſione :ideo contra morem multorum prædicatorum, qui aut de ea tacẽt, aut ſuccinctè pertranſeunt, uel uſque ad finem Quadrageſimę ipſam tractandam differunt, dictam materiam exordio hu-

ius operis præmittere ſtudui, maximè cum hoc uerbum. Confiteor, primum in ordine ſe offerat.

Notandum ergo, quòd in hoc uerbo, Confiteor, continentur nouem elementa, ſiue litteræ, quarum quælibet ſpecialem deſignat conditionem, & proprietatem ipſius cõfeſſionis. Sunt ergo nouẽm conditiones confeſſionis bonæ, quę exprimuntur per nouem litteras huius nominis confeſſio. Ita ut merito de ipſa dici poſſit illud pſal. Secundum nomẽ tuum, ſic & laus tua in fines terræ, huiuſmodi ergo conditiones ſunt.

Clauſionis,	Obligationis,
Neceſsitatis,	Significationis,
Iterationis,	Terrificationis,
Exultationis,	Operationis,
Reſerationis.	

Prima igitur conditio bonæ confeſsionis, dicitur clauſionis.

Pro quo notandum, quod ipſa confeſsio claudit tria.

Primo quidem os confeſſoris, ita ut non poſſit aperire os ſuum ad reuelandum audita per eum in ſacramentali confeſsione, ita enim illi prçcipitur de pœn. diſt. 6. ſacerdos, ubi loquitur Greg. dicens. Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ſibi confitentur peccata ſua, alicui reuelet ea, quę confeſſus eſt, non propinquis, non extraneis, neque, quod abſit, pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus uitę ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. Hæc ibi. Poſteriora autem iura aliqua taxant pęnam ſacerdoti confeſsionem quouiſmodo reuelanti ſiue uerbo, ſiue ſigno, ut patet extra de pęn. & remi. c. omnis utriuſque ſexus, ubi mandat Innocent. III. talem deponendum ab officio ſacerdotali, ut ſcilicet amodo diuina non celebret, neque confeſſiones audiat. Itam, quòd recludatur in arctum monaſterium ad agendam pęnitentiã perpetuam. Ecce ergo quomodo ſecundum iura confeſsio claudit os ſacrdotis etiam adeo firmiter, quòd nulla ui, nulla auctoritate, & nulla occaſione liceat ſacerdoti aperire os ſuum ad reuelandum peccatum ubi in confeſsione detectum. Nihil eſt ergo, aut ſaltem eſſe debet in mundo iſto, tam firmiter clauſum, ſicut os ſacerdotis. Scrinium enim ſi

ue area frangendo uiolenter aperitur, ſed os ſacerdotis per cõfeſſionem ſibi factã, eſt adeo firmiter clauſum, q̃ etiam per mortem non frangitur. Et ad hoc propoſitum facit exemplum, quod legitur de quodam ſacerdote, quẽ occiderunt filii cuiuſdam defuncti, eo quod non uoluiſſet illis reuelare illum, qui occiderat patrẽ illorum, & qui fuerat ei confeſſus, ſed mira res. Nam eo occiſo nõ uoluerunt os eius, quibuſcunq; inſtrumentis etiam ferreis aperire.

Secundo, confeſſio claudit os laici, & hoc in duobus caſibus. Primus eſt, quando aliquis ita alte confitetur, quod poteſt percipi, & intelligi à circunſtantibus quod tamẽ nõ eſt bonum. Nihilominus ſi quis circunſtantium, ſiue à caſu, ſiue ex propoſito, utpote auſcultando, & aurem præbendo confitentem audiat, quod eſt mortale peccatum in illo caſu talis tenetur tacere, quòd audiuit, & hoc propter uitãdum ſcandalum, & ſimiliter propter ſigillum ſecreti obſeruandum, quod uidetur habere locum in prædicto caſu.

Secundus caſus eſt, quando confeſſio in neceſſitate fit alicui laico propter defectum ſacerdotis.

Circa quem caſum notanda ſunt tria. Primũ eſt, quod non eſt de neceſſitate ſalutis in extrema neceſſitate cõfiteri laico abſente ſacerdote. Solus ſacerdos eſt neceſſarius miniſter huius ſacramẽti, cum ſolus talis habeat claues ordinis. Nam etſi nõ ſacerdos poſſit ligare, aut ſoluere in foro exteriori, ſicut patet de offi. coniunga. qui excomunicat & reconciliat, nihilominus in foro pœnitentiæ non ſacerdos, quamuis etiam diaconus, aut archidiaconus, uel etiam Cardinalis diaconus, qualis fuit. B. Laurentius, uõ poteſt abſoluere in foro pœnitentiæ à quacunque culpa etiã ueniali, quia ſolis ſacerdotibus tradidit Chriſtus claues ordinis, atque in ſolius ſacerdotis ordinatione dicitur. Quorum remiſeritis peccata, &c. Et accipe poteſtatem ligandi &c. Patet ergo in nullo caſu etiã extremę neceſſitatis eſſe in præcepto confiteri laico cum nõ habeat claues ordinis. Et hæc eſt ſententia Dom. Petri de Palu. in 4. ſenten. diſt. 19. q. 2. articu. 1.

Secundum notandum eſt, quod tantum eſt cõſilij in extrema neceſſitate cõfiteri laicis, ut poteſt trahi ex illo cap. ſufficit, de pœn. diſt. 1. quod ergo dicit Augu. lib. de uera &

falſa pœnitentia.cap.10.Et recitatur de pœn.diſtinct. 6 q. uult confiteri,quod tanta eſt uis confeſſionis,ut ſi deeſt ſacerdos,confiteatur homo peccator proximo ſuo, & ſi ille cui confitetur poteſtatē ſoluendi non habeat, fit inde dignus uenia ex deſiderio ſacerdotis,hoc,inquam, dictū Augu.intelligitur de conſilio,& non de precepto,ut dictū eſt.

Tertium notandum eſt,quod qui confitetur in periculo mortis alicui laico,ſi poſtea euadat,tenetur iterum confiteri ſacerdoti omnia illa,quæ prius confeſſus fuerat huiuſmodi laico,eo quod prior confeſſio non fuerat plene ſacramētalis,& hoc propter defectum abſolutionis, quam ſolus ſacerdos impartiri poteſt.Dicit tamen B.Thom.3.ſen.di.17. q.4.ar.3.q.2.quod in prædicto caſu ſummus ſacerdos ſupplet defectum ſacerdotis.

Tertio,confeſſio claudit os inferni.Peccatum enim aperit os inferni peccatori.Et quanto grauius, tanto plus huiuſmodi aperit, & dilatat iuxta illud Eſa.5.Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuū abſque ullo termino. In ſuper adſunt dæmones ex omni parte circunſtantes miſerum peccatorem,ut præcipitent eum ibi.Pſa.In circuitu impii ambulant,quod ſi ſemel peccator ibi ceciderit,nūquam deinceps poterit inde reſurgere,eo quod in inferno nulla ſit redemptio. At uero quam primum peccator corde compuncto genua flectendo, & humiliando coram ſacerdote dicit,Confiteor,tunc illi clauditur os,ſiue porta inferni,adeo quod omnes dæmones in unum congregati nō poſſent poſtea eum trahere in infernum, Matth.16. Portæ inferi non prȩualebunt aduerſus eam ſupple confeſſionē. Poſſumus ergo de ipſa confeſſione dicere illud Apo.9.Data eſt ei clauis putei abyſſi,ſupple,ad ipſum claudendam. Propterea Aug.ad fratres in eremo.ſerm.3.qui intitulatur de Confeſſione peccatorum,prorumpens in laudem ipſius confeſſionis dicit ſic. O Sancta, atque admirabilis confeſſio tu obſtruis os inferni.Et ſic patet de prima conditione confeſſionis.

Secunda conditio confeſſionis dicitur obligationis.Obligatur enim omnis homo habens mortale peccatum ad confeſſionem, & hoc in lege naturæ ſcripta, & gratiæ, ſed diuerſimode, prout declarat B. Thom. 4.ſenten.diſt. 17.q.3. arti.1

art.1.quæſt.2.in ſolu.ad ſecundum nam in lege naturę ſuf ficiebat peccatori,& hoc neceſſe illi erat, vt interius recognoſceret coram Deo ſe peccaſſe dolẽdo quidem de commiſſo,& proponẽdo emendam de futuro. In lege verò ſcripta ultra talem recognitionem neceſſe erat proteſtari peccatum ſuum aliquo ſigno exteriori, vtpotè per oblationẽ hoſtię,pro peccato,ex quo quidem facto poterat innoteſcere alijs hoc uidentibus illum, qui talia offerebat, mortaliter peccaſſe quamuis neſcirent eius peccatum in particulari ſicut neque circunſtantias illius. Sed in lege gratiæ taliter confeſſio obligat,quòd neceſſe eſt confiteri ſacerdoti peccatum commiſſum etiam in particulari pariter cum circunſtantiis mutantibus ſpeciem peccati,aut notabiliter aggrauantibus. Qui autem credunt in lege gratię confeſſionẽ,ſoli Deo,factam ſufficere ad ſalutem,ſeipſos decipiunt, prout pulchrè declaret Auguſt.lib.de viſita.infirmorum,c. 2.ita dicens. Sunt,quidam qui putant ſibi ſufficere ad ſalutem,ſi ſoli Deo,cui nihil occultum eſt, & quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus,quos tamen inter lepram, & lepram diſcernere legiſlator conſtituit:Sed nolo,vt ipſa decipiaris opinione,quatenus confundaris confiteri coram Vicario domini tabeſcẽs præ rubore, vel ceruicoſus præ indignatione. Nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium,quem dominus ſibi nõ dedignatur vicarium. Hæc ille. Patet ergo,quòd confeſſio vocalis neceſſe habet fieri ſacerdoti in lege gratiæ, & hoc iure diuino,quod expreſsè nobis promulgatur.Iaco.5.vbi dicitur.Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Quod quidem ius diuinum determinatur,quando ſit obſeruandum per ius humanum, vt patet extra de pœ. & remiſſ.c.omnis vtriuſque ſexus, vbi præcipitur omnibus Chriſti fidelibus, vt cum venerint ad annos diſcretionis,ſaltem ſemel in anno, videlicet, in Paſchate confiteantur omnia, & ſingula ſua peccata.

Tertia conditio confeſſionis dicitur neceſſitatis. Inter enim ſeptem ſacramenta eccleſiæ ſunt duo maximè neceſſaria,ſ. baptiſmus,& pœnitentia Baptiſmus quidem omnibus tam adultis,quam paruulis dicente Chriſto. Iohan.3

Niſi quis renatus fuerit,&c.Pœnitentia uerò,ſiue cōfeſſio adultis,qui mortaliter peccauerunt, adeo,ut dicit Amb.li. de paradiſo,& ſimiliter recitatur de pœn.diſt. 1.nō poteſt. Non poteſt,inquit,quiſquam iuſtificari à peccato, niſi pec catum ante fuerit confeſſus.Hoc tamen intellige de cōfeſ ſione in re,uel in voto.Conſtat enim,quod per ſolam contritionem,quæ habet in confeſſionem in voto annexā,remittitur peccatum ſecundum illud Pſalm.Dixi,cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meā domino,& tu,&c.Et de iſtis duobus loquens Chryſoſtom.ſuper illud, Hom.36.dicit, ꝙ peccatum adeo maculat animam,vt nulli fontes, nulla flumina,ſed ſolum lachrymæ,atque cōfeſſio ipſam mūdare poſſint.Ecce quàm neceſſaria eſt confeſſio,ſaltem in uoto: Sed de hoc amplius in ſequentibus.

Quarta conditio cōfeſſionis dicitur ſignificationis.Fuit enim ſignificata antiquitus multipliciter,ſecundum quod habet multiplices effectus.

Primo enim ipſa confeſsio ualet ad præliandum cōtra dęmones,& ad obtinendum uictoriam de ipſis.Et ſecundū hoc fuit ſignificata Iudicum primo,ubi legitur,quòd mor tuo Ioſue dedit dominus Iudam in ducē populi Iſraelitici ad præliandū contra Cananęos mirabiliter aduerſantes di cto populo,& uolētes eū īpedire ab ingreſſu terræ promiſ ſionis. Sed Iudas factus dux belli taliter debellauit popu los Chananęos vnà cum fratre ſuo Simeone, quòd obtinuit ciuitates eorum pariter,& regnum.Ad propoſitū Ioſue,qui interpretatur ſalus rectè deſignat Chriſtum, qui eſt ſalus,uita,& reſurrectio noſtra,per quem ſaluati,& libe ra ti ſumus.Mortuus eſt ergo iſte Ioſue in cruce, qui tunc reliquit nobis Iudam ducē noſtrum.Iudas enim interpretatur confeſſio,& ideo rectè deſignat ſacramentum cōfeſſionis,quod ordinauit Chriſtus,& nobis reliquit ad pręliādum contra Chananæos,id eſt,dæmones, qui nituntur nobis præcludere uiam,& ingreſſum in terram promiſſionis, id eſt,in cœlū.Dicamus ergo huic duci bellanti contra dęmones,ſ.confeſſioni,illud Pſal.Apprehende arma,& ſcutū & exurge in adiutorium mihi.Effundit frameam, & con clude aduerſus eos,qui perſequūtur me,ſ.dęmones,dic ani mę meę,ſalus tua ego ſum,Ecce iudas dux belli,de quo ēt

loqui-

loquitur Aug. ad fra. in eremo. ſer. 3. qui intitulatur de Cõfeſſione peccatorum. Confeſſio, inquit, eſt ſalus animarũ, diſſipatrix uitiorum, reſtauratrix uirtutũ, oppugnatrix dæmonium, pauor inferni obſtaculum diaboli, dux belli domini, & ſper omnium fidelium.

Secundò, confeſſio ualet ad placandum Dei irã cõtra peccatorem. Et ſecundum hoc fuit figurata in Dauid, de quo legitur. 2. Reg. 24 quòd cum vidiſſet angelũ Domini manu gladium tenentem, & populum ſuum terribiliter interficientem, tandem tertio die flexit genua ſua ad Dominum, & ait. Domine ego ſum, qui peccaui ego ſum, qui inique egi, quo uerbo dicto mox ad imperium domini angelus repoſito gladio ferire ceſſauit. Ad propoſitum Dauid, qui uno modo interpretatur manu fortis, rectè deſignat, peccatorem, qui fortis eſt, ut faciat mala. ſed debilis ad bona Fortis in ſeruitute diaboli, debilis in ſeruitio Chriſti, Nunc itaque Dauid quandoque percutit ira Dei, & iuſtũ iudicium eius. quòd ſi uelit placare huiuſmodi Dei iram, ſummum remedium eſt, ut ſe humiliando clamet ad Dominum per oris apertam confeſſionem, dicens. Ego ſum, qui peccaui. Nam dicitur prouerb. 16. Iuſtus accuſator eſt ſui, mox ergo vt clamauerit peccator ad Dominum peccatum ſuum confitendo, deponet Deus iram ſuam ab eo, & benignè ipſum ad miſericordiam, & gratiam priſtinã recipiet, ipſe nempe eſt, qui dicit Ezech. 16. Nolo mortem peccatoris, &c. De hoc ſignificatiuè legitur. Luc. 15. de filio prodigo. Sed de hoc fortè aliàs, neque enim poteſt pijſſimus pater miſericordiarum non indulgere peccatori humiliter cõfitenti. Exemplum de illo, qui offendit grauiter regiam maieſtatem, crimen læſæ maieſtatis committendo, qui ſi cognoſcendo reatum ſuum accedat ad regem, gladium nudũ iniuncta manu tenens, & flectens genua corã eo humiliter cum mortis ſe clamans, & miſericordiam cum lachrymis implorans ineuitabiliter flectet tanta humilitate ſua ipſũ regem ad miſericordiam erga ſe, etiam ſi diurior eſſet ferro, aut adamãte, quia dicitur prouerb. 16. quòd reſponſio mollis frangit iram. Ita in propoſito de peccatore redeunte ad Deum per humilem confeſſionem, hinc dicit Augu. ſuper pſal. 43. quòd non eſt, quò fugiamus à Deo irato, niſi

ad Deum placatum,placatum, inquam,per verã, & humi lem confeſſionem.

Tertiò,cõfeſſio ualet ad fugandum peccata,ne ulterius redeant,ſaltem eodem modo ad animam,nec etiã eadem in ſpecie.aut genere,dummodo uelit uerè confeſſus in sã cto propoſito perſeuerare.Et quo adhoc confeſſio fuit ſcri pta 4.Reg.6 ubi legitur,quod poſtquam Helyſeus oſtẽdit regi Iſrael latrunculos Syriæ fugientes de Samaria nõ fuerunt poſtea auſi redire in Samariam,cum tamen anteà eſ ſent illi ualde infeſti.

Ad propoſitum latrunculi Syriæ deſignant peccata,quę depredantur theſaurum gratiarum,& uirtutum omnium, cum.ſ.poſſunt intrare Samariam,ideſt,pauperem animam per conſenſum malè agendi,inde tamen turpiter fugãtur, cum Heliſæus,ideſt,peccator illa manifeſtat regi Iſrael, id eſt,confeſſori.Nec deinceps habent amplius redundi facul tatem. Quemadmodum ergo latrones poſtquam ſunt diſcoperti,& noti,nequaquam ilic redeunt, timentes apprehendi,& ſuſpendi,ita & peccata ſe habentia ad modum latronum in hoc ſi quãdo accedunt ad animam,inde ſurripiunt omnia uirtutum,& meritorum ſpolia,cum per confesſionem manifeſtantur,mox de latibulo conſcientiæ fugiunt,nec poſtmodum illic audẽt redire.Et ſic patet de tri plici præfiguratione confesſionis.

Quinta conditio cõfesſionis dicitur iterationis.Pro quo notandum,quòd iterare,ſeu reiterare cõfesſionem aliquã do eſt conſilij tantum,aliquando uerò præcepti,& necesſi tatis.Conſilij,quidem.ſicut patet de illis,qui ut magis mereantur.& ſecuriores ſint in conſcientia,pluries,confitentur eadem peccata,& præcipuè vbi faciunt confesſiones generales,ſicut facere ſolent illi,qui peregrinantur Romam, ſiue Hieruſalem,aut ad ſanctum Iacobum,& huiuſmodi. Debent tamen tales ſtudere breuitati,præſertim quo ad caſus aliàs confeſſos,& hoc propter uitandam prolixitatẽ, non ad inſtar cuiuſdam mulieris,quæ aſſerens ſe uelle confeſſionem generalẽ facere,occupauit me triduo,nec tamen perfecit confeſſionem ſuam.Propter quod reputans eam indiſcretam,nec conſilij meis acquieſcere uolentem,remiſi eã ad alium confeſſorem,qui tãtum temporis ſibi daret.

Præce-

Præcepti uerò,ſeu neceſſitatis aliquando eſt reiterare cōfeſſionem,& hoc in multis caſibus.Primus eſt propter ſcrūpulum conſcientiæ,vt cum quis dubitat,& valde formidat ſe non fuiſſe prius verè confeſſum,aut abſolutum .In quo caſu neceſſe eſt,aut huiuſmodi ſcrupulum deponere,aut denuo confiteri,eo quòd omne,quod fit contra conſcientiam;etiam erroneam,ędificat ad gehennam,& hoc tam ui præcepti,quàm prohibitionis,ut patet 28.q.1.omnes.§.ex his.Secundus caſus eſt,quando quis in dolo,& ex propoſito diuidit confeſſionem.Nam ſi talis pluribus confiteatur diuidendo confeſſionem,tenetur iterare confeſſionem,& totum vni dicere,quòd ſi totum,quod occurrebat mēti pęnitens primo confeſſori dixerit,& poſtmodum aliquid non vt confeſſum occurrerit.quãuis ſit bonũ,vt redeat ad priorem confeſſionem,& præſertim,vbi de facili poteſt habere copiam illius,non tamen tenetur,ſed poteſt de illo caſu cōfiteri,cuicunque voluerit,dummodo habens iuriſdictionē in eum.Tertius caſus eſt,quando quis habet caſus retētos, à quibus non poteſt abſoluere inferior,cui cōfitentur. Sed de iſto caſu fortè plura dicentur in ſequentibus. Quartus caſus eſt de illo, qui fictè confitetur,& cum ꝓpoſito perſeuerandi in peccato ſuo,uel recidiuãdi poſt Paſcha.De quo ſimiliter diſtinguendum eſt,quia aut talis reddit ad priorē cōfeſſorem,cui paulo ante fuerat confeſſus,& qui poteſt adhuc ſummariè reminiſci priorum peccatorum, ſibi confeſſorum,tunc ſufficit confiteri dictam fictionem,& propoſitum malum,aut confitetur alteri,& tunc oportet totum reiterare,ut integra ſit,& perfecta confeſſiō.Quintus caſus eſt,quando quis confitetur ſacerdoti nullam iuriſdictionē habenti,neque ordinariam,neque priuilegiatam,aut commiſſam.Nam ſicut in foro exteriori ſententia à non ſuo iudice lata,non tenet,ut patet extra de iudiciis,c.atſi clerici. Ita etiam in foro interiori abſolutio data ab illo, qui nullam iuriſdictionem habet,aut ſi habet,non tamen ſe extendit,uſque ad talem caſum huiuſmodi abſolutio nulla eſt. Propterea notanter dicitur Eccleſ.4.Non ſubiicias te omni homini pro peccato.

Sexta conditio confeſſionis,dicitur terrificationis.Terret enim ipſa confeſſio, & dęmones, ita,ut frigant, qui

odeiunt.

oderunt eam à facie eius. Quemadmodum ergo uox pauonis terret ſerpentes, buffones, colubros, & ſimilia uenenoſa animalia, adeo, quod ad auditum huiuſmodi uocis citò fugantur, ita in propoſito de confeſſione in ordine ad peccata, & dęmones. Da etiam exemplum de exclamatione, quę interdum fit contra nocturnum furem, cum percipitur. Nā cum primum audit ad latronem, ad latronem, mox terretur, & fugit uelociter, ita in propoſito. Da etiam exemplum de latratu canum aduerſos lupos, qui illo audito ſtatim fugantur de ouili ouium. Et ſimiliter de uoce cati, qua audita terrentur, & fugantur rati, & mures. Applicatio eſt facilis. Et de iſta terrificatione confeſſionis, aduerſus dęmones, & peccata, figura legitur. 1. Reg. 4. ubi dicitur, quod cum ad aduentum arcæ Domini, ad caſtra filiorum Iſrael uociferati fuiſſent prę gaudio dicti Iſraelitæ clamore grādi exterriti ſunt Philiſtini, qui caſtrametati fuerant contra eos, ſtatimque conſimiliter timuerunt. Ad propoſitum Philiſtini, qui interpretantur cadentes, deſignāt dęmones, qui cęciderunt à ſummo cœlo in abyſſum inferni. Filii autem Iſrael, qui alio nomine appellantur iudęi, quod interpretatur confitentes, deſignant illos, qui puro corde confitentur peccata ſua, clamantes quidem corde per ueh ementem cordis cōtritionem, ſed ſilenter ore loquētes. Ad quorum clamorem terrentur Philiſtini .i. dęmones, ſicque confuſibiliter recedūt ab humano corde. Vnde etiam ad idem propoſitum perſuadēdum facit ſimilitudo militum in bello exiſtētium, de quibus dicit Vegetius de re militari. li. 3. c. 18. quod inter pugnandum clamare debent, eò quòd hoſtes terrentur clamore horroris. Applicatio patet ex dictis.

Septima conditio confeſſionis, dicitur exultationis præſentis. Exultauerūt filiæ Iudæ .i. animæ deuotæ, & hoc poſt confeſſionē. Nam, & iuda confitens interpretatꝰ, facit ergo confeſſio hominem exultare, quem prius triſtem, & melācholicum reddebat peccatum, quia ut dicit Aug. lib. 1. confeſſio. Deo ſic diſponente pœna ſibiipſi eſt omnis inordinatus animus.

Pro quo notandum, quod plura ſunt, propter quæ exultant homines mūdabiliter, propter quę ſpiritualiter intellecta, dicuntur exultare in Domino nouiter confeſſi.

Primo

Primò enim exultant homines temporaliter, quādo uident,& conſiderant ſe euaſiſſe grande periculum,ſiue mortis,ſiue latronum,ſiue periclitationis ſuper aquas,aut huiuſmodi.Et propter hanc cauſam debent ſpiritualiter in Domino exultare nouiter confeſſi,maxime cum euaſerint maximum omnium periculorum,ſcilicet,æternam damnationem cuius erāt rei propter peccata præcedentia,ita,ut quilibet talis meritò poſſit dicere illud Pſal.niſi q͠a Dominus adiuuit me,ſcilicet,in ſacramentali confeſſione remittendo mihi peccata,paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

Secundò exultant homines temporaliter,de inuētione theſauri magni.Et propter hanc cauſam debent ſpiritualiter exaltare in Domino nouiter confeſſi,eò quòd inuenerunt maximum theſaurum, prius per negligentiam ſuā,& malum regimen perditum.ſ.gratiam Dei,& ſimiliter præcedentia merita,atque priores uirtutes.Nā iſte eſt infinitus theſaurus hominibus,quo,qui uſi ſunt,participes facti ſunt amicitię Dei.Sap.7.

Tertiò exultant homines tēporaliter,de recuperata ſanitate,poſt grauem infirmitatem.Et propter hanc cauſam, debent ſpiritualiter gaudere hi,qui confeſſi ſunt, eò quòd de īfirmitate grauiſſima,& periculoſiſſima culpę redierūt, ad ſanitatem uirtutis,& gratiæ.Peccatum enim uulnerat, ſed confeſſio medetur,& ſanat.Hinc magiſter ſenten.diſt. 17.quarti allegans Aug.dicit,quod confeſſio eſt,per quam morbus latens ſpe uenię aperitur.In hoc enim,quòd dicit morbus latens,tangit infirmitatem culpæ.In hoc uerò, ꝙ ſubdit ſpe uenię,inſinuat ſanitatem gratiæ,quam ſecum affert confeſſio.

Quartò exultant homines temporaliter,de intentu gratia apud principem contra ſe iratum.Et de hoc hiſtoriam habemus de Mardochæo,& Aſſuero rege.Heſter.8.Et propter hanc cauſam debent confeſſi gaudere ſpiritualiter in Domino,quia per confeſſionem reconciliantur Domino, prius contra ſe irato,ita ut meritū poſſit pauper peccator clamare ad Dominum,& dicere illud Eſa.12. Cōfitebor tibi Domine,quoniam iratus es mihi,ſupple,propter peccata mea,conuerſus eſt furor tuus,ſcilicet,in miſericordiam, benigni-

benignitatem,& manſue udinem, in ſacramentali confeſ-
ſione,& conſolatus es me. In hoc,ſcilicet,quod tunc remi-
ſiſti impietatem peccati mei , meritò ergo figuratur con-
feſſio per columbam,quę ad arcam Noe rediens,attulit ra
mum oliuæ virentis in ore ſuo,in ſignum clementię, & pa
cis inter Deum,& mundum. Ge.8. Applicatio eſt facilis.

Octaua conditio bonę confeſſionis,dicitur operationis. Operatur enim magna, ſi eſt vera, & perfecta, vtpote.habens multos effectus glorioſos.

Primus igitur effectus eius, dicitur ablutionis. Abluit enim animam à cunctis ſordibus peccatorum, quæ ſunt maximę.Tum, quià corporaliter excedunt ſordes corporales, adeo quòd ſordes corporales nullæ æſtimantur coram Deo,& angelis eius,reſpectu interiorũ ſordium iuxta illud Chriſti verbum Matt.15.De corde exeunt cogitationes malæ,quæ ſunt homicidia,furta,adulteria,& hæc ſũt,quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare,non coinquinat hominem. Tum quia comparantur rebus immundis,vtpote,canibus,& porcis.2. Pet.2. Contingit illis,ſcilicet,peccatoribus, illud prouerbiũ,canis reuerſus ad uomitum, & Sus lota in volutabro luti. Vnde quidã ſanctus pater dicit,quod tolerabilius fętet canis putridus hominibus,quàm anima peccatoris Deo. Ita,vt dicat ipſe Dominus de tali,illud Apoca.3.Quia tepidus es,ſcilicet,ad bonum faciẽdum,incipiam te euomere de ore meo. Tum quia nulla terrena ablutio poteſt ſordes prædictas lauare,pp quod neceſſe fuit,vt Chriſtus in propria perſonã aſſumeret officiũ lotricis ad dictas ſordes mundandas, qui ad hoc inſtituit multa lauacra,vtpotè,baptiſmum,pęnitẽtiam,aquas lachrymarũ,& ſimilia. Quamuis ergo ſordes peccatorum ſint maximæ,ut ex dictis patet.Hoc tamẽ circa eas operatur confeſſio, quod eas plenè abluit,lauat,& mundet.Pſal. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, ſcilicet,Domini. Quod pertractans Augu.dicit ſic. Vis eſſe pulcher,confitere.Fędus eras,confitere,vt ſis pulcher.Peccator eras,confitere,vt ſis iuſtus.Fędare te potuiſti,formoſum te facere nõ potuiſti.Non autẽ dicit Pſ. Pulchritudo, & co feſſio,ſed confeſſio,& pulchritudo. Sed quare hoc. Certe in ſignum,quod cõfeſſio pulchram reddit animam

Hęc ille. Quod autem peccatum immundam faciat animam, & per oppoſitum eam pulchram faciat cōfeſſio, atq; mundam, inſinuat exemplum ſequens.

Legitur enim de quodā uiro, qui ex magnis diuitiis de uenit ad maximam paupertatem, hic ergo in deſperationē poſitus cępit uagari per nemora. Cui apparens dęmon dixit illi, ꝙ ſi vellet ei ſeruire, & homagium facere, ditiſſimū eum redderet. Cunque ille cōſenſiſſet, atque manum ſuam inter manus diaboli ad confirmandum fędus poſuiſſet, nigra facta eſt, quaſi carbo, nec aliqua ablutione potuit lauari. Tandem uero ille corde contritus ex ſigno facto, acceſſit ad lauacrum confeſſionis Mira res. Nam abſolutione ſuper eum data, prædicta manus dealbata eſt, ut prius.

Patet ergo intentum.

Secundus effectus confeſſionis dicitur exhortationis. Peccatum enim ualde aggrauat, atque onerat humanam conſcientiam iuxta illud pſal. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, &c.

Nam adeo graue eſt pondus peccati, quòd illi nulla res poteſt comparari, hoc autem patet ſic Si enim eſſet, aliqua maxima maſſa ferri in concauo lunę, & caderet in terram, ibi ſiſteret. Peccatum autem, neque cęlum, neque terra diu poteſt ſuſtinere. Hoc enim in effectu patuit in Angelis malis, qui de cœlo in abyſſum grauitate peccati ſui tracti sūt ut patet Eſa. 9. Similiter hoc idem patuit, quo ad homines de Chore, & ſocijs ſuis. Nam aperta eſt terra, & deglutiuit eos in momento, ut patet Numeri 16. Item una maxima maſſa deſcendens de cęlo uerſus terram mouetur ſecundū philoſophos in certo tempore. Peccatum autem facit in inſtanti deſcendere in abyſſum inferni, ſecundum quod ſcriptum eſt. Iob. 21. Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. De hac etiam grauitate loquitur Apo. Heb. 11. dicens. Deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum, &c. Ecce quàm graue eſt peccatum, ſed ab hac grauitate mirabili exonerat, & liberat confeſſio humanam conſcientiam. Et huius alleuiationis duplex eſt teſtimonium. Primum quidem experientia realis. Teſtes enim ſunt, qui confitentur prout decet, quòd communiter recedunt à conſpectu ſacerdotis, quaſi graui pondere deonerati.

rati.Secundum teſtimonium eſt fides,per quam credimus, ꝙ uere confeſſi, & corde contriti ſuppoſita ſatisfactione debita,ſic decedentes euolant ad cęlum etiam in inſtanti.

Tertius effectus bonæ confeſſionis dicitur decorationis. Peccatum enim facit animam mirabiliter turpem,& nigrã ſecundum illud Thren. 4. Denigrata eſt ſupra carbones.i. pluſquam carbones,facies eorum,ſ.peccatorum . Item Anſel.in lib meditationum.Anima,inquit,ſi in peccato fuerit nigrior coruo erit. Vnde legitur in uitis patrum de quodã ſancto ſacerdote,qui cũ in Paſchate haberet ſuos parochianos communicare rogauit dominum,ut illi oſtenderet,qui eſſent in bono ſtatu,& qui non.Et facta oratione, mox uidit quoſdam habentes facies nigerrimas,alios facies igneas alios facies reſplendentes,& claras,ſicut ſol.Cui admiranti apparens Angelus dixit,quod facies nigræ erant facies luxurioſorum, facies igneæ facies iracundorum , facies uero ſplendidę facies iuſtorum. Qui ergo affectat animę ſuæ decorem,ſuper omnia frequenter confeſſionem, quia ſcriptum eſt in pſal.de pœnitente.Confeſſionem, & decorẽ induiſti amictus lumine,ſicut ueſtimento,lumine , inquam, gratiæ,quo ueſtitur anima deuota,patet ergo, quid operatus bona confeſſio in anima.

Nona conditio bonę confeſſionis dicitur reſerationis. Peccatum enim claudit homini cęlum,cuius figuram legimus Gen.3.quòd primis parentibus peccãtibus eiecit eos dominus de paradiſo terreſtri, & collocauit Cherubin habentem gladium flãmeum,atque uerſatilem, ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ.Confeſſio uerò ſi fuerit bona,& recta aperit,& reſerat ipſas portas paradiſi,ita, ut de ea poſſit dici illud,ꝙ dixit Chriſtus Petro.Matth.16.Tibi dabo claues regni cęlorum.Et congruè dicitur in plurali claues , quia peccatum dupliciter claudit homini peccatori regnum cęlorum,ſcilicet,ratione culpæ,& ratione pęnæ debitæ.Econtrario autem confeſſio aufert culpam,& commutat pęnam æternã in temporalem.Ecce ergo, quomodo illi datæ ſunt duæ claues regni cęlorum , propterea ad propoſitum nos admonet pſal.dicens.Introite portas eius, ſcilicet, cęli, in confeſſione,ſupple,peccatorum.Nam peccatoribus non patet aditus in cęlum per aliam portam,quam per confeſſionem

nem,ex quo patet q uòd cõfeſſio plus pôt apud dominum, & ad cœlum reſerandũ,quàm omnes ſancti, & ſanctæ Dei ipſa :ecluſa. Si enim omnes ſancti Dei eſſent ex una partè coram domino Deo genua flectentes, & miſericordiam ꝑ aliquo peccatore poſtulantes,ſi non adeſſet confeſſio, ubi commode haberi poteſt,eos nòn exaudiret dominus. Et tamen,ſi ex altera parte poneretur ſola confeſſio peccatoris impetraret gratiam,& gloriam cœleſtem.Ideo dicit pſalm. ad dominum.Non trádas beſtiis,i.dęmonibus, qui beſtialem in hominibus requirunt uitam, animas confitentes tibi.Sed,ſupple,clauibus animabus aperi cęli portam,maximè cum dicat Apoſt.quòd ore confeſſio fit ad ſalutem. Et breuiter in laudem dominæ confeſſionis poſſumus dicere, quòd ipſa eſt clauicularia cęli figurata per ancillam hoſtiariam,quæ introduxit Petrum in atrium ſummi ſacerdotis. Apoc.3.Aperis,& nemo claudit. Patent ergo nouem conditiones bonæ confeſſionis deſignatæ per nouem litteras huius uerbi. Confiteor.Et ſic patet de primo capitulo huius primi tractatus.

DE TRIBVS IMPEDIMENTIS BONAE Confeſſionis. Cap. II.

CONFITEOR *tibi Domine, Pater cęli, et terræ*] Math.11.

Dicto de nouem pulchris conditionibus bonæ confeſſionis, conſequenter uidendum eſt, unde procedit, ꝙ retrahuntur ab ipſa confeſſione, ita ut quaſi inuiti videantur trahi ad eam,& tanquam ad ſupplicium duci.Reſpondeo ad hoc, quòd multiplex eſt occaſio, uidelicet.

Spes longeue uitæ.

Pudor culpæ commiſſæ.

Timor recidiuationis futurę.

Prima igitur occaſio retrahendi multos peccatores a cõfeſſione dicitur ſpes longęue uitæ,quæ certe non eſt dicenda ſpes,ſed potius præſumptio, tanquam ſi poſuiſſet dominus dies,menſes,& annos in poteſtate hominis peccatoris. Hæc autem tentatio procedit a maligno ſpiritu, qui inte-

rius

rius loquitur peccatori dicens. Quid uis facere. Tu enim adhuc iuuenis es fortis,& potes. Accipe ergo delitias tuas, quandiu tibi offeruntur. In ſenectute autem facies pœnitẽtiam,& frequenter confitebetis. Et ut melius ſibi credatur, allegant ſcripturam ſacram pro ſe,ut eſt illud uerbum Eccleſiaſticis 7. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sed reuera manifeſtè patet, q̃ hęc tentatio diabolica eſt,& damnatiſſima. Tum primò, quia eſt contra ſacram ſcripturam Eccl. 5. dicentem. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem; ſubitò enim ueniet ira eius,&c. Hinc etiam Eccl. 29. dicitur, quòd repromiſſio nequiſſima multos perdidit. Tum ſecundò, quia eſt contra communem experientiam. Nam uidemus frequenter iuuenes,& fortes ſibi longam uitam pollicentes,& citò,& inſperatè mori, ita ut dicat Sen. quòd multos uitam differentes mors incerta decipit. Tum. 3. quia eſt contra æquitatem,& rationem, hoc autem patet tali exemplo. Si enim quis haberet ſeptem aſinos,& totum onus imponeret debiliori, nõne talis ageret contra æquitatem,& bonam rationem. Certè nullus ſanæ mentis diceret oppoſitũ. Septem aſini ſunt ſeptem ætates hominis. Ille ergo, qui non imponit ſibi pœnitentiam in iuuentute, adoleſcentia,& huiuſmodi, ſed expectat, uſque in ſenectam, & ſenium, atque uſque in decrepitam ætatem, quando, ſ. erit adeo debilis, quòd non poterit ultra ieiunare, ſiue peregrinari, aut cætera opera pœnalia facere. Talis, inquam, vult imponere totum pondus ſuper aſinum debiliorem. Ex quo concluditur, quòd talis manifeſtè agit cõtra æquitatem,& rationem bonam. Quinimmo talis eſt maledictus à domino, ſecundum quod in figura ſcribitur Malach. 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum,& offert domino debilem, ideſt, ſenectutem, iuuentutem autem offert diabolo.

Secunda occaſio retrahendi pleróſque peccatores a confeſſione dicitur pudor culpæ cõmiſſæ. Diabolus enim tentando hoĩes,& alliciendo eos ad peccatũ, occultat ab oculis eorum pudorem culpæ. At uerò cum ad Deum, per pœnitentiã redire diſponunt, tunc primo facit coram eis apparere pudorem,& uilitatem, atque enormitatem culpæ cõmiſſæ, ut non audeant illam confiteri. Illud autem potiſſimè

mè habet uerum in peccatis carnalibus,& præſertim, quæ magnam important abominationem, ut eſt inceſtus, aut peccatum contra naturam. Nam qui tale nephas perpetrauit, habet diabolum, quaſi eum mutum, reddentem,& dicētem illi. Vide, ne dixeris tam enorme peccatum, propter q̃ comburuntur homines, & propter quod illę quinque ciuitates perierunt in momento, de quibus Gen.19. quòd ſi illud dixeris, confeſſor tuus perpetuo te abominabilem reputabit. Vnde Sodoma interpretatur muta in ſignum, q̃ tale peccatum hominem reddit mutum. Sed profectò nulla uia, debet peccator credere diabolo aduerſario eius, ſed potius Spiritui ſancto dicenti, per os prophetę illud Ecc.4. Non confundaris dicere pro anima tua uerum. Quod autem non debeat peccator habere talem pudorem, ſeu erubeſcentiam, qui eum reuocet à uera confeſſione, patet ſic. Quia ſi erubeſcit, aut erubeſcit de Deo, uel de confeſſore, uel de circunſtantibus. Sed propter nullum iſtorum debet erubeſcere, quin dicat uerum. Non primo propter Deum, maximè cum ante confeſſionem ęquè bene ſciret peccata confitentis, ſicut poſt iuxta illud Heb.4. Omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius. Non ſecundo propter confeſſorem. Tum quia ipſe peccator eſt, & fortè peior illo, qui ei confitetur Propterea dicebat Aug.lib.de uera, & falſa pęnitētia c.19. quòd nullus debet erubeſcere cōfiteri peccata ſua peccatori. Si, inquit, ſacerdos peccata non haberet erubeſcere poſſet, qui peccata ſua ei manifeſtaret. Itē idem ad fratres in heremo ſermone tertio, qui intitulatur de confeſſione peccatorū dicit ſic. Cur times o homo confiteri pctā tua? Peccator eſt, ut tu, & forſan maior, qui audit peccata tua. Cur ergo times peccator confiteri. Elige, quod uis, ſi non confeſſus lates, inconfeſſus dānaberis. Hæc ille. Tum quia ſacerdos fortè aliquando audit grauiora, & uiliora peccata. Et ideo non ſcandalizatur ex his, quæ ſibi tunc dicuntur. Da exemplum de Balaam, de quo dicit quędam gloſa ſuper librum numerorum, quòd non expauit ad uocem aſinæ ſuæ loquētis, eo quòd eſſet aſſuetus monſtris. Tū quia confeſſor citò dat obliuioni peccata, quæ illi dicuntur, ita ut ducat Auguſtinus, quamuis in cæteris memoratiſſimus, in prędicto ſermone de cōfeſſione peccatorū, illud, inquit,

quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, quàm illud, quod neſcio. Non tertio debet erubeſcere peccator confiteri, ſcilicet, propter circunſtantes, ſiue uidentes, ſicut faciunt illi, qui erubeſcunt ſępe ire ad confeſſionem, ne alij hoc uidentes putent eos eſſe cæteris peccatoribus grauiores. Sed profecto maxima ſtultitia eſt de nobiliſſimo opere, & ſummè ad ſalutem neceſſario erubeſcere. Tales ſunt ſimiles illis, qui erubeſcerent ſępè lauare manus pollutas, uel pedes. Vnde Bernardus. O quanta peruerſitas inquinari non pudet, & ablui pudet. O verecundia rationis expers, & ſalutis humanæ inimica. Patet ergo, quòd ex nulla parte debet homo erubeſcere confiteri peccata ſua.

Tertia occaſio retrahendi aliquos a confeſſione, dicitur timor recidiuationis futuræ, uel fortè grauis pœnitentiæ imponendæ, & ſuſtinendæ. Nam diabolus diſſuadens confeſſionem dicit peccatori, ut quid uis confiteri. Non enim poſſes abſtinere à talibus, uel talibus peccatis, nec poſſes cõtinenter uiuere, inſuper peius eſſet tibi coram Deo poſt recidiuum. Præterea mille contra unum confeſſor imponet tibi tantam pęnitentiam, quòd non poteris eam portare, vel fortè imponet tibi reſtitutionem, uel quod quæras ueniam ab his, quos offendiſti, & ſcandalizaſti. In quo quidē facto teipſum ſcandalizabis, & ſimilia. Sed iſtud impedimētum confeſſionis eſt ualde friuolum, & ualde fatuus eſt, quia propter prædicta retrahitur a confeſſione. Da exemplum de incarcerato, qui ualde eſſet fatuus, ſi habita opportunitate formidaret de carcere exire, timens ne iterum incarceraretur. Sic in propoſito ualde fatuus eſt peccator, qui in carcere diaboli poſitus, & cathenis ferreis ligatus timore recidiuandi negligit exire de tanto periculo. Itē debet conſiderare, quòd ſi confiteatur, minus audebit eum diabolus tentare, quam ſi non confiteatur. Da exemplum de homine, qui non libenter conuerſatur cum illo, qui ſemel reuelauit eius ſecretum. Sic nec diabolus libenter reddit ad illū, qui in confeſſione detexit malitiam ſuam. Vnde legitur in vitis Patrum, quòd quidam ſenex hortabatur quēdam nouiter conuerſum ad eremum ad ſępè confitendū, dicens, quod nihil ita fugat diabolum, ſicut bona confeſſio, per quā eius ſecreta reuelantur. Et per oppoſitū nihil eum ita lętificat,

ſicut

ſicut cum abſconduntur, & celantur dicta ſecreta, Cæterum peccator non debet timere magnitudinem pœnitentiæ conſiderans, quàm melius eſt in præſenti ferre quãcunque pœnitentiam, quàm ad infernum deſcendere. Qui autem cõfiteri nolunt, illic deſcendunt. Hęb. 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis. Vnde de illis, qui timẽt confiteri propter pœnam in preſenti ſuſtinendam, loquitur ſanctus ille Iob 6. dicens. Qui timent pruinam, cadet ſuper illos nix. Patet ergo, quòd nec timor recidiui, nec timor pœnitentiæ iniungendæ debet quemcunque à confeſſione retrhaere.

QVARE CONFITENDVM EST DEO. Cap. III.

CONFITEOR *tibi domine pater cœli, et terrę*] Matth. 11.

Poſtquam dictum eſt de tribus impedimentis confeſſionis, conſequenter uidendum eſt quare peccator in principio ſuę cõfeſſionis præmittit dicens, Confiteor Deo. Cum enim oculi domini lucidiores ſint Sole, & contemplentur bonos, & malos, ut habetur Eccleſ. 23. quęſtio eſt quare illi confitendum. Ad quod reſpondetur, quod propter tres rationes principales quę ſunt,

Commiſſæ offenſionis,
Impetrandæ abſolutionis,
Proteſtandæ ſubiectionis.

Prima igitur ratio dicitur commiſſæ offenſionis. Peccãdo enim principaliter offendimus Deum, ita, ut dicit ille peccator Dauid ad Dominum poſt cõmiſſum adulteriũ, & homicidium. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Cauſa autem, quare peccãdo principaliter Deum offendimus, eſt, quia ipſe eſt, qui principaliter, & primo uetat, & prohibet peccatum, & qui ſimiliter ipſum tandem punit. Deuteronom. 32 Mea eſt ultio, & ego retribuam eis, ſcilicet, pecatoribus in tempore, aut pręſenti, aut futuro, Propterea filius prodigus, per quem deſignatur peccator, intelligens principaliter offendiſſe patrem ſuum dixit ei. Pater

peccaui in cœlum,& coram te, iam non ſum dignus, &c. Luc.15.Vnde Auguſt.in lib.de Cordis Contritione dicit, quod peccare,eſt Deum inhonorare. Itē illud ſuper Pſal. exponens illud uerbum, Benedicite domino omnes uirtu tes eius,miniſtri eius,qui,&c.dicit,ꝙ omnes malè uiuētes & ſi linguæ taceant,uitia Domino maledicunt. Ecce quo modo peccatum principaliter eſt cōtra Deū.Et ideo principaliter illi eſt confeſſio facienda.

Secunda ratio dicitur impetrandæ abſolutionis, Solus enim Deus principaliter,& auctoritatiuè a peccato abſoluit.Iuxta illud Eſa.41.Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me.Vnde Iudæi non credentes Chriſtum eſſe uerum Deum,cum audiſſent eum dicentem Mariæ Magdalenæ,remittuntur tibi peccata,dixerūt intra ſe.Quis eſt hic qui peccata dimittit.Luc.7.Patet ergo,quantę grauitatis, & quantæ adhęſionis ſit culpa mortalis,a qua ſolus Deus abſoluere poteſt, Sacerdos autem tantum miniſterialiter circa talem abſolutionem operatur.Deus uerò qui occultè operatur in ſacramētis,principaliter operatur huiuſmodi abſolutionem.

Tertia ratio dicitur proteſtādæ ſubiectionis, Qui enim in Paſchate confitetur Curato parochiali proteſtatur de communi lege ſe illi ſubiectum, tāquam eius parochianū: Ita à ſimili cum quis dicit.Confiteor Deo, proteſtatur de confeſione ſe Deo ſubiectū, & uelle illi de cętero obedire tanquam ſeruus domino ſuo, & uaſallus principi ſui.Vnde ſicut uaſſallus flectit genua ſua coram principe ſeu maiore ſuo in hoc proteſtans ſe illi ſubiectum,ita & confitens flectit genua coram ſacerdote loco Dei in ſignum ſubiectionis, homagii præſtandi.Bonum eſt ergo confiteri Domino,ut dicit Pſal. & hoc propter tria prędicta. O igitur pauperes peccatores nolite obdurare corda ueſtra, ſed audite Pſalm. dicentem. Confitemini domino quoniam bonus. Cuius bonitas declaratur, cum ſubditur quoniam in ſeculum mericordia eius.Miſericordia autem eius in ſæculum duratura eſt, quod nō uult mortem peccatoris, ſed ut cōuertatur ad eum per ueram oris confeſſionem,& uiuat in præſenti quidē uita gratiæ, & in futuro, uita glorię.Itē miſericordia eius in alio apparet,quia,ſ.contra morem iudicis

dicis terreni,& ciuilis indulget uerè confitenti,Iudex enim ciuilis clamat contra reum cõfitentem reatum ſuum,ſuſpendatur, & moriatur.Sed dominus non vindictam cõtra confitentem clamat,ſed miſericordiam illi offert, dicens. Reuertere ad me,&c.

Notandum eſt autem,quòd aliqui addunt Deo omnipotenti.Sed cur hóc.Reſponſio propter duo.

Primò ad differentiam falſorum Deorum,qui fuerunt miſeri,fragiles,& caduci homines,aut ueri dæmones,quos eiecit Dominus de cęlo in abyſſum.Quod non cõtigiſſet, ſi fuiſſent dij omnipotentes.De quibus in Pſal.Omnes dii gentium dæmonia.Secundò ad oſtendendum,quòd ſolus ille,qui eſt omnipotens,poteſt remittere peccata.Nã peccator uenit ad confeſſionem,ſicut infirmus ad medicum. dicens illud Hiere.17.Sana me domine,& ſanabor, ſaluũ me fac & ſaluus ero.Item dicens illud Pſalm Amplius laua me Domine ab iniquitate mea,& à peccato,&c.Sanare autem ab infirmitate culpæ,aut ab ea humanam conſcientiã lauare ſolius Dei omnipotentis eſt.Nam hoc opus ptinet ad Dei omnipotentiam,non minus,quàm creare cœlum, & terram,ita ut dicit Aug.quòd de ſuo tam graui uulnere deſperaſſet,niſi tantum medicum reperiſſet.

QVARE CONFITENDVM EST BEATÆ *Virgini,& omnibus ſanctis.* Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,& terræ.*] Matth.11.Poſtquã oſtenſum eſt,ꝙ principaliter confitendum eſt Deo,conſequenter uidendum eſt,cur additur.Et Beatę Mariæ Virgini,& omnibus ſanctis.

Nam ineptũ uidetur,quod debeamus confiteri Beatæ Virgini,Tum primo propter ſexus conditionem. Non enim mulieribus,ſed ſolis uiris datæ ſunt claues ligandi,& ſoluendi,ut ſatis conſtat.Tum ſecundo,quia ſolum illis eſt confitendum,qui communicant nobiſcum in fide,& ſacramentis,& qui ſũt,adhuc de Eccleſia militante.Cuiuſmodi non eſt uirgo Maria,pro præſenti ſtatu:igitur.Item poteſt

argui,quòd ſimiliter malè addatur,& omnibus ſanctis.

Tum primò,quia beati amplius non communicant nobiſcum in ſacramentorum collatione,aut perceptione, ut dictum eſt de Beata Virgine. Tum quia ſolis ſacerdotibus confitendum eſt.Conſtat autem,quod multi ſancti fuerunt laici,vtpote,reges,& principes,iudices,ciuiles,& mercatores.Alij fuerunt heremitæ.Alij milites.Alij ruſtici,& operarij,ac huiuſmodi,igitur talibus non eſt confitendum.

Pro reſponſione notandum,quod duplex eſt confeſſio. quædam non ſacramentalis,& quædam ſacramentalis.Prima reſpicit tantum uenialia peccata,qualis eſt illa,quæ fit à ſacerdote in principio miſſę.Et ſimiliter,quæ fit in Eccleſia in primis,& completorio ſecundum vſum antiquarum eccleſiarum,aut religionum,& præſertim apud fratres prædicatores.Et huiuſmodi confeſsio poteſt fieri uiris, ac mulieribus,dummodo fidelibus.Item uiatoribus, & comprehenſoribus.Per quam etiam remittuntur, uel ſaltem nata ſunt remitti peccata uenialia in habente gratiam,ſicut, & per aquam benedictam, pecoris tunſionem, & ſimilia. Cum enim,ut dicit beatus Thom.4.ſen.diſt.10.17.q.3.art. quęſtiuncula.3. peccata uenialia non ſeparant à Deo, non eſt neceſſe illa confiteri ſacerdoti,ſed poſſunt confiteri laico,etiam ſanctis regnantibus cum Deo, cuiuſcunque conditionis,ſexus,aut ſtatus fuerint in præſenti.Secunda autem confeſsio,quæ eſt plenum ſacramentum , & quę directè reſpicit peccata mortalia,debet fieri regulariter ſoli ſacerdoti communicanti nobiſcum in fide,& ſacramētis.Nā ut dicit Beatus Thomas,ubi ſupra quæſtiuncula.1.ſolus ille eſt miniſter ſacramenti confeſsionis,qui habet miniſterium,& poteſtatem ſupra corpus Chriſti uerum.Solus autem ſacerdos uiator eſt huiuſmodi,igitur ſoli tali eſt de neceſsitate confeſsio facienda.Et quod amplius fit,de ſupereroganti fit.

His ergo plibatis,& notatis notādæ ſunt duæ ueritates.

Prima ueritas,conuenienter confitemur Beatæ Mariæ Virgini.Iſta ueritas perſuadetur multipliciter.Primò quidem ipſa eſt regina in curia miſericordiæ, quam optamus nobis fieri,& impartiri in confeſsione, & ſine qua non fit peccatorum remisſio. Secundò uero,quia per ipſam impetramus

tramus à benedicto filio ſuo indulgentiam,& peccatorum noſtrorum remiſſionem,ita ut Auguſt. eam alloquitur, dicens. Tu domina cella es aromatica,ex qua vulnerum noſtrorum defluxit medicina. Per te obtinent miſeri miſericordiam,iuſti gratiam, peccatores ueniam. Tertio autem, quia inuocatio,ſeu expreſſio ſui nominis in confeſſione fugat dæmones,ne confeſſionem impediant,quia,ut dicit deuotus Bern. ſuper Canti. Non tantum timent hoſtes uiſibiles caſtrorum ordinatam aciem,quàm timent aereæ poteſtates Mariæ nomen. Nam quam primum ipſi dæmones audiunt Mariæ dulciſſimum nomen,pereunt, & fluunt, ſicut cera a facie ignis. Iſta autem tria tangit eccleſia,cum in laudem ipſius Virginis canit,dicens. Maria mater gratiæ, mater miſericordię,tu nos ab hoſte protege.

Secunda ueritas.Conuenienter cõfitemur omnibus ſanctis.Iſta ueritas perſuadetur multipliciter.Primo quidem, quia ſancti iuuant confitentem ad impetrandum beneficium abſolutionis,& ueniam de peccatis,ita ut dicit Greg. in collecta de omnibus ſanctis. Omnipotens ſempiterne Deus,concede quę ſumus,ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam,multiplicatis interceſſoribus largiaris.Secundo ſic. Peccator enim offenderat male agendo omnes ſanctos,& ſanctas,atque uniuerſam curiam cęleſtẽ habebat quoque contra eos bellum, & grauiter illis iniuriabatur.Quod ſic patet: Nam quicunque ſtat in peccato mortali, quandiu perſeuerat, retinet quodammodo omnia corpora ſanctorum in carcere, pro quanto, quantum in ipſo eſt,retardat ipſorum reſurrectionem,& glorificationem.Iſtud autem apparet per illud,quod dicitur Apoca.6. Clamant,inquit,Iohan. ſancti ad dominum,dicentes. Vindica domina ſanguinem noſtrum,qui effuſus eſt. Quibus reſpondet Dominus,dicens.Suſtinete amici mei adhuc modicum tempus, quouſq; impleatur numerus fratrũ ueſtrorum,ideſt,ſaluandorum. Quo completo fiet generalis omnium reſurrectio,quam ipſi ſancti ſummè deſiderant,ut,ſ. rehabeant corpora ſua, quæ modo ſunt in terra, uelut in carcere detenta.Ecce quomodo ille,qui remanet in peccato mortali,detinet,quantum in ſe eſt, corpora ſanctorum in carcere ſepulchri,quia per eum retardatur numerus electorum,

ctorum,ne impleatur,quia poſſibile eſt,quod ipſe ſecundũ finalem Dei ordinationem eſt de dicto numero. Ponamus ergo, ꝙ omnes,qui debent eſſe de iſto numero,iam ibi appoſiti eſſent,prętor unum, qui adhuc eſt in peccato mortali,ille ſolus dictam reſurrectionem retardaret,quantum in ſe eſſet,quandiu in peccato remaneret,quia conſtat, quod non poteſt ad cęlum uolare cum pondere mortalis peccati.Ecce quomodo peccator peccando, omnes ſanctos Dei offendit,& præiudicium ipſis affert non modicum.Merito ergo debet eos placare illis confitendo, & dicendo. Confiteor omnibus ſanctis.Sic autem agendo gaudium eis, atq; toti curiæ cęleſti affert, dicente Chriſto Luc.15. Gaudium eſt Angelis Dei,ſuper uno peccatore,&c. Tertio,dicta ueritas ſic perſuadet. Diabolus enim homine peccante mortaliter inuocauerat omnes ſanctos,& ſanctas Dei in teſtes cõtra eum,in curia iuſtitiæ. Sed poſtquam confitetur nullus eorum amplius recordatur peccatorum illius ad reprobationem,& damnationem eiuſdem,ſicut, neque Deus, qui Exech.16.loquitur,dicens.In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium,&c.Patet ergo, quàm bonum eſt confiteri Domino,& omnibus ſanctis eius.

QVIS SIT PATER, CVI CONFITERI DEbemus. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terræ*] Matth.11.Poſtquam in præcedenti capitulo declaratum eſt,quomodo, & qualiter confiteri congruè poſſumus B. Mariæ virg. & oĩbus ſanctis conſequenter tractandum eſt de eo,quod ſequitur,cum dicitur.

Et tibi pater,ſ confeſſori meo. Ex quibus uerbis manifeſtè patet, ꝙ in lege Euangelica non ſufficit confiteri Deo, ſicut in lege naturæ,aut lege ſcripta. Nec ſimiliter ſufficit confiteri Deo,& B Mariæ Virg.& oĩbus ſanctis,uerum etiã neceſſe eſt confiteri homini,qui huiuſmodi pater uocatur, cum dicitur,& tibi pater.Nam priuſquam Deus fieret homo,ſufficiebat ad ſalutem illi confiteri. Sed poſtquam homo factus eſt,neceſſe eſt homini cõfiteri,ſupple,poteſtatẽ,

auctoritatem,& iuriſdictionem habenti.Propterea Aug.l. de uiſitatione infirmorum ca.2.Dicit,quod ſunt,quidã ꝙ autumant ſibi ſuficere ad ſalutem, ſi ſoli Deo cui nihil occultum eſt ſua cõfiteantur crimina. Nolunt enim,aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus,quos tamen,inter lepram,& lepram diſcernere, per legiſlatorẽ conſtituit. Et poſt pauca,ipſius igitur humiliter ſubeundũ eſt iudicium quem dñs ſibi non dedignatur uicarium.Hęc ille.Poſſunt autem circa hoc moueri tres quæſtiones.

Prima igitur quæſtio eſt, cur uoluit nos Chriſtus ĩ lege euangelica obligare ad cõfeſſionem homini faciendam.In hoc enim ſtatuto uidetͬ lex gratiæ durior lege naturæ aut ſcriptura in quibus ſufficiebat ſoli Deo cõfiteri.Ad hoc dubium,& quæſitũ poteſt dari rñſio triplex.Prima eſt,ex parte præcepti.Sic enim præcipitur nobis Iac.5.Cõfitemini alterutrum peccata ueſtra i. ſacerdotibus auctoritatẽ habẽtibus.Secunda ex parte diaboli,unde Aug.fratres in eremo ſer.3.qui intitulatur de confeſſione peccatorum.Deus inquit,uult, quod confiteamur peccata noſtra, non quod ignoret ipſa,ſed,ut diabolus audiat, quoniam confitemur ꝙ pertinet nos peccaſſe,Et peccatis cõfeſſis cum dolore, & lacrymis,non habeat amplius unde nos incuſet. Et poſt pauca.Ecce,inquit,fratres mei.Deus vult,aut confiteamur Diabolus autẽ uult,ut taceamus.Cui aũt magis obediẽdũ eſt?Certè conſtat,ꝙ Deo,qui ſalutaria præcipit.Itẽ idem Aug.homel.12.Non,inquit,ideo uult Deus,ut cõfiteamur peccata noſtra,ꝙ ea ipſe aliter ſcire nõ poſſit,ſed quia diabolus deſiderat , ut non cõfiteamur, ut inueniat, ꝙ nobis ante tribunal æterni iudicis obiiciat.Econtrario aũt Deus noſter,qui pius eſt,& miſericors,uult,ut ea cõfiteamur in hoc ſęculo,ne pro illis confundamur poſtmodum in futuro.Si eñ cõfitemur ille parcit.Si nos agnoſcimus ille ignoſcit.Hęc ille.Item Ambor.de pęnitentia lib.2.cap.7.Nouit Dominus omnia,ſed expectat uocem tuam,non,ut puniat ſed,ut ignoſcat,Nõ uult,ut inſultet tibi diabolus,& cælãte te peccata tua arguat. Præueni igitur accuſatorem tuum. Si enim teipſum accuſaueris accuſatorem nullum timebis hæc ibi.Tertia ratio eſt,ex parte honoris diuini,qui per talem exteriorẽ,& uocalem cõfeſſionẽ magis procuratur,ꝗ

aliàs,

aliàs,in cuius figura legitur Ioſue.7.quod cum Achã furratus fuiſſet aliqua bona de anathemate Hierico, dixit ei Ioſue.Fili mi da gloriam domino Deo Iſrael,& confitere , atque indica mihi,quid feceris.Ad quem Acham.Vere,inq̃t, ego peccaui,domino Deo Iſrael,& ſic,& ſic feci.Iſta poſſũt eſſe uerba uere confitentis,qui ſeipſum accuſando , & peccatorem reputando,atque confitendo Deum,magis honorat,& glorificat.Et ſic patet ad primum quæſitum.

Secunda quæſtio eſt,quis eſt ille pater,cui confiteri debemus.Ad quod reſpondeo,quod eſt omnis legitimus confeſſor,ſiue ordinarius,ſiue extraordinarius.Et quilibet talis poteſt uocari proprius ſacerdos.Pro quo notandum ſecundum beatum Tho.in opuſculis,ubi diſputat contra Guillermum de ſancto amore.Et ſimiliter ſecundum Petrũ de Pa.in 4.ſen.diſt.17.q.3.art.2.quod proprius ſacerdos põt capi multipliciter.Primo pro illo,qui habet iuriſdictionẽ ordinariam ſuper aliquem in foro pœnitẽtiæ modo tamẽ limitato,& reſtricto,atque inferiori.Et ſic ſacerdos parochialis uocatur proprius ſacerdos.Secundo capitur pro illo,qui habet iuriſdictionem ordinariam modo tamẽ principali,& ſuperiori.Et ſic epiſcopus eſt proprius ſacerdos. Tertiò capitur pro illo,qui habet iuriſdictionem ordinariam modo principaliſſimo,& generaliſſimo,& ſic papa ẽ proprius ſacerdos omnium Chriſtianorum.Quartò capitur pro illo,qui habet iuriſdictionem delegatã ab aliquo iſtorum,ut ſunt pænitentiarii ſummi pontificis, & epiſcoporũ.Quinto capitur proprius ſacerdos,qui habet iuriſdictionem ex cõmuni conceſſione,aut permiſſione iuris communis.Et ſic illi ſunt proprii ſacerdotes,quos Epiſcopi,uel Abbates exempti ſibi eligunt in confeſſores,Nam talibus prælatis permittitur à iure ſibi eligere confeſſorem diſcretum,& prouidum,ut notatur extra de pœ.& re.ne pro dilatione.Sic etiam eſt proprius ſacerdos ille,qui audit alium exiſtentem in extrema neceſſitate,ſeu in periculo mortis, Tunc enim quilibet poteſt quemlibet à quolibet abſoluere,ut notatur in decre.26.ſi presbyter. Item extra de furtis c.fures.Hoc inſuper modo eſt ꝓprius ſacerdos omniũ uagabundorum . omnis presbyter parochialis,in cuius parochia uolunt confiteri.Reſolutoriè ergo tenendum eſt in

hac materia, quod quicunque confitetur alicui de numero illorum quinque prædictorum dicitur confiteri proprio ſacerdoti. Ex quibus omnibus patet, quod pater, cui cõfiteri poſſumus, eſt multiplex, & hoc tã in paſchate, quã alijs temporibus anni.

Tertia quæſtio, ſi liceat interdũ eſt alicui confiteri alteri, quàm proprio ſacerdoti abſque eius licentia. Ad hoc reſpondetur, quod ſic, & hoc in multis caſibus, quos ponit Hoſtien. & poſt eum Dominus Petrus de Palude in 4. ſen. diſt. 17. q. 3. art. 3. Sed de multis illis caſibus tantum hic aliquid annotabo, qui ſunt communiores.

Primus igitur caſus eſt, propter indiſcretionem, & inſufficientiam proprij ſacerdotis. Nam eo ipſo ſubditus habet licentiam à iure communi, alium adeundi, ut notat de pę. diſt. vlt. placuit. Et idem iudicium eſt, quando eſt reuelator confeſſionis, uel quando ſolicitat ſibi confitentes ad peccatum, Dicunt aliqui doctores, quod in his caſibus recurrendum eſt, pro ſecuriori ad epiſcopum pro licentia obtinenda alteri confiteri. Hoc tamen intelligi debet, ubi faciliter poteſt haberi acceſſus, ſeu recurſus ad eum, ubi autem non poteſt haberi de facili talis recurſus, tunc ſufficit petere licentiam à proprio curato adeundi alium. Quod ſi illam denegauerit, poteſt nihilominus taliter petens extraneum adire confeſſorem. Quia, quæ pro charitate ordinata ſunt, non debent contra charitatem militare.

Secundus caſus eſt, quãdo qui cõfiteri habet, tranſtulit domicilium. Nam tunc deſinit eſſe parochianus primi, & incipit eſſe parochianus illius, ad cuius parochiã ſe tranſtulit. Sicut in certis terminis, & feſtis anni nonnulli locatitij mutãt domicilium de parochia in parochiam. Sed quid iuris de illo, qui habet duplex manerium unum hyemale, reliquum æſtiuale. Reſpondetur ad hoc, quod talis ſortitur utriuſque forum non quidem ſimul, ſed ſucceſsiue ſecundum quod habitat hic, & ibi. Et ideo, tunc hic recipiat ſacramenta, quando hic habitat, aliàs alibi.

Tertius caſus eſt, quando talis eſt uagabundus, utpotè, non habẽs, nec potens habere domicilium, neque propriũ, neque locatiuum. Talis enim poteſt confiteri, cui uult ſiue epiſcopo ſiue curato, in cuius parochia ſe inuenit, ma-

mo

mo etiam non curato, ut videtur, quia, ut dicit de Pal. nulli ſubditus ſubijcit ſe, cui vult. Quod enim ſimplex ſacerdos non poſſit abſoluere, nō eſt ex defectu clauium, aut iuriſdictionis, ſed propter defectum materiæ. Cum ergo aliquis nulli obligatus ſubmittit ſe huiuſmodi ſimplici ſacerdoti, tunc poteſt uti iuriſdictione ſua in eum, tanquam in ſubditum. Nihilominus, qui iam ſubiecit ſe alicui curato, ipſo facto eſt eius parochianus, nec pt ſe alteri ſubmittere, quouſque ſe primo ſubtrahat ſimpliciter ab eo locū mutādo, niſi de volūtate illius, vel niſi habeat ſuper hoc īdultū papale.

Quartus caſus eſt de peregrinis. Nam ſi tales peregrinantur de licentia ſuorum curatorum virtute huiuſmodi licentię poſſunt confiteri, cui uolunt, & ſimiliter in Paſchate recipere ſacramentalē communionē, atque poſt mortē ſepeliri in loco ſacro. Si uerò peregrinantur abſque licentia curatorum, aut epiſcoporum ſuorum nil priuilegij habent. Bonum ergo eſt, & ſecurum volentibus peregrinari, præcipuè ad diſtantia loca ſecum deferre litteram teſtimonialem ſui curati, aut epiſcopi. Sed quid iuris de mercatoribus ſe inuenientibus extra domicilium ſuum in paſchate, aut qui fortè nullam habent domicilium. Ad hoc dicit idē Pal. ꝙ ſimile iudicium eſt de utriſque, ſicut de uagabundis. Vnde poſſunt recipere ſacramenta ſua vbicunque ſe inuenerint in Paſchate.

Quintus caſus eſt de conſtitutis in extrema neceſſitate uitę. Nam in mortis articulo omnis ſacerdos ab eccleſia nō præciſus auctoritate iuris fit ſacerdos proprius cuiuslibet talis. Notanter autē dicitur ab eccleſia non præciſus, quia melius eſt non confiteri, quàm hæretico confiteri, ſicut ſanctius eſt mori ſine communione, quàm de manu hæretici communicare. Vnde narrat Greg. de Hermigildo rege, qđ martirizatus eſt ī ſabbato Paſchæ, eò quod de manu Ariani epiſcopi communicare noluiſſet.

Sextus caſus eſt de ſcholaribus moram trahentibus in generalibus ſtudijs, aut vniuerſitatibus. Sunt, & alij caſus, quos pertranſeo, quia raro accidunt. Patet ergo, quando quis poteſt rōnabiliter alteri confiteri, quam proprio ſacerdoti parochiali. Pertranſeo illos, qui confitentur ſuperiori, aut pænitentiario illius, aut qui confitētur fratribus priuilegiatis,

uilegiatis,ut ſunt fratres Prædicatores,& Minores poſt canonicam præſentationem diocęſano factam,ut notatur in cle.rubr.de ſepultu.c.dudum.Et eodem priuilegio gaudet hodie Carmelitę,& Auguſtinieſes. Nam qui talibus confitentur,non tenentur pro illa uice ire ad curatos ſuos, etiã quocunque tempore hoc fiat. Bonum eſt tamen inducere tales,ut uadant in Paſchate ad ſuos ordinarios, &c.

QVOD CONFESSIO DEBET ESSE *accelerata.* Cap. VI.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,et terrę,* Matth.11.

Poſtquã in præcedenti c.oſtenſum eſt,quis ſit pater,cui confitendum eſt. Conſequẽter reſtat dilatare materiam de confeſſione, eò maximè ꝙ plurimũ delectat auditores animas ſuas ſaluare cupientes,ut.ſ.ſciant quõ, & qualiter confiteri debeant. Poterit tñ prudens lector huius uoluminis ſibi aſſumere de dicta materia,quantum uiderit populo expedire,ne.ſ. ex longa narratione generet faſtidium in ipſo populo,& ne ét neceſſe ſit illi poſtponere alias materias ſequẽtes nõ minus fortè auditoribus utiles. Et quia debitus ordo in qualibet materia obſeruatus multũ confert ad memoriam ſubiectæ materiæ, ideo cogitaui apud me dictam materiã de confeſſione deducere,& dilatare ſcđm ordinẽ alphabeticarum literarum,prout alias annotaui in quodã tractatulo,ſed tamen,nec alium ordinem tenebo.

Prima igitur conditio bonæ confeſſionis inſinuata, per primam litteram alphebeti dicitur accelerationis. Debet enim confeſſio accelerari, & quàm citius fieri. Hoc autem probatur quinque modis,uidelicet,

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primò quidẽ auctoritate.Pſa. dicentis.Pręoccupemus.i. faciẽ eius.ſ.Chriſti ad iudiciũ uenientis in confeſſione.i. ꝑ ſacramentalẽ confeſſionem.Et quia neſcimus diem,neque horam aduentus Chriſti,ſiue ad iudiciũ generale,ſiue particulare, ꝙ fit in morte cuiuslibet ideo ualde expediẽs eſt, & ſalubre confeſſionẽ quantocius accelerare.Vnde ad hoc

facien.

faciendum nos hortatur mater eccleſia, in tertio reſponſorio matutinorũ primæ dominicæ quadrageſimæ clamans, & dicens. Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus. Cuius ratio aſſignat, cum ſubditur. Ne ſubitò præoccupati die mortis, quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Nam vt dicit Aug. ad fratres in eremo ſer. 3. qui intitulatur de confeſſione peccatorum. Ille, qui vſque ad vltimum diem Quadrageſimæ, vel vitæ ſuæ differt confiteri, dat ſignum, quòd hoc libenter non facit.

Non differamus fratres de die in diē pandere cordis noſtri ſecreta. Promiſit enim Deus veniam pœnitenti, ſed nō promiſit vſque in craſtinum differenti. Igitur non differamus. Hæc ille.

Secundo ratione probatur intentum, & hoc ſic. In dubio tutior via eſt eligenda, vt notatur extra de homicidio c. ad audientiam. Et propterea de conſe. diſt. 1. Eccleſię. dicitur, quod ſi ſit dubiũ de conſecratione eccleſię, vel altaris, tunc ſtante dubio talia debēt conſecrari. Sed qui mortaliter peccauit, poteſt rationabiliter dubitare, ſi aliquãdo ſit habiturus tantam opportunitatem ad confitendum, ſicut nunc, eo quod de futurus contingentibus non eſt determinata veritas: Igitur debet eligere citò confiteri, & quam primum illi occurrit opportunitas.

Dubitari autem poteſt, vtrum ille, qui mortaliter peccauit, teneatur ſub pœna noui peccati vitandi ſtatim confiteri, quamprimum habet opportunitatem. Pro ſolutione huius dubij ponam tres veritates.

Prima veritas. Cõſulendũ eſt peccatori, vt quã primum habet opportunitatem, ſtatim confiteatur. Tum primo, propter incertitudinem temporis. Tempus enim vitæ noſtræ eſt nobis incertiſſimum, & quantũ ad annum, & ſimiliter, quantum ad menſem, hebdomadam, & diem, horam, momentum. Luc. 12. Veniet dominus ſerui illius, quando nõ ſperatur. Et ibi ponit Chriſtus exemplum de quodam diuite, qui proponebat deſtruere horrea ſua, & noua multo maiora ędificare ad reponendum ſegetes ſuas, quaſi ſperans diu viuere. Sed ſtatim audiuit terribile uerbum de cęlo miſſum in hunc modum. Stulte, hac nocte dęmones, & cętera. Et ideo ſalubre conſiliũ dat ſapiens. Eccle. 5. dicēs.

Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas, &c. Dum ſecundo propter accumulationem criminis. Quanto enim quis maiori tempore perſeuerat in malis ſuis, tanto maiora, peiora atq; plura peccata ſupra ſe accumulat, iuxta illud Apo.22. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Et Pſal. Appone iniquitatem, ſuper iniquitaté eorum. Item Greg. ſuper Ezechi.homel.11. Peccatum, quod per pęnitentiam non diluitur mox, &c. Sed cur hoc? certè, quia plerumque unum peccatum eſt pęna præcędentis peccati. Deo, ita permittente, ut perpulchrè deducit idem Greg. ubi ſuprà. Tũ tertio, propter elongationem hominis. Nam quanto, quis diutius perſeuerat in peccato, & tardius confitetur, tanto plus elongatur à Deo, & tanto difficilius conuertitur ad ipſum, ac periculoſius vita eius finitus, iuxta illud Pſal. Qui elongant ſe à te, peribunt, & Seneca de Verborum Copia. Quotidie, inquit, eſt deterior, poſterior dies. Itẽ Oui. li. de remedio amoris, ſatis ad propoſitum loquitur, dicẽs. Principijs obſta: ſerò medicina paratur. Cum mala per longas cõualuere moras. Sed propera, nec te uẽturas differt in horas. Qui non eſt hodie cras minus aptus erit. Propter ergo hęc tria, ualde bonum eſt, & ſecurum, citò commiſſo peccato confiteri, habita, ſcilicet, opportunitate bona. Et oppoſitum confeſſio, ſeu pęnitẽtia, quæ differtur vſque ad extremum vitæ, eſt valde dubia, & rara, vt patet de pęn. diſtin. 7. nullus.

Secunda veritas. Quam primum, quis mortaliter peccauit, non tenetur regulariter, ſub pęna noui peccati, ſtatim confiteri. Pro quo notandum, quod duplex eſt confeſſio. Quædam, quæ fit Deo in ſecreto mentis per recognitionẽ ſui delicti, & dolorẽ de eo. Quædam vero, quæ fit ſacerdoti, quæ propriè dicitur ſacramentalis. Loquendo ergo de prima, tunc dicendum, quod peccator ſtatim tenetur confiteri, ſcilicet, ipſi Deo, & hoc conterendo, veniam humiliter ab eo quęrendo, emendationẽ vitę proponendo, & confiteri homini, tempore, & loco, intendendo. Et huius ratio eſt, qui quilibet tenetur eſſe in gratia Dei, & viuere abſq; peccato. Sicut ergo nullus ſcienter manet in mala gratia principis, per quodcunque tempus, maximè cum ſentit ſe poſſe eum faciliter placare, utpote, ueniam ab eo petendo,

cum

cum recognitione offenſæ cōmiſſæ,ita in propoſito de peccatore in ordine ad regem,& iudicem ſuum Chriſtum. Loquendo uero de ſecunda confeſſione,quæ fit ſacerdoti, tanquam uicario Chriſti,tunc dicendum, quòd regulariter ſeclufis certis caſibus, de quibus ſtatim dicetur, quis poteſt abſque nouo peccato licitè differre confeſſionem ſuam,ſ. expectando tempus magis opportunum ad confeſſionem faciendam, uel expectando copiam confeſſoris magis opportuni,& huiuſmodi. Et quia tempus quadrageſimæ eſt tempus magis opportunum ad confitendum, cum ſit tempus pœnitentiæ.De quo etiam loquitur Apo.2.Corin.6.& legitur in epiſtola primę dominicæ quadrageſimæ, dicens. Ecce nunc tempus acceptabile.Ecce nunc dies ſalutis.Ideo regulariter laici poſſunt licitè differre confiteri, uſque ad prædictum tempus.Nec peccant, ſi non confiteantur antedictum tempus,niſi aliud ponatur.Sunt tamen ſemper monendi ad frequenter confitendum,præcipuè in celebrioribus ſolemnitatibus. Tenentur tamen ad ſtatim conterendū de peccato,ut dictum eſt. Quo facto,ſi inſperatè,& ex improuiſo moriantur,non propterea damnantur, ſi inconfeſſi deceſſerunt,quia per dictum dolorem iam ſunt poſiti extra peccatum,& periculum æternæ damnationis.

Tertia ueritas. In certis caſibus peccator tenetur ſtatim confiteri,alias negligendo,nouum peccatum incurrit. Notat autem Pet.de Pal.4.diſt.16.q.2.art.5.quinque caſus, in quibus ſtatim eſt confitendum per modum obligationis.

Primus eſt ratione ſacramenti.Nam quoties quis habet ſuſcipere aliquod ſacramentum, prius debet confiteri, ſi ſentiat ſe in aliquo mortali. Et hoc præter ſacramentum baptiſmi,quod eſt ianua aliorum ſacramentorum. Quemadmodum ergo ipſe baptiſmus eſt ianua ad omnia ſacramente, ita confeſſio eſt ianua recidiuanti poſt baptiſmum ad poſteriora ſacramenta. Et quidem de confirmatione ſcribitur de conſec.diſt.5. vt ieiuni. quòd confirmādi prius monendi ſunt facere confeſſionem peccatorum ſuorum. Similiter de ſacramento altaris ſuſcipiendo in Paſchate, præcipitur talibus prius confiteri.extra de pęn.& rem. omnis utriuſq; ſexus.Et eadem ratio eſt de aliis ſacramentis. De adminiſtrante autem aliquod ſacramentum,& ſi ſit val

ſe ſalubre prius confiteri habita oportunitate, & ſuppoſito mortali peccato in tali miniſtro, ad hoc tamen, quòd euiter mortale peccatum nouum, non requiritur, quòd actualiter cõfiteatur, ſed ſufficit, ꝙ conteratur, quia per ſolam contritionẽ deletur mortale peccatũ in eo, & iam incipit eſſe Deo coniunctus, & miniſter idoneus ſacri dandi.

Secundus caſus eſt ratione ſtatuti. Nam Papa Innocentius tertius ſtatuit ad minus ſemel in anno confiteri, ut patet per communem decretalem. Et ideo nõ licet abſque cauſa rationabili ultra differre, ſicut nec olim ſtatuta tempora ſuſcipiendi baptiſmum in uigilia Paſchę, aut Penthecoſtes licebat prolongare.

Tertius caſus eſt ratione dubij, quando, ſcilicet, imminet periculum mortis. Periculum inquam, tale, in quo frequenter homines moriuntur, ſicut in bello, aut naufragio, ſiue in acuta, uel multum graui infirmitate. De qua dicit decretali, de pęniten. & remiſſio. cum infirmitas, quòd medici corporum tenentur admonere infirmos ante omnia, ut aduocent medicos animarum. Non eſt autem de neceſſitate confiteri, quoties, quis habet intrare aquã, uel mare, in quib. nõ ſtatim ſic probabiliter timetur. Quamuis ſit bonum, & tũc ſe cõmittere, & deuouere Deo, & ſanctis eius.

Quartus caſus eſt ratione periculi. Nam ſi aliquis ſit in peccato, & habeat copiam confeſſoris potentis eum abſoluere, nec ſit ſpes, quòd redeat ante tempus, quo confitendum eſt, uel quòd nunquam poterit eum recuperare, aut ſimile, tenetur, tunc illi confiteri. Si enim diebus feſtiuis, aues poſſint capi, quando timetur, quod alias non occurrent, aut ſimiliter uindemiæ fieri, quando, ſ. timetur, ne tẽpus congruum tranſeat, multo magis propter ſpiritualia oportet tempus præſens occupare, utpotè in propoſito.

Quintus caſus eſt ratione ſcrupuli, utpotè, ſi homo ſit illius opinionis, uel habeat illam conſcientiam ſibi dictantem, quod tenetur ſtatim confiteri, certè oportet eũ deponere huiuſmodi conſcientiam, aut tunc confiteri, eo quod quicunque agit contra conſcientiam ædificat ad gehennã. Patet ergo in quibus caſibus, quis habens mortale peccatum tenetur ſtatim confiteri. Et ſic patet de ratione probante confeſſionem debere accelerari.

Tertio probatur intentum figura. Legitur enim primi Mach.5. quod Iudas Machabæus congregato ſuo exercitu uenit obuiam Timotheo iuxta torrentem, qui quidem Timotheus erat dux belli filiorum Amon contra Iudam, hunc ergo cum uidiſſet dictus Thimotheus dixit militibus ſuis. Si Iudas tranſierit torrentem, ut nos inuadat, non poterimus aduerſus eum quicquam. Si uero timuerit trãſire, & nos inuadere, ſeu aggredi, ibimus ad ipſum, & eum uincemus. Iudas itaque cum clangoribus uocauit populũ ſuũ. Quo congregato ipſe prior ad eos transfretauit, ſicque cõtritæ ſunt gentes a facie eius, & proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad fanum, quod prope erat. Mortaliter Iudas, qui interpretatur confitens, recte deſignat peccatorem confiteri uolentem Timotheus uero crudelis tyrannus eſt diabolus. Contra hunc ergo Thimotheum uenit Iudas dimicaturus, uſque ad torrentem, quando confitens plorat peccata ſua, hic ergo, ſi cupit uictor euadere, citò aggrediatur hoſtẽ ſuum diabolum, nec expectet, ꝙ primus ad ipſum ueniat, ꝙ ſi in mortis articulo. Nam ſi tantum diſtulerit confiteri, mille cõtra unũ uincet eum diabolus. Propter quod dicũt doctores pęnitentiam ſerotinam ualde dubiam, ut prius dictum eſt. Hic cadit exemplum de illo Iudæo, qui in die ſabbati cecidit in cloacam. Quẽ cum Chriſtiani pietate moti extrahere uoluiſſent, prohibuit dicens, quia ſabbatum ſuũ erat. In craſtinum ergo cũ clamaret ad dictos Chriſtianos pro auxilio, noluerunt eum tunc extrahere dicentes, quia dominica erat. Sic peccatores, qui nolunt extrahi de fece peccati, quando poſſunt, quando uolent, tunc non extrahentur, ſ. in morte. Vnde vulgariter dicitur. Qui non facit quando poteſt, non facit, quando vult. Vnde confeſſio taliũ eſt ſimilis confeſſioni latronis, qui non confitetur, niſi quãdo eſt in pede patibuli. Bonum eſt ergo, & expediens accelerare confeſſionem.

Quartò probatur intentum ſimilitudine, refert enim Plin. in naturali hiſtoria lib.8.ca.1. quod intitulatur de animalibus terreſtribus, quòd elephantes in omni Luna noua accedunt ad flumina. Ibique ſe purificant, & circunſpergunt aqua undique, atq; poſtmodum ſalutato ſydere, ideſt Luna de nocte, aut Sole de die in ſiluas reuertuntur uitu

los

los fatigatos præ ſe ferentes, refert etiam idem ubi ſupra ca.16. quod intitulatur, de leone, quod leena ſit magni coitus, & libidinis, ita ut etiam quandoque coeat cum pardo. Quod ſentiens leo tota ui inſurgit aduerſus eam. Leena ergo naturali inſtinctu præuidens, & præcauens imminens ſibi periculum ſolet poſt coitum cum pardo mox currere ad flu uium, ibique ſe abluere, quo facto tuta accedit ad leonem. Hæc Plinius. Ex facto ergo, & lotione prædictorum animalium datur nobis intelligi, quod ſi uelimus euadere iram, & furorem Dei debemus quã citius currere ad flumen confeſſionis, cum ſentimus nos pollutos immunditia peccati. Per hoc etiam, quod elephantes in omni noua Luna ſe purificant in flumine, datur intelligi, quòd ſatis expedit in præcipuis feſtiuitatibus ſe lauare in flumine confeſſionis. Unde & multi ſolent confiteri non ſolũ in paſchate, quod eſt neceſſitatis uerumetiã in natiuitate Domini, in Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, & huiuſmodi feſtis præcipuis Sed quid ſibi vult, quod elephantes inducunt ſuos uitulos ad ſe cum eis lauandos in omni noua Luna, niſi quod parentes debent uerbo, & facto inducere filios ſuos, & filias ſuas ad frequentandum ſacramentum confeſſionis, ut ſcilicet illis tandem ſuccedant non ſolum in bonis temporalibus, uerumetiam in bonis, & laudabilibus conſuetudinib.

Quinto probatur intentum exemplo. Legitur enim in Vitis patrum de beato Arſenio, quod ad eum in deſerto acceſſit Angelus Domini oſtendens illi ingentẽ Aethiopem colligentem ligna.

Qui cum feciſſet faſciculum, & iam appareret grauis ad leuandum, addidit alia ligna. Et ſic cõſequenter, quouſque fuit in tantum grauis, ut ipſum etiam mouere minimè poſſet. Quam uiſionem ſancto patri exponẽs dictus Angelus dixit ei, quod ſic faciunt peccatores, qui ſtatim non confitentur, ſed addunt peccata peccatis. De quibus in Pſalmo. Appone tu ſupple Deus permiſſiuè tantam iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum, & non intrẽt in iuſtitiam tuam. Iuſtitia quippe Dei in præſenti eſt, ut homo ſatisfaciat de commiſſo peccato per ueram pœnitentiam. Qui ergo apponunt iniquitatem ſuper iniquitatem, nec ſtudent errata corrigere, tales ſic procraſtinando iuſto Dei iudicio mo

riuntur frequenter abſque confeſſione. Quo ,ſit,ut tales, quo nolunt intrare in iuſtitiam Dei in præſenti modo prædicto, intrent, velint, nolint, poſt mortem in iuſtitiam eius rigoroſiſſimam in inferno, Ecce quare accelerãda eſt confeſſio.

QVOD CONFESSIO DEBET ESSE BREVIS Cap. VII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cæli,& terræ.*]Matth.11.

Secunda conditio bonæ confeſſionis deſignata per ſecundam litteram alphabeti dicitur breuiationis.

Debet enim confeſſio eſſe breuis, & ſuccincta,ſic ſcilicet,quòd nihil impertinens narrretur in confeſſione.

Sed ſi ſit aliquid tale,quod, ſcilicet ad confesſionem nõ pertineat,& ſuper quo quæritur conſiliũ,hoc debet narrari extra confesſionem. Similiter nihil ſuperfluum tunc narretur , ſicut facere ſolent multæ mulieres in uanum tempus terentes,& confesſionem accediantes. Quicquid tamẽ dicitur in confesſione ſiue ſit materia cõfesſionis,ſiue non, firmiter ſub ſecreto eſt tenendum,etiam quantuncunque malum inde natum ſit ſequi. Sed de hoc poſteà . Præterea confesſio ſic debet eſſe breuiata,quòd confitens nõ addat peccata,quæ non recolit ſe feciſſe. Cuius contrarium interdum facere ſolent illi,qui habent confesſionalia impreſſa, ſiue alia ſcripta,& qui ſe accuſant ſecundum ea,quæ in eis continentur. Et ideo communis reſolutio Theologorum eſt,quòd peccator in confesſione non debet dicere peccata,quæ non recolit ſe feciſſe,alias peccaret mortaliter tum ſeipſum diffamando, & ſcandalizando,tum mentiendo. Propterea dicit Auguſt.& recitatur in decre.22 quæſt.2. cum humilitatis cauſa. Cum,inquit.humilitatis cauſa mentiris,ſi non eras peccator,antequam mentireris, mentiendo efficeris,quod euitaueras . Nec ſimiliter debet confitens ſcienter tacere peccata,quæ fecit,aut quæ credit ſe feciſſe. Quia ſi ſciẽter taceret,aut negaret ſe feciſſe aliquod

mor

mortale peccatum, quòd à parte rei commiſit, iam perniciosè mentiretur, & fictè confiteretur atque diminutè. His ergo ſuppoſitis ponitur talis concluſio, ſeu ueritas.

Confeſſio taliter breuiata, quòd in ea aliquid ſcienter tacetur, non prodeſt ad ſalutem. Iſta ueritas probatur modis quinque, uidelicet.

Auctoritate. Ratione.
Figura. Similitudine.
Exemplo.

Primò quidem auctoritate decretalis, omnis utriuſque ſexus de pę. & rē ubi præcipit omni habenti annos diſcretionis ſemel in anno confiteri omnia, & ſingula peccata ſua.

Secundò ratione ſic, confeſſio fit ſacerdoti, ut det remedium, & medelam contra morbum peccati. Sed hoc nō poteſt facere, niſi integrè, & plenè peccator cōfiteatur. Quia medela, quæ ualet ad curationem unius morbi, ideſt, peccati, obeſt interdum curationi alterius. Igitur non breuiter, ſed ad longum confitendum eſt omnia dicendo,

Quæritur autem circa hoc, uerum confitens ſub conditione bene, & legitimè confiteatur. Pro reſpōſione ad hoc dubium ponam tres ueritates.

Prima ueritas. Quicunque eſt certus ſe commiſiſſe aliquod mortale peccatum, debet illud abſolute, & ſimpliciter ſine conditione confiteri. Nam taliter confitendum eſt mortale peccatum qualiter illud eſt in mente. Et ideo ſicut abſolutio ſacramentalis ex parte ſacerdotis eſt abſoluta, utpote, cum dicit, Ego te abſoluo, ita & confeſſio ex parte peccatoris abſoluta eſſe debet. Hoc tamen intellige, ubi eſt certus ſe peccaſſe, ut dictum eſt. Ex quo patet, quòd ille qui cum ſciat ſe peccaſſe, confitetur per conditionem, utpote, dicendo. Si peccaui in tali, uel tali genere peccati ego confiteor Deo, & uobis, talis non eſt uere confeſſus. Et idem iudicium eſt, cum interrogatur à confeſſore, & reſpondet cōditionaliter, cum tamen ſit certus. Patet etiam, quòd illi confeſſores damnant ſeipſos, & eos, quos audiūt, qui uolentes ſe expedire de ſibi confitentibus, quia forte, non ſperant inde magnum lucrum temporale, dicūt illis. Si peccaſtis in tali, uel tali genere peccati, nonne de hoc cō

proteſtatione, q̄ ſi habuero, aut quando plenè, & certã noti tiam de hoc, confitebor in particulari tẽpore ſuo. Hoc tñ intelligendum eſt, quando eſt quæſtio de mortali peccato. Et ſic patet ad quæſitum,

Tertio probatur intentũ per figuram. Legitur enim. 2. Reg. 10. quòd mortuo Naas rege filiorum Amon, miſit rex Dauid ſeruos ſuos ad Amon filium ſuum ad conſolandum eum ſuper morte recenti dicti patris ſui. Ad quem cum ve niſſent, reddidit opprobrium, & contumeliam pro benefi- cio. Fecit enim præſcindi veſtes eorũ vſque ad nates, inſu- per raſit mediam partẽ barbę eorum, & in tali ſtatu remi- ſit eos ad Dauid dominum ſuum dicens, eos veniſſe cauſa explorãdi patriam ſuam. Cum itaque rediiſſent noluit eos videre rex Dauid in tali ſtatu. Sed mandauit illis, vt ma- nerẽt in Hierico, donec creuiſſet barba eorum. Quod cum factum fuiſſet, honeſtè veſtierũt, & ſic acceſſerunt ad regẽ. Moraliter Amon, qui interpretatur onuſtus, rectè deſi- gnat diabolum onuſtum peccatis grauiſſimis, & pœnis du riſſimis. Dauid autem, qui interpretatur vultu deſide- rabilis, Chriſtum ſignificat, cuius vultus, & facies eſt adeo deſiderabilis, q̄ Angeli deſiderant continuè in eum proſpi cere, vt dicitur 1. Pet. 1. Serui eius Dauid ſunt veri pœnitẽ tes. Accidit tamen quandoque, quòd inſtigante prædicto Amon decurtãtur, & præſcinduntur veſtes huiuſmodi ſer- uorum Dei, atque eorundem barbæ tantum pro parte ra duntur, quod maximè fit, quando confitentes adeo ab- breuiant confeſſiones ſuas, quæ ſunt veſtes animæ. Iuxta il lud Pſal. Confeſſionem, & decorẽ induiſti, quòd relinquũt partẽ peccatorum ſuorum. Et hoc idem figuratur per me- diam raſuram barbę. Et tales nõ uult uidere dominus, nec uult, ut ueniant ad domum ſuum, & palatium cœleſtæ, quouſque creuerint eorum barbæ, uſque ad debitam men ſuram, & ſimiliter quouſque ueſtiantur honeſte, Hoc autẽ maxime fit per debitam, & integram confeſſionem.

Quartò probatur idem quod prius ſimilitudine. Vide- mus enim, quod ſi aliquis homicida petat remiſſionem à rege, uel principe ſuper facto, & exceſſu per ipſum com- miſſo breuiter exponens reatum ſuum, ſic, quod aliquid ſcienter ammittit quod aggrauat caſum ſuum ſi de hoc po

ſtea conſtet, vana eſt ſua remiſſio, & nulla hinc eſt, quod huiuſmodi remiſſiones ſolent dirigi ad illos iudices, qui poſſunt plenam habere notitiam facti, ut ſic uerificentur, vel declarentur nullæ, & quod malefactor dedit malè intelligere principi. Sic in propoſito, quò ad illos, qui nimis breuiter, & ſuccinctè confitentur.

Quintò probatur idem intentum exemplo, legitur enim in ſpeculo exemplorum, quòd quidam mortuo patre ſuo orauit pro eo, etiam peculiares orationes pro eo fundendo per annos trigintaduos. Poſt quod tempus illi apparens dictus pater, dixit ei, quòd orationes ſuæ illi non proderant, eò quòd toto illo tempore permanſiſſet in mortali peccato. Cunque filius dixiſſet ſe in decurſu tanti temporis, pluries fuiſſe cònfeſſum, ait pater: Scio fili, quòd frequenter fuiſti confeſſus. Sed hoc tantum feciſti, ex quadam conſuetudine raptim, & feſtinanter, ac ſine magna examinatione conſcientiæ tuæ, atque abſque firmo propoſito emendæ. Idem nihil tibi profuit, nec mihi quicquid interio boni feciſti.

Patet ergo ex dictis, quomodo abbreuianda eſt confeſſio idem ſtudeat unuſquiſque bonum, & perfectam facere confeſſionem.

QVOD CONFITENDÆ SVNT CIRCVNſtantia peccatorum. Cap. VIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terrę,*] Matth. 11.

Tertia conditio bonæ confeſſionis deſignata per tertiam litteram alphabeti, dicitur circunſtantiarum.

Debet enim confeſſio ad hoc, quod ſit ſalutifera, non ſolum amplecti peccata, uerumetiam circunſtantias peccatorum, hoc autem probatur quinque modis, videlicet.

Auctoritate. Ratione. Figura.
Similitudine. Exemplo.

Primò quidem auctoritate. Aug. lib. de uiſitatione infirmorum. c. 2. dicit ſic. Deſignanda ſunt loca, in quibus pecca

ſti

ſti,ſic recordaris.Similiter tẽpora, & perſonę,cum quibus peccaſtis,non tamen nomina ipſorum.Item labilis ętas in qua peccaſti, quo gradui iam eccleſiæ inſeruiebas.Vtrũ ſemel,an ex conſuetudine. Vtrum neceſſitate,an ex uoluptate cecidiſti. His enim omnibus ſua inſtant iudicia. Et poſt pauca.Sic,inquit,iudiciis ſęcularibus loca á locis diſcernũtur. Nam alia cenſura uindicatur homicidium in regis curia alia in uia publica,alia in agreſti uilla,aliquãdo etiam pro tempore nã tempori ignoſcitur infantiæ, aliquando defertur ſenectuti,quæ media deſeruit ętas ſenum cohibetur habenis.In ſolemnibus,& præcipuis natalitiis perpetrata feroci plectuntur exterminio facinora,ſic & cætera,quãto diſtrictioribus eliminanda ſunt animaduerſionibus in locis Deo ſacratis.In temporibus feſtis Deo dedicatis,in ætate diſcretiori,in perſonis propriæ Deo dicatis.In gradibus cõmiſſa ſublimioribus. Nõne cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Nonne minus eſt homine occidiſſe, quam homines.Nonne leuius eſt ſemel deliquiſſe,quã centies.Nonne celeriorem conſequitur ueniam ex neceſſitate deliquiſſe, quam ex uoluptate,Hæc ille. Ex quibus uerbis manifeſtè apparet circunſtantias peccatorum eſſe confitendas.

Secundo probatur idem intentum tali ratione. Omne ſpeciale peccatum eſt ſpecialiter confitendum. Sed circunſtantiæ interdum mutant ſpeciem peccati,& conſtituunt ſpeciale peccatum,igitur tunc ſunt neceſſario confitendæ.

Ad euidentiam autem minoris prædictæ notandum conformiter ad dominum Petrum de Palude 4.ſenten.diſtin.decima ſexta.q.3.quod circunſtantiæ ſunt in quintuplici differentia.Primæ ſunt,quæ nihil faciunt ad rem, quia nec aggrauãt,nec alleuiant.Et huius generis ſunt illę quę non important aliquam conuenientiam, aut diſconuenientiam ad rectam rationem,nec ex ſe,nec ex ſuppoſitione ſicut furari cum dextera,uel ſiniſtra manu, Cõfiteri autem huiuſmodi circunſtantias non eſt de neceſſitate. quinimmo ſuperfluũ eſt.Secundæ circunſtantiæ ſunt,quæ alleuiant,quales ſunt illæ,quę important aliquam conuenientiam,ut facere malum bona intẽtione, utpote ſi quis furetur,ut det pauperi; Vel ſi quis peccet per ignorãtiam

credens

credens bene facere. Tertiæ ſunt, quæ aggrauant, veruntamen non mutant ſpeciem peccati, ſed tantum aggrauant infra ſpeciem peccati, ſicut illæ, q̃ importãt diſconuenientiam ad rectam rationem ex ſuppoſitione, vt furari multum grauius eſt, quam furari parum. Et ſimiliter ſi quis diu luſit ad chartas, vel taxillos, aut cum magna delectatione: Vel ſi commiſit adulterium, ſeu fornicationem ſimplicem, cum magna libidine, aut ſi quis peccauit nulla tentatione prçcedente, ſed propria malitia ad hoc eum trahente, & ſic de alijs. Confiteri ergo huiuſmodi circunſtantias aggrauantes infra eandem ſpeciem peccati, an ſit neceſſe. Reſpõdet B. Thom. 4. ſent. diſt. 16. q. 3. art. 3. quæſtiun. 5. di cẽs circa hoc eſſe duas opiniones. Prima eſt dicentium neceſſe eſſe confiteri omnes, & ſingulas circunſtantias, quæ addunt aliquã notabilem quãtitatem peccato, & hoc de illis, quæ memoriç occurrunt. Secunda opinio eſt dicentium non eſſe de neceſſitate, ſed tãtum de bene eſſe, & de perfectione, ſeu conſilio confiteri prædictas circunſtantias, ſed tantum illas, quæ ad aliud genus peccati trahunt. Et hãc opinionẽ tenet, tanquam probabiliorem prædictus Doctor ſanctus. Quare circunſtãtiç ſunt, quæ mutant ſpeciem peccati, ſed tamen non in infinitum, vtpotè, quando vtrunque peccatum eſt veniale. Et tunc non eſt neceſſe illas confiteri, ſicut neque venialia peccata. Quintç ſunt, quæ aggrauãt in infinitum, & mutant ſpeciem peccati, vtpotè, furari in loco ſacro. Item cognoſcere mulierem coniugatam, vel ſanctimonialem, aut germanam, vel affinem, vel prius cognitam à conſanguineo ſuo, vel contra naturam, & huiuſmodi. Et de talibus circunſtantiis dicunt omnes Doctores cõcorditer, quòd neceſſe eſt eas confiteri. Patet ergo, quæ circunſtantiæ ſunt de neceſſitate confitendæ, & quæ non, & ſimiliter, quæ tantum de bene eſſe.

Tertiò probatur principale intentum per figuram. Legitur enim Gen. 44. quod cum fratres Ioſeph reuerſi fuiſſent de Aegypto ad patrem ſuum Iacob cum frumentis, & omnia illa conſumpſiſſent, dixit iterum eis Iacob, vt adhuc ſemel redirent in Aegyptum ad emendum vitç neceſſaria. Cui Iudas. Denunciauit, inquit, nobis vir ille, quid dominatur in Aegypto, quòd de cçtero non videbimus faciẽ eius,

nisi

niſi adduxerimus nobiſcum fratrem noſtrum minimum,ſ. Beniamin,Ad propoſitum per Iudã, qui interpretatur cõfitens,recte deſignantur ille,qui uult confiteri.Ioſeph autẽ eſt Chriſtus, qui dicit Iudæ,id eſt,confitenti, quod non uidebit faciem ſuam in cœlo,ſupple,niſi primum adduxerit coram ſacerdote in confeſſione minimani circunſtantiam mutantem, ſcilicet,ſpeciem peccati, ut prius exẽplificatũ eſt ſatis diffusè.

Et quia eſt quęſtio de circunſtantiis peccatorũ, & pręcipuè de illis,quæ aut notabiliter aggrauant in eadem ſpecie peccati, aut uariant ſpeciem peccati ideo uidẽdum eſt, quæ ſint huiuſmodi circũſtantiæ. Sunt ergo numero octo, quæ conſueuerunt his uerſibus deſignari.

Quis,quid,ubi,per quos,quoties,cur, quomodo,quãdo
Quilibet hæc ſeruet morbi medicamina dando.

Prima igitur circunſtantia dicitur quis. Quæ quidẽ circunſtantia reſpicit conditionem perſonæ, quantum ad ſtatum,ętatem ſapientiam,ordinem,officium, & huiuſmodi.

Nam quãto gradus altior,tanto caſus eſt periculoſior, & ingratitudo maior. Item dicta circunſtantia quis poteſt eſſe interrogatio de perſona,quæ tenetur confiteri,utpote dicendo. Quis tenetur ad confeſſionem ſacramentalem? Ad quod reſpõdetur, quòd adultus, qui,ſcilicet habet uſũ rationis,ſiue qui eſt doli capax,& qui poſt baptiſmum mortaliter peccauit. Per adultum autem intelligitur, non aliquis iuuenis tantæ uel tantæ ætatis,ſed qui habet ſufficientem ætatem ad cognoſcẽdum,quid iuſtum,& quid iniuſtũ contra legem Dei, & bonos mores. Et qui prius interrogatus ordinate,ſtatim percipit, quid iuſtum, & quid iniuſtũ in lege Domini.

Hoc tamen citius perficit in uno iuuene, quam in alio.Et ſic deſcribit adultum Scotus ſuper 4.ſenten.Hoſtiẽi ait in Summa ſua, lib.5.titu. de pœ.& remiſſio.quod doli capax,ſiue adultus dicitur ille,qui eſt proximus pubertatiu Pubertas autem ſecundum eundem ibidem incipit in mulliere in anno duodecimo. In maſculo uerò in 14. anno.Air dit autem,quod quãdo,quis ſit doli capax in exteriora u prudens exiſtimauit. Dicit tamen dominus Anto.3.part ſummæ ſuæ, quod aliqui uolunt aſſignare tẽpus determinatum

natum confeſſionis ,quando ſcilicet, primum obligat,dicentes,quod illud eſt tempus ſeptē annorum, in quo paruuli iam uidentur doli capaces, & attingere aliquo modo annos diſcretionis.

De quibus annis uidetur intelligi, decretalis omnis utriuſque ſexus,extra de pęniten.& remiſ.cum dicit,quod omnis utriuſq; ſexus fidelis, cum ad annos diſcretionis uenerit,&c. Aliquando etiā dicti anni diſcretionis in aliquibus anticipantur ante dictam ætatem.Vnde refert Grego. in dialogo ſuo, libro quarto, capitulo decimoctauo, de quodam paruulo ætatis quinque annorum, qui cum blaſphemaſſet nomen Domini,ſubito affuerunt dæmones terrimi,in quorum præſentia animam reddidit.De quo tā dem concludit ibidem Greg.dicens, ꝙ pater eius animam ipſius negiligens, nō paruulum, ſed peccatorem gehennæ ignibus nutriuit. Patet ergo quis tenetur confiteri.

Secunda circunſtantia dicitur quid,ſupple,commiſſum eſt,an, ſcilicet,malum quia prohibitum, uel malum ex genere ſuo,& ideo prohibitum quia malū. Item utrum mortale,uel ueniale. Item ly,qui poteſt eſſe interrogatio, ut cum quæritur. Quid confitendum eſt.Ad quod reſpondetur,quod mortale peccatum, de quo confitens nunquam fuit ritè confeſſus,& de quo poteſt habere memoriam pręmiſſa diligenti inquiſitione,ſcilicet, ſecundum poſſibilitatem humanę fragilitatis.Sed quęritur quantā diligentiā deberet homo apponere in examinādo,ſeu pſcrutādo cōſcientiam ſuam.

Ad hoc reſpondet Scotus in 4.ſent.ꝙ tantam,quantam apponere ut prudens circa aliquod multum arduum, ꝙ ualde eum tangeret & ualde diligeret.Modo cōſtant,ꝙ homines pro temporalibus arduis quærunt diligētiſſime uias aptas,& amicos,& quęcunque alia media.Igitur a fortiori in propoſito. Cū gaudio ergo debet homo facere immortalis uicturus,inquit,idem doctor quæcunque faceret pro differenda morte moriturus. Diuturna ergo deliberatio circa confeſſionem facienda maximè habet locum in illis, qui raro confitentur,& groſſo modo uiuunt,quales ſunt homines mundani,& rebus ſæculi deditі, atque implicati. De perſcrutatione autem facienda ante actualem confeſſio-

feſſionem. Da exemplum de illo, qui perdidit burſam ſuã, pòſtea perſcrutatur uias, per quas pa tranſiuit, loca, quæ uiſitauit, perſonas, cum quibus habitauit, & huiuſmodi. Nam per talem modum frequenter deuenit in notitiam loci, in quo dictam burſam perdidit, & ſic eam de facili inuenit. Applicatio eſt facilis.

Tertia circunſtantia dicitur, per quos, hoc eſt, ſi confitens alios traxit ad peccatum, ſiue induxit. Hoc enim eſt officium diabolicum. Qui ergo alios attraxit ad peccatũ uerbo, ſeu exemplo malæ uitę, debet de hoc confiteri, quia ut dicit Iſidorus de ſummo bono, libro tertio, capitulo trigeſimo octauo. Deteriores ſunt, qui, ſiue doctrinis, ſiue exemplis, uitam, moreſque corrumpunt bonorum, illis, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. Hi enim ea, quæ extra non ſunt, auferunt, corruptores uerò morũ propriè noſipſos diripiunt, quoniam diuitię iuſtorum ſunt mores eorum, Hæc ille. Propterea Saluator Matthæi 18. dicit, quòd, qui ſcandalizauerit unum de puſillis, qui in eum credit, expedit, &c. Lubrici ergo uiri, qui induxerunt uerbo tactu, munerib. aut aliis uiis caſtas puellas, aut mulieres ad actum nepharium, de hoc habent confiteri. Similiter, qui alios traxerunt ad ludos interdictos. Item, qui ſtudioſè alios inebriari procurauerunt, & huiuſmodi. Propterea hæc circunſtantia, per quos alio nomine uocatur inductionis.

Quarta circunſtantia, dicitur quoties, ſupple, quis peccauit, & ſimiliter ſit aſſuetus ad tale, uel tale uitium, uel non. Conſtat enim, ꝙ praua conſuetudo nõ alleuiat peccatũ, ſed potius, aggrauat, ita enim dicitur expreſsè uigeſima quarta quæſtione prima, ſciſma. Et ſimiliter extra de cõſuetudine. capitu. cum tanto. Quoties ergo, quis reiterat actũ malum, non ſolum exteriorem, uerum etiã interiorem, toties peccat diſtincto peccato. Et cũ quis in una hora poſſit decies, aut centies, ſeu plus reiterare huiuſmodi actum interiorem malum, conſequens eſt dicere, quòd homo poteſt mille peccata mortalia committere in una die, aut & hora, & de quolibet habet confiteri, ſi ſciat numerũ. Quòd ſi neſciat, tunc ſufficit dicere quandam multitudinem æſtimatam, uel eo circa, aut dicere, quod toties, & tã frequenter

ter

ter reiterauit huiuſmodi actum interiorem malum, utpotè,prauam uoluntatem , aut deſiderium, quod non poſſet hoc dinumerare,& quod libenter hoc diceret,ſi ſciret.Hoc tamen ultimum dictum intelligitur,ubi confitens fecit,q̃d in ſe fuit ad diſcutiendum, & ſciendum huiuſmodi numerum . Alias ignorando non excuſatur a peccato negligentiæ,& omiſſionis .

Quinta circunſtantia confitenda dicitur,cur,an.ſ. ex infirmitate,paſſione,ignorantia,ſeu electione , & plena deliberatione peccatum ſit commiſſum ; quia conſtat euidenter,quòd peccare ex electione, & certo propoſito grauius eſt multo,quàm ex paſſione,uel ignorantia.Item qui furatus eſt,debet dicere,cur hoc fecit,Nam ſi ex cupiditate ſolum hoc grauius eſt multò,quã ſi ex neceſſitate,& inopia. Et ſimiliter,qui iniuriatus eſt uerbo, aut facto alteri,debet dicere,cur hoc fecit,quia ſi fuit aggreſſor,tunc grauius peccauit,quàm ſi iniuriam pro iniuri a retorſiſſet. Et idem dicendum de percutiente alterum , aut de eo detrahente . Similiter,qui fornicatus eſt,aut adulteratus,debet dicere con feſſori ſuo,ſi ſolicitauerit eam , quam cognouit , an fuerit ab ea ſollicitatus,quia unum eſt grauius altero. Item ſi ſeipſum prouocauerit ad libidinem, & quęſierit media peccandi eundo ad loca inhoneſta,uel alias. Et huius ratio eſt, quia quærere ex induſtria,& propoſito occaſionem peccandi,multum aggrauat peccatum .

Sexta circunſtantia dicitur,quomodo , ſ. commiſſum ſit peccatum.Sic tamen ſobrie de hoc loquendo,quod nõ detur confeſſori occaſio ruinæ . Cognoſcere enim mulierem contra naturam,ſiue ſuam,ſiue alienam, aut aggrauat peccatum,aut mutat ſpeciem peccati,& ideo confitenda eſt huiuſmodi circunſtantia. Quod autem aliquis occiderit aliũ, fuſte,uel gladio,non eſt circũſtantia neceſſario confitenda, quia non facit ad rem,neque enim auget peccatum,neque ſimiliter diminuit .

Septima circunſtantia confitenda dicitur. Quando. Nã ingurgitari uino,in die ieiunij,uſque ad ebrietatẽ, eſt grauius multo,quam alio die,& ſignanter , ubi factum eſt publicum,quia tunc generatur ſcandalum.Similiter,qui peccat in die feſto,ſiue luxuriando , ſiue choreas ducendo , ſiue

ne quodcunque aliud prohibitum faciendo, cæteris paribus grauius peccat, quàm qui alio die, & hoc propter circunſtantiam ſanctitatis diei feſti. Nam, ut dicit Sanctus Auguſtinus, ſuper Iohannem, tractatu tertio, opus ſeruile, quod interdicitur in die Sabbati, non ſolum eſt opus manuale, uerum etiam opus peccati. De quo Chriſtus, Iohan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Vnde multi Doctores Theologi dicunt, quòd plus uiolatur dies feſtus per commiſſionem alicuius, quod eſt ex ſe malum, quàm per opus mæchanicum, quod non eſt ex ſe malum, ſed tantum, quia tali die prohibitum. Hinc Magiſter Alexander de Alès in quarto ſententiarum, diſtinctione decimaoctaua dicit, quod qui committit mortale peccatum in die feſto, dupliciter peccat, & incurrit reatum duorum mortalium peccatorum per unicum actum, uerbi gratia. Qui fornicatur in die feſto, talis facit contra duo præcepta. Primò contra illud, non Mœchaberis. Exodi uigeſimo. Secundo contra illud; Sabbata ſantifices, ubi ſupra. Et idem iudicium eſt de blaſphemia, & periurio, mendacio pernicioſo, detractione, & huiuſmodi. Propter quod ille, qui ſic peccat die feſto, debet in confeſſione exprimere talem circunſtantiam, vtpotè dicendo. Fornicatus ſum, uel adulteratus, uel ſimile, & erat dies feſtus. Idem dic de illis, qui die feſto uacant ludis prohibitis. Inſuper quantò feſtum fuerit celebrius, tantò peccatum redditur grauius. Et interim aggrauatur peccatum, ſi committatur tempore, quo quis deberet intereſſe diuinis. Hoc autem tangit illos, qui durantib. diuinis, uacant ludis chartarum, palmæ chorearum, & huiuſmodi, & ſimiliter inſpectores talium.

Octaua circunſtantia, quæ omiſſa fuit in ordine ſuo, quia debebat eſſe tertia dicitur, ubi. Quę quidem circunſtantia reſpicit locum, in quo peccatum commiſſum eſt. Nam percutere non ſubditum in loco ſacro eſt grauius, quàm alibi ſimile facere. Similiter, aliquid uiolenter, aut furtiuè auferre de loco ſacro eſt grauius, quàm ſi de alio loco ſimile fieret. Item cognoſcere mulierem in loco ſacro, eſt deterius, quàm in loco non ſacro. Vnde propter talem infamiam prophanatur, & polluitur locus ſacer, pręſertim quando factum eſt notorium ſecùs, ubi eſt occul-

tum,

tũm. Patent ergo octo circunſtantiæ, quæ ſunt multum at tendendæ ab his, qui cupiunt bonam, & perfectam facere confeſſionem. Et ſic patet de tertio principali.

Quartò principale intentum probatur per ſimilitudinem de ægroto, qui ſi cupit mederi, debet dicere medico, & illi aperiri genus infirmitatis ſuæ, quãtum ſcit, & cognoſcit, & potiſſimè, ubi eſt occulta, etiam exprimendo locum, & tempus, in quo languet, & huiuſmodi. Ita in propoſito dicendum de confitente in ordine ad confeſſorem, qui eſt medicus animæ. Quia ut dicit Boetius de conſola. libro 1. proſa 5. Si operam medicantis expectas, oportet, ut vulnus detegas tuum.

Quinto probatur idem exemplo. Legitur enim in libro qui intitulatur. Vitæ Fratrum ordinis Prædicatorum, q fuit quidam iuuenis nouitius in dicto ordine, qui cum poſt matutinas fuiſſet confeſſus, in oratione ſe proſternens obdormiuit. Et ecce in ſomnis uidebatur ſibi quod audiret uocem dicentem ſibi. Vade, & iterum rade caput tuum. Qui euigilans interpretatus eſt, quòd iterum moneretur confiteri circunſtantias peccatorum ſuorum, quas non ſatis expreſſerat. Propter quod accedens ad uitum Dei Domini cum, qui adhuc ſuperſtes erat, & in eodem loco præſens, plenè illi confeſſus eſt. Quo facto, iterũ in oratione ſe proſternẽs obdormiuit, ut prius. Et ecce uidebatur ſibi in ſomnis, quòd uideret Angelum Domini de cœlo deſcendentem, & coronam auream in manu ſua tenẽtem; qui appropinquãs impoſuit eam capiti dicti Fratris. Cumque ſuper hoc euigilaſſet, multum conſolatum ſe inuenit gratias agendo Deo. Patet ergo ex dictis, qualiter confeſſio debet eſſe circunſtantionata.

DE DISCRETIONE HABENDA IN Confeſſione. Cap. IX.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terræ.*] Matth. 11.

Quarta conditio bonæ confeſſionis deſignata per quartam litteram alphabeticã, dicitur diſcretionis. Non enim ſatis confiteri, niſi hoc diſcretè fiat

uolens

uolens ergo rectè cõfiteri debet habere diſcretionem in or dine ad ſe,& illum,cui confiteri uult.

Primò quidem in ordine ad ſe,ut ſcilicet,cum maiori uerecundia,dolore,& grauitate præmittat grauiora peccata, quę recolit ſe commiſiſſe. Secundo in ordine ad illum, cui uult confiteri,ſcilicet,quærendo diſcretum, prudentẽ,ſciẽtificum,& morigeratum confeſſorem,qui habeat tria,ſcilicet ,ſacrarũ litterarum peritiam quãtum, ſupple,pertinet ad officium illud. Item clauium executionem,& morũ honeſtatẽ. Quod ergo cõfeſſio debeat fieri ta i cõfeſſori probatur quinque modis, uidelicet.

Auctoritate, Ratione,

Figura, Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate. Vnde de pœn.7. Qui uult cõfiteri dic.ſ ſic. Qui uult confiteri,quærat ſacerdotẽ ſciẽtem ligare,& ſoluere,ne ſi cęcus cęcum ducat, ambo in foueam cadãt,item Eccl.4. Conſulit Spiritus ſanctus debitè confiteri uolenti dicens. Non ſubiicias te omni homini pro peccato. Ecce primum,ſ.q eligendus eſt cõfeſſor habens litterarum peritiam. Secundum autem,ſ.q debeat eligi confeſſor,qui habeat clauium executionẽ,patet per illud,q habetur extra de iudiciis,at ſi clerici,ubi dicitur,q ſentẽtia à non ſuo iudice lata nõ tenet. Si.n.unus mei cator Ebroicẽ. faceret citari alium mercatorem Rhotomagen coram officiali Ebroicen. dictuſque officialis in illũ proferret ſñiam hmõi ſentẽtia nullus eſſet roboris,quia à nõ ſuo iudice lata. Sic in foro conſcientiæ oportet,q abſolutio ſacramentalis,quę datur in fine confeſſionis,proferatur à iudice confitentis,& qui habet claues iuriſditionis in eum, quicunque ſit ille,ſiue curatus,aut epiſcopus, ſiue pœnitentiarius eius ſiue religioſus priuilegiatus,& à iure auctorizatus. Tertiũ uero uidelicet,q debeat eligi confeſſor,qui habeat morũ honeſtatẽ,patet per illud,q ſcribiẽ de pæn.diſt 6.qui uult cõfiteri,ubi dr̃,q qui confiteri uult,meliori ſace doti quã poteſt,cõfiteatur. Quis.n.uerecunde poſſet confiteri de fornicatione ſua uni cõcubinario. Quis ebrietatẽ ſectans,& ieiunia eccleſiæ paſſim infrigens poſſet cum timore,& reuerentia confiteri ſacerdoti talibus dedito? Idem dic de aſſueto ad ludos. Idem ad iuramenta,& ſimilia,&c.

Secundò probatur intẽtum ratione ſic. Magis,ac diligẽtius ſubueniendum eſt ſaluti animæ, quàm corporis, proquãto anima eſt plusquã corpus. Sed ſic eſt,quod ęgrotus quærit peritũ medicum,igitur, & qui confiteri vult,debet quærere peritum,& bonum confeſſorem.Hoc tamen intelligendum eſt,quando in optione ſua eſt eligere quemcunque voluerit,ſicut patet in locis, in quibus ſunt generales indulgentię,vel vbi quis habet indultum Apoſtolicum, virtute cuius poteſt ſibi eligere confeſſorem idoneum ſecularem,aut regularem. Aut ſimiliter, vbi ſunt duo curati in auctoritate pares,uel plures uicarij,ſicut in magnis parochijs propter multitudinem populi,quem unus non ſufficit audire.

Tertiò idem probatur per figurã. Legitur enim Deutero.17.quod ex ordinatione Domini, ubi erat aliquod ambiguum inter ſanguinem,& ſanguinem,i.in cauſa criminali,& ſimiliter inter leprã,& leprãm, quoad alios caſus ciuiles tunc recurrendum erat ad iudicem,qui illo tempore iudicabat,& ad ſacerdotes leuitici generis,quorum iudicium ſequẽdum erat, nec poſtea licebat declinare ad dexteram, uel ad ſiniſtram. Ad propoſitũ,iudex populi eſt Papa,uel epiſcopus. Sacerdotes leuitici generis sũt inferiores prælati.Vbi ergo ille,qui uult cõfiteri, habet in ſe aliquod ambiguum,ſeu aliquem caſum obſcurum,& infucatum,ſeu difficilem,tunc debet accedere ad generalem iudicem prædictum,ſiue ad eius pœnitentiariũ, aut ad ſacerdotes inferiores, dummodo habeant iuriſdictionem, quia ſi ſint plures, qui fungantur eadem auctoritate, ut patet in caſibus præmiſſis,tunc de multis debet eligere meliorem, & peritiorẽ ſuo iudicio,huius autem contrarium faciunt nõnulli groſſi vſurarij,adulteri,notorij,raptores,& oppreſſores pauperum,qui habent confeſſores ſuos.Deus ſcit quales,quos ẽt non dimitterent pro magnis, & doctis uiris. Tales etiam ſunt quędã bigotę mulieres,quibus non ſufficiunt proprij curati,aut eorum uicarij,ſed uolunt habere peculiares cõfeſſores,quos interdum ſecum ducunt ad viagia,& peregrinationes,utinam ſine Dei offenſa, ſed de hoc hactenus.

Quartò probatur idem intentum tali ſimilitudine.Videmus enim,quod qui habent cauſam coràm iudice ſeculari,

aut eccleſiaſtico eligunt ſibi peritiorem ſuo iudicio aduocatum,aut procuratorē, qui negotia eorū fideliter pertractet; Nec tales uellent ſcienter committere materiam ſuā alicui ignaro,aut minus perito. A fortioris,qui vult confiteri,non debent committere factum cōſcientię ſuæ paſſim,& indifferēter cuilibet,ſed tantū presbytero probato, & qui habeat tria,quæ prius dicta ſunt. Et quanto quis eſt imperitior, & habet caſus difficiliores, tanto diligentius debet quærere peritiorem confeſſorem. Alias exponit ſe maximo diſcrimini.

Verbi gratia,aliquis accedit ad ſimplicem,& illiteratum confeſſorem confeſſionis gratia,dicēs ei. Domine bene uerum eſt,quòd antequam intrarem matrimonium,cognoui ſemel,uel pluries quandam mulierem, ſed per Dei gratiā dimiſi illam,& hoc malum alias confeſſus ſum. Veruntamē poſtmodum contraxi cum quadā alia, cum qua ſteti p plures annos. Succeſſu autem temporis cognoui,quòd eſſet ſoror,uel cognata prioris. Quid uobis uidetur, de caſu iſto. Certè dicit idiota ſacerdos,malè feciſtis cognoſcendo priorem,ſed non uideo,quin poſſitis ſtare cum illa,quam modo habetis. Quo audito cum ea manet,uſque ad mortem, non formans inde ſibi conſciam de peccato, quia ſi quæſiuiſſet diſcretum, & doctū confeſſorem, ſtatim dixiſſet illi matrimonium nullum eſſe p p impedimentum affinitatis, ut patet extra de eo,qui cogno. conſangui.ux. ſuæ,c.fraternitati. Item c.ex litteris,in quibus quidem capitulis expreſsè dicitur,quòd affinitas impedit matrimonium. Affinitas autem non ſolum contrahitur per copulam coniugalē, & licitā,uerumetiā per fornicariā,& quacunque illicitam.

Similiter pone caſum, quòd aliquis confiteatur illiterato presbytero in hunc modū. Domine, bene uerum eſt, ꝙ manutenui uxorem uicini mei per annum,uel plus,etiā dedi ſibi fidē,& ipſa mihi,quòd ſi uir ſuus primo moreretur, ego ducerem eam in uxorem,caſus autem ita accidit,quòd uir eius mortuus eſt. Quo uiſo conſiderans promiſſionem illi factā,& cum eſſem liber,contraxi cum ea, & iam multò tēpore ſtetimus pariter,& habemus pulchras proles. Quid uobis uidetur de iſto caſu. Certè ſunt mille idiotæ cōfeſſores in mundo,qui parum ponderarent caſum iſtū, præter,

adulterium,præcedens nuptias. Et tamen confeſſor litteratus ſtatim reſpondebit,& dicet matrimonium nullum eſſe, eo quòd eccleſia illegitimat tales perſonas ad ſimul contrahendum,& hoc ne exiſtentes in matrimonio ſint faciles ad intoxicandum,uel occidendum coniuges ſuas. Vnde extra de illo,qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium,cap.vlti.quòd incipit. Si quis vxorem, dicitur, ꝙ ſi quis cognouerit mulierem uiuente eius marito, cum promiſſione de contrahendo cum ea poſt mortem dicti mariti ſi eo mortuo adulter contrahat cum ea,conrractus nullus eſt,nec poteſt eſſe vxor ſua. Videtur tamen,quòd ſuper hoc impedimento poſſit Papa diſpenſare,ſicut & interdixit huiuſmodi contractũ. Illius enim eſt diſpenſare ſuper aliquo ſtatuto,cuius eſt condere.

Præterea ſi quis confiteatur alicui ſimplici ſacerdoti, dicẽs,ſe cognouiſſe matrem,aut ſororem, uel cognatam uxoris ſuæ,poſtquam cum ea contraxit,fortè reſpõdebit,quòd in hoc male fecit,quia inceſtuoſus fuit,impoſita quoq; pœnitentia dimittet eum ſic abire. Et tamẽ ſi talis quæſiuiſſet doctum confeſſorem,ille dixiſſet ei,ꝙ amodò in pęnã talis inceſtus perdidit ius petẽdi debitum ab uxore ſua,tenetur tamen illi exigenti reddere debitum, eo quòd non amiſit ius ſuum in corpus uiri ſui propter culpã eius. Dicit tamẽ Pet.de Palu.in 4.ſent.diſt.24. quòd epiſcopus poteſt diſpẽſate cum tali ſuper petitione debiti. Et ideo conſulendum eſſet ei,ut adiret epiſcopum pro prędicta diſpenſatione, & hoc propter periculum cohabitationis cum uxore ſua in exigendo debitum quodcuuque. Patet ergo,quantũ obeſſe poteſt ſaluti,ſcienter confiteri presbytero illiterato. Et per oppoſitum,quantum prodeſt confiteri diſcreto,& literato. Et ſic patet de quarto.

Quinto probatur idem intentum exemplo. Legitur.n. in Speculo exemplorum,diſt.6.de quodam iuuene, qui ingreſſus religionem,& profeſſus,poſtmodum ſuadẽte diabolo apoſtatauit,atque latrunculis, & exploratoribus uiarũ ſe coniunxit,quos in breui lõgè malitia,& crudelitate ſuperauit. Tãdẽ armiger factus,die quodã in obſidione cuiuſdã caſtri grauiter vulneratus fuit. Quod cernentes conſodales ſui cęperunt eum monere de confeſſione facienda.

Quibus ille ait.Et quid mihi nunc prodeſſet cõfiteri,ꝗ tot,& tanta ſcelera perpetraui,utpote apoſtatando à religione,cum tamen iam eſſem profeſſus,& in ſacris ordinib. conſtitutus.Item tot mercatores,& tranſeuntes iugulãdo,& ſpoliando,& huiuſmodi.Ad quem illi.Certè,chariſſime ſocie,maior eſt Dei pietas,& miſericordia,quàm tua iniqtas.Quibus auditis iuſſit presbyterũ aduocari,ſed in mala hora aduocauerunt,quendam idiotam ſacerdotem,qui audita eius confeſſione denegauit ſibi abſolutionis beneficiũ. propter horrorem ſuorum ſcelerũ.At ille.Certè malè agitis mecum in tali neceſſitate conſtituto.Egò enim aliquãdo legi illud Ezech.18.In quacũque hora ingemuerit peccator,&c.Ex quo ergo non vultis me pœnitentẽ,& contritum abſoluere,peto humiliter a Domino Deo,qui eſt ſummus ſacerdos abſolui,& taxo mihi pœnitentiam,videlicet. ſtare duobus mille annis in purgatorio.Quo dicto,ſtatim vltimum exhalauit ſpiritum.Nec multò poſt apparuit,cuidam de amicis ſuis dicẽs,ꝗ erat in purgatorio.Et ideo pro eo oraret.Ex hac hiſtoria patet indiſcretio indoctorum cõfeſſorum,& periculum imminens his,qui ſcienter talib.cõfitentur.Quæratur ergo diſcretus,& litteratus cõfeſſor, & agatur ſecundum conſilium eius.Nã tali per maximè parere debet confitens,ut poſtea dicetur.

DE MALA ERVBESCENTIA VITANDA in Confeſſione. Cap. X.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę*] Math. 11.

Quintà conditio bonæ confeſsionis deſignata per quintam litteram alphabeticam. dicitur erubeſcentiæ . Pro quo notandum, quòd duplex eſt erubeſcentia.Prima eſt , ꝗ præcedit confeſsionem,& quæ frequenter impedit, ne ꝗs clarè,& nudè confiteatur. Secunda uerò eſt,quæ cõcomitatur ipſam cõfeſsionẽ,Superpoſita ergo hac diſtinctione, conſequenter ponendæ ſunt duę ueritates per modũ duarum concluſionum.

Prima igitur ueritas.Summopere vitanda eſt erubeſcentia,

tia,quæ cõfeſſionis integritatem impedit; probatur hęc ve ritas multipliciter,uidelicet.

Auctoritate, Ratione,
Figura, Similitudine,
Exemplo.

Primò quidem auctoritate,quæ ſcribitur de pęn.diſt.5. conſideret,ubi ſic legitur: Cautus ſit peccator,ne uerecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem , ut diuerſa diuerſis uelit manifeſtare ſacerdotibus. Iſtud decretum ſumitur ex Aug.lib.de uera,& falſa pœnitentia. c.15 Vnde idē Augu.eo.li.c.19.ſic ait. Nullus erubeſcat confiteri peccata peccatori.Si enim ſacerdos peccata nõ haberet,erubeſcere poſſet,qui peccata ſua ei manifeſtaret. Hæc ille.Item idem li. de Viſitatione infirmorum.c.2.Non te,inquit,pudeat corã uno dicere , quòd te non puduit forſitan coram multis,& cum multis facere.Nam humanum eſt peccare, Chriſtianũ à peccato deſiſtere,ſed diabolicum eſt perſeuerare.

Ergo facinora,quæ grauius mentem exacerbant, confeſſori tuo manifeſta , nihil obſcurum dicens, culpam nullis ambagibus inuoluens, nullis circuitionibus quòd uerũ eſt operiēs.Hæc ille.Item idem ad fratres in ere.ſer.3. qui intitulatur de Confeſſione peccatorum,dicit ſic. Deprecor te, ò homo,ut confiteri non paueas.

Frequenter enim diabolus cor tuum aſtringit, ne confitearis,dicens. Quomodo confitebor hæc, & illa.O homo, quandocunque hoc perſenſeris, diaboli tentationem eſſe non dubites,quia cupit te nequiter aſtringere,ut in peccatis tuis permaneas. Nolite ergo timere confiteri peccata ueſtra,fratres. Nam illud,quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio,quàm illud,quod neſcio;hæc ibi.Item Chryſoſto. in quodam ſermone. O peccator, cur confunderis dicere, quod non confuſus ex perpetrare. Cur uereris domino indicare,quod ipſo præſente non ueritus es committere.Nũ quid eum ignorare,quæ fecimus,putas,niſi nobis confitẽtibus diſcat.Peius certè eſt confiteri nolle, quàm legem cõtemnere.Peius eſt Dei offenſam ſatisfactione nolle placare,quàm peccãdo Dei bonitatem offendere. Denique Niniuitæ confitentur, & uiuunt. Sodomitæ obdurantur,& pereunt . Filij Iſrael quoties peccant , hoſtibus traduntur.

Quo-

Quoties ſe peccaſſe confitentur, de ipſorum manibus liberantur. Hæc ille. Præterea Gregorius lib. 8. moral. capi. 15. exponens illud verbum, Iob. 7. Non parcam ori meo, dicit, quòd ille ori ſuo non parcit, qui cōfiteri malū, quod fecit, non erubeſcit. Patet ergo intentum probatū multiplici auctoritate.

Secundò idem intentum probatur ratione tali, De duobus malis minus eſt eligendum. Et præſertim ubi eſt quæſtio de malis pęnę. Sic eſt autem, quòd erubeſcentia corā confeſſore, qui nullo pacto poteſt loqui de malo ſibi in cōfeſſione detecto, eſt multò minor etiam infinities, quàm erubeſcentia illa mirabilis, & inexcogitabilis, quam patientur in diſtricto generali iudicio coram omnibus angelis, & dæmonibus, ac hominibus uniuerſis, electis, & reprobis, hi qui erubuerunt in præſenti, coram unico ſacerdote inconclaui confiteri igitur. Prima erubeſcentia nullo pacto debet quencunq; peccatorem à confeſſione ſcelerum ſuorum retardare.

Tertio probatur idem per figuram. Legitur enim Geneſ. 3. quod poſtquā Adam peccauit in paradiſo terreſtri, mox ad eum uenit Dominus, quaſi moniturus cū, ut clarè confiteretur peccatum ſuum, Ipſe autem abſcōdit ſe. Quē cum uocaſſet Dominus, & interrogaſſet, cur ſe abſcondiſſet, ait. Domine audiui vocem tuam, & timui, ſupple, ueni re ad te humiliter, & recognoſcere culpam meam, eo quod nudus eſſem, & propter hoc uerebar comparere coram te. Ad propoſitum, per Adam intelligitur quilibet peccator, qui poſtquam Deum offendit, frequenter confunditur intra ſe manifeſtare nuditatem ſuam, id eſt, clarè confiteri ſacerdoti ignominiam ſuam, quamuis Dominus eum ad uocet ad hoc per ſacram ſcirptūram, & per ora prædicatorum. Sed talis eſt benè fatuus. Tum quia Deus melius ſcit peccatum ſuum, quàm ipſemet, ut dictum eſt. Tum, quia ſi confiteatur, illud nullo pacto poterit probare ſacerdos. Tum, quia confeſſor eſt fortè eo deterior, aut ſi bonus, nihilominus fortè aliquādo audiuit deteriora, & uiliora. Tū quia ſi ex uerecundia retardetur à confeſſione, tandē, nolit, uelit, peccatum ſuum in finali iudicio cūctis manifeſtabitur, ſicut ex multis paſſibus ſacræ ſcripturæ patet, ut eſt

 illud.

illud Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua,& reuelabo gentibus nuditatem tuam,& regnis ignominiã tuã. Item Prouerbio.28. Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur,ſupple,in cœlum,ſed potius in infernum.Item Hiere. 20.Confundẽtur confuſione uehementi,quia non intellexerunt opprobrium,quod nulla obliuione delebit. Vnde ad confirmationem omnium horum facit illud, quod dixit.Dominus ad Dauid per Nathan prophetam,poſtquã, ſ.perpetrauit adulterium cum Berſabeæ,& poſtmodũ in dolo occidi fecit uirum ſuum Vriam.Tu,inquit,feciſti abſcondite,ergo uero faciam verbum iſtud in conſpectu oĩs Iſrael,& in conſpectu ſolis huius.2.Reg.12. Ecce quã malum eſt,abſcondere peccatum ſuũ,præſertim in confeſsione.Propterea ſapiens.Eccle.4.admonet gratioſe vnũquẽq; peccatorem,non erubeſcere confiteri peccatũ,dicens. Fili pro anima tua non cõfundaris dicere uerum.Eſt enim cõfuſio adducens peccatum , utpotè illa,quæ impedit ueram cõfeſſionem,de qua hic loquimur.Et eſt confuſio adducẽs gratiã,& gloriã,quæ.ſ.concomitatur confeſſionem,de qua dicetur in ſequẽti ueritate.Et ſic patet de tertio principali.

Quarto probatur,intentum ſimilitudine tali.Si enim ęger patiatur occultã infirmitatem, quã prę horrore, & abominatione illius erubeſcat oſtendere medico,aut cirurgico fortè in tantum augebitur,& inualeſcet,quod in breui morietur. Da exemplum de illo,qui patitur cancrum in partibus pudendis,aut, ignem ſacrum in aliqua occulta parte ſui corporis,quem non auget medico,ſeu chirurgico palã face et,tum propter humanam uerecundiã,tũ quia timet ſecationem,ſiue cauterizationẽ illius mẽbri.Ita ſuo modo dicendum eſt de illo, qui erubeſcit diſcooperire peccatum ſuum medico animæ in confeſſione.Cum tamen dicat Boetius de conſo.lib.1.proſa.4.Si operam medicantis expectas,&c.

Quinto idem propoſitum probatur exemplo tali.Legitur enim in Speculo exemplorum.diſt.4.de quadã matrona,quæ propter bona operã,quæ faciebat, ſanctiſsima ab omnibus exiſtamabatur.Non duras abſtinentias faciebat, aſperrimum ciliciũ ſuper nudam carnem deferebat, ſępe in pane,& aqua ieiunabat,largas eleemoſinas hincinde fa

ciebat

ciebat,eccleſias aſſidue uiſitabat,orationi uacabat,atq; frequenter cōfitebatur.Veruntamen nunquam auſa fuit præ uerecundia confiteri quoddam ſcelus per eam in iuuenili ętate commiſſum,niſi in generali,utpote dicendo ſuis confeſſoribus.Confiteor etiam Deo,& uobis, de omnibus peccatis meis,quæ nunquā commiſi, ex quo cæpi habere uſū rationis,Sicq; credebat Deum placare,una cum prioribus bonis, de quibus dictum eſt,& lacrymis, quas inceſſanter emittebat.Mira res.

Nam cum poſt tranſitum uitæ huius pararentur ipſius exequiæ multis aſtātibus,reuixit,& ſubito ſolutis ligamentis ueſtibus ſuis iterum induit. Quibus diligēter peractis ille quaſi de graui ſomno ſurgens aſtātibus ait.Nolite chariſſimi timere,uera enim mortua erā,ſed ad preces Beatiſſimæ Virginis Mariæ, cui ſēper à iuuenili ętate deuota extiti,reuixi,quę alias damnata eram,eo quòd quadā humana, ſeu potius diabolica uerecūdia ſeducta erubui ſemper confiteri quoddam grauiſſimum peccatum.Ite ergo, & cito quæratis ſacerdotē.Cumq́ue illic ueniſſet curatus,& illa eidem cum maximis ſuſpiriis, & ſingultibus confeſſa fuiſſet,tandē cū benificio abſolutionis percepto gratias agens Deo beatiſſimę Matri ſuæ, ualde quoque faciens filiis,& filiabus ſuis,atque uniuerſæ aſſiſtētiæ ſeipſam ad ſeretrum reclinauit. Et muniens ſe ſigno crucis,atq; dicens In manus tuas Domine commendo, &c. iterum ſe gloriosè Domino reddidit. Ex his omnibus patet,quam malum eſt taliter erubeſcere de peccato, ut nō cōfiteatur. Et ſic patet de mala erubeſcentia confeſſionē precedente, atque ea impediente.

DE BONA ERVBESCENTIA HABENDA in Confeſſione. Cap. XI.

CONFITEOR *tibi domine pater cœli,& terrę*] Matth.11.

Dicto de erubeſcentia mala,& uitioſa,quæ impedit confeſſionem,conſequenter dicendum eſt de erubeſcentia bona, quæ iuuat ipſam confeſſionem,atque eam concomitatur, de qua ponitur

nitur talis concluſio ſiue ueritas ſecunda in ordine ad præcedentem.

Erubeſcere debet omnis confitens, in narrando ſua peccata coram presbytero. Probatur hæc ueritas quintupliciter, ſcilicet,

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Ambro. qui lib. 2. de pęnitẽ. c. 1. dicit ſic. Pudor eſt, ut unuſquiſque crimina ſua prodat. Sed pudor ille agrum ipſius confitentis arat. Spinas tollit, ꝑpetuas ſentes amputat, fructus adolet, quos in te mortuos eſſe credebas. Hæc ille, cuius vltimum dictum refertur de opera meritoria mortificata quidem per peccatum, ſed uiuificata per ſequentem confeſſionem ueram, & cum pudore factam. Et hic eſt primus fructus confeſſionis, cum erubeſcentia factæ, Tãgit autem, & alios fructus dictæ erubeſcentiæ, ipſe Amb. in dicta auctoritate, quos quilibet poteſt luculenter perpendere.

Sed præter hos habet, & alios fructus confeſſio, cũ erubeſcentia facta. Primus eſt mitigatio irę diuinę erga confitentem. Nam, ut dicit idem Ambr. ubi ſupra capit. 9. mitigat iudicem pudor reorum, & per oppoſitum, excitat eundem pertinacia denegantiũ. Secundus fructus eſt dominatio pœnę, & ſatisfactionis. Vnde Auguſti. de uera, & falſa pœnitentia lib. ſecundo, capitulo decimo. Et ſimiliter recitatur in decretis de pœ. diſt. 1. quem pœnitet, dicit ſic. Qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcẽtia enim, ipſa partem habet remiſſionis. Item idem, ubi ſupra. Multũ ſatisfactionis abſtulit, qui erubeſcentiæ dominãs, nihil eorum quæ cõmiſit, nuncio Dei denegauit. Et poſt pauca laborat, inquit mens patiendo erubeſcentiam. Et quoniã uerecundia magna eſt pœna, qui in confeſſione erubeſcit, pro Chriſto fit dignus miſericordia. Vnde patet, ꝙ quãto pluribus cõfitetur in ſpe ueniæ turpitudinem ſui criminis, tãto facilius cõſequitur miſericordiã remiſſionis. Hęc ille.

Tertius fructus uerecũdæ cõfeſſionis, eſt adeptio gratię Dei præſenti, & gloriæ in futuro. Et de utroquę ſcribitur. Eccleſiaſt. 4. Eſt, inquit ſapiens, confuſio adducẽs gratiam, & gloriam.

Secun-

Secundò probatur idem, quod prius tali ratione. Quilibet mentis compos naturaliter erubeſcit de infamia. Ergo de maiori infamia magis erubeſcendum eſt. Et de maxima, maximè iuxta illam maximam topicam. Si ſimpliciter, ad ſimpliciter, ita magis, &c. Sed nulla eſt infamia in mundo iſto, qualis eſt infamia peccati. Ergo de illa maximè debet erubeſcere confitens. Minor patet per illud Naum 3. Omnis, qui uiderit te, reſiliet à te. Nam, qui diligenter oculo cordis, & mentis bene cōſideraret infamiam, & abominationem quæ eſt in peccato, præeligeret intrare fornacem ignis etiam infernalis, quàm per momentum ſuſtinere infamiam, & fœditatem peccati, hoc autem patet ex dictis Auguſt. qui in lib. de decem cordis, dicit ſic. Heu peccatum, nomen horrendum, res deteſtabilis, nullo modo comparabilis, & tormenta quælibet tantum ſunt, & in ſe fœda non ſunt, quia ordinata ſunt. Peccatum autem habet in ſe fęditatem ſuam, & cum hoc trahit ęternam infęlicitatem. Melius ergo eſſet eligere tormentum, quod per ſe fęditatem æternam non attrahit, quàm peccatum, quod cū ſua fœditate dolores æternos iungit. Et certè omnis fęditas peccati, ipſa ſola plus eſt. Magis eſt ergo uitanda peccati fœditas, quam quelibet tormētorum immanitas. Hæc ille. Patet ergo quam benedictum eſt per Naum prophetā in horrorē, & abominationē peccati, oīs, q uiderit te, &c.

Tertiò probatur idem intentū per figuram, legitur enim Luc. 7. de peccatrice Magdalena, ꝙ cum acceſſiſſet ad Chriſtū in domo Simonis leproſi, ſtetit retro ſecus pedes ipſius ſedentis ad menſam. Ad propoſitum per Mariam, quæ interpretatur uno modo ualde amara deſignatur pœnitens, qui debet ualde eſſe amarus, per cordis cōtritionem, & lachrymarum confuſionem. Et quemadmodum Maria Magdalena, quia ualde erubeſcebat intus in ſemetipſa, nihil putauit eſſe, ꝙ uerecundaretur foris. Ita & omnis confitens ibi ſemetipſo erubeſcere debet, ſic nō tamen, quòd proptérea timeat palam facere reatum cōfeſſori ſuo uicario Chriſti. Quod ubi fecerit, inuiſibiliter dicet illi Chriſtus, in ſecreto mētis ſuæ, quod interius, & exterius dixit pęnitēti Magdalenæ. Remittuntur tibi peccata, ubi ſupra.

Quartò probatur idem per ſimilitudinem, de muliere

ſub

ſub merſa. De qua dicit Solinus, qđ niſi [i]uerit aliquid im-pediẽs, ſemper inuenitur, ſiue ſupernatando aquis, ſiue in fundo aquarum ipſarum, facie uerſa ad fundum huiuſmo di aquarum, & hoc ad uerecunda ſui ſexus occultãda. Hu ius autem contrarium inuenitur de uiro. ut dicit idẽ Soli-nus. Item natura prouidit animalibus, de pilis, & caudis. Et ſimiliter auibus de plumis, ad cooperiendum uerenda ſua, ne appareant. Inſuper uidemus, q̃ catus naturaliter abſcõ dit ſtercora ſua in cineribus, aut pulueribus, ne fęteant. Ex quibus omnibus ſimilitudinibus poſſumus elicere, quã ho neſtum ſit, & ſalubre in confeſſione erubeſcẽtiam habere. Non quidem, quæ ipſam confeſſionem antecedat ab ea re trahendo, ſed quæ ipſam cõcomitatur, ut prius dictum eſt. Et propter hoc, ut ſit maior erubeſcentia in confitente, nõ expedit multum, quòd ſacerdos illam mulierem audiat de confeſſione, cum qua peccauit, ſed debet eam ad aliũ mit-tere. Et certe multi curati, & curam animarum habentes ſunt ſatis vſitati hoc facere. Nam in hebdomada ſancta ſo lent tales inſolentes ſacerdotes, ſibi mutuò tranſmittere cõcubinas ſuas, ratione ſacramentorum percipiendorũ, ui delicet, confeſſionis, & altaris, quaſi reddentes meritum ꝓ merito. Dicunt tamen doctores, quòd ſi quis audiat de cõ feſſione illam, cum qua peccauit, ualet confeſſio, ſi cætera ponantur. Ratio autẽ, quare primũ magis expedit, quã ſe-cundum eſt, quia non eſt ueriſſimile, quòd talis mulier eru beſce[re]t confitendo illi, cũ quo peccauit, Quinimmo peri-culoſũ eſt illi confiteri, quia ſic de facili poſſet uterque in-flammari ardore libidinis ex narratione commiſſarum in ter ſe turpitudinum. Inſuper, ut ſit maior erubeſcentia in cõfeſſione, dicunt doctores, non eſſe bonum, nec honeſtũ, ut quis uir, aut mulier ſit multum familiaris confeſſori ſuo. Nam ex tali familiaritate nata eſt remitti erubeſcentia in confeſſione habenda. Hoc autem eſt contra multas bigo-tas mulieres, quæ habent electos confeſſores familiariſſi-mos, ita ut plerunq; ſiue ante, ſiue poſt confeſſionẽ uideã-tur corridere, concachinari, confabulari, & huiuſmodi fa-miliaritatis, ſigna ſibi mutuò oſtẽdere. Taceo de leuib. uer bis, aſpectibus incautis, manus tactibus, interdum uſq; ad mammillas, uel faciem, & de cæteris multis. quæ non licet

hominí

homini loqui. Et quod dictũ eſt de laicis, etiam ad Eccleſiaſticos extendendum eſt, ut, ſ. ſi poſſibile fuerit, non confiteantur illi, qui fuit cum eis complex in malo. Quam enim erubeſcẽtiam poteſt habere unus eccleſiaſticus, aut religioſus, confitendo illi, qui cum eo declinauit ad proſtibulum, aut ſimile. Idem dic de ebrietate, de ludis interdictis, & huiuſmodi, cuius tamen contrarium frequenter faciunt. Hinc inoleuit prouerbium, quòd unus barbitonſor, radit alium.

Quinto probatur idem intentum tali exemplo. Legitur enim in ſumma prædicantium de quodam uiro, qui frequẽter cogitauerat benè, & perfectè confiteri. Sed quoties ueniebat ante confeſſorem, non audebat aperire os. Cum ergo ſemel ægrotaret ad mortẽ, miſit pro ſacerdote. Cumq; illi confiteretur, & ueniſſet ad nominandum quoddã ſcelus, quod ualde abhorreat, non fuit auſus ipſum confiteri, & ſic rediit confeſſor. Quo abeunte mox uenerunt ad eũ, quatuor teterrimi dæmones inter ſe contendentes, quis ipſorum eum præſentaret, tanquam ſuum lucrum, & prædã ante principem eorum, & magiſtrum Sathan, quolibet affe rente rationes pro ſe. Primus ergo eorum dixit. Ego habeo melius ius, eo quòd feci eum primo peccare. Secundus uero dixit. Nõ tu, ſed ego ius melius habeo in eo, eo q; ipſum in peccato perſeuerare feci. Tertius autem econtrario dicebat, ſe habere melius ius, quia eum pluries ad ſacram communionem accedere cum peccato procurauerat. Quartus verò hæc audiens, atque illis inuidens, eo quòd nullum ius in eo haberet, dixit clarã, & intelligibili uoce. Vos eſtis valde fatui. Adhuc enim viuit, & adhuc pœnitere poteſt, & confiteri. Quòd ubi fecerit, uos omnes eum perdetis. Quòd quidem uerbum ægrotus audiens, ualde confortatus eſt, & cõſolatus de tanta Dei miſericordia, & confeſſionis efficacia. Propter quod ſtatim iterum miſit pro ſacerdote. Quo aduentato illi cum dolore, & erubeſcentia mirabili confeſſus eſt, & ſic dæmonum poteſtatem euaſit. Tandemque ſpiritum domino reddidit. Ecce, quam bonum eſt integrè, & cũ erubeſcentia confiteri.

QVOD

QVOD FREQVENTER CONFITENDVM eſt. Cap. XII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cæli, et terræ.*] Matth. 11.

Sexta conditio bonæ confeſſionis deſignata per ſextam litteram alphabeticam dicitur frequentationis, quia frequenter peccamus, ideo ualde expedit, ut ſimiliter frequenter confiteamur. Nam ſic agendo ſecurius uiuimus, tardius in peccatum relabimur, & minus audacter à dæmone tentamur, cum, ſcilicet, conſpicit, quod quicquid mali in nobis operatus fuit, totum perdit in modico tempore, quo confitemur. Quòd ergo ualde ſalubre ſit, frequenter cõfiteri probatur, quinque modis, uidelicet.

Auctoritate. Ratione. Figura.
Similitudine. Exemplo.

Primò quidem auctoritate Pſal. dicen. in perſona deuotorum Chriſtianorum. Confitebimur tibi Deus, cõfitebimur &c. Per hoc ergo, quod hic dicit. Confitebimur, uidetur innuere confeſſionis frequentationem, Iſta autem frequentatio confeſſionis, quamuis ſit omnibus utilis, ſpecialius tamen ſpectat tribus generibus perſonarum. Primo quidem ſacerdotibus, qui habent ſæpè accedere ad diuina, quibus non ſufficit ſemel in menſe, aut hebdomada confiteri, eo quod difficile eſt tanto tpe ſtare, & manere abſque ſcrupulo peccati commiſſionis, aut omiſſionis. Vnde etiam, qui fermè ſingulis dieb. confitentur, ſemper in ſe inueniunt, unde cõfiteri debeant, propterea. Exod. 19. ait dominus. Sacerdotes, qui accedunt ad dominum. i. ad altaris Sacramentum ſantificentur, ſupple, per ſacramentalem confeſſionem, ne percutiat eos, tanquam, ſ. indignè accedentes, ſi inconfeſſi accedere præſumant. Propter quod in aliquibus religionibus bene reformatis, & ſignanter apud ordinem deuotorum Carthuſienſiũ eſt generale ſtatutum, ut quis toties cõfiteatur, quoties ad altare accedit. Secundo frequẽtatio cõfeſſionis ſpectat ad religioſas perſonas, quamuis non in ſacris conſtitutas. Vnde apud fratres prædicatores reformatos eſt commune ſtatutum, pro non ſacerdotibus, ut in ſingulis hebdomadis ad minus ſemel confiteantur. Item de ſanctimonialibus

bus loquens Hiero.3.parte epiſtolarum ſuarum epiſt.14.c. 19.dicit,ꝙ in ſingulis menſibus, aut pluries,ualde expedit, ut crimina occulta confiteantur. Quia ut ibi ſubdit,in hac mortali uita nihil eſt ualidius,nõ eſt quicquam ſalubrius, quàm ut ſtatim peracto delicto confeſſionis non differat medela. Tertiò prædictã frequentatio confeſſionis ſpectat ad ſenes,& quoſque debiles,& hoc propter imminens periculum mortis,ut enim dicit Chryſo.Homil.4. in epiſtolam ad Titum.Habet ſenectus uitia quædã propria,& morbos, quibus iuuentus caret.Nam ut ibi ſubditur,ſenes ſunt communiter iracundi,impatientes,& pigri.Et ideo ſemper in ſe habent materiam confeſſionis.Frequẽter ergo confiteri debent,ut ſecurius,& iocundius moriãtur. Quia,ut habetur Heb.8.quod antiquatur,& ſeneſcit,prope interitum eſt.

Secundò probatur idem intentum multiplici ratione.

Prima ſumitur ex parte ſuffragiorũ. Cum enim quilibet confeſſor debeat orare pro ſibi confitentibus,tanquam pro ſibi commiſſis,& ſpiritualibus filiis, ſequitur,ꝙ quanto quis pluribus pluries confitetur,tanto multiplicatis interceſſoribus citius ueniam conſequitur,& ſic multiplicãtur ſuffragia Et ſignanter illa, quæ ſolent addi in fine cuiuslibet abſolutionis,cum dicit confeſſor ad pœnitentem. Meritum paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, & meritum glorioſæ Virginis Mariæ,&c.

Secunda ratio ex parte pœnæ ſumitur,quæ ſic diminuũtur.Conſtat enim ex communi doctrina Theologorum, ꝙ in ſacramentali abſolutione uirtute clauium in ſubiecto diſpoſito pœna æterna pro mortalibus confeſſis debita commutatur in temporalem, Quod ſi iam fortè per præcedentem contritionẽ cõmutata ſit,tunc per huiuſmodi abſolutionem aliquid de huiuſmodi pœna temporali dimittitur, & ſic conſequenter per ſecundam abſolutionem,ubi quis ſecundo confitetur,& abſoluitur de eodẽ delicto.Ex quib. omnibus patet, quòd per ſolam frequentationẽ confeſſionis,dummodo cætera ponantur, poteſt tandem obtinere plenam remiſſionẽ totius pęnæ in foro Dei debitæ. Secus de pęna in foro exteriori debita,quæ non ſic remittitur.Inſuper,ut dictum eſt in pręcedenti capitulo,erubeſcẽtia cõcomitans confeſſionem,quam habet confitẽs,nata eſt dimi

nuere aliquid de pœna, maximè cum cedat in partem ſatiſfactionis. Igitur bonum eſt frequenter confiteri, ſiue idē peccatum, ſiue diuerſa, ſiue eidem confeſſori, quę diuerſis.

Tertia ratio ſumitur ex parte gratię, quæ uirtute abſolutionis ſacramentalis confertur cuilibet diſpoſito. Quod ſi abſolutio eam iam inuenerit, tunc ipſam intēdit. Et huius ratio eſt. Nam ſecundum Hugonem de ſancto Victore lib. de ſacramētis. Sacramenta nouæ legis ſunt uaſa gratiæ. Ex quo patet, ꝙ per eorum frequentationem augmētatur gratia, charitas, meritum, & cętera ſimilia. Nec hunc tantū, ac talem effectum impedit malitia miniſtri abſoluentis. Hoc autem probat Auguſtinus ſuper Iohan. tractatu quinto. Per lapideum, inquit, canalē tranſit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generatur, ſed hortus inde rigatus plurimum fructum affert, ſic ſpiritualis uirtus ſacramēti, quæ ita eſt, ut lux, ſi per immūdos miniſtros tranſeat, non inquinatur. Hæc ille.

Quarta ratio ſumitur ex parte īſtructionis, & doctrinę. Qui. n. frequenter confitetur, edocetur, inſtruitur, & informatur a docto, & diligenti confeſſore in his, quę ſunt ſuæ ſalutis, ſi modo talem quærat. Sicut ergo ad hoc ꝙ aliquis ſcholaris efficiatur doctus in facultate, in qua ſtudet, nō ſatis eſt, ꝙ ſemel in anno ſcholas frequētet, & libros reuiſitet: uerumetiam neceſſe habet multum exercitari, & ſcholas aſſiduè frequētare, ita in propoſito illi, qui uolūt proficere in lege domini, & operari ſuam ſalutem, debent frequentare ſacramentalem confeſſionem. Non ergo ſatis eſt laicis, tm̄ ſemel in anno ſtudere in libro conſciētię ſuæ, & in paſchate confiteri, uerum etiam ualde ſalubre eſt in pręcipuis feſtiuitatibus circa hoc ſe occupare. Nolo tamē dicere, quòd qui differunt confiteri uſque ad paſcha, propterea peccent mortaliter, niſi plus ponatur. Similiter nō ſatis eſt clericis, & religioſis, qui habent frequenter diuina celebrare, tantū ſemel in menſe, aut hebdomada confiteri, ſed frequentius, quo commodè poſſunt, hoc debēt agere. Alias quid ampli faciunt, quàm nōnulli deuoti laici, qui per ſingulas hebdomadas ſemel ad minus confitentur. Hoc enim ego ipſe expertus ſum de quodā magno, & generoſo milite, cuius nomen exprimere non licet.

Quinta

Quinta ratio ſumitur ex parte ſupplementi, quia enim regulariter neſcit homo, ſi præcedêtes eius côfeſſiones fuerint tales, quales meritò eſſe debuerant. Maximè cum ſcriptum ſit. Eccl. 11. Neſcit homo, an odio, uel amore dignus ſit, quamuis ſuper hoc poſſit habere probabilitatê moralem, ideo ad ſupplendum defectus, qui potuerunt in præcedentibus côfeſſionibus accedere, ualde bonum eſt iterum, atq; iterum idem confiteri peccatũ, & potiſſimè illis, qui habêt ſcrupuloſas, & timoratas conſcientias. Inſuper prodeſt frequentatio confeſſionis, ad hoc, q; unum peccatũ, quod nô occurrebat memoriæ in prima confeſſione, occurrat in ſecunda, uel in tertia Exemplum eſt de diſpenſatore, ſeu procuratore domus alicuius magni domini, qui computat per lapillos quouſque perueniat ad certum computum ſuum.

Sexta ratio ſumitur ex parte frequêtationis delicti. Quia enim in multis offendũt homines, ut habetur Iaco. 3 Nec eſt homo ſuper terram, qui nô peccet, ut hr̃ Eccl. 8 Ideo ad ablutionem quotidianorum delictorum, & quorumcũque, ualde expedit frequêter ſe lauare in fonte ſacramêtalis côfeſſionis. Præ ceteris autem duo hominum genera indigent ſæpe confiteri. Primi ſunt illi, qui diu permanſerunt in peccatis, & fæcibus ſuis. Quia ergo tales poſt côfeſſionê de facili, & ſæpe ruunt in ſimilia peccata pp inueteratã, & dãnabilem conſuetudinem, quàm alij, ideo præ cæteris debêt frequenter confiteri. Sicut qui ſæpe ſordidatur, ſępe debet lauari, & ad hoc facit exemplum, quod legitur de quodam milite, qui cum fuiſſet confeſſus cuidam bono, & diſcreto confeſſori multa, & grauia peccata, nec uellet relinquere illa. Tandem ab eo obtinuit dictus confeſſor, quod ex quo nolebat cômodã facere pacê cum Deo, ſaltê daret illi treugam uſque ad quindenam, & tunc rediret ad confeſſionem. Qđ cum ille feciſſet, inuenit eum confeſſor magis elôgatũ à peccato, & à uoluntate peccandi, quã prius Nihilominus non adhuc proponebat omnino à peccato ceſſare Tũc ergo iterum ad inſtãtiam dicti côfeſſoris dedit Deo treugas unius menſis, Et cum poſt hoc iterum rediret ad côfeſſionem, ad inſtãtiã dicti confeſſoris dedit Deo treugas unius anni. Ad ultimum uero virtute confeſſionis frequentatæ fecit cum Deo plenariam pacem, firmiter deliberans

de cætero omnimode à peccato abſtinere. Ecce, quantum prodeſt frequẽter confiteri,& hoc,quo ad eos,qui diu per ſeuerauerunt in peccato.Secundi aũt,qui ſimiliter indigẽt frequenter confiteri,ſunt illi,qui ex humana fragilitate ſæpe cadũt in peccatũ.Sicut n.paruulus,qui ſępe cadit in lutũ,ſępe ẽt indiget ablutione,& mõdificatione,ita in ꝓpoſito.De hoc legitur exẽplum in Vitis Patrũ de quodã ſancto Abbate, qui quidam fratri conquerẽti de lapſu,tale dedit rñſum. Si,inquit,cecidiſti,ſurge.Si non ceſſas cadere,nõ ceſſes ſurgere,quia,ubi iuuentus fueris, ibi iudicaberis.Eccleſ. 11.Vbi ceciderit lignum,ibi erit.Patet ergo ſextuplex ratio, quare frequenter ſit confitendum .

Tertiò principale intentum probatur, per figurã Legitur eni Daniel.13.de Suſanna,ꝙ diebus ſingulis poſt meridiem intrabat pomerium uiri ſui Ioachim ut ſe lauaret in pulcherrimo fonte ibi ſcaturiente. Quodam igitur die illic intrans cũ duabus puellis ſuis,prius eas à ſe emiſit,quã fontẽ intrauerit.Moraliter per Suſannam,quę uno modo interꝑtatur ſubleuatio,intelligitur uerus pænitẽs,qui de peccato ſubleuatur ad gratiã,& de portis inferni ad ianuã cæli. Per fontem autem intelligitur ſacramẽtũ confeſſionis,in quo omnes ſordes mundantur.In hoc ergo fonte debet ſe lauare oĩs pęnitens,& hoc contra ardorẽ peccati,nihilominus debet prius emittere à ſe duas puellas,quę ſunt timor æternæ dãnationis,& appetitus humanę laudis. Cõſtat enim, ꝙ qui tantum confitetur,ne perpetuo damnetũ aut,ut bonus reputetur, non rectè confitetur,ſed tantũ ille,qui propter Deum per eum offenſum confitetur. Quẽadmodum ergo dicta Suſanna frequentabat dictum balneum ad refrigerationem , & mundificationem ſui corporis, ita etiam frequentanda eſt confeſſio ad refrigerationẽ ardoris cuiuſcunq; peccati, & mundificationẽ animæ quã operatur ipſa cõfeſſio rite facta,iuxta illud Pſ.Cõfeſſio,& pulchritudo in conſpectu eius.Propter ꝙ dicebat ille uerus pęnitens Dauid.Lauabo per ſingulas noctes,id eſt ꝑ ſingula peccata,illa deflendo,lectũ meum,i.conſcientiã meã.

Quartò probatur idem intentum, per ſimilitudinẽ. Et primo de camiſia, quæ ideo frequentius lauatur,quam tunica,eo quod frequentius ſordidatur. Quanto ergo fre

quen-

quentius cadit homo in peccatum, tanto diligentius debet ſe lauare in fonte v ue con eſſionis. Secundò idē probatur per ſimil tudinem manuum, quę quia frequēter polluũtur ideo præ cæteris partibus corporis frequentius abluuntur. Alias, qui tantum ſemel in anno abluerit manus, reputaretur immundus, etiam ruſticus. Qui ergo tantum ſemel in anno confitentur, uidentur minus curare de anima, quàm de corpore. Tertio probatur idem per ſimilitudinem rubiginis in ferro. Cum enim frequenter fricatur ferrum, de facil rubigo inde euacuatur, ſicut patet de gladio, lorica, galea, & huiuſmodi. Quòd ſi tantum ſemel in anno hoc fiat, adeo adhæret rubigo ferro, ꝙ vix tandem poteſt amoueri, ita in propoſito, de frequentatione, aut tarditate cōfeſſionis, per quam fricatur rubigo peccati adhærentis animæ.

Quintò probatur idem quod prius tali exemplo. Legitur enim in ſpeculo exemplorum, diſtinctione ſexta, quod ſemel fuit quidam famoſus doctor in Theologia, nomine Thomas, qui cũ ex graui infirmitate appropinquaret morti, vidit diabolum ſtantem in angulo camerę, in qua iacebat. Quem cum cognouiſſet, uoce beati Martini allocutus eſt eum, dicens. Quid hic aſtas, ò cruenta beſtia. Dic mihi in virtute Dei adiuratus, quid eſt, quod uobis malis ſpiritibus, maximè noceat, & diſpliceat, ad quem dæmon. Nihil inquit, eſt in mundo iſto, quod nobis tantum diſpliceat, & quod ſic uirtutes noſtras eneruet, quàm frequens cōfeſſio. Quo uerbo audito, doctor ille gratias Deo reddidit de eo, quod frequenter fuiſſet confeſſus. Sicque lœtus ſpiritũ domino reddidit.

Exemplum aliud legitur, de quodam alio, qui aliquanto tempore duxerat in conſuetudinem frequenter cōfiteri, licet ſtatim ad peccata relaberetur. Propter quod diabolica tentatione deceptus deliberauit, quòd à modo expectaret tempus ab eccleſia præfixum ad confitendum, videlicet, tépus quadrageſimæ, & tunc faceret unã bonam, & integrã confeſſionem. Hunc itaque cum una dierum, cōfeſſor eius in uia obuium habuiſſet, interrogauit eum de ſtatu ſuo. Ad quem ille. De corpore, inquit, gratia Dei, bene mihi eſt. De anima autem dicam uobis in quadrageſima. Tum confeſſor. Quære, inquit, mihi duas ollas, & imple eas Inno.

Quod cum illa feciſſet dixit ei. Permitte lutum in una certis diebus, reliquam uero quamprimum luto impleueris, iterum euacues, & aqua mundes. Quod cũ feciſſet quindecim dierum ſpatio, ait ei cõfeſſor. Eiicias lutum ex ea quæ omni die fuit lota. Quod fecit facillimè. De alia uero nõ potuit, quia lutum intra eam induratum erat. Quinimmo citius ollam fregit, quam mũdauerit. Qua fracta lutũ petiis etiam poſt fracturam adhæſit. Sic inquit confeſſor, eſt de illis, qui frequẽter confitentur, & qui raro. Qui enim frequẽter confitẽtur, faciliter mundãtur. Qui uero raro, difficulter. Quinimo aliquando contingit, quod citius morte frangũtur, quam mundẽtur. Quibus fractis, lutum peccati petiis adhæret, & ſignãter animæ. Patet ergo ex his omnibus, quod frequenter eſt confitendum.

QVOD GRADATIM EST CONFITENDVM Cap. XIII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terræ.*] Matth. 11.

Septima conditio ueræ confeſſionis deſignata per ſeptimam litteram alphabeticã, dicitur graduationis. Graduata enim debet eſſe confeſſio, ita ut ſit ordo in confitendo. Nam, qui abſque ordine, & confuse confitẽtur, multa de facili omittunt, multas repetitiones communiter faciũt & faſtidium in auribus confeſſorum ſuorũ afferunt. Gradatim ergo, & cum quodã decenti ordine ad maiorem memoriæ condemnationem confitendum eſt. Hoc autem probatur multipliciter, uidelicet,

Auctoritate, Ratione, Figura, Similitudine, Exemplo.

Primò quidẽ auctoritate Apoſt. 1. Cor. 14. dicentis. Omnia ſecundum ordinem fiat in uobis unde de confitente bene, & ordinate poteſt intelligi illud Sapiẽtię undecimo. Omnia, ſupple, delicta tua in numero, pondere, & menſura diſpoſuiſti. In numero quidem, ut dicat, quoties in tali, uel tali peccato deliquit. In pondere uero, ut dicat circunſtantias notabiliter aggrauantes peccatum, aut etiam ſpeciem peccati mutantes, ut dictum eſt, ſupra capitulo octauo

uo. In menſura autem, ut dicat, quanto tempore in tali, vel tali peccato continuauit.

Notandum eſt ergo, ꝙ aliter, & aliter gradatim confitẽtur uaria hominum genera. Sunt enim, qui primo cõfitentur de peccatis cordis. Secundò, de peccatis oris. Tertio, de peccatis operis. Quarto, de peccatis omiſſionis. Et talis modus confitendi eſt ualde compendioſus, & facilis.

Primo igitur confitendum eſt de peccatis cordis, hoc eſt, de prauis deſiderijs, & cogitationibus, peruerſis, i. mortalibus, ut ſunt illæ, quæ ſunt de ira, de vindicta, de cõcupiſcẽtia uxoris proximi ſui, aut cuiuſcunque mulieris extra matrimonium. Item de concupiſcentia rei alienæ. Similiter de inuidia, de odio, de rancore, & huiuſmodi. Quod ergo de talibus cogitationibus malis ſit confitendum, patet per illud Sapien. 1. peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. Et, quia multi idiotæ, & ſimplices neſciũt, ſi debent ſe accuſare in cõfeſſione de huiuſmodi cogitationib. ideo tales ſunt ſuper huiuſmodi examinandi à prudenti, & diſcreto cõfeſſore. Et hoc eſt, ꝙ ſcribitur Sap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit, ſupple, in confeſſione, & diſcreto confeſſore. Et hoc merito, qm̃ omne malũ exterius à peccato cordis originaliter procedit, dicente Chriſto Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malę, furta, homicidia, adulteria, blaſphemiæ, & ſimilia, Et hæc ſunt, inquit conquinant hominem. i. humanam conſcientiam. Sunt enim multi, qui ſi interrogẽtur in confeſſione, ſi aliquando offenderunt dñm in actu carnis, mox rñdebunt, ſe per Dei gratiã, nũquã cognouiſſe mulierem, niſi fortè ſuã, ꝙ ſi ulterius interrogentur de uoluntate, & concupiſcentia ſuper huiuſmodi facto rñdebũt, more aliorũ poſſibile eſſe, ꝙ ſic, quaſi hoc pro nihilo habẽtes. Et tñ Chriſtus Matt. 5. dicit, ꝙ qui uidetur mulierem ad concupiſcendum eam iam, &c. Item ſunt nõnulli, qui ſi interrogentur in confeſſione, an aliquando dederint operam efficacium, ad ſeducendum pudicas, & honeſtas uirgines, ſeu caſtas coniugatas, ſtatim reſpondebunt, ꝙ ſic, ſed tamen non peruenerunt ad factum, quaſi credentes in tali ſolicitatione mortaliter non peccaſſe. Cũ tamen ſcribatur de pæ. diſtinct. 1. ſi cui quod nõ minus delinquit, cui deeſt ſola facultas, quã ſi in ipſo facto deprehenderetur,

Præterea ſunt nonnulli, qui ſi interrogentur ſuper facto homicidij mox reſpondebunt ſe nunquam tale crimen cõmiſiſſe. Quod ſi vlterius quæratur, an aliquãdo ad hoc laborauerint forte reſpondebũt; quod ſic, ſed per Dei gratiã mors non eſt ſecuta, quaſi nõ credẽtes per tale prauum deſiderium mortaliter peccaſſe, ſeu culpam, & reatum homicidij incurriſſe. Cum tamẽ ſcribatur extra de ſent. excom. c. cum voluntate, quòd volũtate, & propoſito maleficia diſtinguntur. Super quo gl. dicit, quòd ad ſpontaneas voluntates, & nõ ad actus reſpicit Deus. Patet ergo quod homo ſola cogitatione peccare poteſt etiam mortaliter. Et ideo, qui gradatim vult confiteri, a peccatis cordis conuenienter incipit.

Secundò confitens debet ſe accuſare de peccatis oris, vt potè, de mendacio pernicioſo, de periurio, de blaſphemia, de murmure cõtra Deũ, aut ſuperiorem, de detractione aduerſus proximum, de iniurijs, & opprobrijs alijs illatis, de maledictione, de aſſumptione nominis Dei, aut ſanctorum eius in vanum, de nominatione nominis diaboli ex magna impatientia, ſicut plerunque fieri ſolet, de malo cõſilio, de falſo teſtimonio in iudicio, & huiuſmodi. Nam omnia prędicta ex genere cenſentur mortalia peccata, & per conſequens neceſſariò confitenda, ita, vt dicat confitens illud. Iob. 10. Dimittam aduerſum me eloquium meum, i. peccatum oris. Loquar ſupple de eo in confeſſione in amaritudine animæ meę. Ecce cordis vera contritio. Vnde Auguſt. ad fratres in eremo ser 30. in fine. Qui inquit verbum confeſſionis in ore habet, & in corde nõ habet, aut doloſus eſt aut vanus. Et de talibus meritò conquerit dñs. Ezec. 29. di. Populus hic labijs me honorat, id eſt, honorare uidetur, cor autem eorum longe eſt à me. Ecce defectus verę contritionis, & amaritudinis cordis, ſequitur in Iob. Dicam Deo, inquit, verus confitens. Noli me condemnare. Ecce ſpes diuinę gratiæ, & imploratio diuinæ miſericordię Inſuper valde bonũ eſt cõfiteri peccata oris, quæ tantũ venialia ſunt, vt ſunt iocoſa, ſeu officioſa mendacia, verba ocioſa, & multa ſimilia, a quibus pauciſſimi ſunt immunes. Quia, vt habetur Iaco. 4. qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt.

Tertio. gradatim confitens debet ſe excuſare de peccatis,

operis,

operis,utpotè de furtis,& rapinis,de uſuris,& ſimoniis,de fraudibus,& fallaciis in mercando commiſſis, de fornicationibus,& adulteriis,de ebrietatibus, & commeſſationib. de pompis,& ſęculi uanitatibus,de prodigalitate, aut tenacitate,de uiolenta manuum in non ſubditum iniectione. De inobedientia a ſuperiore,& rebellione, de parentum inhonoratione,de beneficiorum Dei ingratitudine,& huiuſmodi. Hæc ſunt opera mala,de quibus neceſſario habet confiteri,qui ſeipſum in eis reum cognoſcit. Alias ipſamet opera contra eum clamabunt,& ipſum accuſabunt in die iudicij iuxta illud Hier. 2. arguet te malitia tua,& aduerſio tua increpabit te. Ne ergo tunc taliter nobis contingat, debemus in præſenti de prædictis confiteri,ſecũdum,quòd ſentimus nos Deum offendiſſe in talibus. Pſalmus. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Faciem,inquam illam rigoroſiſſimam,& terribiliſſimam, quam oſtendet contra eos, qui noluerunt,aut erubuerunt in præſenti confiteri. Nam, tunc loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo conturbabit eos.

Quarto,& ultimo confitẽs debet ſe accuſare de peccatis omiſſionis,utpotè,de pęnitentiis non completis, horis nõ dictis,aut ſaltem non debitè ſolutis quo ad clericos de operibus miſericordiæ non adimpletis,ſaltem taliter,qualiter adimpleri debuerant,& poterant. Item de ieiuniis eccleſiæ non obſeruatis. Similiter de dominicis, & cæteris feſtis nõ debitè celebratis,de omiſſione miſſarum, & diuinorum in die feſto,de uotorum tranſgresſione, ſeu non adimpletione De negligencia circa ſuam ſalutem procurandam,de indebita prępàratione ad diuina. De negligentia circa examinationem conſciẽ præuiam ad cõfeſſionem, de defectu uere cõtritionis, & ſic de aliis pęnè infinitis omiſſionibus culpabilibus,quę oẽs ſunt confitendę,quando mortales ſunt, aut tales a confitente æſtimatur. Et in hoc multi decipiunt ſeipſos,tantum de peccatis cõmisſionis conſcientiã ſibi formantes,& inde confitentes,minimè autem, aut parum de peccatis omisſionis. Cum tamen dicat Auguſt. lib. de uita Chriſtiana,quòd non ſolum a Chriſtiano quæritur, ut malo careat,ſed ut bonum exerceat. Qui ergo nil mali faciũt, nec tamen aliquid boni operantur damnabuntur quidem

non quia male geſſerunt,ſed quia bonum non fecerunt. Et poſt pauca. Neque enim tamen hoc à nobis quærit Deus, ut mali non ſimus, ſed ut efficiamur boni. Hęc ille. Ecce quomodo gradatim confitendum eſt.

Alij autem aliter gradatim confitentur, uidelicet, ſecundum ordinem ſeptem peccatorum mortaliũ deſignatorũ ſecundũ ordinem ſeptem literarum huius nominis ſaligia. Quod nomen, eſt nomen ſignificatiuum, ſ. tantum ad placitum aſſumptum ad facilius memoriter retinendum ſeptẽ peccata capitalia, quoties opus eſt, de illis per ordinem loqui unde uerſus. Dic mihi ſaligia, quę ſunt peccata cauẽda.

Prima igitur littera dicti nominis eſt. S. quæ deſignat ſuperbiam, a qua conuenienter inchoanda eſt confeſſio, eo, ꝙ initium omnis peccati eſt ſuperbia, ut habetur Eccl. 10. Et nota, quòd confitens de præcedentibus, aut ſequentibus peccatis nullo pacto debet ſe accuſare, niſi quantum, & ſecundum quod ſentit ſe in talibus deliquiſſe, de peccato ergo ſuperbiæ debet hoc modo confiteri peccator. Ego miſer & ſuperbus peccator aliquãdo, aut fortè ſępè ſuperbiui de bonis gratuitis a domino mihi collatis, utpotè, de ingenio, intellectu, memoria, ſcientia, eloquentia, & peritia in arte mea, ita, ut non reputarem aliquem mihi æqualem, ſed cęteros ſpreui, ſimiliter opiniones eorũ, pariter dicta, & operã. Et generaliter ferme in omnibus operibus meis propriã gratiam quæſiui, & excellentiam ſupra cæteros etiã doctores, & peritiores. Secundo ſępè ſuperbiui de bonis naturalibus, utpotè, de corporis mei pulchritudine, formoſitate, fortitudine, ſanitate, iuuentute, ſimiliter de parentum meorũ nobilitate, aut altitudine, & huiuſmodi. Tertiò ſępè ſuperbiui de bonis fortuitis, utpotè, de officiis, beneficiis, poſſeſſionibus, manneriis, buffetis, auro, & argento, domibus curioſè ædificatis, & huiuſmodi. Sunt autem ſex ſpecies, ſeu rami ipſius ſuperbiæ, qui ſunt inobedientia, iactantia, hypocriſis, contemptio, pręſumptio, pertinacia. Et de talibus ſe debet accuſare confitens, ſi modò recognoſcat ſe in talibus Deũ offendiſſe. Et quia difficile eſt ſimplices, & illitteratos homines huiuſmodi ramos ſcire, & mente retinere, ideo diſcreti confeſſores, qui non debent talia ignorare, debent ſuper his ipſos confitentes diligenter interrogare, & ſimiliter

ſuper cæteris ſpeciebus aliorum peccatorum, quę conſequenter annotantur, dicat ergo confitens. Fui inobediens Deo,& maioribus meis, etiam patri,& matri,& ſimilibus.
Item aliquando iactaui me de bono, quod feceram, qđ malum eſt. Aliquando de bono, ꝙ nō feceram, quod peius. Aliquādo de malo, quod perpetraueram, quod peſſimum. Aliquando de malo, quod non commiſſeiā, quod ualde execrabile eſt. Item aliquando oſtēdi me meliorem in exteriori homine, quam eſſem ad intra,& hoc, ut ab hominib. laudarer,& bonus æſtimarer, quod ad hypocriſim pertinet. Item aliquando dicta, facta,& opera aliorum, quantumcūque bona, uel bene facta, in corde meo ſpreui, quod ad contemptionem pertinet. Item præſumpſi de meipſo credens plus ualere, quàm eſſet in re. Similiter fui pertinax in proprio ſenſu, etiam defendēdo culpam meam, ſiue maledicta, uel malefacta mea. Ecce quō multipliciter, & quam grauiter ſuperbiui, unde dico meam culpam. Et ſimiliter, quia non ſtudui habere humilitatem contra ſuperbiam.
Secunda littera prędicti nominis ſaligia eſt A, quæ deſignat auaritiam, de qua debet cōfitens ſe accuſare,& dicere. Pater confiteor Deo,& uobis, ꝙ fui ualde auarus, tum bona aliena ſic,& ſic rapiendo, tum ſuperflua pauperib. non erogando. Et quia ſunt ſex rami ipſius auaritiæ, qui ſunt periurium, furtum, rāpina, uſura, ſimonia, proditio, ideo ſi in talibus deliquerit, confitens etiam de illis in ſpeciali debet cōfiteri. Primò quidem de periurio, utpote; dicendo. Ego ex ardenti auaritiā,& cupiditate lucrandi in uēdendo,& emēdo, mendacia,& periuria commiſſi. Secundo, quo ad furtū: debet dicere, ſi quid clandeſtinè a parentibus, uel dominis, quibus ſeruiuit, aut quibuſcunque aliis abſtulerit. Tertiò, quo ad rapinam debet dicere, ſi quid uiolenter abſtulerit, ſiue agrum, ſiue aliud. Quartò, quo ad uſurā debet dicere, ſi quid ultra ſortē ex pacto inito receperit, ſiue pecuniam, ſiue quodcūque aliud quod precio poſſit ęſtimari. Quinto quo ad ſimoniam, ſi actiuè, uel paſſiuè in eam inciderit. Sexto, quo ad proditionem, ſi infidelis circa teſtamenta, & reſtitutiones fidei ſuæ commiſſas fuerit. Item ſi mortem parentum optauerit, ut bona eorum habere poſſet. Item qualiter decimas ſoluerit. Similiter, ſi aliquem diligere

finxerit,ut eius diuitias haberet.Hoc enim ad proditionē, & auaritiam pertinet.Ita ſi rem ab alio ablatam,& ſibi creditam cuſtodierit. Si iniuſtas,& iniquas mercātias exercuerit.Si ludis prohibitis,utpote decimorum,& chartarum uacauerit,& præcipuè inſtigante auaritia.Si in die feſto laborem manualem , abſq; magna neceſſitate fecerit , aut fieri iuſſerit,& ſic de multis aliis.

Tertia litera dictis nominis ſaligia dicitur L, quæ deſignat luxuriā.Et de hac fœditate, & abhominatione debet cōfitens diligenter,quantū honeſtè poteſt,ſe accuſare , utpotè, ſi cogitationes moroſas circa carnalē actum cum cōplacentia,& delectatione in corde diū tenuerit.Itē ſi actu impudico motus carnis in ſeipſo excitauerit. Similiter ſi in opus exterius,ubi occurriſſet opportunitas,conſenſerit. Si puellas , aut quaſcunque mulieres alias uerbis , tactibus, oſculis,amplexibus,promiſſionibus,muneribus, & ſimilib. ad turpem actum concitauerit.Sunt autem ſex ſpecies luxuriæ,quæ ſecundū ordinem, quo hic ponuntur,aggrauantur in malitia. Prima uocatur fornicatio ſimplex , quæ eſt ſoluti cum ſoluta,tamen mortalis eſt.Secunda ſtuprum, q eſt uiolatio uirginis ea conſentiente . Tertia adulterium , quod eſt inter coniugatum,& coniugatam,uel inter alterū illorum cum ſoluto, uel ſoluta. Quarta dicitur inceſtus , qui eſt, cum quis cognoſcit conſanguineam, uel affinem , ſeu etiam ſanctimonialem . Talis tamen actus ſolet uocari ſacrilegium, eò quòd aufertur, quod Deo conſecratum eſt,& dedicatum per continentiæ uotum. Quinta uocatur raptus.Eſt autem raptus,cum quis uiolenter opprimit uirginem,uel aliam.Et iſte caſus grauiter punitur ſecundum humanas leges , ita ut uix , aut nunquam detur pro tali a principe remiſſio. Sexta ſpecies uocatur peccatum contra naturam,quod inter omnia peccata carnis eſt grauiſſimū, horrendiſſimum,& coram Deo, & hominibus abhominatiſſimum.Et nota, quòd luxurioſi meritò poſſunt comparari iumento,cani,porco,declara,&c.

Quarta litera prædicti nominis ſaligia,dicitur I,quæ deſignat iram,quæ eſt ebullitio ſanguinis circa cor . Eſt autē aliquando huiuſmodi ira, tantū uenialis,ut ſępè cōtingit in illis,qui citò commouentur,& citò placantur.Aliquando

do verò eſt mortalis, vtpote quandiu in corde ſeruatur, cum appetitu, & deſiderio vindictæ. Sunt autem ſex ſpecies iræ, de quibus confitens debet ſe accuſare, ſi in illis re cognoſcit ſe Deum offendiſſe. Prima ſpecies vocatur blaſphemia, vt cum quis ex magna ira, & impatientia profert contra Deum verba contumelioſa, quod grauiſſimũ eſt, & valde execrabile vitium. Secunda ſpecies vocatur rixa. Eſt autẽ rixa motus iræ, vt cũ iniuriam, vel diſcordiã facit, per quem homo ſæpe cauſat lites, & contentiones. Tertia ſpecies dicitur tumor mẽtis. Eſt autem tumor mentis, quãdo homo ex nimio furore mẽtis tacet. Quarta ſpecies dicitur indignatio. Eſt autem indignatio, alicui ex ira denegare beneficium loquelæ, & dimittere eum ſic. Quinta ſpecies vocatur contumelia. Eſt autem contumelia prorumpere in verba iniurioſa, & inhoneſta. Sexta, & vltima ſpecies iræ, vocatur clamor. Eſt autem clamor verbis acerbis, & proteruis ſilentium corrumpere.

Debet ergo confitens dicere, ſi diu contra proximũ ſuũ iram tenuit, cum appetitu vindictæ, & nocendi cupiditate. Item ſi alium non ſubditum percuſſit, vulnerauit, occidit. Et ſi talis eſſet clericus, ſacerdos, aut laicus. Item ſi renuit quærere veniam ab his, quos offendit. Et ſimiliter, ſi ſibi humiliter veniam petentibus, indulgentiam denegauit. Item ſi ex ira, vel odio intulit contra aliquem contumelias, aut in rebus eidem nocumentum intulit. Item ſi ex motu iræ nequiter Deũ blaſphemauit. Si iurauit alteri, vel maledixit, ſiue ludum alearum exercendo, ſiue aliàs. Et ſimiliter, ſi alium placitationibus ex rancore vexauit. Hi enim ſunt modi, in quibus peccaſſe ſolent homines per vitium iræ.

Quinta littera nominis ſaligia eſt G, quæ deſignat gulam. Eſt enim gula inordinatus, ſiue exceſſiuus appetitus ciborum. Habet autem hoc vitium ſex peſſimos ramos. Primus eſt, cum quis comedit ante horam debitam, vtpotè, antequam dixerit horas ſuas, ſiue antequam fuerit in miſſa in die feſto. Secundus ramus eſt, cum quis ſæpius comedit, quàm deceat, & hoc ſine cauſa. Nam ſemel comedere in die eſt vita angelica. Bis comedere in die eſt vita humana. Ter comedere in die eſt vita beſtialis. Tertius

ramus eſt,quãdo aliquis nimis comedit,aut bibit. Ita,quod peius eſt ei,vel quia ex hoc incurrit ebrietatem,aut grauẽ infirmitatem,ſiue membrorum debilitatẽ. Quartus ramus eſt,cum quis nimis auidè,comedit, adeo quòd non ſufficiẽter maſticat eſcam ſuam. Quintus ramus eſt,quando quis eſt nimis delicatus in cibis,& potibus, nec recuſat comparare etiam multo precio,pro ſuo ventre delicioſa,& precioſa,quo quidem precio poſſet ſubuenire multis pauperibus in groſſis cibis.Sextus ramus eſt,cum quis delectatur in diuerſitate ſaporum,vel eſcarum , & in abundantia earũ.Et ſimiliter potuum. Et tales vocantur gallicè bons gromineles . Item debet homo confiteri ſi ieiunia eccleſiæ ceſſantẽ infirmitate,aut impotentia,ſeu alia rationabili cauſa tranſgreſſus fuerit. Si ebrietatem,aut vomitum ex ingluuie incurrerit. Si tabernas tempore diuini officij die dominico,& feſtu frequentauerit. Nã,qui i prædictis ſentit ſe offendiſſe,debet diligenter confiteri . Pro faciliori autẽ cõmendatione memoriæ prædicti ſex rami gulæ notari poſſunt per ſequentẽ verſũ. Præ,ppere,lau è,nimis,ardẽter,ſtudioſè.

Sexta littera nominis ſaligia eſt, ſecundum I, per quod deſignatur inuidia,quæ non eſt aliud,quàm contriſtatio,ſiue dolor,aut triſtitia,de felicitate,aut bono alieno, in quãtum æſtimatur diminutiuum,aut impeditiuum proprij boni, ſeu fœlicitatis, aut gloriæ , habet autem hoc vitium ſex ramos peſſimos.

Primus eſt odium. Eſt autem odium inueteratus rancor animi,qui naſcitur ex ſuperbia,eò quòd homo inuidus nõ vult habere ſibi parem . Immo inuidet, ſi alter eſt altior ipſo,& habet ipſum quaſi odio. Secundus ramus inuidiæ eſt detractio. Ex hoc enim, quod quis inuidet alteri propter aliquam gratiam, quam videt in eo, prouocatur ad detrahendum de eo, vt ſic animus auditorũ extinguat prędictã gratiam. Vnde,& detractio ſolet diffiniri, quod eſt alienæ famę per occulta verba denigratio. Tertius ramus dicitur diſcordia. Sępè enim ex inuidia ſequuntur rixę diſcordię, partialitates, monopolia, & ſimilia . Eſt autem diſcordia aliquorum diſſenſio, quos prius vinculum amoris ligauerat. Quartus ramus dicitur ſuſurratio. Eſt autem ſuſurratio inter amicos diſcordiam ſeminare. Hoc autem malum

ſępe

ſæpè operatur inuidus, ut ſic bonum proximi impediat, & malū prouocet, quod ad officium diaboli pertinet. Propter quod omnis mundus diabolicus eſt. Quintus ramus dicitur exultatio in aduerſitate proximi, quando, ſcilicet, quis lætatur de malo alterius, uel de impedimento ſibi dato, uel à caſu occurrente, ne aſſequatur tale, uel tale bonum, beneficiū, aut officium. Sextus ramus inuidię dicitur afflictio, ſiue triſtitia in proſperitate proximi, utpote, quia peruenit ad diuitias ad officia, aut beneficia, ſiue, quoſcūq; honores. Vnde inuidus merito poteſt comparari cani, qui lætatur, quando uidet alium canem tranſeuntem percuti, & triſtatur, ſi uiderit, quod ſibi porrigatur mica panis.

Septima, & ultima littera prædicti nominis ſaligia eſt, ſcilicet, A, per quàm quidem litteram deſignatur accidia, quæ non eſt aliud, quam torpor animi, quo quis, aut bona negligit inchoare, aut faſtidit perficere, habet autem illud uitium, ſicut & præcedentia ſex ramos ſuos ab eo pullulantes. Primus igitur ramus dicitur ſolicitudo, nō quidem circa debitam materiam, aut occupationem, ſed circa malam. Nam ex quo aliquis eſt accidioſus ad bonū, ſtatim diabolus occupat eum, & facit eum ſolicitari, ſeu excogitare quę ſunt alteri nocitura. Secundus ramus dicitur uagatio mentis, quę non eſt aliud, quam animi deſidia, qua quis de die in diem proponit corrigere uitam ſuam, nec tamen ea corrigit. Idem dic de obſeruantia mandatorum Dei ab eo. Tertius ramus dicitur puſillanimitas. Eſt autem puſillanimitas mētis anguſtia, qua quis timet aggredi magna. Quartus ramus dicitur torpor. Eſt autē torpor tepiditas animi, qua quis torpet in executione illius rei, in qua debet feruere. Quintus ramus dicitur rancor. Eſt autem rancor diſplicentia, quā quis gerit in corde ſuo aduerſus eos, qui ſtimulant eum ad bonum agendū. Sextus ramus dr̄ deſperatio, quæ non eſt aliud, quā diffidentia de miſericordia, Nam poſtquam uir accidioſus circa boni operationem deuenit ad extremū uitæ, tunc frequēter deſperare ſolet de diuina miſericordia conſiderans malorū ſuorum multitudinem, & bonorum paucitatē. Et ideo ſolet comparari aſino, qui eſt piger ad ambulandum, niſi flagello cedatur. Debet ergo confitens ſe accuſare de accidia ſua conformiter ad

præ-

prædictos ſex ramos,ſecundum ꝙ recognoſcit ſe in talibus culpabilem.Item debet confiteri de omni bono, quod facere debuit,& potuit,& non fecit.Verbi gratia ſi pœnitẽtias iniunctas in præcedentibus confeſſionibus omiſerit . Item ſi miſſam in die feſto audire neglexerit.Item ſi opera pietatis tempore,& loco non impleuerit.Si uota nõ complexerit.Si ieiunia eccleſiaſtica non obſeruauerit .Si teſtamenta ſibi commiſſa à morientibus adimplere tardauerit,Si circa officium ſuum remiſſus fuerit.Si orare dominũ,quando,& quomodo debuit,omiſerit,& ſic de alijs.Ecce ergo quomodo pœnitens debet gradatim confiteri,ſcilicet,ponẽdo ordinem in dicendis,& cõfitendis culpis,quia nihil decẽtius, nec quod magis ad cõmmẽdationem memoriæ faciat,quã debitus ordo obſeruatus.Propter quod cõfitentes admonet Apo.1.Cor.14.dicens.Omnia honeſtè,& ſecundum ordinem fiant in uobis,ut in principio huius capituli allegatũ fuit.Patet ergo per locum ab auctoritate,quòd cõfeſſio debet eſſe de gradata.

Secundò probatur idem intentũ tali ratione. Quilibet uolens dare intelligere clare,& nudè alicui aliquod grande,& prolixum negotium debet in narratione debitũ ordinem obſeruare,& gradatim procedere.Sed nullum negocium eſt,quod tam uiſceraliter nos tangat,ſicut eſt factum conſcientiæ noſtræ,cui prouidemus per ſacramentalẽ cõfeſſionem.Igitur tunc gradatim eſt procedendum . Alias qui in globo,& confuse confitetur,reddit confeſſorem cõfuſum,adeo ꝙ in fine uix ſciat,quid pænitens cõfeſſus ſibi fuerit. Quo fit,ut minus ſaluti illius cõſulere poſſit,aut ẽt congruas pœnitentias iniungere.

Tertiò idem probatur per figuram.Legitur enim 4 Re. 5 ꝙ Heliſeus præcepit Naaman leproſo dicens.Vade,lauare ſepties in Iordane,& recipiet ſanitatem caro tua, atque mũdaberis. Quod cum feciſſet reſtituta eſt caro eius,ſicut caro pueri paruuli.Vbi notandum,ꝙ fluuius Iordanis ꝑfigurauit ſacramentum confeſſionis,quod quidem ſacramẽtum eſt unũ de fluuijs Paradiſi terreſtris,ideſt,eccleſię militantis,Naamã aũt leproſus rectè peccatorem deſignat, ſicut facile declarari poteſt.Hic ergo.Naamam debet uenire ad Heliſeum,ideſt,ad confeſſorem idoneum ſpe recupe

randæ

randæ ſanitatis ſpiritualis. Qui quidem Heliſeus debet eũ mittere ad Iordanis fluuiũ,ut ibi ſepties ſe lauet. Quod fit cum confeſſor admonet pœnitentẽ ad rectè,& ordinatè confitendum de ſeptem peccatis mortalibus,etiam eum dirigẽdo,& adiuuando, ubi uiderit expedire, ſecundum qualitatem perſonæ, & culpæ.

Quartò probatur idem intentum per ſimilitudinẽ. Vidimus enim, aut ſaltem hoc certum eſt, ꝙ receptores ærarij publici ſingulis annis habent ire ad cameram computorum, & ibi coram deputatis à principe reddere rationẽ de omni recepta ſua. Ne autẽ ſint tedioſi dictis deputatis, aut ne circunueniantur,ſtatuunt bonum, & clarũ ordinẽ in recepta ſua,utpotè, procedendo per hebdomadas,aut men ſes,ſiue etiam per particulares receptas, & huiuſmodi. Vbi autem in globo, & confuſè uellent rationem uillicationis ſuæ reddere,non ſolum audiri contemnerẽtur, uerum etiã confuſibiliter repellerentur. A fortiori in propoſito. Applicatio eſt facilis.

Quintò probatur idẽ tali exemplo. Legitur enim in ſpeculo exemplorũ diſt.9.de duobus fratribus ordinis Prædicatorum,quorum unus erat pœnitentiarius domini Papæ, uir magnæ litteraturæ,atque religioſitatis. Alter autem.ſ. minor magnæ ſimplicitatis,& innocentiæ. Accidit ergo eos euntes per uiã declinare ad quoddam caſtrum, in quo morabatur quædam magna domina, quæ adulterium commiſerat, ſeu uerius inceſtum cum uno de parentela ſua. Hæc domina,propter enormitatẽ caſus erubeſcens cõfiteri ſuo curato, ſic inconfeſſa de illo caſu ſteterat per annos undecim. Videns ergo iſtos duos fratres cogitauit, ꝙ eſſent uiri honeſti,& qui eam non cognoſcebant, nec forſan eſſent aliquando illic reuerſuri,& ꝙ bonum eſſet antiquiori confiteri,propter auctoritatem,qua fungebatur. Rogauit ergo eũ mane facto, ut eam de confeſſione audiret. Quo benignè annuente dixit ſocio ſuo,ut aliquantulum ſe diuerteret ab eis intra tamen eccleſiam. Quod cum feciſſet,& oculos paululiſper ad prædictos declinaſſet,uidit,ꝙ quoties illa aperiebat os ad cõfitẽdũ,exibat vnus buffo de ore eius, qui ſaltãdo tãdem exibat eccleſiam. Cum autem poſtremò ueniſſet ad confitendum illud grande peccatum, in mala hora non

fuit auſa ipſum dicere. Propter quod dictus iuuenis frater uidit idem dictos buffones intra eccleſiam redire, a que in os, & uentrem eius intrare. Facta autem die de altera exierunt domum. Et cum ſimul ambo irent, cępit dictus iuuenis narrare ſeni, quæ uiderat, at ille ſtatim intelligens dictã dominam aliquid ſcienter cœlaſſe, rediit ad caſtrũ illius, ut eam de ſua ſalubre moneret.

Sed in mala hora iuuenit eam mortuam. Cumque poſt triduum pro illa rogaret dominum, apparuit illi habẽs circulum ferreum, & ignitum circa collũ. Inſuper aderãt duo Dracones eam cingentes, & ubera eius ſuggẽtes. Præterea habebat duos Buffones ſuper oculos.

Itẽ de ore, & naribus eius procedebat ignis ſulphureus, atque in capite eius lacertę multę ſtabant. Et ait illi. Ego ſum illa infelix mulier, quæ tibi fui pridie cõfeſſa. Sed quoniam ſcienter cœlaui tale peccatum, ecce modò ſum perpetuò damnata. Patet ex hac hiſtoria, quantũ prodeſt integrè, atque ordinatè, & gradatim confiteri.

QVOD HVMILITER EST CONFITENDum. Cap. XIIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terrę*, Matth. 11.

Octaua conditio bonæ confeſſionis deſignata per H. dicitur humiliationis. Dẽt nẽpe confeſſio cum omni humilitate fieret. Hoc autem probatur multipliciter, uidelicet.

Auctoritate, Ratione,
Figura, Similitudine.
Exemplo.

Primò igitur auctoritate Eccl. 4. Presbytero humilia animam tuam, & magiſtro humilia caput tuũ. In quibus uerbis oſtenditur duplex humilitas requiſita ad bonam cõfeſſionem. Vna quidem in corde, quia humiliat animam tuã, ſupple, te reputãdo pauperum, & miſerum peccatorẽ, etiã indignũ gratia Dei, & miſericordia illius. Oĩs enim, qui ſic ſe humiliat in oculis ſuis, exaltabitur per gratiam in conſpectu domini. Alia autem humilitas requiritur in confeſ-

ſione

ſione exterius.ſeu in corpore. De qua ſubditur. Et coram magnate,ideſt, Prælato humilia caput tuum, reuerentiam illi exhibendo. Et hoc eſt contra illos,qui in confeſsione ha bent geſtus elatos,& incompoſitos. De prædicta etiam hu militate in confeſsione habenda loquitur Aug.lib.de uera & falſa pœnitentia, c.15. Et ſimiliter recitatur in decretis, de pœnitentia di.5.conſideret,ubi ſic dicitur. Ponat ſe pœ nitens omnino in arbitrio,ſeu poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruans ſui: ut omnia eo iubente pa ratus ſit facere pro recuperanda animæ uita, quæcunq; fa ceret pro uitanda morte corporis,& hoc cũ deſiderio, quia uitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim debet face re immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Hæc ille.

Secundo probatur idem intentum tali ratione. Contra ria contrariis curantur. Modò ſic eſt,quòd in omni peccã to eſt quædam generalis inobedientia ad diuinum præce ptũ,ergo neceſſe eſt in curatione illius, quòd adſit humili tas. Prædicta autem curatio maxime fit per confeſsionem, igitur,&c.

Tertiò idem probatur per figuram. Legitur enim Iud.9. ꝙ ipſa ſancta Iudith cum eſſet uidua, ingreſſa eſt oratoriũ ſuum,& induens ſe cilicio poſuit cinerẽ ſuper caput ſuũ, & proſternens ſe in oratione clamabat ad dominũ contra perſecutionẽ Holofernis crudeliſsimi tyranni. Ad propoſi tum per Iudith, quæ interpretatur confitens, intelligitur anima peccatrix, quæ tamẽ ꝓponit confiteri. Hęc igitur Iudith peccando dereliquit ſpõſum ſuũ Chriſtũ, & ſic quo dammodo uidua eſt. Si ergo uelit decenti modo ad eum re dire debet primo ſe ad orationis ſecretum conferre orans ad dominum, ut dignetur intellectũ eius illuminare ad ue ram peccatorum cognitionem, de quib. confiteri proponit & ſimiliter uoluntatem inflammare ad eorum deteſtatio- nem. Inſuper debet ſe induere cilicio per carnis mortifica- tionem, ponere quoq; ſuper caput ſuũ cinerẽ per mortis re cordationẽ. Tandẽ debet ſe humiliare corã ſacerdote,& ad dñm clamare per apertam oris cõfeſsionem,& hoc totũ, ut poſsit liberari ab illo crudeliſsimo tyranno infernali,ſ. dę- mone, qui ipſam opprimit captiuã eã tenendo per peccatũ.

Inſuper quemadmodum Dominus miſertus eſt Dauid hu militer clamãtis ad dominum,& dicentis,cum,ſcilicet,uide ret Angelum dñi cedentem populum ſuũ.Ego ſum,qui pec caui,ego ſum,qui inique egi. Vertatur obſecro ira tua con tra me,& contra domum patris mei.2.Reg.24.Ita etiã dominus propitiatur cuilibet peccatori humiliter confitenti. Item alia figura ad idem legitur Luc.15. de filio prodigo, qui in ſe reuerſus dicebat.Surgam, & ibo ad patrem meũ, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum,& coram te, iam non ſum dignus uocari filius tuus,Vbi per filium prodigũ intel ligitur quilibet peccator, qui prodigè diſſipauit ſubſtãtiã ſuã.i.gratiã Dei,& dona. Hic ergo ꝓdigus debet redire ad patrẽ miſericordiarum, & uice eius ad ſacerdotẽ,& dicere cum omni humilitate.Pater ergo peccaui in cœlũ, & corã te,iã,&c.Quod ubi ex corde fecerit profectò pater ille cœle ſtis humaniſſimè,& benigniſſimè recipiet eũ ad gratiã ſuã.

Quartò idem probatur per ſimilitudinem de leone.De quo refert Iſid.Etimol.lib.12.c. quòd proſtratis parcit.De eo etiam dicit Plin.in natura.hiſto.lib.8.c.16. quod intitu latur de leonibus,ꝙ quamuis ſit ferociſſimũ animal,nihilo minùs hanc clementiam habet, ꝙ parcit proſtratis. Et ubi ſęuit in homines,prius ſęuit in uiros,quã in mulieres: Itẽ infantes,non niſi in magna fame deuorat.Hæc ibi.Sic ẽt ad propoſitum de Deo, qui frequenter in ſcriptura ſacra leo nominatur parcit hominibus proſtratis,ideſt,humiliter,cõ fitentibus peccata ſua.

Pro quo notandũ,ꝙ in confeſſione triplex humilitas re quiritur,uidelicet,cordis oris,operis. Prima quidem humi litas cordis,ut.ſ.confitens reputet ſe uilem,& abominabilẽ peccatorẽ,atq; gratia Dei,& omni beneficio eius indignũ. Secundò requiritur humilitas oris, ut.ſ.cum omni humili tate ſe accuſet confitens, nõ defendẽs ſuum peccatum,ſed potius ſeipſum condemnans.Quia,ut habetur Prouer.18. Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Tertiò in confeſſione requirit humilitas operis,vtpotè,humiliter genua flectendo,oculos in terrã inclinando,manus deuote in unũ iungẽ do,& hmõi.Præcipuè autem mulieres,& ſignãter iuuenes, & formoſæ debent habere vultúm,& oculos demiſſos i ter ram.Quibus debet ſufficere,ꝙ audiantur a ſuis cõfeſſorib.

&

& ſimiliter eos audiant,& non q; videant eos,ſeu uideātur ab eis. Et hoc non tam in ſignum humilitatis,quàm ad periculum vitandum tentationis carnalis,Tu ergo mulier, & tu ſimiliter cōfeſſor,tunc auerte oculos tuos, ne uideāt uanitatem. Et ideo diſcreti confeſſores plerunq; ſolent manicā ſuā,uel cornetā,uel aliquid ſimile apponere inter ſe, & inter faciem mulieris illis confitentis. Hæc autē tria, quę diximus,fuerunt in illo publicano,de quo legitur Luc. 18. Primo,nempe fuit in eo humilitas cordis,quia percutiebat pectus ſuum. Secundo,humilitas oris, quia dicebat ad dominum: Deus propitius eſto mihi peccatori. Tertio, humilitas operis,ſiue in ſigno exteriori,tum quia à longe ſtabat,tum quia oculos ad cælum leuare nolebat,& ſe reputabat indignum,ipſum cęlum,quod eſt ſedes Dei,oculis corporeis reſpicere. Tu ergo qui confiteris,ſtude facere ſimiliter.

Quinto prædictum intentum probatur tali exēplo. Legitur enim in ſpeculo exemplorum diſt. 6. de quodam curato,qui tempore quadrageſimæ ſemel ſtabat in eccleſia ſua, expectans ſi quis veniret ad eū gratia confeſſionis faciēdę, tandem ad eum acceſſit quidam iuuenis formoſus,& fortis, ab eo incognitus,qui coram eo flexit genua,dicēs,Benedicite. Quo dicto mox cępit narrare grauiſſima, & nephādiſſima ſcelera,etiam talia, qualia nunquam audierat dictus curatus,Atq; cum ille expaueſceret.ait illi confitēs. Iſta ſūt minima,ſtatim.n.audies grauiora. Tandem cōfeſſor interrogauit eum,de patria,& de ſtatu ſuo,& ſimiliter q̄s eſſet, qui tam horrenda ſcelera commiſiſſet,ad quem ille. Ego ſū de patria longinqua,ſ.inferni,& ut clarè loquar. Ego ſum dęmon. Cui ſacerdos. O miſer quid tibi cōmune, cū confeſſione. Et ille. Certè,inquit,ſteti hoc toto mane ex oppoſito tui,uidique multos uiros,ac mulieres venire ad te,cū ſarcina peccatorū,& iuſtos,atque debenoratos abire à te. Ego igitur ſperans idem conſequi ueni peccata mea cōfiteri. Sacerdos igitur exemplo B. Martini diabolo fiducialiter reſpōdit dicens. Si volueris uti conſilio meo,& agere pęnitentiā de peccatis tuis grauiſſimis,ſicut illi,quos hinc exire vidiſti ſimilē indulgentiā conſequeris. Ad quem dęmon. Libenter hoc faciā,dummodo facilē pęnitentiā mihi imponas. Et ſacerdos promitto tibi,q̄ facillimā,& minorē tibi imponā,q̄

cæteris prius cõfeſſis. Hęc igitur ſit tua pœnitentia: Vade & tribus uicibus proſterne te in terrã, ſicque proſtratus dicas: Domine Deus creator meus peccaui tibi, ignoſce mihi. At ille rogo. Impone mihi quãcunque aliã pœnitentiã, uolueris, quia iſtam nõ poſſũ facere. Ad quem ſacerdos. O ſuperbe ſpiritus, ex quo ſuperbia tua tanta eſt, ut in tã modico nõ uelis te humiliare coram creatore, & factore tuo recede à me, quia abſolutionẽ tibi nõ impartiar. Sicq; diſparuit. Patet ergo quantum placeat Deo humilis confeſſio.

QVOD INTEGRE EST CONFITENdum. Cap. XV.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terræ.*] Matth. 11.

Nona conditio ueræ confeſſionis deſignata p litteram I, dicitur integritatis, hoc eſt dicere, integra debet eſſe confeſſio. Hoc autem probatur quintupliciter, uidelicet.

A uctoritate, Ratione.
Figura. Similitudine. Exemplo.

Primò igitur auctoritate Aug. lib. de pœnitẽtia, Et ſimiliter recitatur in decretis de pæ. di. 3. ſunt plures. ſunt, inquit, plures, quos peccaſſe pœnitet, ſed non omnino reſeruantes ſibi quædam, in quibus delectentur. Non animaduertentes dominum, ſimul mutum, & ſurdum à dæmonio liberaſſe. Lucæ 11. Item ſeptem dæmonia ſimul eieciſſe. Luc. 8. Itẽ ab alio legionem totam ſimul eieciſſe. Marc. 5. Si enim uellet peccata tua ex parte reſeruari, habẽti ſeptem dæmonia potuit proficere ſex expulſis, expulit autem 7. ut omnia crimina ſimul e jcienda doceret. Legionẽ ãt ab alio eijciens, neminem reliquit de omnib. qui liberatũ poſſideret, oſtendẽs ꝙ ſi etiam peccata ſint mille, oportet de omnibus pœnitere, & breuiter nunquam aliquẽ ſanauit, quem omnino nõ liberauerit, totum enim hominẽ ſanauit in Sabbato. Iohã. 5. qui corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitẽtes oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima, & in corpore. Hæc ibi. Dicat ergo ad dñm, ꝗ debitè cõfiteri deſiderat, illud Eſa. 38. Recogita.

gitabo tibi omnes annos meos, id eſt, omnia peccata mea, in quibus vixi, in amaritudine animæ meæ.

Secundò probatur idem intẽtum tali ratione. Vnũ mortale peccatum non põt remitti abſq; alio, ergo confeſſio facta de vno, alio ſcienter tacito, & ſuppreſſo non valet. Antecedens probatur tripliciter. Primò ſic, peccatũ mortale nõ põt remitti abſq; gratia. Sic eſt aũt, ꝙ gratia non põt ſtare cũ quocunq; mortali peccato, ẽt quantuncunq; paruo. Igĩt neq; põt vnum remitti abſq; alio. Secũdo ſic. Deus cui miſeretur, totaliter miſeret, vt hr̃ Deut. 32. Sed ſi quis diuideret confeſſionẽ, & peccatum, qđ cõfiteretur, remitteretur ſibi, & nõ aliud, de quo nõ confiteret, Deus illi totaliter nõ miſeret, ſed partialiter tantũ, vt cõſtat, igĩt, &c. Propterea dicit Aug. vbi ſuprà, ꝙ quędã impietas infidelitatis eſt ab illo, q iuſtus, & iuſtitia eſt, dimidiam ſperare veniã. Tertiò ſic. Ea.n. quę Chriſtus egit in corporib ſignificãt ea, quæ agit in mentib. Sed ipſe totum hominem ſanum fecit in Sabbato, vt hr̃ Io. 5. & prius allegatum eſt, igitur. Confirmãtur hæc oĩa auctoritate magiſtri ſen. qui diſt. 7. quarti allegando. Aug. de vera, & falſa pęnitentia. c. 15. dicit ſic, cautus ſit peccator, ne verecũdia ductus diuidat apud ſe confeſſionẽ, & diuerſa diuerſis ſacerdotibus velit manifeſtare. Quidam enim vni celant, quæ aliis manifeſtanda conſeruant, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam totam per fruſta putat peruenire.

Tertio probatur idem intentum per figuram. Legiter.n. Leui. 14. ꝙ illi, qui mũdabanĩ à lepra. i. qui declarabanĩ ab ea mundi, per ſacerdotẽ legis, tradebãt oẽs pilos pellis ſuę, moraliter leproſus, ſignificat quẽlibet peccatorẽ, qui ſi cupit curari, debet accedere ad ſacerdotẽ euãgelicũ, & radere oẽs pilos pellis ſuæ, i. integrè, & perfectè cõfiteri oĩa, & ſingula peccata mortalia per eum commiſſa, quæ adhęrẽt pelli cõſcientiæ ſuę, & bene cõparantur huiuſmodi peccata pilis, q̃a ſicut pili vix enumerari poſſunt pp ſui multitudinẽ ſic ẽt in pelle cordis multiplicanĩ nõnullorũ peccata, quã ſi abſq; numero. Propter qđ dicebat regius propheta Dauid Circũdederunt me mala, quorũ nõ eſt numeros, cõprehenderũt me iniquitates meę, & nõ potui, ſup. ab his me liberare, vt viderẽ bonũ, qđ peccãdo perdebã, ſ. cęlũ, aut malũ, qđ

incurrebã, videlicet, infernum. Sequitur, Multiplicatæ ſũt, ſupple, iniquitates meę ſuper capillos capitis mei. Similiter & rex ille Manaſſes clamabat ad Dñm, & dicebat. Peccaui ſuper numerũ arenæ maris, & multiplicata ſunt pctã mea, non ſum dignus videre altitudinem cęli, præ multitudine iniquitatis meę, quoniam irritaui iram tuam, & malum corã te feci. Hæc in oratione eiuſdem Manaſſe, quæ additur in fine libri ſecundi Parali. Et reuera merito ſic loqui poſſent multi peccatores humiliter confitendo. Qui ſi ſic agerent, non dubium, q̃ tam humilis confeſſio multum illis prodeſſet, ſicut & profuerũt prædicto regi uerba prędicta.

Quartò probatur idẽ propoſitum per ſimilitudinẽ de abſolutione ab excommunicatione. Vt enim ſcribitur extra de offi. iudi. ord. c. ex parte. Abſolutio impetrata ab aliquibus exceſſibus, aliis tacitis, non valet. Da exemplũ de illo, qui eſt excommunicatus vnica excommunicatione, ſed tamen pro diuerſis caſibus. Talis ergo ſi vadat Romã pro beneficio abſolutionis, & exprimat tantum vnum caſum, propter quem eſt excommunicatus de aliis taccndo, talis perdit pœnam ſuam, nec eſt abſolutus. Idem ergo dicendũ eſt de abſolutione ſacramentali. Da etiam ſimilitudinẽ de malefactore, ſeu homicida, qui poſtquam plures interfecit, petit a principe litteram gratiæ pro vno homicidio tacens reliqua, Certè poſtquam talis exhibuerit huiuſmodi remiſſionis litteram iudici, qui habet de hoc cognoſcere, & cui conſtat, quod ille alia homicidia perpetrauit, declarabit, q̃ huiuſmodi littera non poteſt eum abſoluere à reatu mortis, quia, ſ. nõ dedit plenè, & integrè intelligere principi caſum ſuum Ita in propoſito dicendum eſt in facto conſcientię. Poteſt denique dari ſimilitudo de veſte diſſuta, cuius vna pars eſſet Romę, alia Pariſiis, alia Ebroicen Nullus enim hominum poſſet bene veſtiri tali veſtimẽto, ſic diuiſo, & partito. Modò ſic eſt, quod confeſſio eſt tanquam veſtis animę, ipſam ornans, & decorãs ſecundum illud Pſa. Confeſſionem, & decorem induiſti. Neceſſe eſt ergo omnes pẽtias huiuſmodi veſtis eſſe ſimul. Alias nõ prodeſt ad induẽdum animam.

Quæritur autem circa hoc. Vtrum ſit neceſſe volẽtem debitè cõfiteri omnia, & ſingula peccata ſua mortalia, vni

& eidem confeſſori dicere. Pro reſponſione ad dubium po nam aliquas ueritates.

Prima igitur ueritas, qui non malitioſè, ſed per ſimplicē obliuionem aliquod mortale non eſt confeſſus, ſi poſtmo dum recordetur illius, quamuis ſit bonum ad priorem con feſſorem redeat, ad hoc tamen nō tenetur quinimo pōt ad aliud ire, & peccatum prius oblitum confiteri cum ex preſſione, ꝙ fuerit alteri ſacerdoti cętera peccata, q̃ tunc occurerunt memoriæ; confeſſus, Hanc enim ueritatem po nit B.Thō.4.ſent.diſt.17.q.3.art.4.quæſtiũcula ſecunda in ſolu. ad tertium.

Secunda ueritas, qui malitioſè, & ſciēter tacuit aliquod mortale, dato, quod ceteris confiteatur, remiſſionem de illis non conſequitur. Quinimmo neceſſe eſt talem redire ad priorē confeſſorem, qui adhuc reminiſcitur priorũ pec catorum ſibi confeſſorum, & tunc ſufficit illud, quod prius fuerat tacitum confiteri aũt ſi ad alium uadat, neceſſe eſt prius alteri confeſſa peccata illi iterum confiteri, hanc ueri tatem ponit Dominus Petr.de Palu.4.ſenten. diſt.17.q.5. articulo tertio.

Tertia ueritas, qui habet caſus retentos, ſi primo confi teatur curato, tunc tenetur de omnibus confiteri, ut inte gra ſit confeſſio. In quo quidem cauſa curatus abſoluet cō fitentem de caſibus ſibi conceſſis. Pro alijs autem debet eũ ad ſuperiorem remittere, apud quem ſufficit confiteri de ſi bi reſeruatis. Hanc ueritatem ponit B.Thom.ubi ſupra.in ſolu.ad quartum. Addit etiã de Paul.ubi ſupra, quod ſi ta lis primo confiteatur ſuperiori, tunc ſufficit ſibi cōfiteri ca ſus retentos, & prę ſertim, ubi non eſt paratus audire reli quos caſus, & pro ſibi confeſſis abſolutionem impendere, remittendo eum ad ordinarium, cui debet retenta, & non retenta confiteri, ut integra ſit confeſſio, cum expreſſione quod de retentis fuerit per ſuperiorem abſolutus, & tunc uirtute ſecundæ abſolutionis, quę operatur etiam in uirtu te primæ, tunc primò complete, & perfectè abſoluitur ſa cramentaliter.

Quarta ueritas, quę eſt generalis circa materiam iſtam, talis eſt. Quãmuis liceat pluries reiterare ſuam cōfeſſionē non eſt tamen neceſſe, niſi in certis caſibus, Prima pars ſup

ponitur uera,& indies a timoratis conſcientiis practicatur. Secunda uero pars declaratur ſecundum uarios caſus. Primus eſt,quando confeſſio non fuit integra, & hoc ſcienter. Nam quicunq; ſcienter, & per hypocriſim celauit aliquid mortale,tunc debet iterum confiteri,ut dictum eſt, niſi fortè eidem confiteretur, quia tunc ſufficit illud celatum dicere explicitè,& alia repetere implicitè.Secundus caſus eſt quando confeſſus dedit pœnitentiam obliuioni, & confitetur alteri,uel etiam eidem,ſed tamen ille non ultra recordatur peccatorũ ſibi confeſſorum. Secus autem ubi recordatur,& ſignanter præcipuorum peccatorũ.Et hæc eſt opinio Pet.de Palu.ubi ſu.ar.3.Tertius caſus eſt, quando abſolutio fuit nulla,& hoc ex parte confeſſoris, qui non potuit abſoluere,ſiue quia nullam iuriſdictionẽ habebat,ſiue quia caſus ſuam facultatem excedebat, aut quia forſan ſacerdos non erat. Quartus caſus eſt ex parte cõfitentis,quia forſan excommunicatus erat,ſiue excõmunicatione maiori, ſiue minori.Hoc tamen debet intelligi,quando alteri cõfitetur. Nam ſi eidem, cui prius, & qui adhuc habet in memoria peccata ſibi confeſſa, tunc non eſt neceſſe confeſſionẽ de eiſdem reiteráre,ſed tunc ſufficit dicere.Peccaui in illis peccatis,quæ uobis alias confeſſus ſum. Ex his ergo omnibus ſufficientes patet reſponſio ad quæſitum.Et per conſequẽs patet de quarto principali.

Quinto patet idem propoſitum tali exemplo. Legitur enim in Speculo exemplorum di.9. ꝗ fuit quidã uir iuſtus, & honeſtus,atque diues,qui habebat uxorem ſterilẽ.Hi ergo uno conſenſu rogauerunt Dominum,ut daret eis prolẽ & ipſam eius ſeruitio perpetuò dedicarent. Concepit igĩt mulier,& peperit filium, quem tempore ſuo poſuerunt in monaſterio.Poſt hæc igitur cœperunt ſe mãcipare diuinis obſequiis,utpotè eleemoſinis inſiſtendo,pauperes hoſpitãdo,ieiuniis,orationib.& ſanctis meditationib.incumbẽdo ſcientes,quòd poſt ſe hæredem non habebant.Moritur igitur pater,mater uerò ſuperuiuit,ſed ab uno ſeruorum ſuorum adamatur,& ab eo concepit filium, quem natũ ſtatim ſuffocauit,atque ſub proprio lecto ſepeliuit.Concepit, & peperit ſecundo, & idẽ ſcelus operata eſt. Tandem tacta dolore cordis intrinſecus,& timens dãnari, plura pietatis

opera

opera faciebat, quã prius. Nõ tamẽ audebat tantũ ſcelus confiteri, ſperans, quod medio talium bonorum operũ deberet ſibi remitti. Moritur ergo, & ad infernũ trahitur. Cuius mortẽ cum audiſſet fil. ius eius monachus cœpit ſeruẽter pro ea orare, & duram pœnitentiam aſſumere. Cui tandem illa miſera apparuit, habes duos dracones mamillas, & totum eius corpus cruciantes, & cum uoce lugubri dicẽs filio ſuo, ꝙ erat dãnata eò ꝙ multo tempore ſteiſſet abſq; confeſſione integra, Erubeſcebat enim ſẽper prędictũ grãde peccatum confiteri, quamuis cætera cum fletu magno pluries fuiſſet confeſſa. Ex quibus omnibus patet, ꝙ confeſio non prodeſt, niſi fuerit integra.

QVOD CHARITATIVE EST CONFITENDVM Cap. XVI.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę*] Matth. 11.

Decima conditio confeſſionis deſignata ꝑ litteram K, dicitur charitatis. Hoc autẽ eſt dicere, quòd charitatiua debet eſſe cõfeſſio. Iſtud autẽ ꝓbatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate. Ratione. Figura.
Similitudine. Exemplo.

Primò igitur auctoritate. Pſ. dicentis in perſona cuiuſlibet ritè cõfiteri volentis. Cõfitebor dño nimis, i. ualde charitatiue in ore meo. Et notanter dicit. Cõfitebor dño, quia cõfeſſio principaliter fit dño, & loco eius ſacerdoti. Itẽ Iob. 8. pr in perſona veri pœnitentis. Loquar. ſup. in cõfeſſione, in amaritudine aię meę, i. cũ uero dolore de peccatis meis. q. qdẽ dolor nõ eſt ꝑfectus niſi ꝓcedat ab igne charitatis,

Notandum eſt autem circa hoc, ꝙ cõfeſſionem eſſe charitatiuam poteſt intelligi tripliciter, uidelicet, antecedẽter, conſequenter, aut cõcomitanter. Si primò intelligatur, tũc hoc non eſt neceſſe. Nam ut dicit beatus Tho. 4. ſen. di. 17. q. 3. ar. 4. quæſt. 1. confeſſio, ut eſt pars ſacramẽti pęnitẽtię, põt eſſe in eo, qui nõ eſt contritus. Põt. n. talis peccata ſua ſacerdoti innoteſcere, & clauibus eccleſiæ ſe ſubijcere, qui quis tũc non percipiat abſolutionis fructum, ipſum tñ per

cipere

cipere incipiet fictione recedēte, ſicut etiam cōtigit in aliis ſacramentis. Vnde non tenetur iterare confeſſionem, qui fictus accedit, ſed tenetur poſtmodum fictionem ſuam confiteri. Hæc B. Tho. ubi ſupra. Iſtud tamen ultimum intelligitur in caſu, vbi realiter fictus confitetur eidē, cui prius, & qui poteſt adhuc in memoria habere priora peccata ſibi cōfeſſa. Aliàs alteri confitendo confeſſio eius nō eſſet integra nec prima, nec ſecunda. De prima quidem ſatis conſtat, ꝙ non fuit integra, eò ꝙ non fuit confeſſus ſuam fictionem.

Quia ſi illā fuiſſet cōfeſſus, nullo modo potuiſſet abſolui, eò ꝙ ſacerdos, cū ſit ſolum miniſter huius ſacramenti, neminē debet abſoluere, quem non credit uerisimiliter interius abſolutū à principali agente, qui eſt Deus, Sic enim dicit Durādus in pręſenti diſ. 4. bene. Quod ſi ſacerdos pręſumat talem abſoluere, peccat mortaliter tanquam abutēs poteſtate ſibi tradita. Similiter ſecunda confeſſio, qua cōfitetur præciſè ſuā fictionē priorem, ſi fiat alteri ab eo cui confeſſus eſt priora peccata, non eſt integra, maximè cum prius cōfeſſa non fuerint ſibi remiſſa. Et ideo talis neceſſario habet redire ad priorem confeſſorem, & tunc confiteatur de illa fictione. Aut ſi uadat ad aliū, tunc confiteri habet illi peccata alteri confeſſa, & hoc ut ſit integra, & nō diuiſa, ſeu dimidiata confeſſio, hæc tamen omnia intelligenda ſunt, ubi prædicta fictio eſt poſita, ſiue contraria, utpote cum talis habuit intentionem deridendi ipſum ſacramētum, aut actuale propoſitū perſeuerandi in peccato huiuſmodi. Secus autem, ubi talis fictio eſſet, tantum priuatiua. Voco autē fictionem priuatiuam dolorem de peccatis adeo paruum, & remiſſum, ꝙ etiam cum actuali abſolutione non poteſt facere de attrito cōtritum. Nam in tali caſu non eſt neceſſe confiteri talem fictionem. Quinimmo ea recedēte efficitur cōtritio uirtute conatus, quidē dereliquit propriè abſolutio. Et iſte eſt cōmunis modus dicendi, ſecūdum doctrinam B. Tho. Ex his ergo omnibus patet, ꝙ non eſt neceſſe confeſſionem eſſe charitatiuam antecedēter. Et tamen ualde congruum, & ſalubre ad confeſſionē accedere cum dolore uehementi, ſeu uera cōtritione de peccatis ad quod hortandi ſunt confiteri uolentes. Secundo modo poteſt inteligi confeſſionem eſſe charitatiuā conſequēter,

&

& tūc iſte ſēſus eſt uerus,& hoc intelligēdo in caſu,ubi cō fitens eſt ſufficienter attritus de peccatis ſuis. Nā tunc virtute abſolutionis ſacramentalis de attrito efficitur contritus,de peccatore iuſtus,& de Dei inimico Deo charus.Nā cōis doctrina theologorum eſt,ꝙ ſacramēta nouæ legis cō ferunt gratiā in patiente diſpoſito,& nō ponēte obicē.Cuiuſmodi eſt in propoſito.Tertio mō pōt intelligi confeſſionem eſſe charitatiuam concomitanter ad hūc,ſ.ſenſū;ꝙ fiat principaliter ꝑꝑ Deum offenſum, & non ꝑꝑ timorem mondanum,aut ꝑꝑ gloriā hominum,ſicut hypocritæ facere ſolēt.Et tunc ſimiliter iſte ſenſus eſt uerus,& chatolicus. Et ſic patet,qualiter ītelligitur cōfeſſionē eſſe charitatiuā.

Secundò probatur idem intentum tali ratione. Omnis ille actus dr̄ eſſe charitatiuus,quē charitas ordinat ad Deū Sed de facto Apo præcipit nobis omnem bonum āctū referre,ſeu ordinare in Deū.1.Cor.10.dicens.Siue manducātis,ſiue bibitis,ſiue quodcūque aliud facitis,omnia in gloriam Dei facite.Igitur conſequens eſt,ut confiteamur, propter Deum primario,& principaliter.

Tertio probatur idem per figurā.Legitur enim Heſter. 2.quod cum rex Aſſuerus ad inſtantiam Aman decreuiſſet delere omnes Iudæos,qui ſub eius degebant imperio, tūc Mardochæus dedit conſilium Heſter,ut ad dictū regē accederet cum decenti habitu.Quod & fecit.Tunc placuit regi ſupra omnes puellas,quæ ad eum introductæ fuerant. Cuius tandē medio Iudæi præſeruati ſunt à morte,& Amā confuſibiliter interijt.Ad propoſitum Aſſuerus eſt Deus pater,qui iraſcitur contra peccatores, adeò,quòd ſecundū rigorem iuſtitiæ vult eos delere.Nihilominus interdū.Heſter,ideſt,domina cōfeſſio decēter ornata,ideſt,ueſtita ſcarlato,aut auro charitatis accedit ad dictū regem,ſicque pacatur ira eius aduerſus peccatorē.Et hoc eſt, quod loquit Pſal.dicens.Confeſſio,& pulchritudo in conſpectu eius.Ac ſi apertè diceret,ꝙ confeſſio ornata pulchritudine charitatis digna eſt aſſiſtere coram domino.Ecce quomodo decēs eſt confesſionem antecedēter eſſe charitatiuā. Quòd autē conſequenter ſit charitatiua,ideſt,charitatis, & gratiæ collatiuā in nō ponente obicem,ſed ſeipſum per attritionē diſponente,patet per illud,ꝙ legitur de filio ꝓdigo.Luc.15.

quomodo,ſcilicet,pater eius recepit eum honorabiliter,dicens ad ſeruos ſuos.Cito proferte ſtolam primam,& induite illum. Vb per ſto am primã rationabil ter intelligitur charitas, quæ appellatur h c ſtola prima primitate, ſcilicet,dignitatis,quia,vt dicit Apo.1.Cor 13. Maior triũ virtutum theologalium eſt charitas.Similiter quòd confeſſio ſit charitatiua concomitanter,ideſt,quòd decens ſit ipſam cõcomitari à charitate,patet figuratiuè 3.Reg.10. de regina Saba,per quam in propoſito intelligitur peccatrix anima, quæ venit ad regẽ Salomonem cum multo comitatu, & apparatu,per quod intelligitur,quòd cũ dicta peccatrix anima diſponit venire ad dominũ,per ſacramentalem confeſſionem, tunc virtute contritionis eam ſæpe concomitatur charitas.Et ſic patet de triplici figura.

Quarto probatur idem intentum per ſimilitudinẽ pauperis ſeruientis hilariter,& ex corde alicui diuiti,aut potẽti,qui ſolet conferre nouam veſtem, & abundãter illum ditare,ita,& in propoſito,cum Deus videt peccatorem bono corde ad eum per confeſſionẽ redeuntem,ſolet ex immenſa bonitate ſua eũ veſtire noua veſte charitatis, & gratiæ. quem aliàs nudum dimitteret.Ecce quomodo confeſſio dicitur eſſe charitatiua conſequenter.Ponamus ergo caſum, ꝙ ſint duo homines in ſimili peccato exiſtentes,qui adeũt ſimul eccleſiam gratia confeſſionis faciẽdæ, & ambo æqualiter diſpoſiti,q̃a attriti.Quibus ſuppoſitis vnus præuenit alterũ in confeſſione facienda, qui ſtatim abſolutione perceptа moritur,ſimiliter & alius.In iſto caſu, ſi aliud nõ ponat,primus ſaluabitur,ſecundus verò perpetuò peribit.Et huius diuerſitatis tota ratio eſt,eò qđ primus actualiter fuit confeſſus,& per cõſequẽs de attrito factus cõtritus,ſecundus uero cum ſola attritione deceſſit, quæ hominẽ nõ liberat à dãnatione perpetua.præſertim ſi ſit ſo a.Ecce quomodo confeſſio ueſtit hominem ad eam accedentem ueſte purpurea charitatis,ita ut de illo,de quo præmiſſũ eſt poſſit dici illud Pſal. Cõfeſſionẽ,& decorem induiſti amictus lumine,ſupple,gratiæ,& charitatis,ſicut veſtimento. Valde ergo bonum eſt confiteri.

Quintò probatur prædictum,intẽtum tali exẽplo.Fuit enim in diebus noſtris quidã prior ordinis diui Benedicti

in territorio. Altisſiodorenſi, Locum ſcio, & uirum aliquan do ſum alocutus. ſed neutrũ expedit particularizare. Hic itaque prior diu impudicam duxit uitã, habens ſecum ordi narie mulierculam unam, quæ tandem lecto decubuit febri bus æſtuantibus correpta. Quę cum moneretur de ſua ſalute, uolebat intelligere, ut bene ageret. Tandem apparentibus in ea euidentibus ſignis mortis propinque, uiſitatur à quadam proba, & honeſta Chriſti famula, & rursũ monetur de ſua ſalutè, atque de confeſsione facienda. Tandem illi annuit, atque confesſionem talem, qualem tale mulierculatum genus facere ſolet, fecit, ſicque diſcesſit, in cuius hora trãſitus corruſcationes, & crebra tonitrua etiã quaſi inaudita, tunc facta ſunt, cum tamen prius tẽpus ſerenisſimum appareret. Super quo admirata prędicta Chriſti famula triduo ſe orationi dedit pariter, & ieiunio rogãs dominum atque intemeratam eius matrem, in cuius capella orabat, quaſi aſsiduè, ut ſi anima prædictæ defunctę eſſet de numero electorũ, dignaretur leuare manum dexterã. Si alias manũ ſiniſtrã. Mira res. Nam cum tertio die nullũ ſignum uidiſſet, cępit humiliter dicere. O uirgo ſanctiſſima fateor præſumptionem meã, qua petiui ſcire ſecreta Dei. Indulgeat mihi benedictus filius tuus, tu quoque pariter. Nam enim aperte uideo, quòd ſtultè egi, & ideo amodò cauebo mihi à ſimili petitione. Quibus dictis cum recedẽdo genua flecteret curam dicta imagine, quaſi uale dicens, ſubitò dicta imago leuauit manum ſiniſtrã. Quo ſigno dicta mulier certificata fuit de damnatione prædictæ cõcubinæ. Vnde ex tunc nullas preces ad dominum pro ea fecit. Inſuper & dictus prior ex tunc, loquelam, & totius corporis uſum amiſit. Quod uidimus, teſtamur. Quia ergo cõfeſſio ſæpe dictę peccatricis nõ fuit charitatiua, neque antecedẽter, neque conſequenter, aut concomitanter, ideo illi non profuit. Studeamus ergo chariſſimi, poſtquam peccauimus, confiteri corde contrito, & propter Deum offenſum, quia ſic nobis proderit, & non aliàs.

QVOD

QVOD LACHRYMOSE EST CONFITENDUM. Cap. XVII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terræ.*] Matth. 11.

Vndecima conditio bonæ, & perfectæ confeſſionis deſignata per litteram L, dicitur lachrymoſitatis. Hoc eſt dicere, quòd confeſſio debet eſſe lachrymoſa, Iſtud aũt ꝓbatur quintupliciter, uidelicet,

Autoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Pſal. dicentis. in perſona confitentis, Deus uitam meam annũciauit tibi, ſupple, in uera confeſſione, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo, ſcilicet, eas acceptãdo, & exaudiendo. Et nota, ꝙ ualde ſalubre eſt lachrymas fundere in confeſſione, eò quod ſunt multũ ſatisfactoriæ. Non enim aliter legitur Magdalena ſatisfeciſſe, de qua legitur Lu. 7. quòd lachrymis cœpit rigare pedes Ieſu. Idem dic de Petro. Notanter autem dicit Pſal. In conſpectu tuo, quia Deus libenter reſpicit lachrymas, unde dictum eſt Ezechiæ Regi per Eſaiam prophetã ex parte dñi. Audiui orationẽ tuã, & uidi lachrymas tuas. Eſa. 38. Gre. Illum, quem conſpicis delicta cum fletu dolere, nõ dubites in conſpectu deitatis cõſequi miſericordiam. Multum ergo ualet lachrymari ex fundo cordis in confeſſione. Quia, ut dicit Chryſo. ſuper Matth. homi. 38. peccatum adeo maculat animã, ut nulli fontes, nulla flumina, ſed ſolum lachrymæ, atque confeſſio ipſum mundare queant. Sed profectò pauci ſunt, qui ſic lachrymentur in cõfeſſione, quia, ut ſubdit ibidem, idẽ Chryſ. nemo eſt, qui peccati ſordes, quã magnæ ſint, ſentiat. Quinimmo multi, quaſi pro magna gloria habet, quod ſic, uel ſic offenderint Deum, qui etiã quaſi ſe iactando cõfitentur peccata ſua. Nã, ut dicit Greg. li. 9. moral. cap. 35. exponens illud uerbũ Iob. 9. Loquar in amaritudine animæ meæ. Sunt nõnulli, qui apertis uocibus culpas fatentur, ſed tñ in confeſſione gemere neſciũt, quinimmo lugenda gaudentes dicunt, dicat ergo, qui confitetur. Loquar in amaritudine animæ. Hæc ille.

Secũdo probatur idem intentum tali ratione. De malo eſt dolendum,& gemendum; ergo de maiori magis, & de maximo maximè,iuxta illam maximam topicam.Si ſimpliciter,ad ſimpliciter, &c. Sed maximum malum eſt peccatũ mortale.Ergo de illo eſt maximè dolendum, & gemendũ, & ſignanter in confeſſione,ubi agitur de remiſſione illius. Sed forſan dices,certè uix, aut nũquam confiteor peccata mea,quin prorũpant abũdantes lachrymæ ab oculis meis. Nunquid ergo eſt bonum ſignum.Profectò ſic, dummodò hoc facias propter Dei offenſam, & à cætero caueas tibi a reciduo,quantum patitur humana fragilitas.Alias tibi parũ proderit.Quia,ut dicit Aug.lib.ſoliloquiorũ, & recitat in decretis de pœn.di.3.inanis.frequentãs peccata,& lugẽs vix ueniam merebitur.Nihil proſunt lamenta,ſi replicantur peccata.Nihil ualet ueniam à malis poſcere, & denuo iterare.Itẽ Greg.in ſuo paſtorali, & ſimiliter recitatur,ubi ſupra.c.qui admiſſa.Qui,inquit, admiſſa plangunt,nec tamen deſerunt cõſiderare ſolicitè ſciant,quia flendo inaniter ſe mundant,qui uiuendo ſe nequiter inquinant, cũ idcirco ſe lachrymis lauant,ut mundi ad ſordes redeãt. Hæc ille.Sunt,& alij,qui dicunt, quòd nunquam flere poſſunt, etiam pro quacunque occaſione.Nunquid ergo tales, qui poſtquam peccauerunt,non lachrymantur, perpetuo damnabuntur.Certè nõ eſt neceſſe,ita eſſe. Nouerint tamen tales duplex eſſe genus lachrymarũ. Quædã enim ſunt,quæ exterius cõſiſtunt, & tales, ſicut in ptãte noſtra non ſunt, ſic nec neceſſariæ ad ſalutem exiſtunt. Quædam uerò ſunt lachrymæ interiores,& mentales,quæ non ſunt aliud,quã dolor, ſeu diſplicentia de peccatis ſecundum rationis iudicium.Et de talibus intelligitur,cum dicitur,quòd confeſſio debet eſſe lachrymoſa. Nam hiuſmodi lachrymæ ſunt in poteſtate noſtra tamen cum Dei adiutorio.Modò illud poſſumus,quod cum Deo poſſumus,maximè cum ipſe ſit ſemper paratus nobis aſſiſtere,& cooperari ad bonum.

Circa quod notandum,quòd poſsumus cognoſcere tam in nobis,quã in aliis per aliqua ſigna exteriora,ſi habemus prædictas lachrymas cordis.Primũ ſignum eſt uerecundia exterior.Nam,ut dicit Aug.& recitatur de pœn.di.1.quem pœnitet. Quem pœnitet,oĩno pœniteat, & dolorẽ lachry

mis

nis oſtendat. Deinde aliquibus uerbis interpoſitis ſubdit dicens, laborabat mens patiendo erubeſcentiam, & quoniã uerecundia magna pœna eſt qui erubeſcit ꝓ Chriſto, fit dignus uenia. Secundum ſignum eſt humilitas, cum ſcilicet, confitens ex corde confitetur ſe miſerum, & infirmum. Nã unuſquiſq; iuſtus eſset incipit, ex quo ſui accuſator exiſtit. Et ut dicit Iſido. magna pars iuſtitiæ eſt ſeipſum noſse, ꝙ prauus eſt, ut ex eo diuinæ uirtuti ſubdatur humilius, ex quo ſuam infirmitatem cognoſcit profundius. Tertium ſignũ eſt fundere lachrymas corporales. Thre. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctẽ, & effunde ſicut aquã cor tuũ, & pſal. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuã. Quartum ſignũ eſt fortitudo, ut, ſcilicet, propter humanam uerecundiam non dimittat huiuſmodi integrè dicere peccata ſua. Exemplũ habemus de Magdalena, quæ adeo fortis fuit, cum uenit ad Chriſtum, quod inter conuiuas flere non erubuit confitendo ſupple, peccata ſua, ad Dominicos pedes proſtrata. Sed profectò hodie poſsum dicere illud. Prouer. vlt. Mulierem fortẽ quis inueniet, ideſt, vix poteſt hodie reperiri mulier peccatrix, quæ ſit fortis ad confitendum peccata ſua, ſicut extitit Magdalena, nam hoc commune malum habent mulieres, ſignanter occultæ luxurioſæ, quòd uix audent confiteri iniquitatem ſuam, timentes perdere honorem ſuũ magis, quam regnum cœlorum. Et ſic patet de ſecundo.

Tertiò probatur idem intentum per figuram. Legitur enim 2. Reg. 13. de Thamar, quòd poſtquã frater ſuus Amnon in cõclaui oppreſsit eã, & de camera eiecit, illa aſpergens cinerem capiti ſuo ſciſsa talari tunica, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum ibat ingrediens, & clamans. Ad propoſitum Thamar, quæ uno modo interpretatur cõmutata, rectè deſignat animam peccatricem, quæ commutata eſt peccando de filia Dei in filiam diaboli, de ſtatu gratiæ, in ſtatum culpæ, de conſorte Angelorum in conſortem dæmonum, hæc igitur Thamar tunc opprimitur ab Amnon quoties tentationi diaboli per conſenſum cõmiſcetur. Poſt quod factum enorme, & graue debet lamentãdo redire ad patrem ſuum Dauid, i. Chriſtum, ſiue ad patrem ſuum confeſsorem, & illi cum fletu, & planctu enarrare miſeriam, & turpi-

turpitudinem ſuam. Et eſt circa hanc materiã notandũ, ꝙ homo, debet magis dolere intra ſemetipſũ de Dei offenſa quàm dolere pro morte patris, & matris, ac omniũ parẽtũ & omnium amicorum ſuorum, ubi uideret eos uno die, & una hora ad ſepulchrũ ſimul deferri. Itẽ dic de morte unigeniti ſuij. Propterea propheta Hier. 6. c. clamat ad pauperem peccatorẽ eum inducẽdo ad plorandum peccata ſua dicens. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.

Quinto probatur idem per ſimilitudinẽ multiplicẽ. Prima eſt de ſpongia, quę cum fuerit madefacta, ſi poſtea comprimatur, liquor intus latens exterius reſoluitur, ita in propoſito. Vnde Chryſoſto. ſuper epĩ. I. Homil. 2. dicit ſic. In corde tuo ſcripta ſunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum, lachrymæ tuæ ſunt. Grandis earum uirtus, Dicã tibi, quid ualeant lachrymæ. Attende diligentius. Quid enim martiribus maius. Grandis gloria martyrum. Martyres effundunt ſanguinem, peccatores effundunt lachrymas Meretrix Magdalena non fudit ſanguinem ſed fontes lachrymarum profudit, & mox deleuit peccata ſua. Princeps Apoſtolorum Petrus nunquid ſtatim poſtquam magiſtrũ ſuum negauit ſanguinem fudit, nõ ſed amare fudit lachrymas, & abſterſit peccatum ſuum. Hæc ille. Secunda ſimilitudo eſt de multis rebus materialibus, & naturalibus, per quas, purgantur exteriores ſordes. Vnde Auguſtinus. ad fratres in eremo ſerm. 10. qui intitulatur de lachrymis. Dicit, quòd lachryma eſt herba cœleſtis illius fullonis, quã ueſtes ſeruorum ſuorum deturpatas à ſorde quotidie purgat. Hoc eſt, cæleſte nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum abſtergit maculas peccatorum. Hoc eſt, lixiuiũ, quo interioris hominis caput optime abluitur. Hæc ille. Tertia ſimilitudo eſt de uinea, quæ cum putatur, ſi fundat lachrymas, ſignum eſt uitæ. Quòd ſi non, tunc ſignum eſt mortis, ita in propoſito illi, qui lachrymantur in cõfeſſione, & ex corde, ſigna oſtendunt, quod intus uiuunt uita gratiæ. Qui uerò non lachrymatur, neque compunguntur in corde, mortui ſunt in interiori homine.

Quintò probatur idem intentum tali exemplo. Legitur enim in ſpeculo exemplorum diſtinctione ſexta, quòd cum dæmon poſſideret quendam hominem, reu claretque

peccata eorum,qui illic conueniebant,affuit quidam, qui apud ſe cogitauit prius confiteri,& poſtmodū uenire ad dictum poſſeſſum,ſciens,quòd per confeſſionem peccata occultantur dæmoni Sed,quia,ſine lachrymis,& cum propoſito recidiuandi confeſſus fuerat, ideo peccata ſua dæmon manifeſtauit, ſicut & aliorum. Quod ille uidens ad confeſſionē rediit,& cum multis lachrymis,& ſancto propoſito confeſſus eſt. Quem poſtea redeuntem dæmon non cognouit. Ecce,quàm bonum eſt,cum lachrymis confiteri. Quòd ſi exteriores haberi non poſſint ſaltem interiores non deſint.

QVOD MEDITATIVE EST CONFITENdum. Cap. XVIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,et terra.*[Matth. 11.

Duodecima conditio confeſſionis deſignata per M,dicitur Meditationis, hoc autē ē dicere,quòd cōfeſſio debet eſſe meditata.

Iſtud aūt pbatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate, Ratione.

Figura. Similitudine. Exemplo.

Primò igitur auctoritate Pſalm.loquentis in perſona deliberantis confiteri,& dicentis.Meditatus ſum nocte, cū corde meo.Notanter autem,dicit nocte,quia hora noctis, & ſignanter poſt primam dormitionem,eſt magis apta ad meditandum,ſiue de confeſſione,ſiue de quacunq; alia re, eò ꝙ tūc ſenſus ſunt magis quietati,& pacati,atque depurati ad meditandū,quàm quacunq; alia hora diei. Et hoc eſt,ꝙ uiri incūbentes litteris ſolent frequēter illa hora ſurgere,& ſtudio operā dare Idē cū dicit. Cum corde meo notat locum aptum ad meditandū. Eſa.46. Redite præuaricatores ad cor. Sequit. Et exercitabar,ſupple,huiuſmodi meditatione frequenter ad eā rediens,& ad cor reuertens,& ſcopebā ſpiritum meum,i. purgabam ab omni carnali,& terrena cogitatione,& affectione,& hoc per ſacralē cōfeſſionem.Scopa autē,qua purgatur ſpiritus à peccato in cōfeſſione ſacramētali,eſt lingua.Sed ſicut aliquādo accidit,

quòd

quòd ſcopa relinquit aliquas groſſas immunditias, vt cum celeriter ſcopatur domus,aliquando autem minutos pulue res,aliquando verò totum ſecum trahit,ſic in ſacramentali confeſſione,quandoq; contingit,ꝙ cum ſcopa linguæ relin quuntur groſſa peccata,aliquando minuta,vtpote,venialia aliquando nihil,ſicut præcipuè contingit de timoratis con ſcientijs,quæ formãt ſibi ſcrupulũ de venialibus,adeò gra uiter,ꝙ volunt etiam de illis cõfiteri.Sequitur.Nunquid in ęternum proijciet Deus,ſupple, hominem ſic perſectè ſco-pantem ſpiritum ſuum? Quaſi dicat,quòd non.Ioha.6.Eũ, qui venerit ad me,ſupple per integram confeſſionem, non eijciam foras,i.illi non denegabo gratiam meã in præſenti, neq; gloriam in futuro.Et nota,quòd Pſ.ante prædicta ver ba in perſona pęnitentis præmittit,dicẽs.Anticipauerũt vi gilias oculi mei,ſupple,interiores, qui præuenerũt vigilias diei meditando,circa cõfitenda peccata.In qua quidem me ditatione turbatus ex ſumma cõſideratione multitudinis, turpitudinis,& grauitatis eorum,non ſum locutus,ſupple, præ ſtupore, & horrore,vel nõ ſum locutus me iuſtificãdo, aut defendendo.Sed potius cogitaui dies antiquos,i.deſt,an tiquas Dei miſericordias.Pſ.Vbi sũt miſericordiæ antiquæ Dominè,quas,ſupple, exercuiſti ergo peccatores pœnitere volentes? Et annos æternos in mente habui.i.ad memoriã reduxi,qualiter huiuſmodi peccatores pęnitere,& cõfiteri, volentes tandem introduxiſti in gloriã ęternam, quæ hic vocatur anni æterni,eò quòd ſine fine permanet.Ecce,quo modo confeſſio eſt præmeditanda. Vnde ſi de ea quęratur cuius ſit formę,poteſt meritò reſponderi,quòd eſt meditatiuę formę.Ad idem etiam propoſitum facit illud verbum ſapientis.Eccleſiaſt.4.Omnia tempus habẽt.Tempus colligendi lapides,i.ad memoriam reducendi per diligentẽ meditationem,& examinationem commiſſa peccata,quæ grauia ſunt ad modum lapidum,& tempus ſpargẽdi lapides,i. confitendi peccata , illa de fouea conſcientiæ extrahendo, & cum lingua hincinde ſpargendo,& proiiciendo.

Secundo idem intentum probatur tali ratione. Quicunque ſe exponit periculo peccati mortalis, peccat mortaliter, ſed quicunque impremeditatè accedit ad confeſſionis ſacramentum eſt huiuſmodi, igitur. Minor patet,quia qui

impremeditatè cõfitetur, vix poteſt recordari omniũ peccatorum mortalium à ſe commiſſorum, & ſignanter vbi diſtulit confiteri, ſicut patet de illis, qui tm̃ ſemel in anno cõfitent. Et ideo pro maxima generali regula tenẽdum eſt, ꝙ quãto tardius confitetur homo, diutius, & diligẽtius debet meditari cum corde ſuo die, ac nocte, ſi velit bene, & perfectè ſcopare domum conſcientiæ ſuæ. Vnde bene ad propoſitum loquitur Aug. lib. de vera, & falſa pęnitentia. c. 14. ita dicens. Conſideret peccator qualitatem ſui criminis. In loco, in tẽpore, in perſeuerantia, in perſonæ varietate, & qualiter hoc fecerit tẽtatione, atq; in ipſius vitii multiplici executione. Oportet enim fornicantẽ pęnitere ſm̃ excellentiã ſui ſtatus, aut officii, & ſm̃ modum meretricis, atq; qualiter turpitudinem ſuam peregerit. Si in loco ſacro. Itẽ ſi in tp̃e orationis cõſtituto, aut in feſtiuitate ſanctorum, ſiue in tp̃e ieiunii. Inſuper conſideret, quãtum perſeuerarit, & defleat, ꝙ perſeueranter, peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim, qui non ſolum vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentationẽ, ſed præueniũt voluptatem, & ſecum pertractant, quàm multiplici actione vitii delectabiliter peccẽt. Omnis. n. iſta varietas cõfitenda eſt, & deteſtanda. Itẽ in cognoſcendo augmentũ peccati cõſideret cuius fuerit ætatis, cuius ſapientię, & ordinis, & immoret in ſingulis iſtis, & ſentiat modum criminis, purgãs lachrymis omnem qualitatem vitii. Defleat ẽt virtutem, qua interim caruit, inſuper defleat oẽ tempus, quãuis breuiſſimũ, quod nõ totum expẽdit ad Dei honorem, defleat denique ſuã ingratitudinẽ, quia. ſ. plenus virtutib. & donis Deũ non timuit. Aiaduertat etiam, & animaduertendo defleat animam proximi, quam fornicando, aut ad quodcunque peccatum inducendo Deo eripuit, vel ereptam in malo cõfirmauit. Hæc Aug. vbi ſupra.

Tertiò idem probatur per figurã, quæ ponitur Luc. 14. vbi legitur, quòd Chriſtus proponit talem parabolam, dicens. Quis ex vobis volẽs ædificare turrim, nonne prius ſedẽs computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum. Ne poſtea quam fecerit fundamentũ, & non potuerit perficere, omnes, qui vidẽt, incipiant illudere ei dicẽtes, quia hic homo incępit ędificare, & non potuit conſummare,

mare. Ad propoſitum noſtrum, per turrem intelligitur ſacramentalis cõfeſſio, per quam eleuamur in cęlũ: de qua loquens Aug. ad fratres in eremo. ſer. 30. dicit ſic. O' ſancta, atque admirabilis confeſſio, tu obſtruis os inferni. In quo verbo inſinuat̃ profunditas huius turris. Et aperis portas paradiſi. Ecce altitudo turris. Tunc autem cõputamus ſumptus neceſſarios ad cõſtruendũ hãc turrim, qñ præmeditamur, atque præcogitamus peccata, quæ cõmiſimus, priuſquã ad conſpectum confeſſoris accedamus. Nã peccata ſunt materia, ex qua debet conſtrui dicta turris cõfeſſionis. Quòd cũ nõ præmeditamur, qđ dicturi ſumus corã confeſſore, ſed imprę meditatè illic accedimus, tunc ab eo, nec non & à tota illa cęleſti curia deridebimur, quaſi non uolentes conſumare turrim ſanctæ confeſſionis.

Quartò probatur idem intentum per ſimilitudinẽ de ſerpẽte, de quo dicit Aug. ad fratres in eremo ſer. 4. qui intulatur de prudẽtia, ꝙ colligit venenũ totius corporis ſui in gutture, & ibi prudẽter ſtudet, docẽte natura, ipſum ſeruare, vt ſi aliquãdo ſibi neceſſe fuerit, in prõptu habeat, vñ ſe defendere queat. Sic in propoſito peccator volẽs confiteri debet per diligentẽ præmeditationem colligere totum venenum peccatorũ ſuorum in gutture ſuo. i. in memoria, quo vſq; ipſum totaliter euomat corã ſacerdote, vt ſic defendat ſe contra diabolum magnum aduerſarium ſuum.

Aliã ſimilitudinem ad idẽ propoſitum principale poſſumus afferre de receptore generali alicuius magni principis. q priuſquã cõpareat corã Dño ſuo rõnẽ redditurus, prius ſecreta ſua diligẽter cõputat, & reuiſitat librũ receptę ſuę, ſeu cõputorũ, ne circunueniat̃, aut de culpa, ſeu negligẽtia arguat̃ à dño ſuo. Sic in propoſito ẽt cum maiori diligẽtia debet facere, quicunq; vult ad cõfeſſionẽ accedere, quãto aĩa eſt præferenda rebus terrenis. Quia qui non reddiderit bonũ, & fidele cõputum corã ſacerdote, recludetur in carcerẽ inferni, vſq; in æternum, & ultra. Qui ergo vult bene cõfiteri, debet attẽdere ſtatum ſuum, videlicet, ſi ſit clericus, vel laicus, nobilis, aut ruſticus, diues, aut pauper, mercator, aut agricola, perſona priuata, aut publica, & ſimilia. Item quas ſocietates frequentauit, quæ loca viſitauit, quid tali, uel tali die egerit, quid in corde geſſerit,

dilectionem,aut rancorem,quid ore locutus fuerit, quid opere compleuerit,utpote,ſi percuſſor, homicida, raptor, aut fur extiterit.Item quid omiſerit,quod facere debuerit; & ſic de aliis.Ecce enim,quid meditari, debet, qui ad confeſſionem uenire ſe diſponit. Et cum in aliquio ſe erraſſet, cognouerit,debet pectus ſuum cum publicano percutere, & dicere.Deus propitius eſto mihi peccatori.Itē cū pſ.Miſerere mei Deus ſecundū magnā miſericordiam tuam.Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meā. Amplius laua me,&c.uſque. Tibi ſoli peccaui.

Et eſt circa hoc notandum, ꝙ uolens confiteri debet talē diligentiā adhibere ad hoc,ꝙ recordetur peccatorū ſuorum,& de ipſis plenā notitiā habeat,qualem adhiberet ad reperiendam rem magni ualoris,quam timet perditā eſſe. Da exemplum de drachma,de qua Chriſtus dicit Luc. 15. ꝙ mulier perdiderit drachmā unā, lucernam accendit, & domum euertit,donec inueniat illam. Ad propoſitum mulier eſt quælibet rationalis creatura,drachma pdita eſt peccatum obliuioni traditum , lucerna accenſa eſt plenus rōnis uſus,domus conſcientia.Dicamus ergo ſic. Qui decem peccatis peccauit, decē drahmas habet,i.decē pondera eū trahentia ad infernū.Nā drachma ſm Catholicon,quoddā genus ponderis eſt.Ille uerò drachmā unā perdidit, cuius memoriā una transgreſsio ſubterfugit. In quo quidē caſu debet accendere lucernā rōnis,& cum illa domum conſciētiæ euertere conſiderando loca,quæ uiſitauit, perſonas cū quibus conſeruatus fuit,tps,utpotè,menſes, hebdomadas, dies,& horas,qualiter expēdit,& quid in talibus operatus ſit. Hæ enim particulares circunſtātiæ multū ualent ad inueniendū drachmam perditam. Quod ſi ſit quæſtio de generali confeſſione,qualem nonnulli facere ſolent in indulgentiis generalibus,tūc qui ſic confiteri deliberat,debet cōſiderare,quando primum fuit doli capax ſecundum ſuam æſtimationem,& quid illa ætate egerit, & ſimiliter per totā iuuentutem ſuam. Item quid per ignorātiam culpabilē fecerit,aut omiſerit dicēs illud pſ.Delicta iuuentutis meæ, & ignorātias meas,ne memineris Domine,& nota,ꝙ in tali conſideratione debet gradatim procedere, & aſcendere ſecundum ꝙ ætas in eo creuit,& proceſsit,ſimiliter, & malitia,

litia. Deinde ſic aſcendēdo uſque ad ſtatum, quem elegit, debet cōſiderare, quare ipſum elegerit, & ſimiliter quali ter in eo uixerit. Practica, iſtud de ſtatu matrimoniali. Item de ſtatu clericali. Itē de ſtatu religionis. Et ſimiliter ſi agricola, ſi mercator, ſi artifex officiarius publicus, ſi miles aut huiuſmodi extiterit, & quō in uocatione, qua uocatus eſt, ſe habuerit. Poſt talem ergo compendioſam diligentiam, & examinationem tuto accedat homo ad confeſſionem & ſecūdum quod inuenit drachmā perditā de illa, ſcilicet ſe accuſet ſimiliter, & de aliis drachmis, deſt, de quibus recentem habet memoriam. Quod ubi fecerit, dum non abſit dolor de commiſſis culpis, & propoſitum abſtinendi pro futuro, talis debet eſſe ſecurus, & certus certitudine morali, quod confeſſio eius acceptabitur, & a Dño uitam æternam cōſequetur. Ecce ergo quō cōfeſſio debet eſſe meditatiuę formę.

Quinto probatur idem intentum tali exemplo. Legitur enim in libro, qui intitulatur uitæ fratrum ordinis Prędicatorum, quod fuit quidam honeſtus iuuenis, qui ingreſſus eſt ordinē prædictū apud Lauſanam. Hic ergo factus nouitius cum ex more iuuenum fratrem dicti ordinis, ſaltem apud reformatos, haberet ſingulis ſeptimanis confiteri ſemel, forte tedio affectus, ſatis inpræmeditatē, & indeliberatē confiteri pręſumpſit adeo, quod multa omiſit. quāuis non ſcienter. Poſt talem igitur confeſſionē apparuit illi diabolus habens chartā in manu ſua dicēs illi. Tu credis feciſſe bonam cōfeſſionem, ſed nō eſt ita. Ecce enim habeo in hac charta multa, quæ commiſiſti, de quibus confeſſus nō fuiſti, de quibus infallibiliter in die iudicii te accuſabo. Quod uidens, & audiens iuuenis frater dixit dęmoni Oſtē de mihi modicum chartulam tuam, ut ſciam, quæ peccata omiſi, alias dicā te mentiri, maxime cum iuxta Chriſti uerbum mendax ſis, & pater eius. Ad quem diabolus. Profecto illā modo nō uidebis, bene in iudicio Iuuenis ergo frater uidens, quod gratioſa eius uerba nihil proficiebāt ſibi apud diabolum tētauit per uim eripere dictam chartulā de manu dęmonis. Propter quod certamen inter eos factum eſt. in Tandem dæmon uolens euadere, currit per dormitoriā eccleſiæ, quem dictus frater ſemper inſequitur. Tandem nutu diuino diabolus impegit caput ſuum contra conſer-

natorium a quæ benedictæ, & protinus cecidit in terram. Quo pſtrato ſępe dictus iuuenis manu illius aperuit, chartulā rapuit, quā legit. In qua cū inueniſſet aliqua peccata oblita, illa confeſſus eſt, atq; p hūc modum euaſit periculū damnationi. Sic ergo chariſſimi ſtudiamus præmeditari diligenter, quæ fecimus nos mala, priuſquam ad confeſſionē accedamus, quia ſic nobis proderit confiteri, & non alias.

QVOD NECESSARIO EST CONFITENDUM. Cap. XIX.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terrę,*] Matth. 11.

Decimatertia conditio bonæ, & ſalubris confeſſionis deſignata per hanc litteram. N. dicitur neceſſitas, hoc eſt dicere, ꝙ in lege gratię, poſtquam quis mortaliter peccauit tenetur ſacerdoti confiteri, Iſtud autem probatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primo quidem auctoritate Aug. lib. de Viſitatione infirmorum, c. 2. dicētis, ſic. Sunt quidam, qui autumant ſibi ſufficere ac ſalutem, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, & quē nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus, quos tamen inter lepram, & lepram, diſcernere per legiſlatorem conſtituit. Sed nolo, ut ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram diuino uicario, tabeſcens præ rubore, uel ceruicoſus præ dignatione, Nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium, quē domus ſibi non dedignatur uicarium, Hæc ille. Item Amb. lib. de Paradiſo, cap. 14 & ſimiliter recitatur de pęn. diſt. 1. nō poteſt Dicit, quòd non poteſt quiſquam à peccato iuſtificari, niſi fuerit peccatum ante confeſſus. Super quo dicit gloſſ. quod triplex eſt confeſſio, ſcilicet, cordis, oris, operis. Prima fit Deo. Secunda, ſacerdoti, Tertia proximo. Itē Eſa. 43. Mandat dominus cuilibet peccatori, dicēs. Dic in quitates tuas ut iuſtificeris. Ac ſi apertè diceret dominus, quòd nō poteſt

pec-

peccator,ſaltem in lege gratię,iuſtificari à peccato,niſi primum fuerit peccatum confeſſus in re,ſcilicet, aut in voto. vnde idem Amb.lib.2.de pęnitentia,cap.7.pertractās pręd ictum verbum. Eſa.dicit ſic.Nouit omnia dominus, ſed expectat uocem tuam,non quidem,vt te puniat,ſed,vt tibi ignoſcat.Non uult,ut inſultet tibi diabolus,& celantem peccata tua arguat.Præueni igitur accuſatorem tuum. Si enim teipſum accuſaueris, accuſatorem nullum timebis, Hæc ille.Item Iacob.vlt.dicitur. Confitemini alterutrum peccata veſtra.In hoc autem, quod loquitur Iacobus uerbo imperatiuo,dicens. Confitemini,liquet apertè, quòd confeſsio peccatorum eſt ad ſalutem neceſſaria.

Secundò probatur idem intentum triplici rōne. Prima eſt talis,nullus debet eſſe iudex in propria cā,vt patet, capi. ne quis ius ſibi dicat.per totū. Ergo,poſtq̄ homo mortaliter peccauit,non pōt ſibiipſi pęnitentiā taxare,neq; ſeipſum abſoluere,ſed neceſſariū habet ſe iudicio alterius ſubmittere,ēt quacunq; fungatur auctoritate,aut nobilitate, ſiue ſit Papa,aut rex,ſiue Imperator.Secunda rō eſt talis. Nō minus cōfeſsio vocalis eſt ad ſalutē neceſſaria illi, qui mortaliter peccauit,ſaltē in lege gratiæ, quā baptiſmus. Sed baptiſmus eſt ſimpliciter,& abſolutè neceſſarius, aut in re,ſicut patet de paruulo, aut in voto, ſicut patet de adulto,iuxta illud Chriſti uerbū Iohan.3.Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpirituſſancto nō pōt, &c. Ergo ēt cōfeſſio eſt neceſſaria ei,qui mortaliter peccauit,aut in re cum pōt haberi,aut in voto,cum nō pōt haberi,ſiue,quia deeſt copia ſacerdotis in caſu neceſsitatis,ſiue,quia pęnitēs nō pōt loqui,& ſic de alijs impedimētis. Tertia rō eſt talis. Oēs adulti habētes legitimā ętatē, tenentur in Paſchate ſacrā cōionē ſuſcipere,ut patet ex decretali.Innoc.4.prout recitaī de pęn. & re.ca omnis utriuſque ſexus. Sed ad ipſum ſacramentum non poſſunt dignè accedere, qui mortaliter peccauerunt abſque ſpirituali mundatione,quæ fit per actualem confeſsionem.Propter quod in eadem decretali primò fit mentio de confeſsione facienda. Deinde,& ſecundò de ſuſceptione ſacramenti altaris.Igitur,&c.

Contra autem prædicta poteſt multipliciter inſtari.Primò quidem ſic. Multi ſunt, qui non habent ſuperiorem,

aut

aut ſimpliciter, ſicut Papa, aut in prõptu,ſicut epiſcopus ī ſua dioceſi, abbas in ſua abbatia, curatus in ſua parochia. Ergo uidetur, quòd tales nõ tenẽtur confiteri. Aliàs ſi ſint minores prelati,tenerẽtur pro qualibet uice currere ad ſuperiorem quoties opus eſſet illis confiteri. Secundo poteſt ſtare,quod aliquis adultus in Paſchate non habet, niſi uenialia peccata, ergo ſaltem talis non tenetur tunc confitẹri. Maximè,cũ non ſit de neceſſitate confiteri uenialia,quæ non auferunt gratiam, nec ſoluunt Dei amicitiam. Tertio Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium,ut inquit Hiero. Sed aliqui poſt baptiſmum nõ ſunt paſſi naufragiũ ſed innocenter uixerũt.Ergo ſaltem tales non tenẽtur cõfiteri. Quarto ſic. Aliquibus in lege gratię remiſſa ſũt peccata etiam grandia,& hoc abſque confeſſione, ſicut patet de Petro,& Paulo,atque Magdalena. Sed nunc gratia Dei non eſt minoris efficacię ad remittendum peccatum, quã olim fuerit,igitur.

Ad hæc omnia reſpondendũ eſt conformiter ad doctrinam B.Tho.4. ſen.diſt.17.q.3. Ad primũ igitur dicitur, ꝙ nullus eſt ſimpliciter,qui nõ habeat iudicem Chriſtum cui per ſuum uicarum confiteri debet. Qui quamuis ſi eo inferior, in quantũ ipſa eſt prælatus tamẽ eſt ſuperior, in quãtũ ipſe peccator eſt, & alter Chriſti miniſter. Ecce quomodo peccatum deiicit hominem à dignitate ſua, Ad ſecundũ dicitur,ꝙ illę,qui non habet,niſi uenialia, non tenetur cõfiteri ex iure diuino,ſed tantũ ille, qui habet mortale. Tenetur tamẽ talis ad hoc ex iure poſitiuo,uidelicet, ex ordinatione facta in generali cõcilio ſub Innocentio tertio,uel dicendum ſecundum alios,quòd ex uirtute decretalis. omnis utriuſque ſexus. non obligantur ad confeſſionẽ, niſi, qui habent mortale peccatum,qđ patet ex hoc ꝙ cõfitens debet cõfiteri oĩa peccata Hoc aũt non poteſt intelligi de uenialibus,q̃a impoſſibile eſt diuina illa cõfiteri. Et ita ille qui non habet,niſi uenialia peccata nõ tenetur cõfiteri ullo tempore, Sufficit autem tali ad hoc,quod impleat eccleſiæ preceptũ,ut ſe ſacerdoti reprę̃ſentet,& dicat ſe eſſe per Dei gratiam abſque conſcientia de mortali. Et hoc illi ꝓ confeſſione reputatur. Hæc B.Tho. Sed quis eſt inter adultos,qui ſit abſque mortali,& laudabimus eũ. Nempè talis

ſi detur

detur,,fecit mirabilia in uita ſua, quia fermè omnes ſubiacent grauisſimis peccatis.pſal. Omnes declinauerunt ſimul inutiles,&c.Ad tertium dicitur,ꝙ ſi al quis posſit euadere naufragium,quod fit per peccatum mortale, non tamen regulariter poteſt euadere uenialia,per quę diſponitũ ad naufragium.Ad quartum dicit B.Th.ꝙ etſi nonlegatur prædictorum confesſio potuit tamé fieri multa enim ſunt facta,quæ non ſunt ſcripta.Inſuper Chriſtus habebat poteſtatẽ excellentię in ſacramẽtis.Vnde ſine his,quæ ad ſacramentum pertinent,poterat rem ſacramenti cõferre.Patet ergo,ꝙ confeſſio uocalis eſt de neceſſitate ſalutis,niſi forſan propter impoſſibilitatem,adeo etiam, ꝙ in abſentia ſacerdotis,licet in caſu extremæ neceſſitatis confiteri laico. Sic enim dicit Aug.lib.de uera,& falſa pęnitentia c. 10. Et quamuis laicus poteſtatem ſoluendi non habeat,ille tamẽ qui ei confitetur in caſu neceſſitatis, fit dignus uenia ex deſiderio ſacerdotis.ut dicit idem Aug ubi ſupra.Nota tñ, ꝙ talis confeſſio non eſt neceſſaria , neque ſimiliter ſacramẽtalis,non tamen reprobatur,& de hoc prius dictum eſt uidelicet,c.1.ſub litera C.Inſuper nota,ꝙ i tali caſu laicus tenetur ſub pęna peccati mortalis cælare,quæ ſic audiuit, nõ minus,quàm ille,qui recepit aliquid ſub ſigillo ſecreti. Patet ergo de ſecundo principali.

Tertiò probatur idem intẽtum per figuram. Legitur.n. Deut.28.ꝙ dominus dixit populo Iſraelitico . Per ſeptem uias fugias,& diſperdaris per oĩa regna terrę,& per vnam uiam egrediaris contra inimicos tuos . Ad propoſitum ſeptem uiæ,ſeptem ſunt peccata mortaliter , per quæ peccatores fugiunt à Deo.Via autem una,& ſola,per quam egredi debemus contra inimicos noſtros eſt uia pęnitentiæ, & ſacramentalis confesſionis,per quam exeunt confitẽtes ad pugnandum contra dæmones,& peccata.Nam nihil ſic terret ipſos dæmones,ſicut oris confesſio . Da exemplũ de furibus nocturnis,qui terrentur,& ſtatim fugiunt, cũ audiũt uoces hominũ clamantium,& dicentiũ.Ad latrones, ad latrones.Poſſumus aliam expresſiorem figuram adducere ad propoſitum probandum,uidelicet,de Lazaro,de quo dixit Chriſtus diſcipulis ſuis,poſtq̃,ſ.ſuſcitauerat eũ a mortuis . Soluite,inquit,eũ,& ſinite abire.Iohã.11.Ex quibus uerbis

datur

datur nobis intelligi,ꝙ licet peccator ſuſcitetur a dño per cordis contritionem, adhuc tamen neceſſe habet ſolui in confeſſione ſacramentali per Chriſti diſcipulos, ideſt, ſacerdotes. Et ſic patet, quòd confeſſio eſt ad ſalutem neceſſaria.

Quarto probatur idem per ſimilitudinē de homine obligato duobus creditoribus. Talis.n. quantumcunque ſatisfaciat uni,non eſt plenè liberatus,niſi etiam ſatisfaciat alteri.Si eſt aũt,ꝙ homo peccando contrahit debitum,quo ad Deum,& quo ad eccleſiam: Deo autem ſatisfacit per cōtritionē. Nihilominus,eo ſoluto,adhuc ille manet obligatus eccleſiæ.A qua quidem obligatione non abſoluitur, niſi ꝑ ſacramentalem confeſſionem.Poteſt ēt dari alia ſimilitudo uidelicet,de infirmo,aut vulnerato,cui neceſſe eſt,ꝙ infirmitatem medico oſtendat,ſi vult curari,iuxta illud Boetij de conſo.lib.1.proſa.4.Si operam medicantis expectas, oportet, ut vulnus detegas tuum.

Quintò probatur idem intentum tali exemplo.Legitur enim in legenda beati Egidij abbatis,ꝙ tempore ſuo regnabat in Gallia Rex dictus Carolus, cognomento magnus Dictus ergo Rex inſtanter rogauit uirum Dei Egidium,ut pro eo intercederet ad dñm ſuper remiſſionē cuiuſdā grauiſsimi peccati per eum commiſſi, & qđ nemini confiteri audebat uerum,nec ipſi uiro ſancto. Cũ itaque uir Dei ꝓ eo miſſam celebrādo inſtanter oraret dñm,mox affuit Angelus de cęlo,qui dimiſit ſuper altare ſchedulā,in qua ſcriptum erat regis peccatum,pariter & abſolutio,dũmodo illud confiteretur,aliàs non abſoluebatur à dño. Hmōi igit̃ ſchedulā accipiens uir ſanctus, & legens lęto animo uenit ad Regēm, quem ſeorſum trahens prædictam ſchedulam eidē patefecit. Qđ videns rex obſtupuit. Nec mora interpoſita peccatum ſancto Egidio cōfeſſus eſt, à quo abſolutionis beneficium obtinuit,pariter,& à domino. Patet ergo,quòd confeſſio eſt ad ſalutem neceſſaria.

Legitur,& aliud exemplum ad idē propoſitum perſuadendum in ſpeculo exemplorum,diſt.10. de quadā muliere,quę unicum peccatum in cōfeſſione celauerat,ꝑꝑ humanam verecundiam, prout ſępefaciunt mulieres in actũ carnis lapſæ.Dicta tñ mulier nō ceſſabat die ac nocte roga

re dñm cum lachrymis pro remiſſione dicti peccati. Cum igitur quadam die in angulo eccleſiæ conſtituta ſic oraret dñm, presbyter quidã, qui pariter in eccleſia orabat, vidit quẽdã dęmonẽ ſuper caput dictæ mulieris huc, atque illuc volantem, & p̃ immoderata lętitia cachinos cohibere nõ valentẽ. Qđ cernẽs dictus ſacerdos adiurauit ipsũ dęmonẽ per nomen Ieſu Chriſti, inquirẽs quid ibi faceret, & cur tm̃ rideret, cui dęmon, ideo, inquit, rideo, q̃a video hãc mulierẽ currere ad inferos, q̃ ſe cruciat, & affligit immoderatis fletibus. Exiſtimat. n. ſuis fletibus remiſſionẽ obtinere peccati ſui nõ cõfeſſi, q̊ nunq̃ fiet, & ſi ſic ſtaret vſq; ad diẽ iudicij. Quo audito presbyter uadit ad mulierẽ, & rẽ ſibi aperit. At illa hoc itelligẽs ſtatim dicto ſacerdoti itegrẽ, & plenẽ cõfeſſa eſt. Diabolus uero hoc uidẽs cũ clamore ualido, & fętore horribili in eccl'ia relicto receſſit, nec poſtea ibi uiſus eſt. Ex iſtis ergo duab. hiſtoriis patet neceſſitas cõfeſſionis, ſi ſaluari cupim⁹, poſtq̃ ſignãter peccauim⁹ mortaliter.

QVOD OBEDIENTER CONFITENDVM eſt. Cap. XX.

Confiteor *tibi Domine pater cœli, & terrę* Matth. 11.

Decimaquarta cõditio bonæ confeſſionis deſignata per literã O. uocatur obeditionis. Hoc eſt dictu, q̊ qui confitetur, debet obedire ſimpliciter, & purẽ ſuo confeſſore pñiam imponenti. Iſtud autem probatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate. Ratione. Figura.
Similitudine. Exemplo.

Primò igitur auctoritate. Chryſo. & recitaur de pęn. di. 3. pfecta, vbi ſic ait. Perfecta pęnitẽtia cogit peccatorẽ oĩa libenter ſufferre, ſup. iniuncta à ſacerdote, vt dicit gl. Item Aug. dẽ hmõi obedientia loquens in lib. de vera, & falſa pęnitentia c. 15. Et ſimiliter recitatur de pę. di. 3. cõſideret, dicit ſic. Ponat ſe pęnitens omnino in arbitrio, ſeu poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruans ſui, ut omnia eo iubente paratus ſit facere pro recuperanda animæ uita, quæcunquẽ faceret pro uitanda morte corporis, & hoc cum deſiderio, quia uitam recuperat infinitam.

Cum

Cũ gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Hæc ille. Vnde in gl. ſuper eodem cap. inſeruntur hæc metra ad oſtendendũ prõpte eſſe obediendũ confeſſori pẽnitentiam imponenti. Moriturus, ut corpus redimas ferrum patieris, & ignem. Arida nec ſitiẽs ora lauabis aqua. Fortius, vt ualeas quicquam tolerare negabis. At preciũ pars hæc corpore maius habet. Aliter poſſumus loqui de obedientia requiſita in confeſſione, videlicet, in ordine ad Deum, qui ipſam confeſſionem præcipit, & ideò illi obedire debemus confitentes ſpontanee peccata noſtra. Vnde ad hoc propoſitum loquitur Au. ad fratres in eremo, ſer. 30. qui intitulatur de confeſſione peccatorum, vbi ſic ait. Vult Deus, quòd confiteamur peccata noſtra, nõ quòd ignoret ipſa, ſed, vt diabolus audiat, quoniam cõfitemur, & pœnitet non peccaſſe, & peccatis cõfeſſis cum dolore, & lachrymis, non habeat amplius, vnde nos incuſet. Diabolus autem vult, vt taceamus. Cui autem magis obediẽdum eſt? Certè conſtat, quòd Deo, qui ſalutaria præcipit. Hæc ille.

Secundò probatur idem intentum tali ratione. Quilibet filius debet patri ſuo honorem, & obedientiam ſecundum domini præceptum. Exo. 20. Modò ſic eſt, quòd ille, qui cõfitetur alicui, aſſumit illum in patrem, & ſimiliter cõfeſſor illum in filium, ita, vt meritò poſſit dicere confeſſor de ſibi confitente illud 2 Reg. 7. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Concluditur ergo, quòd confitens tenetur obedire confeſſori ſuo, tanquam patri, præſertim in his, quę ſunt ſui iudicij.

Tertiò probatur idem per figuram. Luc. 15. de filio prodigo, per quem intelligitur peccator, qui dixit. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus. Ecce humilis cõfeſſio. Fac me ſicut unum ex mercenarijs tuis. Ecce prompta voluntas obediendi cõfeſſori, & ſatisfaciẽdi Deo. De hoc etiam aliam figuram habemus. Act. 9. Vbi fit mentio de conuerſione Pauli ad fidem, de qua tria principaliter ibidem dicuntur. Primum eſt eius grauis iniquitas, quia prius perſequebatur Eccleſiam Chriſti. Non acceperat litteras plenariæ, & generalis cõmiſſionis á principibus

ſacer-

ſacerdotum,ut ſi quos inueniret Chriſtianos,ſiue uiros,ſiue mulieres vinctos perduceret in Hieruſalē.Secūdum eſt immenſa Dei bonitas,quia circumfulſit illum lux de cœlo. Tertium eſt eiuſdem Pauli obedientiæ pronitas,cum ait, Domine,quid me iubes facere. Ad propoſitum igitur deſcendentes,dicimus, quòd per Paulum rectè intelligitur quilibet peccator uolens redire ad Deum pér uerā cōfeſſionem,de quo poſſumus conſiderare,& in quo poſſumus ſpiritualiter reperire illa tria,quæ fuerunt in Paulo. Primò, nempè peccator malè uiuendo perſecutus eſt Chriſtū regnantem in cælis.Heb.6.Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei.Secundò,circunfulget eum lux de cęlo,quādo à Deo interius monet,& illuminatur de fugiendis malis,& agendis bonis,& hoc per gratiam præuenientē Pſal. Accedite ad eum,& illuminamini.Et eſt ſenſus.Dum acceditis ad Deum per bonum uſum liberi arbitrij, ſimiliter ab eo illuminamini.Tertiò,debet prōptè obedire dicēdo confeſſori ſuo,domine,quid me iubes facere,ac ſi apertè diceret.Domine, & pater confeſſor iubeatis, & imponatis mihi,qualem pęnitentiā volueritis,ſiue ieiunium,ſiue eleemoſinam,aut peregrinationē,ſiue quodcunque aliud uolueritis,& libenter obediam.Dummodo res ſit mihi poſſibilis.Hoc enim eſt ponere ſe omnino in iudicio ſacerdotis, Vnde de confeſſore inueniēte aliquē taliter prōptū ad obediendum,& audientē,pōt dici ilud verbum.Pſal.Præparationē cordis eorum audiuit auris tua.Poſſumus etiā pdicta uerba Pauli,ubi ait.Domine,quid me,&c.exponere de cōuito.Talis,enim ſi diceret ad dominum,Domine,quid me uis facere Nonne ſatis eſt,quòd ſim cōtritus de peccatis, & tibi ſoli confitear,ita ut non oporteat peccata mea cōfiteri ſacerdoti.Certe in tali caſu ſibi diceret dominus hoc non ſufficere,ſed reſpondet illi dicens.Ingredere ciuitatē, i deſt,eccleſiam,& ibi dicetur tibi,ſupple,per diſcretum cōfeſſorem,quid te oporteat facere,ideſt,qualem,& quantam pænitentiam oporteat te ferre Ad dictam ergo ciuitatem ueniens peccator,ibi inueniet Ananiā,ideſt,legitimū cōfeſſorem,qui audita eius confeſſione,& impoſita ſalutari ſatisfactione tandem ponet manus ſuper caput eius beneficiū abſolutionis impartiēdo.Et cōfeſtim cadent ſquammæ

pecca-

peccatorum ab oculis cordis ipſius. Sicque uiſũ interiorẽ recipiet,pariter,& Spiritusſancti gratiam ; Ecce quantum prodeſt obediens confeſſio.

Quæritur circa hoc. Vtrum pænitens,ſeu cõfitens teneatur de neceſſitate ſalutis acceptare omnem pęnitentiã talem,qualem placuerit ſuo confeſſori illi imponere. Pro ſolutione huius dubij opus eſt uti tali diſtinctione. Pænitẽtia iniuncta à confeſſore,aut eſt diſcreta,aut indiſcreta. Si primum,tunc tenetur cõfitens illam acceptare,& acceptam perficere Quilibet enim tenetur ſui iudicis ſententiã acceptare,& perficere. Et ideo ſi pęnitens ſcienter, & ex deliberatione omitteret talem pænitentiam adimplere,mortaliter peccaret,& de hoc teneretur poſtea cõfiteri. De alia autem pænitẽtia debita in foro Dei ſecus eſt,quia ĩ optione ſua eſt eam in præſenti ſoluere,uel purgatorium expectare,ſi uerò pænitentia ſit indiſcreta,utpote, ſi ſit maior, quã delinquens meruerit,adhuc diſtinguendum eſt,q̃a aut talis exceſſus eſt notabiliter magnus,etiã iudicio litteratorum,ac diſcretorum uirorum,aut non. Si primum,tũc non tenetur pęnitens ad illam. Tum,quia in tali caſu cõfeſſor manifeſtè abutitur clauibus eccleſiæ. Tum, quia confeſſor non poteſt ligare confitentem ad arbitrium ſuum, illi imponendo quantancunq; pęnitentiã uoluerit. Quinimmò ſic agendo mortaliter peccaret. Tum,quia confeſſor in taxandis pęnitentijs debet eſſe potius miſericors, quã ſeuerus,& rigidus. In hoc imitans patrem ſuum cœleſtem. Inſuper,ut dicit B.Tho.4.ſent.diſt.18.q.1.art.3.quæſt.4.pęnitẽtiæ,quæ imponuntur in confeſſione ſunt medicinales. Et ideò ſicut peritus medicus non dat ſemper medicinam,ita efficacem,quæ ad morbi curationẽ ſufficiat,ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur, ita etiã eſt de confeſſore,qui non debet ſemper iniũgere totam pęnam, q̃ uni peccato debetur,ne infirmus ex magnitudine pęnæ deſperet,& à pęna totaliter recedat. Hęc ille. Si uerò talis exceſſus non ſit notabilis,ſed moderatus, tunc dicendum conformiter ad B.Tho.4. ſent.diſt.20.q.1 art. 2.quęſt.2.in ſol.ad ſecundum,quod ſi ſacerdos imponat maiorẽ pęnitẽtiam condignam,confitens tenetur illam recipere, & complere,ſi poſſit,& hoc propter ſacerdotis iniunctionem, qui

non

non ſemper attendit ad debitum pœne,ſed vult cōtra futuram ruinam remedium adhibere.Vnde ſecundum eundem doc̄to.ubi ſupra,quæſtiuncula 1.in corpore,quādoq; pro minori peccato debet imponi maior pœnitētia,& hoc propter maiorē difficultatē reſiſtendi.Et dat ibi exēplum de iuuene fornicāte,cui imponitur maior pœnitē.ia ,quā ſeni pro ſimili caſu,quāuis ipſe iuuenis minus grauiter peccet.Addendū eſt etiam huic materie,conformiter ad Do. Pet.de Palu.4.ſent.diſt.20.ꝙ ſacerdos nunq̄ debet cōfitenti imponere pœnitentiam,niſi credat,ꝙ ille poſſit,& uelit eam facere,aliàs imponit ſibi laqueum,& nō antidotū,ſed uenenum.Propter quod non tantā imponat,ꝙ ille deſperans,totam dimittat,ſiue ꝑꝑ debilitatem bonę uolūtatis, ſiue corporis.Paruus.n.ignis,& ſcintilla non eſt oneranda multis lignis,ſed paulatim fouenda,ne extinguatur. Reſolutoriè ergo tenēdū eſt in hac materia,ꝙ conſideratis oībus circūſtātijs peccati,& peccātis,ſimiliter corporis,& aīę maiorē,aut minorē dēt ſacerdos imponere pniam pœnitēti,ſicut magis credit ſaluti illius expedire.Et ſic patet diffusè ad q̄ſitū.Quartò probatur idē intentum ꝑ ſimilitudinē de medico corporis,cui libenter obeditur ,ꝑpter ſpē ſanitatis cōſequēdæ.Ergo à fortiori obediendū eſt medico animę,ſ.confeſſori,& hoc propter ſpem ſalutis ſpiritualis, & æternæ,& ſignanter,vbi imponit pœnitētiā diſcretam.

Sed circa hoc quæritur,q̄ ſit pœnitentia diſcreta,& rōnalis,& quæ non. Certè illa eſt,quam uir prudēs, doc̄tus, & diſcretus pronunciabit attenta quantitate culpę,& qualitate perſonæ,dicit tamen Hoſt.in ſumma ſua de pœnit. & re.ꝙ pro quodlibet mortali peccato regulariter deberet imponi pœnitentia ſeptennis.Sic etiā uolunt iura de rigore,ut patet 33.q.2.hoc ipſum. Aliquando autē pœnitētia decennis,ut patet diſt.72.presbyter.Vbi dicitur,ꝙ ſi pſbyter lapſus fuerit in peccatū carnis,debet per decem annos pœnitere.Hodie tamē pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, & hoc præcipuè intelligendo in foro cōſcientię.Nec tñ eſt ſēſus, ꝙ ſacerdos poſſit pro libito ſuæ uoluntatis taxare, quācūque pniā uoluerit,ſed opus, ē arbitriū ſuū eſſe benè regulatū,utpotè cōſiderata criminis quātitate , & pſonæ qualitate,ſiue quo ad dignitatem,ſiue quo ad officiū,ſiue quo

ad diuitias,paupertatem,infirmitatem, debilitatem, complexionem,conſuetudinem,diuturnitatem,& huiuſmodi. Quibus omnibus penſatis debet ſacerdos imponere pęnitentias arbitrarias,idest,ſecundum magis,& minus,ut probari poſſet faciliter per iura,quæ habentur in ſequentibus cotationibus,uidelicet.25.q.7.tēpora.Item de pęn.diſt.1. menſuram,Itē de conſecra. diſt.3.de pęn. Similiter extra de homicidio,c.ſicut dignū.Item extra de eo, qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ,cap.tranſmiſſæ.Item extra de pęn.& re.c.ſignificauit. Et ideo cōfeſſores debent obſeruare iſtud documentum,& dicere confitenti.Chariſſime, tu cōmiſiſti multa,& grauia peccata,pro quorum quolibet ſecundum rigorem iuris deberes ad minus ferre pęnitētiā ſeptennem,ſed fortè omnes dies uitæ tuæ ad hoc peragendū non ſufficerēt.Tamē confidēs de Dei miſericordia ſperās,quòd in corde tuo doleas,iniungo tibi talem, uel talē pœnitētiam.Reſiduum autem maneat in miſericordia domini.Hoc tamē ſcias,quòd in foro Dei obligaris ad multo maiorē,& ideò appone diligentiā multiplicandi alia bona opera,per quæ illam totaliter expiare poſſis,ut cum ueneris ad articulum mortis ualeas directè ad regnum cœlorum euacuato purgatorio peruenire.Et quia bona iniūcta in confeſſione,ſecundum Theologos in 4.ſent.diſt.18.ſunt efficaciora ad remittendum huiuſmodi pœnā,& ſimiliter ad augēdū meritum uitæ æternæ ratione obediētię, ideo uolo,quod quicquid boni feceris in poſterū,ſiue ſint Ieiunia,ſiue orationes,ſiue eleemoſynę,aut peregrinationes ualeant tibi in remiſſionē peccatorum tuorum,idest,pęnę pro illis debitæ.

Summopere tamen debent cauere domini cōfeſſores ne tam leues iniungant pęnitētias, quòd per hoc ueniant claues eccleſiæ in contemptum.Sic enim ſcribitur in decretis, diſtinct.50.cap.abſit.Vbi ſic legitur.Abſit à Romana eccleſia rigorem ſuum,tā prophana facilitate dimittere,& neruos ſeueritatis fidei aduerſa maieſtate diſſoluere,ut ꝓperata nimis remedia communicationum, utique non ꝓ futura præſtētur.Hinc etiā extra de uita,& ho.cle.c.ut clericorum:dicitur, quòd facilitas ueniæ præbet incētiuum delinquendi.Et idem habetur 23.q.4.c.eſt iniuſta miſericordia.

Patet

Patet ergo,quæ ſit diſcreta pęnitentia, & quæ non.Inſup notandum,ꝙ ad diſcretionem pęnitentiæ pertinet,ut ſemper iniungatur incontrarium delicti. Verbi gratia.Superbo iniungatur humilis oratio,Auaro elemoſinarũ largitio, Luxurioſo carnis maceratio, Pigro ſancta exercitatio,Guloſo ieiunium,& ſic de alijs.

Quinto probatur idem intẽtum exemplo.Legitur.n,ꝙ fuit ſemel quidam dictus Colinus, ſeu Nicolaus, qui ueniens ad confeſſionem,cum debuiſſet illi imponi pęnitentia,nihil uolebat acceptare ſemper aliquam palliatã excuſationem afferens.Nam cum ſacerdos uellet illi imponere longam peregrinationem ſe excuſabat,ꝙ non poſſet ambulare.Itẽ cũ dixiſſet illi, ſaltẽ bene poteritis talẽ elemoſynã facere,ſe excuſabat ſuper rerũ inopia. Similiter cum dixiſſet illi,ꝙ ſaltem bene poſſet legere tales,& tales orationes uſque ad præfixum tempus,ſe excuſabat ſuper quotidiano opere.Rurſum cũ illi uellet aliqua ieiunia imponere,iſtud inquit,eſt,quod eſt mihi difficilius, & quòd magis timeo. Tunc ait confeſſor.Saltem bene ieiunabitis per unam diẽ, Non enim poſſum uos abſoluere abſque pęnitentiæ impoſitione. Ad quem Colinus. Pro una die tranſeat in nomine domini,ſpero,ꝙ pro una die ieiunij,non moriar.Verun tamen domine Curate, noueritis, ꝙ ego ſum debiliſſimæ memorię,& timeo,ne hoc de facili pertranſeat memoriã, meã,ideo rogo uos,ut hoc ieiuniũ, & diem ſcribatis in fine libelli mei.Scripſit ergo Curatus ibidem in hunc modum. Coline tu ieiunabis cras. His igitur peractis.Colinus rediit domum rogans uxórem, ut faceret ſibi bonum vultũ, eo ꝙ oporteret eum in craſtinum ieiunare. Illa autem cognoſcens,quàm male ieiunare conſueuerat,parat illi eę regiam cœnam, ut ſic facilius poſſet ferre ieiunium craſtinũ. Sed facta die altera,quàm primum ſurrexit de lecto declinauit ad locum in quo cibaria domus reponi ſolebant.Quod cernẽs eius uxor cępit clamare,& dicere.Heu, Colinæ, quid vultis facere.Nonne hodie debetis ieiunare? Certè,inquit non hodie,ſed cras,ſic enim ſcripſit in horis meis Curatus noſter,& ſic de die in diem procraſtinauit dicens, ꝙ nõ hodie,ſed cras in libello ſuo ſcriptum habebat.Ex hac ludicra hiſtoria reprobatur chariſſimi inobedientia eorum,qui no

ſunt,aut negligunt pœnitentias ſibi impoſitas in præſenti ſo!uere. Cum tamen ad hoc obligenter ſub pœna peccati mortalis,ut dictum eſt.De reſiduo autem, ꝙ ſupereſt,in ipſis eſt ſe in præſenti acquietare,aut purgatorium expectare. Quòd ſi ſapientes eſſent in præſenti ſe acquietarent,& ſignanter, propter huiuſmodi purgatorij acerbitatem.

QVOD PROPRIA DEBET ESSE CONFESSIO Cap. XXI.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli,& terræ* Matth.11.

Quintadecima cōditio bonæ confeſſionis, deſignata per literam.P. dicitur proprietatis.Hoc eſt dictu, quòd confeſſio debet eſſe propria. Iſtud autem probatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate.
Figura,
Similitudine.
Exemplo.
Ratione.

Primò, quod eſt auctoritate.Iob.10.dicentis.Dimittam aduerſum me eloquium meum.Vbi nota, ꝙ aliqui dimittunt pro ſe eloquium ſuum in confeſſione,ut hypocritę,& iactatores inſtar illius Phariſæi dicentis.Luc.18. Gratias tibi ago domine,quia non ſum,ſicut cæteri hominum,&c. Alij aũt econtrario dimittunt contra ſe eloquium ſuum in hmōi cōfeſſione,ut boni,& ueri pęnitētes percutiētes pectus ſuũ cũ publicano,& dicentes corde humili,& compuncto.Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori.Nã,ut habetur Prouer.18.Iuſtus accuſator eſt ſui,ſcilicet,in confeſſione, ſic ꝙ non accuſat,neque diffamat alium.Aliàs indebitè confitetur & mortaliter peccaret.Quòd ergo tm̃ propria peccata ſint confitenda,patet per decretalem,oīs utriuſque ſexus.ti.de pęn.& reſt.Vbi dicitur,ꝙ quilibet fidelis cum ad annos diſcretionis uenerit,ſemel ſaltem in anno tenetur omnia peccata ſua confiteri.Dicit autem ſua,& nō aliena.Et iſtud eſt contra illos,qui in confeſſione non ſe,ſed uicinos ſuos accuſant.In quo quidem facto plus delinquunt mulieres,quam

uiri. Et inter uiros plus ruſtici, quã litterati. Hos itaque debet diligenter increpare bonus confeſſor, & dicere. Non eſt mihi nunc curæ de factis aliorũ, nec cupio ea ſcire ſed tãtum ueſtra, & ideo accuſatis uos, & non uicinos ueſtros. Quinimmo iam peccaſtis de nouo, tãgendo facta aliorum & ideo nunc accuſetis uos de hoc. Dicat ergo confitens ad dominũ illud pſal. Ego dixi domine, miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi. Quod pertractans Auguſt. Homil. 12. dicit ſic. Sanat te Deus, ſi confitearis tantum uulnus tuum. Item Iac. 5. mãdat nobis Apoſtolus, ut confiteamur alterum peccata noſtra. Non autem dicit aliena. In cuius etiam figuram dixit Chriſtus leproſo ſanitatem petenti, Vade, inquit, oſtende te ſacerdoti. Luc. 5. Non autem dixit oſtende alios ſacerdoti. Idem dic de aliis decem, de quibus ſimile legitur. Luc. 18. Patet ergo, quòd confeſſio debet fieri de propriis peccatis, & non de alienis.

Secundò probatur idem intentũ tali ratione. Quilibet de lege naturali tenetur ſaluare famam proximi ſui, quãtum poteſt. Quod etiam innuit nobis Chriſtus Matth. 18. cum ait. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eũ inter te, & ipſum ſolum. Sed, qui in cõfeſſione notat peccatum alterius, non ſaluat famã proximi ſui. Quinimmo ipſum ſcandelizat, igitur.

Quæritur circa hoc, ſi non liceat in aliquo caſu nominare in confeſſione perſonam, cum qua confitẽs peccauit, Pro ſolitudine huius dubii ponam quatuor ueritates.

Prima eſt talis, frater, qui cognouit ſororem ſuam, non debet confiteri proprio ſacerdoti eam cognoſcenti, ne eam diffamet. Sed debet à proprio ſacerdote licẽtiã petere alteri confitendi, niſi forſan habeat ſuper hoc priuilegiũ ſpeciale ſicut patet de habentibus auctoritatẽ cõfitendi cuicũque uoluerint, aut niſi uelit cõfiteri fratri priuilegiato conformiter ad Clemẽtinam. dudũ Rubrica de ſepulturis. Nã in huiuſmodi caſibus non tenetur petere licentiam à proprio ſacerdote.

Secunda ueritas. Si proprius ſacerdos in prædicto caſu non uellet licentiare ſubditum ſuum, ut alteri confiteretur, ſed diceret ei, planè ego uolo uos audire, tan-

quàm ordinarius ueſter tunc ſine alia licentia, aut priuilegio poteſt adire ad alium confeſſorem idoneum. Nam ad hoc faciendum licentiat eum ſummus ſacerdos Chriſtus. Hæc enim eſt opinio Ricardi de media uilla in 4. diſt. 21.

Tertia veritas. Si confitens ſit talis perſona, de qua omnes ſacerdotes cognoſcā, quæ ſit talis perſona, de qua omnes ſacerdotes cognoſcant, quæ ſit ſoror eius, quia ſortè ſoror regis unica, tunc licitè poteſt, & debet dicere. Ego peccaui cum ſorore mea. Iſta veritas eſt de mente beati Thom. 4. ſen. diſt. 16. q. 3. ar. 2. quæſtiun. 5. in ſol. ad 5. ubi ſic habet. Homo in confeſſione debet famam alterius cuſtodire quātum poteſt. Nihilominus debet magis ſuam conſcientiam purgare. Et ideo ſi circunſtantia, quæ ducit in cognitionē perſonæ ſit de neceſſitate confeſſionis, utpote, quia mutat ſpeciem peccati mortalis, tunc debet confiteri, occultando perſonam quantum poteſt. Si uerò non ſit talis circunſtantia de neceſſitate confeſſionis, tunc debet eam dimittere, ne ſcilicet peccatum alterius prodat. Hæc ille. Ex quibus omnibus uidetur ſequi, quòd ſi cōfitens non poteſt confiteri, cuicunque ſacerdoti huiuſmodi circūſtantiam trahentem ad aliud genus peccati, tunc cum dolore, quòd non poteſt aliter prouidere ſuæ ſaluti, niſi cum expreſſione, & notificatione perſonæ, cū qua peccauit, debet eam nominare, ſcilicet, dicēdo. Peccaui cum ſorore mea. Vnde dominus Petrus de Palu. diſt. 21. quart. q. 3. circa hoc, ponit talē diſtinctionem. Aut enim, inquit, expreſſio perſonæ cum qua quis peccauit eſt neceſſaria ad expreſſionem peccati, aut nō. Si primum tunc tenetur reuelare. Vnde mulieri confitenti inceſtū cum fratre unico non ſufficit dicere, concubui cum uiro, ſed habet dicere. concubui cum fratre meo, quamuis per hoc notificetur ſacerdoti peccatum alterius hoc tamen intelligi debet, quando non poteſt habere copiam alterius confeſſoris. Quia ubi poteſt habere copiam confeſſoris ignorantis, fratrem ſuum uidetur mihi, quòd tenetur tali confiteri. Si autem, inquit ipſe de Pal. expreſſio perſonę, cum qua quis peccauit non ſit neceſſaria ad expreſſionem peccati, tunc non debet confitens illam exprimere.

Quarta ueritas. Magis, & potius diſpenſatur cum aliquo ut in confeſſione exprimat perſonam, cum qua peccauit, quā, quod aliquis teneatur confiteri illi, qui poſſet eum reducere

ducere ad peccatum. Prima pars huius ueritatis, iam patuit ex prædictis. Secunda uero, patuit ex dictis beati Thom. 4. ſen. diſt n. 17. q. 3. queſtiuncula. 4. in ſolu. ad. 5. ubi dicit, quod ſi quis uolens confiteri, ſciat ſacerdotẽ ſuum hæreticum, aut ſollicitatorem ad malum, ſeu fragilem, aut pronum ad peccatum, de quo talis peccator, aut peccatrix habet confiteri, uel ſi probabiliter æſtimatur reuelator cõfeſſionis, aut ſi peccatum, de quo eſt confitendum ſit contra cõfeſſorem commiſſum, tunc in dictis caſibus, & generaliter in omnibus illis, in quibus pœnitẽtes ꝓbabiliter timet periculum ſibi, uel ſacerdoti ſi illi confiteatur, debet recurrere ad ſuperiorẽm, pro confeſſione facienda, uel ab eo petere licẽtiam alteri confitendi. Quod ab eo non poſſit habere licẽtiam, tunc idem iudicium eſt, ſicut de illo, qui nõ habet copiam ſacerdotis, unde potius debet eligere cõfitẽri laico, quàm tali cõfeſſori, cui ẽtiam non fit iniuria. Quia priuilegium meretur amittere, qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate, ut habetur extra de priuilegiis cap. tuarum.

Tertio probatur prædictum, & principale intentum per figurã. Legitur enim Gene. 9. quod Cham fuit maledictus eo quod uerenda Noe patris ſuis dormientis, non ſolum, non cooperuit, uerumetiam fratribus ſuis manifeſtauit. In propoſito. Cham eſt peccator, ꝙ tunc diſcooperit uerẽda alterius, quando in confeſſione manifeſtat peccatum proximi ſui. Et talis à Deo maledicitur maledictione mortalis culpæ in præſenti, & pœnæ æternæ in futuro.

Pro quo notandũ, ꝙ multi in confeſſione nõ ſeipſos accuſant, quinimo ſe quodammodo excuſãt, & in alios ſuã culpã retorquent. Et tales ſunt in triplici differentia, primi ſunt, ꝗ retorquent, peccatum ſuum in Deum. De quibus meminit Augu. ſuper Pſal. exponẽdo illũ uerſum Dixi cõfitebor aduerſum me, &c. Multi, inquit pronunciãt iniquitatem ſuã in Deum dicentes Deus, ita, uoluit aliàs ſi non uoluiſſet me impediuiſſet. Sed uerus, inquit pœnitẽs, & cõfitens ſeipſum accuſare debet, ut dicat. Cõfitebor aduerſũ me iniuſtitiam meam. Item ibidem poſt pauca, ait idẽ Auguſt. Clamet æger ad medicum, & dicat. Cum libero arbitrio me creauit Deus. Et ideo ſi peccaui, ego peccaui, & nõ Deus me coegit, aut iniquitatis meæ cauſa extitit. Secundi

ſunt,qui retorquent peccatum ſuum in corpora cæleſtia, ut sũt Mathematici, & Manichæi,qui ut refert Aug.hom. 12.dicunt.Stellæ ſic poſitæ ſunt,ut neceſſe ſit hominem facere peccatum.Sed tales apertè blaſphemaut Deũ in operibus ſuis.Vnde Auguſtinus,ubi ſupra.Creator,inquit,ſtellarum Deus eſt,& dum homo non vult ſe accuſare in eo, quod fecit malũ,ſed potius ipſas ſtellas,aut planetas. Deũ blaſphemat,à quo facta ſuut corpora cœleſtia.Tertii sũt, qui retorquent peccatum ſuum in diabolum dicẽtes, qđ diabolus eos impulit ad ſic agendum,nec potuerunt reſiſtere peccato.Sed tales reprehendit idẽ Aug.ubi ſupra dicens,quod diabolus ſuadere poteſt peccatum,& ſolicitare, ſed cogere non poteſt.Inſuper,ut dicit idem ibidẽ, talis confitens gaudium diabolo affert.Non enim,inquit,eſt aliquid,unde plus gaudeat diabolus,niſi quando homo dicit, quod ipſe diabolus fecit,ut peccaret,hoc autem ſic probat. Nam quando homo dicit,quod diabolus hoc fecit, non ſe accuſat,ſed diabolum.Dum autem peccata ſua cõfiteri diſſimulat,indulgentiam non meretur accipere,Hæc ille,prædictorum ergo,ac ſimilium confeſſio non ualet,ſed tãtum eorũ,qui ſeipſos accuſant.Quia,ut dicit Ambroſius libro de Beata uita,& recitatur in decretis.15.q.non eſt.Nõ eſt, quod cuiquam noſtrã adſcribamus ærumnam,niſi noſtræ uoluntati.Nemo noſtrum tenetur ad culpam,niſi uoluntate propria deflexerit.Non habent crimen,quæ inferũtur nobis reluctantibus.Inſuper,ut dicit Auguſt.prout recitatur 23.q.4 Nabuchdonoſor.§.uaſis Deus, nunquam præpararet intentum,niſi homo ſpontaneũ inueniretur habere peccatum.Ex quo ergo ſic eſt,illi turpiter ſe decipiunt, qui in confesſione allegant excuſationes in peccatis,dum peccata ſua nunc retorquent in Deum,nunc in influentiã corporum cœleſtium,nunc in diabolum,Cõfesſio ergo debet eſſe de proprijs peccatis.

Quarto probatur idem intẽtum per ſimilitudinem de primis parentibus,quorũ confesſio nõ fuit propria,qa cũ à Deo increparentur ſuper trãgresſione præcepti ſibi facti non ſeipſos, ſed alios accuſabant.Nam Adam dixit ad dominum ,Mulier,quam dediſti mihi,dedit mihi de fructu ligni ſcientiæ boni,& mali,& comedi.Mulier autẽ ait ad

Domi-

Dominum Serpens decepit me. Gen. 3. Sic, & hodie multi imitantur primos parentes, cum ad confeſſionem accedũt.

Quinto probatur idem per exemplum. Legitur enim, quod fuit ſemel quędã puella ualde formoſa, ſed caſta, & pauper. Cum ergo propter ſuę pulchritudinẽ à multis ſolicitaretur de honeſtate, nec aquieſcere uellet, tandem reliquit primam, ne incideret in culpam. Cumq́; eſſet in uiam cõſtituta, ut iret ad dominũ cuiuſdam magnæ dominæ ad ſibi ſeruiendum obuium habuit dęmonem in ſpecie probi uiri, qui eam interrogauit, quò pergeret At illa, ut manifeſtauit ei conceptum ſuum, ille dixit ei. Conſulo, quod non uadas illuc. Scio enim, quod ibi habitant multi famuli mali, & diſſoluti, inter quos uix caſta remanebis. At illa ſubintulit dicens Nec ob hanc cauſam dimittam illuc ire, quia illis ribaldis nulla uia conſentiam. Cũque illuc properaſſet ſtatim adamatur ab illis, & impregnatur. Quod uidẽs domina domus mox eiecit eam turpiter. Cum itaque ac propria remanendo perueniſſet ad locum, in quo primò illi apparuerat dæmon, apparuit illic, & ſecundo. Quem cum interrogaret, cur tam cito de dicta domo rediret, ait illi. Heù in mala hora diabolus me traxit ad dictam domum, Non enim potui me defendere à famulis domus, adeo quod turpiter cecidi in peccatum, ita ut nunc ſim imprędgnata. Ad quod reſponſum diabolus dedit ſibi egregiam alapam, dicens. Mentiris, quod diabolus illuc te traxerit. Ego enim ſum diabolus, qui tibi apparui in hoc loco, cũ illuc ires, & perſuaſi tibi, ut non illuc te conferres, prædicẽs tibi periculum tuum. Tu autẽ noluiſti mihi credere, & ecce nunc me inculpas. Sic uos Christiani ſoletis frequenter in nos retorquere culpas ueſtras, uos excuſantes. Et quamuis hoc uobis ſũme placeat, nihilominus cogor a Deo hoc tibi manifeſtare. Quo dicto diſparuit diabolus. Nullus ergo amodo ĩ quęcũque retorqueat ſuam culpã, niſi in propriã uoluntatem malam; quia, ut prolixè deducit Auguſt. de ciui. Dei, li. 12. c. 6 Malæ uoluntatis cauſa efficiens ſi quęritur, non inuenitur præter ſeipſam.

QVOD

QVOD CONFESSIO DEBET ESSE QVA-*dragesimaria* Cap. XXII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli,& terrę*], Matth.11.

Decimaſexta cōditio uerę cōfeſſionis deſignata per litterā Q.dicitur quadrageſimarietatis,hoc eſt, dicitur,ꝗ cōfeſſio debet ſpecialiter fieri in quadrageſima. Nam ſecluſo omni legitimo impedimento,quilibet adultus tenetur cōfiteri in quadrageſima.Iſtud autem probatur quintupliciter,uidelicet,

Auctoritate, Ratione, Figura.
Similitudine, Exemplo,

Primò quidē auctoritate,quæ ſcribitur ex.de pę.& re.c. oīs utriuſq; ſexus.ubi Innocentius III.præcepit dicēs.Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit omnia ſua ſolus peccata,ſaltem ſemel in anno fideliter cōfiteatur proprio ſacerdoti. Pro declaratione autem huius decretalis mouebo aliquas quæſtiunculas,ad quas reſpondebitur per uerba dictæ decretalis.

Primò igitur quęritur,quis tenetur confiteri.Reſponſio quilibet ad hoc teneatur,tam uir,quàm mulier,quia omnis utriuſque ſexus.

Secundo utrum quilibet ſimpliciter ad hoc teneatur.Reſpondetur, quod non,ſed tantum,qui fidē ſuſcepit catholicam.Ideo ſubditur fideles pro quo notandum,ꝗ obligatio ad cōfeſſionem,ut ſic eſt de iure diuino,Nam Chriſtus,qui inſtituit hoc ſacramentum, uoluit homines peccatū habētes ad illud obligari. Quam quidem obligationem reliquit promulgandam per Apoſtolum ſuum Iacobum,cū ait. Cōfitemini alterutrum peccata ueſtra, ut ſaluemini, eiuſdem 5.cap. Et quia diuinum æqualiter reſpicit omnes conſequens eſt dicere,ꝗ iudæi,& quicunq; infideles tenentur aliquando confiteri, ſicut, & baptizati. Obligatio autem ad confeſſionem annualem,eſt de iure poſitiuo,ad quod non obligātur niſi fideles.Et ideo ſic ceſſante omni legitimo impedimento Chriſtianus adultus habens mortale peccatū, nōn confitetur ſemel in anno,& ſignanter occurrente feſto Paſchæ peccat mortaliter, non autem infidelis.

Tertiò

Tertiò quæritur, vtrum quilibet fidelis teneatur confiteri. Reſpondetur, ꝙ nõ. Nõ.n. paruuli, & qui nõ sũt doli capaces ad hoc obligantur, ideo ſubditur in forma decretalis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit glo. cum eſt doli capax, quia tunc poteſt peccare. Nihilominus bonum eſt inducere paruulos ad cõfeſſionem, aut ſaltem, ut ſemel in anno ſe repreſentent coram ſacerdote, ut ſic habituentur, & facilitētur ad hoc ſacramentum, quia, ut habetur Prou. 12. adoleſcens ambulãs iuxta viam ſuam, etiã cũ ſenuerit. &c. Et Poeta. Teſta, quod à iuuẽtute capit inueterata ſapit.

Quartò quæritur, quæ peccata ſunt neceſſariò cõfitenda. Reſpondetur, ꝙ mortalia, ꝙ notatur, cũ ſubditur. Oia. uenialia aũt propter ſui multiplicationẽ in infinitũ impoſſibile eſt omnia illa confiteri. Eſt tamen bonũ illa cõfiteri pręcipuè, quæ occurrunt memoriæ actu. Tũ, quia ſæpe, qđ ueniale putamus eſt coram Deo mortale. Tum, quia ſic remittuntur, quo ad culpam, inſuper virtute clauiũ, & beneficij abſolutionis multũ remittĩ de pęna illis debita. Quę aũt memoria ſubterfugiũt poſſunt in gñali cõfiteri, ut potè, dicẽdo. aliqñ ioco mendosè locutus ſum. Itẽ aliquando officiosè, ſcilicet, pro pace habenda, ſiue ad euitandum maius malum. Item habui multas leues cogitationes, ſimul incautos aſpectus, & huiuſmodi.

Quintò quæritur ſi liceat cõfiteri aliena peccata. Reſpõdetur, ꝙ non, ideo ſubditur ſua. Debet enim cõfitens, quãtum poteſt regere peccata aliena, ut dictũ eſt in precedẽti capitulo. Sua uerò econtrario abſque palliatione detegere, & palam facere conformiter ad dictum Pſ. ubi ait ad dominum loquens Delictum meũ cognitum tibi feci, & iniuſtitiam m eam non abſcondi.

Sextò quæritur, quomodo confitendum eſt de mortali. Reſponſio in priuato, ſeu ſecreto. Ideo ſubditur. Solus. Debet ergo cõfitens eſſe ſolus, cũ ſolo, nõ tñ alibi, quam in loco publico, & patenti, & ꝑſertim, qñ eſt q̃ſtio de confeſſione iuuenũ mulierũ. Cuius cõtrarium egit quidã ſacerdos ad quem cum acceſſiſſet quædam iuuencula, & formoſa puella confitendi gratia, dixit ei, ꝙ non erat bonum, ut in eccleſia cõfiteretur, quia poterant circunſtãtes eã audire. Sed conſuluit ei, ut in craſtinum ueniret ad camerã ſuam

ubi

vbi ſecurè poſſet confiteri. Quod cum illa in bona ſimplicitatate feciſſet, ille miſer ſacerdos voluit eã opprimere. Vnde graue ſcandalum ortum eſt, & iſte caſus accidit Pariſius mea ætate.

Septimò quæritur, quæ eſt materia debita cõfeſſionis. Reſpondetur per decretalem, ꝙ peccata. Qui autẽ in confeſſione narrant bona, quæ faciunt, ſe oſtendunt eſſe diſcipulos illius Phariſęi, q. ſe iactãdo dicebat ad dominũ. Gratias tibi ago domine, quia non ſum, ſicut cęteri hominum Ieiuno bis in ſabbato. Decimas, &c. Luc. 8.

Octauò quæritur, quoties confitendũ eſt. Reſpõſio, valde decens eſt frequenter confiteri. Nihilominus, qui tãtum ſemel in anno cõfitetur, dummodo non occurrat caſus, ꝓ quem debeat ſtatim confiteri, non peccat nouo peccato, eò ꝙ non tranſgreditur ſtatutum eccleſiæ, quod apponit in dicta decretali, cum dicitur. Saltem ſemel in anno.

Nonò quæritur, quomodo confitendum eſt. Reſpõdet per decretalem, ꝙ fideliter, ille autẽ fideliter intelligitur confiteri, qui credit Deum poſſe, & uelle remittere peccata cuilibet ritè cõfitẽti. Nã ut dicit Amb. Nemo põt dignè agere pœnitentiam, niſi, qui ſperauerit ueniam.

Decimò quæritur, cui facienda eſt confeſſio. Reſpondet decretalis, quòd proprio ſacerdoti, Et hoc, inquit glo. niſi ſit imperitus. Quis autem ſit iſte proprius ſacerdos, cui cõfeſſio annualis eſt facienda, prolixè declaraui in præcedentibus. c. 5. 6. Ideo pro nunc de hoc ſuperſedeo.

Quæritur ſi illi, qui confitentur alicui ſacerdoti, ſiue ſæculari, ſiue regulari, habenti tamen auctoritatẽ à Papa, vel ab epiſcopo, teneantur eodem anno cõfiteri proprio ſacerdoti parochiali, ad hoc dubium reſpõdet B. Tho. 4. ſẽ. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiuncula. 5 in ſol. ad 4. ꝙ non tenẽtur ad hoc autem probandum poſſunt adduci multæ rationes.

Prima talis eſt, ſicut epiſcopus põt audire confeſſiones omnium exiſtentium in ſua dioceſi, etiam inuitis curatis, & hoc omni tempore, tam Paſchali, quã alio, maxime cum ſit ordinarius prælatus omniũ exiſtentium in ſua dioceſi. Ita & poteſt talẽ auctoritatem in toto, uel parte impartiri ſuo pęnitẽtiario ſęculari, aut regulari. Mõ ſic eſt, ꝙ illi, qui cõfitentur epiſcopo in Paſchate, nõ tenẽtur poſtea cõ

fiteri,

fiteri ſuo ſacerdoti parochiali,niſi forſan de nouo peccet.
In quo et caſu poſſunt inuito curato parochiali iterum confiteri eidem epiſcopo.Ergo et a ſimili, qui confitentur pœnitentiario epiſcopi,non tenentur poſtea confiteri ſuo curato parochiali.Et idem iudicium eſt de omnibus deputatis ab eiſdem epiſcopis,quo ad audientiam confeſſionũ. A fortiori ergo illi, qui confitentur fratrib. prædicatorib. aut minorib.et in Paſchate, non tenentur ſuis curatis pro illa uice iterũ confiteri. Maximè cum dicti fratres ſint in hoc quodammodo pęnitentiarij ſummi pontificis,utpotè, ab eo commiſſi,& auctorizati, ut patet per clemẽtinam in rubrica de ſepulturis c.dudum.Nolo tamen ſimpliciter, & abſolutè aſſerere dictos fratres pęnitentiarios ſummi pontificis eſſe,ſed tantum ſecundum quid cum quadam limitatione,utpotè, quo ad caſus curatorum,ut habetur in eadem clementina.
Secunda ratio eſt talis. Quicquid poteſt inferior,pōt ſuperior.Sed ſacerdos parochialis pōt dare licẽtiam ſuo ſubdito alteri a ſe confiteri,et quocunque tpe,ſiue Paſchali,ſiue alio.Igitur,& epiſcopus,& a fortiori ſummus pontifex. Et uera iſta ratio conuincit oẽm rectè ſapiẽtem.Quicquid latrent in cõtrarium indocti curati allegantes illud Prou. 27.forte ex auditis potius,quã ex uiſis.loquẽtes. Agnoſce vultum pectoris tui,cum tamen pleriq; eorum, nec quidẽ unum de ſuis parochianis agnouerunt in ſacramẽtali confeſſione.Sed totum onus committũt ſæpè indoctis vicariis. Abſque ergo ratione bona loquuntur.
Tertia ratio eſt talis. Capio aliquẽ confeſſum fratri priuilegiato in uigilia Paſchæ,& ab eo ritè abſolutũ, qui vſq; in diem craſtinum,qui eſt dies paſchæ,uixit abſq; mortali. Iſto caſu poſito quæro de tali,antequam communicet,uel tenetur confiteri ſuo curato,uel non.Si non,habeo intentum.Si ſic.Contra. Nullus tenetur confiteri ſacramentaliter,niſi ſentiat, aut dubitet ſe habère mortale peccatum. Sed poſſibile eſt de tali,quòd habeat probabilitatem moralem,quod ſit adhuc in gratia,& quòd non peccauerit mortaliter,ex quo confeſſus eſt,igitur nõ tenetur confiteri cuicunque.Tenetur tamen,ſecundum beatum Thomam, ubi ſupra,talis ſe præſentare ſuo ordinario,&,ꝯfiteri ſe a mor-

tali peccato immunem. Et in tali caſu tenetur, inquit, idem doctor, proprius ſacerdos ei credere in foro conſcientiæ. Addit autem Petrus de Palude, q etiam tenetur, idem proprius ſacerdos taliter confeſſo dare ſacramentum altaris ſi petat. Vtrum autem oporteat petentem ſacramentum dicere, cui fuit cõfeſſus, ſi ab eo petatur a proprio ſacerdote. Dicit idem de Pal. quòd nõ niſi in duobus caſibus. Primus eſt, quando eſt excommunicatus. Secundus, quando eſt peccator notorius. Nam ubi perſona, quę dicit ſe eſſe confeſſam habenti auctoritatem, eſt perſona minus digna fide, oportet, q confeſſor hoc teſtificetur, ſed plus non requiritur. Vbi autem eſt perſona fide digna, credendum eſt ſibi. Quod ſi mentiatur, tunc ſeipſam, & non curatum decipit.

Quæritur circa hoc incidentaliter. Vtrum ille, qui ob cauſam rationabilem, & de conſilio ſui curati non communicat in die ſancto Paſchæ, ſed abſtinet uſque ad præfixum tempus, teneatur interim, uti cibo quadrageſimali.

Reſpondeo, De hoc non recolo me aliquid in aliquo doctore legiſſe. Nihilominus, uidetur mihi, ſaluo meliori iudicio, quòd talis non tenetur ad prędictam abſtinentiã, niſi forſan fuerit ſibi impoſita, ob rationabilem cauſam. Cõſtat enim, quòd ſtatutum commune eccleſiæ de ieiunio; & abſtinentia quadrageſimali expirat in die ſancto Paſchæ, nec intendit nos eccleſia ultra obligare, nec etiam dicit. Quicunque non receperit ſacramentum altaris in die Paſchę, carnes non comedat. Tutius tamen eſt, ut ille cui conſulit ob cauſam rationabilem differre ſuſceptionem ſacramenti altaris, ad aliam diem abſtineat, ſicut in Quadrageſima, aut petat licentiam a ſuo curato hoc conſulenti, ut poſſit carnes cum aliis comedere. Et in hoc caſu curatus nõ debet ſe difficilem reddere. niſi, ut dictum eſt talis dilatio eſſet ſibi inflicta in pęnam, quia etiam, tunc poſset illi interdici uſus carnium ad tempus. Quinimmo, & ſtrictum ieiunium imponi, ſicut in quadrageſima. Et ſic patet ad quæſitum. Et per conſequens de prima probatione.

Secundo probatur principale intẽtum tali ratione. Quilibet habẽs annos diſcretionis tenetur in Paſchatę ſuſcipere uenerabile altaris ſacramentum, ut expreſse ſubditur in ſæpe dicta decretali omnis utriuſque ſexus. Sed ad hoc ſacramen-

cramentum nullus,qui mortaliter peccauit dignè accedere poteſt,niſi præmiſſa ſacramentali confeſſione. Propter quod dicit Apo.1.Cor.11.Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat,&c.Igitur confitendum eſt prius. Illud autē prius eſt tēpus Quadrageſimale, quòd terminatur ad diē Paſchæ igitur. Circa hoc ergo ualde increpandi ſunt illi, qui ceſſante omni legitimo impedimento non confitentur per totam quadrageſimam, ſed tantum in die Paſchæ cū uident ſe coarctari ad ſuſcipiendum ipſum altaris ſacr̄m. Et tales profectò minorem reuerentiam exhibēt regi regū Ieſu Chriſto,quàm ſoleat exhiberi regi terreno ingredienti primo aliquam ciuitatem ſui regni. Nam ante horam ſui ingreſſus,per plures dies ſolet ciuitas præparari, & decenter ornari.Videant ergo tales quantam culpam incurrunt apud illum,quem tam indignè,& irreuerenter ſuſcipiunt. Vnde Apo.ubi ſupra,ita concludit, dicens. Qui manducat & bibit indignè,iudicium, &c.

Tertiò idem intentum probatur per figuram. Legitur enim in hiſtoria ſcholaſtica conformiter ad illud,quod habetur Exod.14.quòd cum filij Iſrael exeuntes de Aegypto ueniſſent ad mare rubrum,& haberent poſt ſe Pharaonem cum maximo exercitu,inſuper, & ipſe Moyſes de mādato Domini,iam ipſum mare diuiſiſſet in tot partes,quot erāt tribus,nulla tamen tribus auſa eſt ipſum mare intrare,niſi prius intraret tribus Iuda.Propter quod meruit ſceptrū regale inter filios Iſrael.Et hoc eſt, quod dicitur in Pſalmo. In exitu Iſrael de Aegypto domus Iacob de populo barbaro.Facta eſt Iudea ſantificatio eius. Ad propoſitū Pharao eſt diabolus,cuius exercitus ſunt uitia.Filij aūt Iſrael ſunt peccatores in deſertū pœnitentiæ quadrageſimalis intrare uolētes.Quia ſicut filij Iſrael fuerunt 40.annis in deſerto, ita,& ueri Chriſtiani ſunt 40.diebus in pœnitentia tempore quadrageſimę.Iuda autē interpretatur confitens. Quēadmodum ergo, tunc tribus Iuda præceſſit alias tribus in tranſitu maris rubri, ita etiam in tranſitu deſerti pn̄iæ quadrageſimalis debet præcedere uera, & perfecta confeſſio.Nec quidem expedit eam eſſe ſolam,uerum,neceſſe eſt ut habeat ſecum bonū exercitum,ſcilicet,bonorū operum quibus omnibus expletis tādem quadrageſimo die ieiunij

Quadrageſimalis expirato peruenimus ad terram promiſſionis lacte,& melle manantem.Per quam intelligitur mẽſa altaris,quæ præparatur i die ſancto paſchæ tribui Iudæ, ideſt,omnibus ritè confeſſis, & qui pertranſierunt deſertũ ieiunij quadrageſimalis. Præoccupemus ergo chariſſimi faciem domini,ideſt,præſentiam ſacramentalem in confeſſione,i.per confesſionem,in pſalmis iubilemus ei, uacando orationis ſignanter inſtantibus diebus paſchalibus.

Quarto probatur idem per ſimilitudinem de ſerpente, de quo narrat Aug.ad fratres in eremo,ſer.4. qui intitulatur de prudentia,quòd per ſingulos annos deponit pellem ueterem in hunc modum.Nam intrat anguſtum foramen, per quod tranſiens cum dolore pellẽ ueterem derelinquit, ſciens,quia pelle illa depoſita pulchrior apparuit. Ita in propoſito peccatores ueneноſi per culpam debent per ſingulos annos intrare arctum foramen pęnitentiæ quadrageſimalia,uel confesſionis ſacramentalis,quę eſt arcta,dura,& aſpera aliquibus.Ibiq; debẽt deponere ueterem hominem cum actib. ſuis.Quod cum fecerint,profectò pulchri,& decori apparebunt,& in conſpectu domini,& ſanctorum eius dicente pſal.Confesſio , & pulchritudo in conſpectu eius.

Quinto probatur idem intentum tali exemplo.Legitur enim in ſpeculo exemplorum,diſt.9.quòd fuit quidam magnus princeps pesſimam ducens uitam.Hunc ergo cũ hortaretur uxor ſua,ut ſaltem paſchate rediret ad Deum,plenè confiteretur peccata ſua,ille reſpondebat . Non audeo confiteri timens iſtos ſacerdotes,ne,ſcilicet,imponant mihi grauisſimam pœnitentiam. Tunc aũt ſubiungebat uxor ſua dicens. O quomodo ergo poteritis ſuſtinere in alio ſęculo pœnas inferni . At ille ipſam irridens aiebat . Putas, ꝙ ſit aliquis infernus,aut diabolus,ſeu alia uita poſt iſtã. Non,non.Sed presbyteri noſtri hanc uiã inuenerunt , ut timeãtur.Cumq; dicta uxor uideret,quòd nihil circa ipſum proficeret,omnino reliquit eum in ſua perfidia,& obſtinatione.Sed non multo poſt,multi dæmones uenerunt ad cameram ſuam.quẽ de lecto leuauerunt, & cernente eius vxore ad inferna detulere.Ecce finis eorum, qui nolunt confiteri,& ſignanter tempore ab eccleſia pręfixo,quale eſt tẽpus quadrageſimæ.

Q ɔ ɔ

QVOD CONFESSIO, DICITVR ESSE remiſſiua. Cap. XXIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terræ*] Matth.11.

Decimaſeptima conditio bonæ confeſſionis deſignata per hanc litterā alphabeticam R, dicitur remiſſionis, Hoc eſt dicere ꝙ cōfeſſio ritè facta remittit culpā, & cōmutat pęnā æternam, in temporalem. Iſtud autem probatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primo quidē auctoritate. 1. Iohan. 1. ſi cōfiteamur peccata noſtra fidelis eſt Deus, & iuſtus, ut remittat nobis illa, & emundet nos ab omni inquinamēto Similiter Aug. ad fratres in heremo, ſer.35. dicit, ꝙ nulla culpa tā magna eſt, q̄ nō habeat ueniā, ſup. ſi confiteatur. Nā, ut dicit idē Aug. lib. de uera, & falſa pęn. c.10. fit ꝑ confeſſionē ueniale, quod criminale erat in operatione. Et eſt ſenſus, ꝙ id, ꝙ mortale eſt ex ſe meretur ueniā per confeſſionē. Nō āt debet intelligi, ꝙ id, quod eſt ex ſe mortale, mutetur in ueniale. Hoc. n. eſt cōtra cōem doctrinā Theologorū, qđ ſcilicet, mortale fiat ueniale, aut ueniale mortale. Item ad idem propoſitū loquitur Amb. li. de paradiſo. c.14. dicens. Venialis culpa eſt, q̄ ſequitur cōfesſio delictorū. Hęc ille.

Secundo probatur idē intentū tali ratione. Poſita cauſa ſufficienti, & non impedita ponitur effectus. Sicut poſito Sole ſuper hemiſphęriū noſtrū, ſtatim ſequitur lux, niſi aliunde præſtetur impedimentū. Modo ſic eſt, ꝙ ſacramēta gratiæ, inter quæ cōnumeratur uocalis cōfesſio, ſunt cā in nō ponente obicē tali, ac tanto effectui. Vnde per hoc differunt ſacramenta nouæ legis à ſacramētis legis antiquæ, quia iſta conferunt gratiam ex opere operato, nō autem illa conferre poterant. Igitur confeſsio, quātum eſt ex ſe, & ex diuina ordinatione remittit culpā. Ad remisſionem autē culpæ, mortalis ſequitur remisſio pænæ æternalis illi culpæ debitæ, aut ſaltē, ſequitur cōmutatio illius in pœnam temporalem. Quinimmo poſſet q̄s.

tam frequenter confiteri,de eodem peccato,quòd ſine ali qua alia pęnitentia,aut pęna pro illo debita poſſet expia ri,ut dicit B.Thom.4.ſen.di.15.q.3.art.3 quęſtiuncula.5. in ſolu.ad quartum.

Tertiò probatur idem per figuram de uillico,de quo le gitur Luc.16. ꝙ cũ vidiſſet ſe eſſe diffamatum, apud dñm ſuũ,uolẽs ſibi prouidere uenit ad ſubiectos,& tributarios dñi ſui quẽlibet interrogans quãtum deberet dño ſuo.Cũ que unus dixiſſet,ꝙ illi deberet centum cados olei,ait illi. Accipe cautionẽ tuã,& ſede citò,& ſcribe 50. Venit ãt alter,qui dixit,ꝙ debebat dicto dño centum coros tritici.At ille.Accipe litteras tuas,& ſcribe.80.Et ſic de aliis fecit ſimi liter.Sequitur aũt in textu.Laudauit ergo dñs uillicũ ſuũ, eò,ꝙ prudenter feciſſet.Ad propoſitum autem deſcenden tes,iſte paterfamilias eſt Chriſtus. Villicus autẽ eius eſt q̃ libet eccleſiæ miniſter,cui cura animarũ eſt commiſſa.De bitores uerò ſunt omnes peccatores,qui peccando contra hunt tantum debitum apud dictum dominũ,quod nõ poſ ſunt ſe acquitare,ſeu abſoluere,niſi fiat eis miſericordia. ẽt ultra medietatẽ debiti.Maximè cũ quodlibet mortale obliget ad pęnam ęternã.Quale igitur remedium pro re miſſione habenda de tanto debito. Certè optimũ,qđ eſt tale.Oportet enim uenire ad uillicum,ideſt,ad eccleſię mi niſtrũ,qui poſtquã audierit, & plenè intellexerit debita, & rõnes debitorũ,inſuper impotentiam ſoluendi debitũ, ſecũdũ rigorem diuinæ iuſtitiæ,quaſi medians inter Deũ, & peccatorem relaxabit virtute clauiũ,ſcilicet, beneficiũ abſolutionis impẽdendo,maximam partem debiti,ſcilicet commutando pęnam æternãm in temporalem,inſuper ra tionem obligationis.i.culpã mortalem abolendo,& pæni tus deſtruendo.Hoc approbãte domino,ſcilicet,Ieſu Chri ſto.Matth.18.Cum ait eccleſiæ miniſtris.Quęcunque ſol ueritis ſuper terrã,erunt ſoluta & in cælis.i.ipſe approba bit quæcũque fecerint eccleſiæ miniſtri circa peccatorũ re miſſionem,claue tamen non errante.

Quarto probatur idem intentum per ſimilitudinem de rege,qui ſolet dare remiſſionem criminoſis,& ſignãter ho micidis, qui in calore perpetrarunt homicidium, dũmodo tale homicidium nõ fuerit multum enorme,habent tamẽ

tales

tales neceſſariò planè cõliteri delictũ ſuum, alias remisſio eſt calumniabilis.Sic & ille,qui eſt rex regum, & dominus dominantium,ſolet dare plenariam remisſionem a quacunque culpa omnib.ad thronum miſericordiæ ſuę confugientibus,dummodo plenè,& perfecte confiteantur reatũ ſuũ, etiam quantumque enormen. Et in hoc ſuperexcedit Dei miſericordia humanam miſericordiam, quia ille remittit oĩa confitenti.Non aũt ſic uniuerſaliter rex,aut princeps. Quinimmo interdum iubet fieri iuſtitiam de reo, dicens, ſuſpendatur.Chriſtus aut clamat,abſoluatur.

Notandum eſt autem circa hoc,quòd confesſio ritè facta non ſolum remittit culpam cum commutatione pœnæ æternæ in temporalẽ uerum etiam reſtaurat gratiam perditam,una cum præcedentibus meritis,& uirtutibus etiam quandoque abundantius,quam prius.Illud autem probatur quinque modis,uidelicet,auctoritate, ratione, figura,ſimilitudine, exemplo.

Primo quidem auctoritate Aug.qui in li.de uera,& falſa pęnitentia. c. 14. dicit ſic.Piũ eſt credere,ut recepta Dei gratia,quæ in pęnitẽte deſtruit mala priora ẽt remuneret bona,ut cum deſtruxerint,quod ſuum non inuenit, amet, & diligat bonum,quod etiam in peccante prius plantauit.

Secundo ratione.Abſurdum eſt dicere,quod opus diaboli ſit fortius,& efficacius opere Dei.Sed ſic eſt,ꝙ opus diaboli.i.peccatum deſtruit gratiam,& charitatem, una cum omnibus præcedentibus meritis.Ergo a fortiori opus Dei quale eſt ſacramentalis confesſio,reſtaurat,& reparat quicquid boni per peccatum ſequens deperditum fuerat.Ita,vt diabolus dicere uideatur illud Deu.32.ego occidam,Chriſtus uero id, qđ ſequitur,uidelicet.Et ego uiuere faciam. Replicat diabolus,percutiam.Chriſtus autem reſpõdet, & dicit.Et ego ſanabo.Poſſunt etiam prædicta intelligi,& exponi de peccato,& confesſione.

Tertio idem probatur per figuram,quæ habetur Ioel.2. ubi dominus ſic loquitur,dicẽs,reddam uobis annos, quos comedit locuſta,bruchus,rubigo,& eruca Applicatio eſt facilis,de confesſione, quæ reſtituit omne bonum, quod abſtulerat peccatum.

Quartò probatur idẽ per ſimilitudinem de terra ſterili

de qua dicit Greg. in ſuo paſtorali c.2. quòd plus diligimus terram illam, quæ poſt ſpinas exarata fructus uberes producit, quàm quæ nullas ſpinas habuit, ſed tamē exculta ſterilem ſegetem gignit. Sic etiam Deus mediante cōfesſione plus facit proficere pęnitentes, quàm illos, qui nunquam peccauerunt.

Quintò probatur etiam exemplo de Magdalena, Petro, Paulo, ac ſimilibus, qui perfectiores fuerunt, poſtquam ad gratiam reſurrexerunt, quàm priuſquam peccarent. Et ſic patet intentum probatum multipliciter.

Quinto principaliter probatur intentum per exemplū. Legitur enim in ſpeculo exemplorum diſtin. 6. quòd fuit q̄dam miles, qui habebat quendam ſacerdotē ſuſpectum de incontinentia cum ſua vxore. Sic enim ab aliquibus dicebat. Volens itaque ſcire plenam ueritatem, nulla ſuper hoc mentione facta ſuę uxori, ſiue ſacerdoti die quadam rogauit dictum ſacerdotem, ut ſecum foras pergeret. Ille autem libenti animo annuit. Erat autem prope oppidum, quidam poſſeſſus a dæmone, per cuius os ipſe dęmon multa ſecreta reuelabat. Ad quem cum ueniſſent, ſtatim ſacerdos cępit dictum militem ſuſpectum habere. Sciebat enim, q̄ ibi habitabat dictus dæmoniacus. Timens igitur ſibi immi nere uitæ periculum, ſi a dæmone proderetur, ſimulauit neceſſitatem naturæ, & ita ſub illo colore intrauit ſtabulum. Quo facto proſtrauit ſe ad pedes ſerui dicti militis, rogans propter Deum, ut uellet audire eius confesſionem. Quod expaueſcens, tandem poſt multas preces, eum audiuit de confesſione. Quo facto, dixit ei. Domine impono uobis talem pęnitentiam, qualem unus bonus, & diſcretus confesſor vobis imponeret. Quibus peractis uenit cum milite coram demoniaco. Cumque tūc dictus miles interrogaret ipſum dæmoniacum, quid de illo presbytero ſentiret, reſpōdit dicens. Certè nihil mali de eo nunc ſentio, quia iuſtificatus eſt in ſtabulo. Hoc tamen ſecundum dixit latinè, forſan Deo ſic diſponente, ne a milite intelligi poſſet. Et per hoc ſignificatur, quanta ſit uirtus confesſionis, quæ etiam in ſolo deſiderio habita remittit culpam. Illam ergo meritò frequentare debemus.

QVOD

QVOD CONFESSIO EST SALVberrima. Cap. XXIIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terræ.*] Matth. 11.

Decima octaua cõditio bonæ confeſſionis deſignata per litteram S. dicitur ſalubritatis, hoc eſt dictu, quod confeſſio eſt ſaluberrimum ſacramentum. Iſtud autem probatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Apoſtoli Roma. 10. dicentis, Ore confeſſio, id eſt, uocalis confeſſio, fit ad ſalutem. Itẽ Auguſt. ad fratres in Ere. ſerm. 30. qui intitulatur de confeſſione peccatorum. Deſcribens glorioſos, & ſaluberrimos titulos ipſius confeſſionis dicit, quod confeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix uitiorum, reſtauratrix uirtutum, oppugnatrix dæmonum, pauor inferni, obſtaculum diaboli, angelorum tunica, eccleſiarum fiducia, ſalutis dux, baculus, lumẽ, & ſpes omnium fidelium. Item poſt pauca. O ſancta, atque admirabilis cõfeſſio, tu obſtruis os inferni, & aperis portas paradiſi. Hæc ille. Item habet alium effectum ipſa cõfeſſio, qui eſt iuſtificatio peccatricis animę, ſeu cõſcientię, de quo Eſai. 44. Dic peccata tua, ut iuſtificeris. Eſt ergo magnæ auctoritatis apud Deũ, ex quo impio impetrat iuſtificationẽ ab impietate ſua. Et in hoc excedit preces, & merita omniũ ſanctorum Dei, quod patet ſic. Nã ubi omnes ſancti, & ſanctæ Dei intercederent die, ac nocte, & per mille annos pro peccatore, ut illius miſereretur Deus, & confeſſio non adeſſet, nec in re, nec in uotõ profectò Deus, ſtãte lege, & de ſua potentia ordinata nõ iuſtificaret eũ, nec aliquid in hac parte faceret pro omnibus ſanctis. Et tñ ubi ſola cõfeſſio poneretur unà cũ merito Chriſti, indubiè talis iuſtificaretur. Ecce, qũo cõfeſſio excedit merita omnium ſanctorum, atque omnem uirtutem creatam, eſt ergo multum ſaluberrima.

Secundò probatur idem intentum tali ratione. Illud ſacramentum eſt ualde ſaluberrimum, quod habet ſaluberrimos, & glorioſos effectus. Sic eſt autem de confeſſione, igitur, Minor patet ſic inductiuè.

Primus nẽpe effectus illius eſt remiſſio mortalis culpæ in confitente, dummodo ſit diſpoſitus per actum propriũ. Nam de attrito facit contrito. Ecce quomodo remittit culpam mortalem. Inſuper quamuis peccata ſcita debeãt particulariter confiteri tamen oblita, non niſi in generali confitenda ſunt, quandiu manent oblita. Et tamen in tali caſu virtute talis generalis confeſſionis illa remittuntur, hoc tamen ſuppoſito, ꝙ confitens debitè ſuam cõſcientiam diſcuſſerit, ſecus vbi circa hoc eſſet negligens.

Secundus effectus confeſſionis eſt collatio gratiæ in diſpoſitio. Et iſte effectus ſequitur neceſſariò ex præcedẽti. Nam generaliter cuicũque remittitur mortale peccatum, omni tali cõfertur gratia, maximè cum remiſſio culpæ mortalis, aut etiam venialis non fiat abſque gratia, ſiue noua, quo ad mortalẽ culpam, ſiue antiqua, quò ad veniale. Vbi autem ipſa actualis confeſſio inuenit iam gratiã in anima, & hoc virtute contritionis, quæ præceſſit, tunc auget huiuſmodi gratiam.

Tertius effectus confeſſionis eſt commutatio pęnę in pęnam uidelicet, æternæ in temporalem, quam oportet in p̃ſenti ferre, qui purgatorium deſiderat vitare. Et ideo illi confeſſores prudenter agunt, qui dicunt, illi quem à peccatis abſoluunt, bona, quæ facere intendis, aut in poſterum te facere contigerit, ſint tibi in rem ſſionem peccatorum tuorum, ideſt, pęnæ pro illis debitæ, de prædicta autem cõmutatione poteſt intelligi illud Pſal. Hæc mutatio dexterę excelſi. Et notãter dicitur dexteræ excelſi, quia principaliter fit à virtute diuina, quæ occultè operatur in abſolutione ſacramentali.

Quartus effectus bonæ confeſſionis eſt vitatio nouæ trãſgreſſionis. Qui, n. non cõfitetur, quãdo debet, incurrit nouum peccatum, tanquam tranſgreſſor pręcepti diuini. Quod ſi quæratur, quod eſt illud tempus ad quod diuinũ præceptũ obligat confiteri. Reſpondetur, quod quoties ſumus aliquid facturi, quod non poſſimus facere in peccato, quin de nouo peccemus, ut eſt accedere ad ſacramentum altaris, tunc diuinum præceptum obligat ad confeſſionem. Idem dic de uolente ſuſcipere ſacros ordines, ſiue confirmationem, aut aliquid ſimile. Item quia quilibet tenetur diſponere

ſponere,de conſcientia ſua,quoties imminet ſibi periculũ etiam probabile mortis,ideo ſi tunc nõ cõfiteatur,peccat nouo peccato: Quòd aũt aliquis teneat ſemel in anno cõfiteri,uidelicet,in Paſcate,hoc eſt de iure humano,utpotè ab eccleſia inſtitutum,ut patet extra de pœn.& remiſſ.omnis utriuſque ſexus.Nam tũc eccleſia precipit accedere ad ſacramentum altaris,ut habetur ibidem,ad quod quidem ſacramentum nullus habens mortale peccatũ poteſt digne accedere.Ideo tunc habet confiteri,etiam dato ꝙ fuiſſet cõfeſſus in natiuitate Domini,ſuppoſito ſemper,ꝙ ſentiat ſe habere mortale peccatum.

Quintus effectus cõfeſſionis eſt peccati cognitio.Sępe enim accidit,quod aliquis magnus peccator credat de eo quod mortale eſt,quòd ſit ueniale,& ſimiliter ſcrupuloſus de ueniali,quòd ſit mortale.At uero per confeſſionem factam diſcreto confeſſori,illuminatur intellectus ad hoc,ꝙ cognoſcat, quid ſit tenendum in utroque caſu.Vnde in figura huius,legitur Act.9.de Paulo , ꝙ poſtquam Ananias impoſuit manus ſuper eum,continuo ceciderunt,tãquam ſquammę ab oculis eius,& cõtinuo uiſum recipit Applicatio eſt facilis.

Sextus effectus confeſſionis eſt cõſcientiæ ſecuritas.De qua Paulus 2 Cor.1.Gratia noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.Debet enim pœnitẽtis,poſtquẽ ritè cõfeſſus eſt,habere fiduciam de Dei miſericordia,& ꝙ peccatũ ſit ſibi remiſſum Prædicta tamen fiducia nõ importat omnimodam ſecuritatem,ſed potius moralem probabilitatẽ quia ut habetur Eccl.9.Neſcit homo,utrum odio,uel amore dignus ſit.Et Prouer.18.Beatus homo,qui ſemper eſt pauidus. Patet ergo de glorioſis effectibus bonę confeſſionis Et per conſequens de ſecundo.

Tertio principaliter probatur idem intentũ per figurã Legitur enim 3.Reg.10.ꝙ cum regina Saba ueniſſet ad regem Salomonem,& audiſſet ſapientiam eius,tandẽ decreuit ad propriam redire.Et tunc rex Salomõ dedit ei oĩa dona,quæcũq; uoluit,& ab eo petiuit,exceptis his,quæ ultro eidem ipſe obtulerat munere regio. Ad propoſitũ regina Saba eſt peccatrix anima, quę tũc uenit ad regem Salomonem,quando cum matura deliberatione uenit ad cõfeſſio-

nis ſacramentum,ſiue ad ipſius ſacramenti miniſtrũ.Quę poſt peccatorum confesſionem ueram,& perfectam tandẽ ab eodem diſcedens,cum beneficio abſolutionis reportat multa donaria,vtpotè, peccatorum remisſionem ,gratiæ collationẽ,pœnæ æternæ in temporalẽ cõmutationem,& ſic de aliis effectibus ipſius confesſionis ſupra numeratis.

Quæritur,quomodo poteſt cognoſci de aliqua confeſſione,ꝙ ſit ſaluberrima.Rñdetur,ꝙ per tria ſigna.Primum eſt antecedens ipſam confesſionem,ſm concomitãs,tertiũ conſequens. Antecedens ſignum eſt,cum quis accedit ad cõfesſionis ſacramentum uoluntariè,reuerenter,& diligẽter, vtpotè,præmiſſa diligenti examinatione conſcientię.Et ꝑ oppoſitum ſi quis accedit ad confesſionem tardè,indeuotè cum triſtitia,& quaſi inuitè,ſcire debet,ꝙ parum,aut nihil prodeſt illi confiteri.Cõcomitans ſignum eſt,ſi uidetur dolere de peccatis ſuis,ꝑꝑ Deum.Item ſi ſe prõptè offerat ad pñiam,utpotè,dicendo confeſſori.Pater imponatis mihi,q̃cunque pñiam uolueritis,& ſi potero eã portare, libẽtisſimè illam acceptabo,& perficiam, quia multa ſunt peccata mea,ita ut merito dicere poſſim cum illo rege Manaſſe. Peccaui ſuper numerum arenæ maris,& multiplicata ſunt peccata mea, & non ſum dignus uidere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ.2 Paral.in fine. Cõſequens ſignũ eſt, confeſſus toto poſſe ſtudet uitare peccata,atque occaſiones peccatorum,ut ſunt malæ ſocietates, loca ſuſpecta,incauti,aſpectus,uerba inordinata,& ſimilia. Et per oppoſitum,ſi quis in talibus delectetur,& ſe implicet,ſicut prius.Item ſi aliena non reſtituit,cum posſit,ſi pęnitẽtias negligit,ſi promptiorem ſe ad ea,quæ Dei ſunt,& ſalutis non inuenit,quam prius. Item ſi cum illis,cum quibus aliquando lites habuit,loqui, aut charitatiuè,ſeu amicabiliter conuerſari renuit.Similiter ſi concubinam ex toto a ſe non abiicit,& ſimilia. In hmõi enim caſibus infallibile ſignum eſt,ꝙ confesſio,quæ præceſſit,parum, aut nullo modo profuit.Et ſic patet ad quæſitum.

Quartò probatur principale intentum per ſimilitudinẽ de uomitu.Cum enim quis ſentit ſtomachum ſuum grauatu in aliquo cibo indigeſto,ſalubre remedium eſt procurare uomitũ.Nam ſic ſtomachus alleuiatur,& periculũ mor-

tis

cis euitatur, dicente ſcriptura Ec. c. 31. Si coactus fueris in edēdo multum, ſurge in medio, & uome, & refrigerabit te, & non adiicies corpori tuo infirmitatem. Ad propoſitū ſtomachus animę eſt humana cōſcientia. Cum ergo quis ſentit per remorſum conſcientiæ, talem ſtomachū grauari per corruptā eſcā peccati, debet quātocius, ne deterius ſibi cōtingat, euomere per oris cōfeſſionem, q́ intus latet malū. Quod ſi nō fecerit, indubie morietur morte ęterna Si uerò ita fecerit, aſſequetur plenam animæ ſanitatem, & tandē gloriam æternam. Inſuper talis refrigerabitur per ignis æterni uitationem.

Quinto idem intētum probatur per exēplū. Legitur. n. in ſpeculo exēplorū diſ. 4. q́ ſemel fuit Romę, q̄dā nobilis & ualde deuota mulier quę ſterilis erat ꝑpter qđ tā ipſa q̄ uir ſuus cœperūt multiplicare eleemoſynas, ieiunia, orationes, perigrinationes, & uota plurima, dignaretur dn̄s illis prolem dare. Quod tandē, Deo propitio, factū eſt. Nā dicta mulier concepit, & peperit filiū. Nec multo poſt maritus cōſentiēte uxore aſſumpſit habitum eremitalē, & cepit uiuere in deſertis. Interea aūt puer nutriuit à matre, & ab ea ualde adamatur. Creuit itaque puer, quē ſemper in ſinu ſuo mater habebat, & ſecū quotidie dormire faciebat. Cum igitur ueniſſet ad ætatem ſufficientē, diabolo ꝑcurante, ſolicitatus à matre de ſtupro. Genuit ergo ex eo filium, quem natum ſtatim in cloacam proiecit. Horret poſt modū mater factum, nec ceſſat fletibus eleemoſynis, & orationibus diuinam implorare clementiam. Erubeſcit tamē hoc ipſum confiteri ſperans de Dei miſericordia. Quo tempore pendēte uenit diabolus Romā aſſumpto habitu clerici dicēs. Maxima Dei miſericordia eſt, q́ Roma funditus nō corruit. Nam in hac ciuitate mater peperit ex ꝓprio filio, & fœtum necauit. Ipſam aūt nomine, & ſigno iudicauit Quæ cum quęreretur comburendum, mox cucurrit ad pedes ſummi pōtificis factum cum lacrymis nude, & aperte confitens. Quo facto a ſatellitibus rapitur, & ad iudiciū trahitur, in quo aſtabat dęmō, q̄ prius ſe conſtituerat partē formalem cōtra eam. Ad quidem iudex. Dic quid habes contra hanc mulierem. At ille. Certè nihil habeo aduerſus hanc mulierem, nec in aliquo accuſo eam. Sic enim, quod

tota

tota munda eſt. Hoc autem dixit diabolus propter confeſſionem, quam paulo antè fecerat dicta mulier, ſicq; liberta eſt, ut nô combureretur, Patet ergo, quàm ſalutaris ſit ipſa oris confeſſio.

QVOD CONFESSIO DEBET ESSE TACITVRNA Cap. XXV.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terræ* Matth. 11.

Decimanona cōditio confeſſionis deſignata per hanc literam alphabeticam T. dicitur taciturnitas, hoc eſt dicere, quòd tacēda sūt peccata in cōfeſſione audita, & recepta. Hoc autem probatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate.	Ratione.
Figura.	Similitudine.
Exemplo.	

Primò, quod eſt auctoritate ſacri Concilij generalis, in quo præſidebat Innocen. III. in quo quidem concilio fuit edita illa famoſa Decretalis. omnis utriuſque ſexus. quæ inſeritur de pœn. & remiſſ. ubi mandat Papa cuilibet confeſſori, dicēs. Caueat omnis ſacerdos, ne uerbo, aut ſigno, uel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem, Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit, ipſe ſacerdos illud petat cautè, abſque ulla expreſſione perſonæ. Vt autē magis ſibi caueat confeſſor à reuelatione confeſſionis, mox ibidē pœna tranſgreſſoribus debita ſubiungitur, cum dicitur. Qui peccatum in pænitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendū decernimus uerumetiam ad agendum perpetuā penitentiā in arctū monaſterium detrudatur. Hæc ibi. Vbi notandum ꝙ ante editionem prædictæ Decretalis, alia pœnitētia cōtra reuelatores confeſſionū imponebatur, & taxabatur ſecundum antiqua iura, etiam grauior, quàm quæ vltimò eſt recitata, ſcilicet, depoſitionis, & perdetur peregrinationis, vt patet de pœniten. diſtinct. 6. ſacerdos, vbi ſic dicitur. Sacerdos omnis caueat, ne de his, qui ei confitentur, peccata ſua alicui recitet, quòd ea confeſſus eſt, non propinquis, nō

extra

extraneis,neque,quod abſit,pro aliquo ſcandalo . Nam ſi hoc fecerit,deponatur,& omnibus diebus uitę ſuę ignominioſus peregrinando pergat. Super quo dicit glo.quòd talis ſacerdos agat publicam pœnitētiam,etiam ſolemnem, ſi non habetur ſpes de eius reſtitutione,ueruntamē hodie ſtandum eſt pęnitentiæ taxatæ per præcedentem decretalem.Nihilominus Hoſtiē.ſuper prædicto.c.ſacerdos,dic.t. quòd talis ſacerdos peracta pœnitentia per ſeptenniū,uel decennium,peregrinando per mundum,tandem eſt in monaſterio retrudendus,ut ibi perpetuò agat pœnitentiam, & ita ipſe comprehendit pœnam aſſignatam,tam à Gregorio in prædictò decreto,quàm ab Innocentio in prædicta decretali. Itē ad idē propoſitum loquitur Magiſter ſentē. in 4.diſt.21.dicens.Caueat ſacerdos, ne peccata pænitentium alijs prodat,alioquin deponatur. Quinimmo ut dicit glo.ſup prædicto c.Sacerdos,de pœ.diſt.6.Si epiſcopus excommunicaret omnes cōſcios alicuius criminis,ꝙ audiuit aliquis ſacerdos in confeſſione,niſi illud reuelauerint, hoc non obſtante non debet tale crimen reuelare , Nec in tali caſu contra eum currit prædicta excommunicatio,q̄a epiſcopus non intendit talem ligare. Quod ſi intēderet,nihil faceret,& cum hoc mortaliter peccaret,utpotè ponēs falcem ſuā in meſſem alienam,quia in prędicto caſu talis ſacerdos illi nōn ſubditur,ſed tantum Deo.Inſuper ſi Epiſcopus exigeret à tali ſacerdote ueritatem ſub præcepto, nō teneretur illi obedire propter causā dictā,quod ſi ſub iuramento adhuc non tenetur iurare.Alij dicunt,quòd licitè poſſet iurare ſe nihil ſcire de caſu ꝑdicto.Nō.n.adiuratur ab Epiſcopo,niſi inquantum homo,& inquantū ſubditus ſuus.Vt ſic autem nihil ſcit,ſed tantum inquātū Vicarius Chriſti,ita ut dicit Augu. ad fratres in eremo .ſer. 30.Illud,quod ꝑ confeſſionē ſcio,minus ſcio,quàm illud, quod neſcio.

Quęritur autem circa hoc,quo iure tenetur confeſſor non reuelare ad cuiuſcunque præceptum peccata ſibi confeſſa.Reſpondetur,quòd triplici iure. Primò quidem iure naturali,quo prohibetur non debere reuelare ſecretū ſibi commiſſum. Qui autē aliter facit,peccat mortaliter,& cū hoc pro proditore eſt cenſendus,Circa quod tamē notādum,

dum,quòd plus obligat ſigillum confeſſionis, quã ſigillũ ſecreti Nam in aliquibus caſibus licet reuelare, & infringere ſigillum ſecreti,utpote,quando,uergit in deteriorẽ exitum,ut cum eſt contra fidem,ſicut patet de hæretico, q diceret alicui,qđ vult peruertere fidẽ.I. ẽ cũ eſt cõtra bonos mores.Itẽ cũ eſt contra honeſtatẽ alicuius,ut ſi qs alicui diceret,quod intendit tali nocte opprimere talẽ uirginẽ,uel ſimile.Item quando eſt cõtra bonum naturale alicuius,ut ſi quis diceret alicui,quod vult, & intẽdit talẽ tali hora occidere.Item quando illud eſt cõtra bonũ commune,ut ſi quis diceret alicui,quod intendit tali hora noctis prodere ciuitatem aduerſarijs.Et breuiter quotieſcunq; illud,qđ recipit ſub ſecreto, vergit in notabile detrimẽtũ ſpirituale,corporale,aut tẽporale alicuius,aut multitudinis,nec põt cõmodè obuiari tãto diſcrimini,niſi per reuelationẽ ſecreti,tũc ſecretum eſt reuelãdum his, cui poſſunt prodeſſe,& diſcrimini obuiare. Nam in pdictis caſibus,ac ſimilibus utendũ eſt epyικεια, id eſt,interpretandum eſt,quod tunc ſigillum , ſecreti non ligat,nec obligat.Secus autem de ſigillo confeſſionis,quod in nullo caſu,aut euentu infringendum eſt,ſiue pro quocũque malo uitãdo,aut bono conſequendo.Hanc tamẽ uirtutẽ, ſeu obligationem indeſpenſabilem habet huiuſmodi ſigillũ cõfeſſionis,nõ ratione legis naturalis,q̃ nihil dictat de confeſſione, ſed tantum de ſigillo ſecreti,ſed hoc habet rõne legis diuinę.Nã eodem iure pcipitur confeſſio, & ſigillum,ſeu ſecretum illius.Modo conſtat, quod cõfeſſio pcipit̃ iure diuino. Ergo etiã & ſigillum eius.Tertiò pręcipitur inre poſitiuo,ut ſupra allegatum eſt.Patet ergo ex omnibus iſtis,quod cõfeſſio eſt adeo taciturna ex parte cõfeſſoris,quod in nullo caſu licet reuelare cõfeſſionẽ, ſiue cõfitẽs pœniteat,ſiue nõ,ſiue cõfiteat̃ peccatũ iã cõmiſſum,ſiue committendum,ſiue ſit peccatum cõtra fidem,ſiue cõtra bonum reipublicæ,ſiue priuatæ perſonæ.

Secundo idẽ iterum probatur ratione triplici. prima eſt talis.Non licet aliquid facere,unde retardẽtur hoĩes à confeſſione. ſed ſi diceret in aliquo caſu reuelare confeſſionem,multi retardarentur à confeſſione,timẽte, ne cõfeſſor eorũ poſſet eos accuſare,aut denũciare,ſiue teſtimonium

monium contra ipſos in iudicio ferre. Igitur non licet,&c. Secunda ratio eſt talis.Non licet aperire uiam fraudib.Sed ſi liceret reuelare confeſſionem, aperiretur uia fraudib. & aſtutiis humanis.Nam tunc multi,qui ſunt mali in occulto,poſſent ſe oſtendere bonos in confeſſione,ut ſic poſtmodũ laudarentur a ſuis confeſſoribus, & ut tandem per talẽ modum poſſent facilius peruenire ad officia, beneficia, & dignitates.Igitur,ut prius.Tertia ratio eſt talis.Illud quod quis dicit ſe ſcire in propria perſona, quod tamen tantum ſcit uice alterius,mentitur,ſi interrogatus de ueritate,dicat illud ſe ſcire. Sic eſt autem, ꝙ talis conſeſſor interrogatus ſuper peccato illius, qui ſibi eſt cõfeſſus,ſi liceret ſibi reſpõdere,& reuelare peccatũ illius,daret intelligere,ꝙ illud ſcit in propria perſona,& non ut vicarius Chriſti.Hoc aũt ſcit eſſe falſum,igitur mentitur. Igitur non licet quouis modo reuelare peccatum in confeſſione ſcitum.Notandũ tamen ꝙ ſi cõfeſſor per aliam uiam ſciret huiuſmodi peccatũ, tũc poſſet de hoc ferre teſtimonium in caſu,aut ẽt ipſum d.nũciare illi,qui põt prodeſſe.Et ideo illi religioſi ſe decipiunt, qui ſociis ſuis culpam ſuam confitentur,quàm optimè, & in aperto uiderunt,aut alias per uiam humanam cognouerunt,ut ſic eis claudant os ad non reuelandum prælato tẽpore,& loco. Nam in dicto caſu,ne peccata occultentur, confeſſores non debent talia recipere ſub confeſſione, niſi cum proteſtatione,quòd talia reuelabũt ſuo tempore prælato, & præſertim ſi ſit quæſtio de graui caſu.Et ſic patet de ſecunda probatione.

Tertio probatur idẽ intentũ per figurã. Legitur.n.Exo. 28. ꝙ Moyſes de mandato Domini fecit fratri ſuo Aaron ueſtem ſacerdotalem,quæ habebat duplex palliũ annexũ. Primũ uocabitur rationale.Secundum uero ephod.Huiuſmodi autem pallia,quę erãt ad modum paruorũ,& breuiũ mantellorum,oportebant humeros Aaron,& deſcendebãt uſque ad pectus.Similiter legitur 1.Reg.18.ꝙ Samuel,qui erat ſacerdos legis,operiebatur pallio.Ad propoſitum pallium,quod cooperit humeros ſacerdotis,deſignat ſigillum confeſſionis.Confeſsor ergo euangelicus dicitur indui duplici pallio,quia duplici iure,ſcilicet,diuino,& humano tenetur celare peccata audita in cõfeſſione,ut prius dictũ ẽ.

Quarto

Quartò probatur idem per ſimilitudinē,q̄ ponit Amb. li.1.de uirginibus, de quadam muliere, quæ cū cogeret a tiranno ſecretum aliquod prodere, morſu linguam ſibi ab ſcidit,quam in facie tyranni proiecit, & deſpuit,ne ui tormentorum ab ea extorqueretur ueritas dicti ſecreti.Sic in propoſito potius deberet confeſſor pati omne tormentum, quàm reuelare confeſſionē,ſiue in generali,ſiue in ſpeciali. In hoc ergo deficiunt, & errant nonnulli confeſſores indiſcreti,qui interdum loqui ſolent de auditis in confeſſione in generali exprimentes perſonam,& dicentes. Ego aliquā do audiui talem caſum in cōfesſione,nolo tamē exprimere locum,neque tempus,aut perſonam. Quamuis enim p̄ talem modum nullus diffametur, ſimplices tamen inde ſcandalizari poſſunt,qui credunt,quòd neque in generali,neq; in ſpeciali,aut in indiuiduo liceat ſacerdoti loqui de his, q̄ audiuit in confesſione. Poteſt tn̄ confitens licentiare confeſſorem ſuum ad reuelandum caſum,& præſertim,quādo eſt quęſtio de remedio,aut conſilio habēdo, ut patet de caſibus difficilibus,& intricatis, ſeu reſeruatis.Item eſt alius caſus,ut cum quis confitetur per interpretem laicum tali intentione,ut dicat ſacerdoti,quæcunque ſibi dicuntur, in quo etiam caſu tenetur dictus laicus celare ea,quę hoc modo audiuit,ac ſi eſſet ſacerdos.Item ſi quis fingeret ſe ſacerdotem,& poneret ſe in loco patenti,ſiue ſecreto ad audiendum confesſiones,ſicut fecit quidā uir,ut ſciret ſecreta vxoris ſuæ,talis tenetur,tanq̄ ſacerdos ad celandum ea,quæ audiuit.Idem etiā dicendum de illo,ſiue clerico,ſiue laico, qui caſu tranſeundo ante confeſſorem , uel propè aſtando audiret aliquem caſum nominari per confitentem . Idem dic a fortiori de illo,qui ex certo propoſito auſcultaret,aut ſe in ſecreto abſconderet,ut poſſet audire,q̄ dicit confitēs. In his enim omnibus caſibus tenetur audiens celare peccata audita.Similiter eodem uinculo aſtringitur, quicunque recipit aliquid ſub ſigillo, aut ſecreto confesſionis , ſiue ſit ſacerdos,ſiue laicus.Et ideo non debet homo eſſe facilis ad recipiendum aliquid ſub ſecreto per talem modum.

Quæritur,ſi liceat confeſſori dicere bona de perſona,q̄ audiuit de cōfesſione.Videtur,quòd ſic. Quia ſacerdos tm̄ tenetur celare peccata audita in confesſione,de quib.nullo

lo modo poteſt loqui,nec directè,nec indirectè.Indirectè quidem,ſiue quo ad circunſtãtias,ſeu cõiecturas,per quas poteſt deueniri in aliqualẽ notitiam peccati illius,qui eſt ſibi cõfeſſus.Exemplum de illo,qui diceret de ſibi cõfeſſo. Ego bene oneraui humeros talis uiri,uel mulieris. Credo, quòd aliâ vice non reuertetur ad me pro confeſſione,uel, ꝙ erit bene memor mei,& ſimilia.Ad prædictam,quæſtionẽ reſpõdet Dominus Petrus de Palude.4.ſent.diſt.21.q. 3.art.2.cõclu.3.dicẽs,quod licet abſolutè dicere cõfeſſori bona,quibus laudatur perſona ſibi confeſſa,puta,quia uirgo,uel quia nunquam peccauit mortaliter,& huiuſmodi. Secundo dicit,quod hoc nõ licet quandò per hoc,ꝙ unus laudatur,peccatum alterius reuelatur. Quia quod dè uno dicitur,de altero negatur,ut dicit Greg.in hom.ſup illud Iohan.8.Ego dęmonium non habeo.Vnde duobus cõfitẽtibus,ſi poſtmodũ confeſſor diceret de uno. iſte eſt uirgo, uel iſte nunquam peccauit mortaliter,ſtatim poſſet eſſe ſuſpicio contra alium.Hæc de Pal.& bene.

Quinto probatur idem intẽtum per exẽplum Legitur enim,quod quidã occidit alium uirum occultè tamẽ.Quo facto pænitentia ductus cucurrit ad confeſſionẽ.Filij ergo occiſi habentes aliqualem ſuſpicionem de illo,qui homicidium fecerat,& ſcientes,quod recẽter cõfeſſus fuerat, uenerunt ad cõfeſſorem comminantes ſibi mortẽ caſu, quo non diceret eis ueritatem de illo,qui ſibi confeſſus fuerat, ille autem tanquam uir probus,& prudens magis timens Deum,quàm homines de hoc nihil illis dicere uoluit.Propter quod occiderunt eum.Et ecce eo mortuo viderũt, ꝙ mirabiliter claudebat labia ſua.Propter quod unus ex ipſis accepto gladio uoluit aperire os eius.Sed quãtũcũq; àd hoc laboraſſet,tamen nihil profecit,Deo ſic diſponẽte, qui per hoc uoluit innoteſcere,quantum ſibi placeat celare peccata audita,& recepta in cõfeſſione.Ex his ergo omnibus debent pauperes peccatores aſſumere ſibi audaciã, & fiduciam plenè,& perfectè confitendi.Sin aliàs peccata eorum publicabuntur coram omnibus in die iudicij ad ipſorum confuſionem,& perpetuam damnationem . A qua nos præſeruet dominus.

QVOD

QVOD CONFESSIO DEBET ESSE VOLVNtaria. Cap. XXVI.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, et terrę*] Matth. 11.

Vigeſima conditio bonæ confeſſionis deſignata per hanc literam alphabeticam V. dicitur uolitionis. Hoc eſt dictum, quòd cõfeſſio debet eſſe uoluntaria. Hoc autem ꝓbatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate. Ratione. Figura.
Similitudine. Exemplo.

Primò quidem auctoritate Pſal. dicentis in perſona ueri pœnitẽtis. Volũtariè ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine, ideſt, ad honorem nominis tui, qui ita præcepiſti fieri. Notanter autem dicit pęnitens, & confiteri ꝓponens. Voluntaria ſacrificabo tibi, quia maximũ ſacrificium, & adeo acceptiſſimum offert, qui uoluntariè, & ſpõtaneè confitetur. Qui autem inuitè confitetur, aut timore pęnę, ſcilicet aut ne reputetur tanquã infidelis, nõ Deo, ſed potius diabolo offert ſacrificiũ. Vnde Aug. ad fratres in eremo, ſer. 13. q inqt, uſq; ad ultimũ diẽ quadrageſimæ uel uitæ ſuæ diſtulerit confiteri, dat ſignum, quod hoc libẽter non facit. Non gratioſè, non puro corde, ſed coactus hoc facere uidetur. Coacta autẽ ſeruitia quantum Deo, uel hominibus placeant, conſiderate. Non ergo de die in diẽ differamus pãdere cordis noſtri ſecreta. Promiſit enim Deus ueniam pęnitenti, ſed non promiſit uſque in craſtinũ differenti. Igitur non differamus. Hæc Auguſt. ubi ſupra. Itẽ de pæn. diſt. 7. Nullus. ſic legitur. Nullus expectet, quando peccare non poteſt arbitrij quærat libertatẽ, ut delere poſſit commiſſa non neceſſitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quàm ipſe ea relinquat, non libere, ſed quaſi neceſſitate condemnat. Hæc ibi.

Secundo probatur idem tali ratione. Omne opus uirtuoſum, & laudabile debet eſſe uoluntarium, quia ex his quæ nobis inuitis accidũt, nec laudamur, nec uituperamur. Sed cõfeſſio eſt ſacramẽtũ ualde laudabile, & opus uirtuoſum,

quantum

quantum eſt ex ſe relinquitur ergo, quod debet voluntarie fieri. Vnde propter hanc rationem confeſſio, quæ differtur vſq; ad vltimum vitæ, eſt ualde dubia, & incerta. Prout teſtatur Aug. ad fratres in eremo ſer. 45. Et ſimiliter recitatur de pę. diſtin. 7. Si quis poſitus in vltima neceſſitate ęgritudinis ſuæ voluerit pœnitentiam accipere, & mox recõciliatus hinc uadit, fateor vobis, non illi negamus, quod petit, nec præſumo dicere, quód bene exit, ne uos fallam. Fidelis enim bene uiuens huic ſecurus exit, baptizatus ad horam ſecurus hinc exit, agens pœnitentiam, & reconciliatus dum ſanus eſt, & poſtea bene uiuens ſecurus hinc exit. Agens autem pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus ſi ſecurus hinc exit, ego nõ ſum ſecurus. Et poſt pauca. Nũquid dico, quód talis damnabitur? Nunquid dico liberabitur? Neſcio, non præſumo, non promitto, non vos decipio, quia de Dei voluntate prorſus neſcio. Vis ergo á dubio liberari, age pęnitentiam, dum ſanus es. Si ſic agis, ſecurus es, quia pœnitẽtiam egiſti eo tẽpore, quo peccare potuiſti. Si autem uis agere pęnitentiam, quando pecare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa, hæc ibi, cum multis alijs ac propoſitum, quæ breuitatis cauſa pertranſeo.

Tertio probatur idem intentum per figuram. Legitur enim Ioſue 7. quod Ioſue dux filiorũ Iſrael, dicit ad Acham. Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abſcondas. Ad propoſitum. Ioſue eſt confeſſor, qui debet cum omni mãſuetudine, & benignitate inducere Acham, ideſt, confitẽtem, ut det gloriam Deo, cõfitendo voluntariè, purè, nudè peccata ſua indicãdo ſibi quicquid mali fecerit, etiam nihil ſimpliciter abſcõdendo, quod ſit, aut æſtimetur mortale. Ecce, quam bonũ eſt quærere bonum, & diligentẽ confeſſorem, qui poſſit iuuare confitentem, & hortari ad ueram confeſſionem.

Quarto idẽ probatur per ſimilitudinẽ de Lupo, de quo dicit Plinius in naturali hiſtoria, quòd cũ de nocte uadit ad prædam, ſi pes ſuus ſtrepitũ fecerit, ſolet ipſum mordere, eo ꝙ per ipſum potuit ſibi periculum imminere. Ita in propoſito, pecator attendens, quod ſibi imminet periculum æternæ damnationis propter ſuum peccatũ, debet ipſum ſpontanee mordere, tam per interiorem contritionẽ,

quàm per exteriorem oris confeſſionẽ. Propter quod dicebat Pſalm. ad Dominum in propria perſona cuiuslibet ritè confitentis. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi.

Quinto idem, propoſitum probatur per tale exẽplum. Legitur enim in ſpeculo exemplorum. diſt. 3. & ſumitur ex geſtis Anglorum, ꝙ fuit ſemel in Anglia quidam miles ſtrenuiſſimus, & qui ſemper erat primus ad bellum, quem tandem contigit ægrotare ad mortẽ. Hũc ergo uiſitauit rex cũ charũ haberet, & eum monuit cõfiteri, eo ꝙ iudicio medicorum eſſet actũ de vita eius. Verum ipſe ſpreuit monita ſalutis, dicens, nondum aduenisſe tempus, quo confiteri deberet. Dicebat enim. Si nunc confitear, & contingat me ad ſanitatem redire, conſodales mei improperabunt mihi, ꝙ timore mortis hoc fecerim, cum tamen nullum timuerim unquam. Rex ergo audiens languorem increſcere, nec tamen militem velle confiteri, iterum die altero reuertitur, & monere eum cępit. Ad quem miles. Ad quid mihi loqueris confiteri. Certe hoc facere nõ poſſum, eo quod iam dæmonibus, & pœnis infernalibus deputatus ſum. Patet ergo, ꝙ voluntariè confitendũ eſt, & in bona hora, iuxta illud Eſa. 38. Viuens, viuens ipſe, ſupple, peccator confitebitur tibi. Sic ergo chariſſimi agamus, vt tandem ad cęleſtem gloriã peruenire valeamus. Prętante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui cum patre, & ſpiritu ſancto, &c.

Explicit primus tractatus ſuper Confiteor, in quo materiam de confeſſione prolixè deducimus, ſcientes dictam materiam ſalutarem, & gratam indoctæ plebi. Quã tamen prudens prædicator abbreuiare facile poterit, prout libuerit.

TRA-

TRACTATVS SECVNDI PRIMA PARS.

DE MALIS QVAE FACIT PECCATVM. Cap. I.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terra, quia ſupple, peccaui nimis.* Matth. 11. Poſtquam in precedenti tractatu diffuſè egimus de confeſſione, ſupereſt in hoc ſecundo tractatu deducere materiam ipſius confeſsionis, quæ non eſt aliud, quàm peccata propria, & actualia, de quibus ſe accuſat confitens, cum ſubdit in dicendo, confiteor, quia peccaui nimis, ideſt, ualde grauiter, & ideo circa hoc errãt tria hominum genera. Primi ſunt, qui confitentur peccata aliena, uelut alter Phariſęus, qui dicebat ad Dominum. Non ſum, ſicut cęteri hominum, uelut etiam hic publicanus. Lucæ 19. Secundi ſunt, qui confitentur propriam iuſtitiam, & bona, quæ egerunt, uelut idem publicanus, qui dicebat. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium, quæ posſideo. Tertij ſunt illi, qui multa narrant in confesſione, quæ minime pertinent ad ipſam confesſionem, & quę rediosſum eſt diſcreto, & docto confeſſori audire. Et in hoc ſæpe delinquunt mulieres, deponentes interdum quærimonias ſuper damnis, aut iniuriis ſibi illatis, uel etiam ſuper mortẽ filiorum, aut charorum ſuorum, huiuſmodi ergo longas, & inutiles narrationes debet quantum poteſt præſcindere diſcretus confeſſor, dicens talibus. Veniatis ad rem, & dicatis peccata ueſtra. Propterea enim huc ueniſtis. Non eſt tamen inutile interdum ſuper dubiis quærere cõſilium a perito confeſſore. Quamuis melius eſſet hoc differre ad aliud tempus, ſiue poſt confeſsionem, niſi forſan eſſet quæſtio de aliquo caſu, de quo dubitat confitens, an ſit peccatum, necne. Dicat ergo pœnitens, cum eſt coram ſacerdote, Confiteor Deo, & tibi pater, quia peccaui nimis.

Notandum eſt autem circa hoc, quod meritò debemus confiteri peccatum mortale per nos commiſſum, & hoc propter ſeptem mala, quæ in nobis operatur, & quę deſignantur per ſeptem litteras huius uerbi Peccaui. Nam peccatum eſt.

Pœnitentiæ fruſtratiuum,
Egeſtatis generatiuum,
Cœcitatis inductiuum,
Charitatis diſſipatiuum,
Amaritudinis cauſatiuum.
Viæ cęleſtis aberratiuum,
Indignationis diuinæ prouocatiuum,

Primo igitur peccatum eſt pęnitentiæ fruſtratiuū. Hoc autem probatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate, Ratione,
Figura, Similitudine,
Exemplo.

Primo quidem auctoritate Ezechiel. 18. ubi introducū tur uerba Domini, dicentis. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, oēs iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabunt. Ecce, quàm manifeſtè patet intentum.

Secundò probatur idem intentum tali ratione, uerę pęnitentiæ fructus, & operatio eſt gratia in præſenti, & gloria æterna in futuro. Sed peccatum mortale aufert gratiā, & impedit conſecutionem æternæ gloriæ, dicente ſcriptura, ubi ſupra. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, ſupple, morte æterna. Ergo peccatum eſt pœnitentiæ fruſtratiuum.

Tertiò probatur idem per figuram. Legitur enim 3. Reg. 2. quòd mortuo Dauid Salomon filius eius uocauit Semei ad ſe, dicens. Tu noſti, quæ egiſti contra patrem meum Dauid, ædifica ergo tibi domum in Hieruſalem, & habita ibi. Quacunq; autem die egreſſus fueris inde, & tranſieris torrentem, ſcito te interficiendum. Reſpōdit Semei. Bonus eſt ſermo regis. Habitauit ergo Semei in Hieruſalē multis diebus. Sed poſt annos tres in mala hora pro eo exiuit de Hieruſalem, & iuit ad Achis in Geth, ad requirendum ſeruos ſuos, qui ab eo fugerāt. Relatum eſt antē Salomoni, quòd Semei egreſſus eſſet de Hieruſalem, & mittens uocauit eū, di-

dicens. Nonne prædixeram tibi, quòd quacunque hora contingeret te exire de Hieruſalem, morti eſſet tradēdus? Iuſſit itaque rex Bannaiæ filio Ioiade, ut irrueret in eū atque interficeret. Quod & factum eſt. Moraliter, Salomon, qui interpretatur pacificus, rectè Chriſtum deſignat, cuius uita, & cōuerſatio sēper pacifica extitit. Dauid āt, q interpretatur vno modo manu fortis, ſignificat Deum patrem. Cuius fortitudo apparuit in ꝓductione rerum de nihilo.

Item in glorificatione ſanctorum Angelorum, & eiectione ſuperborum ſpirituum de cœlo.

Item in diuiſione maris rubri, & multis alijs modis.

Semei uerò, qui uno modo interpretatur, audiui, ſignificat peccatorē, qui potius audit uocem diaboli uocātis eū ad culpam, & gehēnam, quā Dei, eum uocantis ad gratiā, & gloriam poſtremo Hieruſalem, quę interpretatur uiſio pacis, inſinuat ſtatū pęnitentię, cū quo hr̄ pax cū Deo. Ad ꝓpoſitū ergo deſcēdētes dicimus, ꝙ poſtquā offendimus Deū patrē mortaliter, habemus Ieſum Chriſtū aduocatū noſtrū, & præcipientē, ut maneamus in Hieruſalem, ideſt, in ſtatu pœnitentiæ tribus annis, qui ſunt uera cordis contritio, integra oris confeſſio, pfecta operis ſatisfactio. Nec ſufficit ad tempus manere in dicta Hieruſalem, niſi ſequat̄ finalis perſeuerantia uſque ad mortē incluſiuè. Aliàs inde ante mortem recedendo per mortale peccatū incurrit qs reatū mortis æternæ, atque fruſtratur omnino fructu prioris pęnitentiæ, tāquā violator, & infractor pacti prius initi inter Deum, & ſe.

Quartò probat̄ idē propoſitū ſimilitudine triplici, quā ponit Gre. in Moral. lib. 7. c. 12. Prima eſt de ſegete, de qua dicit, ꝙ longo ſtudio ſeges ſeritur, atque ſole, & imbre diu turno nutritur, quæ tamen una, & ſubita ſcintilla cōſumitur. Secūda eſt de ædificijs, q paulisper ad alta proficiunt, Sed tamen repentinis caſibus terram petunt. Tertia eſt de arbore robuſta, quæ per tarda incrementa ſurſum ſe erigit, ſed tamen quicquid diu per alta protulit, ſemel, & ſimul cadit. Hæc ille. Applicatio ad propoſitum eſt facilis.

Quintò idē propoſitū probatur exēplo. Legitur enim in libr. de 7. donis, & ſimiliter idem exemplum narratur in Speculo exemplor. diſt. 10. quòd fuit quidā latro, qui cum

ſugaretur ab hoſtibus ſuis,& uideret ſe manus euadere nõ poſſe,proſtrauit ſe in modum cruc s ſuper terrã dicens,ꝙ bene mortem meruerat,eo quod Deum multipliciter offendiſſet.Flens ergo cõfitebatur ſe peccatorem,rogãs eos qui ipſum inſequebantur, ut Deum de ipſo uind carẽt ſingulatim illius membra crudeliter decerpentes.Qđ & factum eſt.Quidam autem Heremita in uicino ſolitarie ibi morabaẽ,qui ibidẽ multis annis in magna,& dura pœnitentia uixerat,cui re uelatum eſt,ꝙ Angeli cum laudibus animam dicti latronis in cœlum deportaſſent. Qui inde indignatus dicebat apud ſe.Poſtquam me etiam omnibus mundi delitijs,& uoluptatibus expoſuero , in fine ſimiliter pœnitebo,& ſic mihi fiet,ut huic latroni.Cum ergo miſer Heremita ad ſæculum rediret ſeruiturus diabolo,contingit eum per aquam tranſire.Sed heu cadens de ponte ſubmergitur,& ſic à dęmonibus ad infernum trahitur.Ecce qũo peccatũ eſt pęnitẽtiæ prioris fruſtratiuũ, ꝙ deſignatur per primam litteram huius dictionis peccaui.

Secundò principaliter peccatum eſt egeſtatis generatiuum,quòd deſignatur per ſecundam literam prædictæ dictionis.Peccaui.Iſtud aũt probaẽ quintupliciter,uidelicet.

Auctoritate, Ratione,
Figura,
Similitudine,
Exemplo.

Primò quidem auctoritate ſapientis Eccle.9.dicentis. Qui peccauerit in uno,multa bona perdet,uidelicet charitatẽ.ut exponit glo. interl.Nam ad eius ꝑditionẽ ſequitur perditio omniũ bonorũ,maximè cum dicat.Gre.Homil. 27. quod nihil habet uiriditatis ramus boni operis,ſi non manet radice in charitatis.Qui ergo mortaliter peccat perdit gratiam,& charitatem.Itẽm omnia præcedentia merita,quæ ſic mortificantur,& ultra in diuina acceptatione nõ manẽt,ut dicitur Ezech.18.Inſuꝑ perdit oẽs uirtutes,ſecundum perfectam rationem uirtutis,ꝗ illis,nõ ineſt abſque gratia,& charitate.

Secundo probatur idem ratione ſic,Illud, quod aufert bona gratiæ,uulnerat bona naturæ,& ĩpedit bona gloriæ ẽ egeſtatis gñatiuũ.Sed ſic ẽ de peccato mortali,igiẽ ĩſuꝑ

plerunque peccatum trahit ad extremam paupertatem, ſicut patet de gula, propter quod dicit ſcriptura Prouer. 21. quòd qui diligit epulas in egeſtate erit, & qui amat vinū, & pinguia non dubitatur. Idem iudicium eſt de uitio ꝓdigalitatis. Item de uitio luxuriæ, cuius ſectatores habēt multa conſumere. Prou. 29. Qui nutrit ſcortum, perdet ſubſtantiam. Idem dic de deditis ludis alearum, & chartarum. Propter ergo prædicta quidam plangendo dicebat. Diues erā dudum, ſed tria me fecerunt nudum. Alea, uina, uenus, tribus his factus ſum egenus.

Tertio idem intentum probatur per figuram de filio ꝓdigo, per quē intelligitur peccator. De eo ergò dicitur Lucæ 15. ꝙ poſtquam conſumpſit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus uiuēdo luxuriosè, mox cępit egere. Similiter in figuram huius Chriſtus loquens mulieri Samaritanæ Io. 4. ait. Qui biberit èx aqua hac, ſcilicet, ex delitiis peccatorum, ſitiet iterum. Et huius ratio eſt, quia huiuſmodi delitiæ magis ſitim prouocant, quam extinguant.

Quarto idem probatur ſimilitudine de ludo ſcacorūm, in quo ſæpè contingit, quòd poſtquam quis in eo multum uacauit, & lucratus eſt, tandem inſperatè ad unicum ictum taxilli totū perdit, quod prius lucratus fuerat, ſic uno opere malefacto, uel neglecto totius uitę noſtræ fructus perditur. Da ét exemplum de famulo regis machinãte proditionem in ipſum regem. Talis enim iuſtè meretur priuari officio, & omnibus bonis, etiam & uita. Quod ſi ex magna miſericordia rex donet ſibi uitam, nihilominus communiter priuat eum bonis ante proditionem ſibi promiſſis. Ita & in propoſito de peccantę mortaliter. Nam etſi cuilibet tali nō ſemper infligat Deus cito mortē corporalem, auſert tamē ab eo gratiam, uirtutes, & merita. Inſuper eum priuat cæleſti gloria, quam illi repromiſerat, cum adhuc eſſet in ſtatu gratiæ.

Quinto idem probatur exemplo. Refert enim D. Anto. in ſua chronica parte 1. titu. 4. §. 25. de Dionyſio Maximo tyranno, qui poſt infinitas opes ad tantā deuenit paupertatem, ut propter inopiam docuerit, paruulos literas apud Corinthum. Non deſunt multa alia exempla idem propoſitum probantia, quæ breuitatis gratia miſſa facio.

Tertiò principaliter peccatum eſt cęcitati inductiuum. Et hoc ſignificatur per tertiam literam prædicti uerbi peccaui. Hoc autem probatur quintupliciter, uidelicet,

Auctoritate, Ratione, Figura.
Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate. Sap. 2. Excęcauit eos malitia illorum, & neſcierunt ſacramenta Dei, id eſt, ad modum neſcientium ſe habuerunt. Si enim benè ſcirent, & diligenter attenderent miſeri peccatores, quanta ſit uirtus ſacramenti pœnitentiæ, currerent ad confeſſionem. Sequitur. Neq; ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, i. nō bene conſiderauerūt, quāta ſupplicia reſeruat, & præparat diuina iuſtitia peccatoribus in alio ſeculo Prouerb. 19 Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Itē pſ. Neſcierunt, ſupp. peccatores, quāta ſit Dei miſericordia erga pęnitere uolentes, neque intellexerunt, quàm rigida, & ſeuera ſit eius iuſtitia erga duros, & obſtinatos. Et horū duorum ratio aſſignatur, cum ſubditur. In tenebris ambulant. Item Sopho. 1. Ambulabunt, ut cęci, quia domino peccauerunt. Et Apoſto. ad Ephe. 4. Ambulant in uanitate ſenſus ſui, tenebris, obſcuratum habentes intellectum, alienati a uia Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes tradiderūt ſemetipſos impudicitiæ, &c. Ecce dānatiſſimus & reprobatiſſimus finis, ad quem tandem deducit cæcitas peccati.

Secundò probatur idem intentum tali ratione. Contingit humanum intellectū dupliciter excęcari, uidelicet, poſitiuè, & priuatiuè. Poſitiuè quidem quærendo indebita media ad finem malum, & peruerſum. Priuatiuè uerò nō ſiſtēdo in recto dictamine. Sed quocunque modo exercetur intellectus, hoc fit à peruerſa uoluntate, iam peccato affectata, igitur peccatum excæcat mentem.

Minor patet, nam quòd intellectus quærat indebita media ad malum finem, hoc fit per imperium uoluntatis. Et ſimiliter, ꝙ ipſe intellectus non perſiſtat in recto dictamine, hoc ſimiliter fit, ut in pluribus à peruerſa uoluntate, igitur, &c.

Tertiò idem probatur per figuram, & hoc inductiuè de ſeptem peccatis mortalibus.

Primo

Primò igitur quod ſuperbia inducat cæcitatem in anima, patet per figuram de Saulo, qui cadens in terram nihil uidebat. Et huius ratio eſt ſuperbia, qua ſtimulante perſequebatur Chriſtianos. Actuum.9.

Secundò idem patet de auaritia, in cuius figurã legitur To.1. quòd ipſe Tobias excæcatus eſt à ſtercore hirũdinis. Vbi per ſtercus intelliguntur temporalia bona. Sic enim ea reputabat Apoſt. Philip.3. Hęc igitur ſtercora cõmuniter excæcant humanam mentem, ſicut patet in auaris, & uſurariis, qui non uident fatuitatem ſuam.

Tertiò idẽ patet de luxuria, quę figuratur per cęcitatẽ Sanſonis, qui propter nimium amorem ad mulierem Dalidam excęcatus eſt à Philiſteis. Iudicum.16.

Quartò idem probatur de inuidia, quæ figuratur per cęcitatem Heli ſacerdotis, qui non poterat uidere lucernam domini, priuſquam extingueretur. 1. Reg.2. Sic inuidus nõ poteſt uidere bona proximi, niſi extincta, uel diminuta.

Quintò idem patet de gula, quæ figuratur per cæcum natum. Iohan.9. Nam iſtud uitium adducimus à natiuitate nobiſcum.

Sextò idem patet de Ira, quæ figuratur per illum cæcũ qui Chriſto tranſeunte clamat ſecus uiam, nec poterat cõpeſci à turba. Luc.16. Sic homo iratus clamat, nec poteſt quieſcere.

Septimò idem patet de Accidia, quæ figuratur per cæcitatem Iſaac, cuius oculi caligauerant, & uidere nõ poterat præ ſenectute. Gen.27. Sic accidoſus uelut ſenex, & debilis nil operatur boni. Patet ergo euidenter intentum per multiplicem figuram.

Quarto patet idem per ſimilitudinẽ uxoris Senecæ, de qua loquens idem Seneca epiſt. 50. ad Lucillum dicit ſic. Harbaſtes uxor mea fatua ſubito uidere deſtitit. Incredibilẽ rem mi Lucille tibi narro, ſed ueram. Pedagogum ſuum rogat, ut migret, domũ tenebroſã eſſe, hoc autẽ, qđ in illa ridemus, multis accidit. Nemo enim ſe auarum intelligit. Nemo cupidum. Si dicimus. Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter uiuere poteſt. Non ego sũptuoſus ſum, ſed urbs ipſa magnas exigit impenſas. Non eſt meũ uitium, quod iracundus ſum, ſed nondum cõſtituit certum generis uitæ

ſed

ſed hoc adoloſcentia facit. Quid nos decipimus. Non eſt extrinſecus noſtrum malum. Intra nos eſt, in uiſceribus ipſis ſedet. Et ideo difficiliter ad ſanitaté peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus. Hęc ille. Aliam etiam poſſumus adducere ſimilitudinem uidelicet, de noctua, de qua dicit Amb. in hexameron. lib. 5. cap. 24. quòd huiuſmodi auis nõ ſentit horam tenebrarum. Quinimmò quanto nox fuerit obſcurior, tunc cõtra uſum aliarum auium in offenſos exercet uolatus. Exorto autem die, & ſplendore Solis circunfuſo uiſus eius hebetatur, ac ſi quibuſdã erret in tenebris, Quo iudicio ſui declarat eſſe aliquos, qui cũ oculos mentis, & intellectus habeant ad uidendũ, nihilominus non poſſunt uidere ſpiritualia, & diuina. Tales ſunt ſapiẽtes mundi, qui in tenebris ambulant, & qui ſapientes ſũt, ut ſciant mala, benefacere autem neſciunt.

Quintò probatur idem intentum exemplo ſacræ ſcripturæ. Legitur enim Gen. 19. quòd cum Duo angeli ueniſſent Sodomam, & diuertiſſent in domum Loth, uiri ciuitatis, qui nequiſſimi erant, omnem uallauerunt domum eius, ut abuterentur Angelis illis in forma elegantiſſ. iuuenũ exiſtentibus. Cumque uim facerent Loth uehemẽtiſſimè, ita, ut quaſi iram infringerent fores domus illius dicti Angeli percuſſerunt peſſimos Sodomitas ibi aſſiſtẽtes cęcitate à minimo, uſque ad maximum, ita ut oſtiũ inuenire nõ poſſent. Ex qua hiſtoria manifeſtè patet, qũo peccatũ Excęcat hominem, etiam quandoque corporaliter. Vnde, & in legenda beati Clementis legitur, quòd cum Siſinius uideret uxorem ſuam Theodoram nomine, ad prędicationem beati Clementis ad fidẽ conuerſam, & ire ad eccleſiã ſæpe frequẽter ingreſſus eſt ad eccleſiã, ut ipsã inde extraheret. Quod cum facere uellet, ſubitò orante ipſo beato Clemente, ita cœcus factus eſt, ꝙ dixit pueris ſuis, ut eũ foras eiicerent. Sed illi occulto Dei iudicio girantes per totam eccleſiam ianuam eius inuenire non poterant. Ecce quomodo patet intentum

Quartò principaliter peccatum eſt charitatis diſſipatiuum Hoc autem deſignatur per quartam litteram huius uerbi. Peccaui, q̃eſt, C. Quod uero ita ſit, probatur quintuplíciter, uidelicet,

A ucto-

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Hier. Thren. 1. dicentis. Manum ſuum miſit hoſtis, i. deſt, diabolus, vel peccatum, quod inimicatur animæ, ad omnia deſiderabilia eius, i. ad auferẽdũ bona gratiæ, & virtutis ab anima, Vel ſcd̃m gl. interl. deſiderabilia animæ ꝑ præſenti ſunt fides, ſpes, charitas, quæ nititur à nobis auferre hoſtis ille antiquus ad peccatũ nos pertrahens. Nã, ut dicit Greg Homil. 29. Nõ curat hoſtis antiquus, ut terrena tollat, ſed vt charitatem in nobis feriat. Et huius rationẽ aſſignat. Aug. de uerbis domini. Serm. 5. ita dicens. Adde charitatem, proſunt omnia. Detrahe charitatẽ, nihil proſunt cętera, dicente. Apo. 1. Cor. 13. Si diſtribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, nihil mihi prodeſt.

Secundò idem probatur tali ratione. Contraria nõ poſſunt ſimul, & ſemel ineſſe eidem ſubiecto, quinimmo adueniente uno deſtruitur, & diſſipatur reliquum. Sed peccatũ quodãmodo cõtrariatur, & opponitur charitati, ita ut dicat Apo. 2. Cor. 6. ꝙ non eſt conuentio Chriſti ad belial, neque lucis ad tenebras. Ergo peccatũ eſt charitatis diſſipatiuũ. O quantũ igitur debemus uitare peccatum in nobis, per quod diſſipatur charitas in cordibus noſtris, quæ eſt forma, & flos omnium uirtutũ filia Dei præclara, & ꝑ quã efficimur filij Dei, & fratres ſanctorũ angelorũ.

Tertiò idem probatur per figuram. Legitur enim 1. Macha. 1. ꝙ impiſſimus, & crudeliſſimus tyrannus Antiochus aſcendit in Hieruſalem in multitudine graui militum, ac curruum, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, i. in templum, & accepit altare aureum, & cãdelabrũ luminis, & uniuerſa uaſa templi, ſimiliter menſam propoſitionis, & libatoria, phialas, mortariola aurea, velum, & coronas aureas, ornamẽtũ aureũ, qđ in facie templi erat, & cõtaminauit omnia, & accepit argentum. & aurũ, & uaſa concupiſcibilia, & ſublatis omnibus abiit in terrã ſuam, Moraliter Antiochus, qui interpretatur ſilens paupertatẽ, rectè deſignat diabolũ, q pauper eſt, & nudus, quo ad bona gratiæ, & glorię. Hieruſalẽ ãt animã rationalẽ inſinuat. Vaſa uerò tẽpli, uirtutes, bona, & merita deſignãt, ꝙ omnia

nia d ſſip ın ur,& deſtruũtur,cum Antiochus, ideſt,diabo lus ingreditur temp um con cientiæ per culpam.Valde er go fatuus eſt,& miſer,qui i li pręber ingreſſum per conſen ſum in culpā.De hoc etiā alia habetur figura Iudic 6. vbi dicitur,ꝙ ſeptem annos ueniebant Madianitæ in terram Iſrael poſtquam peccauerant filij Iſrael contra dominum, & cuncta vaſtabant nihil omnino ad uitam pertinens relin quentes.Sic dęmones peccatoribus ma um facientibus,& ſibi ſeruientibus in ſeptem peccatis mortalibus faciũt.Nā animam ſpoliant uirtutibus nihil in ea relinquentes,quod ad uitam gratiæ,uel gloriæ pertineat.

Quartò probatur idē quod prius per ſimilitudinem.Vi demus enim,ꝙ porcus intrans hortũ ſpecioſum,mox euer tit Margaritas,Lilia,& quicquid in eo precioſum inuenit. cũ non ſit illi curæ de talibus,ſed potius de uilibus radici bus,quas terrā ſubmouēdo quærit.Ita in propoſito de dæ mone,qui quamprimum fuerit hortum cōſcientiæ per cul pam ingreſſus,tunc per peccatum,tanquam per aptum in ſtrumētum diſſipat,deſtruit,& totaliter euertit, quicquid boni ibi inuenit.Propter quod ſaluator noſter Mat.7 ſalu briter nos admonet,di. Nolite mittere Margaritas ueſtras ante porcos,ideſt,nolite cōſentire in malum,aut ne diabo lus uobis conſentientibus auferat à uobis Margaritas gra tiarum,& uirtutum ſequitur.Ne fortè conculcēt eas pedi bus.Ecce quomodo peccatum eſt charitatis diſſipatiuũ,& ex conſequenti omnium uirtutum,& meritorum.

Quintò probatur idem propoſitum tali exemplo.Legi tur.n.in magna legēda beatę Catherinæ Senenſis ordinis ſororum de pœnitentia beati Dominici,quòd ipſa habuit gratiam à Domino cognoſcendi interdum occulta,& con ſcientias nōnullorum hominum.Vnde gaudioſum illi erat loqui cũ illis,qui puras gerebāt conſcientias.Pęnoſum ue rò loqui cũ illis,qui peccato mortali ſubiacebant.Vnde cũ ſemel colloquium habuiſſet cum quodam uiro elegātis fi guræ,graui tamē peccatore,quamuis occulto poſtmodum dixit cuidam ſe nunquam ſenſiſſe tantum fętorem,quātũ tunc ſenſerat.Et per oppoſitum,quādoque ſentiebat mira bilem odorem prodeũtem ex mēbris iuſtorum. Patet er go,quòd peccatum mortale eſt charitatis deſtructiuum.

Quintò

Quintò principaliter peccatum mortale eſt amaritudinis auſariuum. Et hoc deſignatur per quintã litteram prędicti uerbi. Peccaui, quæ eſt A. Iſtud autem probatur quintuplicitei, uidelicet.

Auctoritate, Ratione,
Figura, Similitudine, Exemplo.

Primo quidem auctoritate Hiere. 2. dicentis. Scito, & uide, quia malum, & amarum eſt dereliquiſſe te dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit dominus Deus exercituum. Eſt ergo malum derelinquere dominum, ideſt, a cultu eius recedere, & hoc propter culpam. Amarum uero propter pęnam. Nam, ut dicit Ambro. lib. de Noe, & Arca cap. 1. Nihil eſt, quod maioris doloris ſit, quàm culpę reatus. Propterea Aug. li. 1. confeſſio. ait. Iuſtiſſimi domine, & ita eſt, ut pęna ſit ſibi omnis inordinatus animus. Item philoſophus dicit, quòd omnis malus impletur pęnitudine, & hoc propter remorſum conſcientiæ. De quo Eſa. 57. Cor impij quaſi mare, quòd quieſcere nõ põt. Secundo idem probatur tali ratione. In peccando mortaliter uoluntas agit contra dictamen rectæ rationis, & contra ſindereſim remurmurantẽ. Ergo eſt ibi quædam pugna ſiue contradictio, & per conſequens cordis amaritudo. De qua etiam loquens Ambr. aiebat O quam magna eſt amaritudo peccatorum meorum, pro qua tollenda fuit neceſſaria amaritudo paſſionis, & mortis Chriſti.

Tertiò probatur idem per figurã. Legitur enim 2. Reg. 13. quòd Amnon oderat Thamar ſororem ſuam, poſtquã, ſcilicet, eam cognouit carnaliter, ita ut maius eſſet odium, quàm amor, quo eam prius dilexerat. Sic etiam eſt de peccato mortali poſt quòd ſequitur maior dolor, etiam infinities, & hoc ſaltem in inferno, quàm fuit delectatio tunc habita, cum perpetraretur. Momentaneum enim eſt omne, ꝙ in præſenti uane delectat, ſed æternum, quod cruciat. Propterea unumquemq; noſtrum admonet ſcriptura Prouerbiorum 5. dicens Ne intenderis fallacię mulieris, i. delectationis peccati, quæ arridet, & fallit, atque blanditur admodum meretricis. Fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Ecce fallax, & blanda delectatio peccati. Sed, quid poſtmodum ſequatur, audiamus. Certe

inquit,

inquit Salomon, nouiſſima illius amara, quaſi abſynthiũ, quod, ſupple, ab aliquo ſumptũ ſtatim in uiſceribus amare ſcit, & acuta, quaſi gladius biceps. Quia pro momentanea, & quidem turpi delectatione, nouiſſima, ſcilicet, poſt generalem omnium reſurrectionem, punietur peccator in corpore, & anima æternaliter. Ecce gladius biceps, qui ualde timendus eſt, & cauendus.

Quarto probatur idem per ſimilitudinem de felle, cuius amaritudo tunc bene ſentitur, cum uenit ad guttur, & fauces, ſic & amaritudo peccati tunc perfectè ſentitur, cum miſera anima ad inferna deſcendit. In præſenti autem non ſemper ſentitur huiuſmodi amaritudo, ſed tantum peccatum, & peccati delectatio. Et ideo in hoc peccatores ſunt ſimiles piſcibus maris, qui propter aſſuetudinem nutrimenti, ex aqua magis amara, ſeu ſalſa, extimant illam aquam dulcem. Item in hoc ſunt ſimiles mulieri prægnanti, cui amara ſapiunt, & ſuauia faſtidiunt. Sic peccatores ponũt, & dicunt amarum dulce, ideſt, peccatum ſuaue, & dulce amarum, ideſt, opus de genere bonorum durum, aſperum, & importabile, & ideo merito maledicuntur a Domino Eſa. 5. Legitur enim, ꝙ cum quidam fatuus audiret multum cõmendare falconem Domini ſui de bonitate, occidit eum & comedit. Et cum plangeretur a Domino ſuo, & a ſeruis illius, atque a cunctis cõmendaretur de bonitate, neſciretque, quid factum eſſet de eo dixit fatuus. Falſum eſt, quod eſſet tam bonus, ut dicitis. Ego enim audiens eum tantum commendari de bonitate, ipſum occidi, coxi, & comedi, ſed per Deum nunquam comedi duriores carnes, neque amariorem eſcam. Sic homines fatui credentes inuenire multã dulcedinem in peccato, in fine inueniunt multam, & inexcogitabilem amaritudinem.

Quintò probatur idem intentum tali exemplo. Legitur enim de quadam virgine, ꝙ cum diu caſtè uixiſſet, tandem inſtigata fuit a diabolo de peccato luxuriç, & hoc ad experiendam illius delectationẽ, quam maximã eſſe credebat. parte etiam ex altera erat quidam honeſtus iuuenis ſimiliter caſtè uiuens, & uirgo. Hic ergo cum nimis familiariter conuerſaretur cum dicta puella, tandem tentatus fuit de illecebra, & hoc ad experiendum illius delectationem. Demum

mum uidẽt à diabolo cõmixti ſunt ſimul. Qua delectatione experta ad tãtam amaritudinem deuenit dicta filia conſiderans, quod decorem ſuæ uirginitatis, & integritatẽ ſui corporis amiſiſſet, ꝓpter tam uilem, & turpem, atque momentaneam delectationem, quòd præ nimia amaritudine & dolorẽ mortua eſt. Patet ergo, qualiter peccatũ amaritudinem inducit, etiam plerũque in præſenti, & pręcipuè peccatum carnis. Quo ad aliud autem ſęculum certiſſimũ eſt, quod niſi ipſum peccatum fuerit remiſſum in præſẽti, ineuitabiliter perducet actorem ſuum ad æternám amaritudinem, à qua nos præſeruet piiſſimus dominus.

Sexto principaliter peccatũ eſt uiæ cęleſtis aberratiuũ. Et iſtud notatur per ſextam literam, ſæpe dicti uerbi peccati, quę eſt V, hoc autẽ probatur quintupliciter, uidelicet.

Auctoritate, Ratione, Figura,
Similitudine Exemplo.

Primò quidem auctoritate Pſ. dicentis. Errauerunt, ſup. peccatores in ſolitudine, in inaquoſo, ideſt, in mundo iſto, qui eſt quaſi locus ſolitarius, reſpectu cęli, ubi eſt immenſa & iocundiſſima ſocietas. Et ad idem pertinet, quod dicit in inaquoſo. Rectè enim mũdus iſte inaquoſus dicitur q̃a in eo deſunt plerunque aquæ doctrinę ſalutaris, & gratię diuinalis. Pſal. Anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi. Quia ergo miſeri peccatores, ſic errant in pręſenti ſæculo, ideo tandem uiam ciuitatis habitaculi, ſup. cęleſtis non inuenerunt, ideſt, nõ inueniunt. Nam uia, quæ ducit ad dictam ciuitatem, ſiue habitaculum cæleſte, eſt uia mandatorũ Dei & pænitentiæ. Et de utraque uia poteſt inteligi illud Chriſti uerbum. Matth. 8. Arcta, & anguſta eſt uia, quæ ducit ad uitam, & pauci ambulãt per ea. Et hoc eſt, quod hic loquitur Pſal. de peccatoribus dicens. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, ideſt inuenire neglexerunt, ſeu non curauerunt. Olim enim conquerebatur dominus de filis Iſrael dicens per os Pſal. Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, ſiue murmurando contra dominum in deſerto pro aquæ penuria, & ſimiliter de eſca delicatiſſima, ſcilicet, manna, ſiue idololatrãdo, ſiue in Moyſen, & Aaron irreuerenter inſurgẽdo, & huiuſmodi. Sed profecto quod ſequit̃ ad generationẽ malorum Chriſtianorũ merito pertinere

poteſt

poteſt,de quibus loquitur dominus dicens. Et dixi ſemper hi errant corde,ideſt,ex certa malitia, & obſtinato animo. Notāter autem dicit ſemper hi errant corde, potius quàm opere quia error operis finē habuit in eis,ſed error uoluntatis in eis finem habuit. Mali.n. peccare deſinunt in morte, non quia amplius peccare non velint, ſed quia amplius peccare nō valent. Sequitur,& iſti non cognouerunt, ideſt, ſcire noluerunt vias meas; quibus ſup.itur ad cœleſtem patriam.Iſti autē ſunt de numero illorum, qui dixerūt domino Deo illud. Iohan.21. Recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus.Sed forſan dicēt mali Chriſtiani. Falſum loqueris. Vtique enim nouimus vias domini, & mandata, quibus debitè obſeruatis itur in cœlum. Sed in promptu patet talibus reſponſio, quòd vtique cognouerunt vias domini ſpeculatiuè,ſed nō practicè. Vnde Apoſt ad Titum 1. Confitentur ſe noſſe Deum,factis autē negant. Audiant ergo tales Chriſtiani nomine tantum, & non re quid illis cōminatur dominus di. Quibus iuraui in ira mea, ideſt,minatus ſum,& immobiliter ſtatui,ſi introibunt,ideſt,non intrabunt in requiem meam,ſup.cœleſtem,& æternam. Littera autem Hiero.habet.Et iuraui in furore meo, vt non introirent in requiem meam. Ecce quomodo peccatum eſt viæ cœleſtis aberratiuum. Clamet ergo pauper peccator ad dominum,& dicat illud Pſal.Erraui ſicut ouis, quæ perijt. Et ideo require ſeruum tuum domine.

Secundò idem intentum probatur tali ratione ſecundū enim Aug. 1.lib. de libero arbitrio omnia peccata hoc vno genere continētur,cum quiſque auertitur a diuinis vereq; manentibus bonis,& ad mutabilia, atque incerta conuertitur,hæc ille. Et hoc eſt,ꝙ communiter dicitur apud Theologos, quòd peccatum eſt auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio ad commutabile bonum,ideſt, ad creaturam. Ex prædicta ergo deſcriptione peccati liquidò patet, quòd ipſum peccatum eſt viæ cęleſtis aberratiuum.

Tertiò probatur idem per figurā Legitur enim.Nu.22 quod Balaam ſtimulabat aſinam ſuam errantem,vt rediret ad rectam ſemitam.Ad propoſitum per Balaam, qui interpretatur,ſine populo, rectè intelligitur dominus Deus,qui propter paucitatem credētium in eum, & ſibi debitè famulantium

ſantium, uidetu eſſe quaſi ſine populo. Hic ergo Balaam. frequenter percutit peccatores nunc corporaliter, nunc tẽ poraliter, ut redeant ad eum; qui eſt uia iuxta illud. Io. 14. Ego ſum uia Patet ergo, quòd peccatum facit hominẽ errare á uia ueritatis. Quod etiam figuratum fuit Luc. 18. In illo cæco, de quo ibidem dicitur, quòd ſedebat cęcus uiam mendicans. Applicatio eſt facilis ex dictis.

Quartò probatur idẽ tali ſimilitudine. Refert enim au ctor libri de bonis, quod fuerũt duo fratres, quorum unus erat fatuus, alter autem ſapiens. Qui cum ſimul inducẽtes deberent redire ad patriam ſuam, á qua elongati erant, ve nerunt ad quoddam biuium, ubi audierunt á paſtoribus lo ci illius, quod una illarum uiarum directè ducebat ad ciui tatem ſuã etiam ſecurè. Hoc tamen malum habeat, quod erat alta, arcta, & aſpera. Altera autem erat plana, lata, & delectabilis, ſed periculoſa, & latronibus plena. His ergo auditis, cum ſapiens uellet arripere uiam primam, tanquã ſecuram, quamuis difficilem, dixit ei frater fatuus. Rogo te ne ſumamus tantum laborem, ſed eamus per iſtam uiã ita delectabilem, quamuis multi caſus in ea. Nã ſpero cũ Dei auditorio, ꝙ poterimus illos euadere. Cui ſapiens annuit. Cum igitur incederent per dictam uiam ſpacioſam, & ſpe cioſam, ſubdito capti ſunt latronibus, qui eos ſpoliauerũt & uulnerauerunt grauiſſime. Cũque fatuus traheretur in foueam occidendus, & pariter alius, ſcilicet, ſapiens captus & ligatus ad mortem duceretur, maledicebat fratri ſuo fa tuo, dicens, quòd propter ſuã fatuitatem eò quòd capere uoluiſſet uiam illã periculoſam ipſe moreretur. Cui reſpõ debat frater fatuus, Tu potius maledicaris, quoniã tibi po tius hoc malum imputandum eſt, quam mihi, maxime cũ ſcires me fatuum, & ideo mihi credere non debuiſti, cuius tamen contrarium feciſti. Ad propoſitum duo iſti fratres sũt anima, & corpus, ſiue affectus, uel appetitus rationalis & ſenſualis. Frater ergo ſapiens eſt anima, cui ratio dictat benefacere, Frarer uero fatuus eſt appetitus ſẽſualis, uel corpus, qui non quærit, niſi delitias ſuas. Cum autem quis peruenit ad uſum rationis, occurit illi biuium, ſcilicet uia uirtutum difficilis, quam ſequitur, quia à paſtoribus, ideſt prælatis, & prædicatoribus ſibi manifeſtè dicitur, ꝙ hęc eſt

uia,quæ ducit ad uitam.Altera autem quæ occurit,ſcilicet delectionem mundi, & ſi lata uideatur, & placida, tamen tanquam plena periculis, & latronibus dæmonũ ad perditionem perducit perpetuam. Quamuis ergo animę,ſeu rationi uideatur uia aſpera magis ſequenda, quia ſecura, tamen hic frater allectus á confratre,ideſt,ab appetitu ſenſuali, cui grauis eſt uia uirtutũ pœnitentiæ, permittit ſe duci per uiam latam, ut complaceat fatuo fratri,precipuè cum multos uideat ire per dictam uiam,cogitans, ꝙ etſi multa pericula illic inuenturus ſit, ipſe illá euadet, uel ſi erret, ꝙ poterit ad uiam rectam, tandem per ueram pœnitentiam reduci. Quod fit,ut ſimul pergendo per uiam latam,& ſpacioſam, quæ ducit ad perditionem,incidat in latrones dæmones;qui hominem ſpoliat bonis ſpiritualibus, uulnerãt in naturalibus,& tandem occidunt animam, & corpus,vtrunque deiiciendo in foueam inferni.Et hoc eſt,quod ait Iacobus in ſua canonica .c. 1.dicẽs Vnuſquiſque tentatur cõcupiſcentia ſua ab ſtratus,& illectus.Deinde concupiſcẽtia cum conceperit,parit peccatum.Peccatum uerò,cũ conſummatum fuerit generat mortem. Poſtquam ergo ſimul fuerint inferno anima,& corpus, ſ. poſt diem iudicii, tũc conqueretur anima de corpore qnia.ſ.noluit in præſenti laborare econtrario autem conqueretur corpus de anima quæ ut domina eius, & ſapiens neglexit ipſum refręnare atque ſibi ſubiectum facere. Patet ergo euidenter,ꝙ peccatum eſt viæ cęleſtis aberratiuum.

Quintò hoc idem propoſitum probatur exemplo primi parentis qui poſtquam pręuaricatus eſt præceptum Domini ſtatim exul factus eſt paradiſi tereſtris,qui erat uia perueniendi ad cæleſtis paradiſum,atque proiectus eſt in hãc uallem miſeriæ.Patet ergo intentum.

Vltimò principaliter pecatum eſt indignationis diuinę prouocatiuum.Hoc autem declaratur per ultimam litterã ſæpe dicti uerbi.Peccaui quę eſt.Iſtud autẽ probatur quintupliciter uidelicet.

Auctoritate	Ratione,
Figura,	Similitudine,
Exemplo.	

Primò quidẽ auctoritate Ezech.9.ubi propheta Ezech. loqui

loquitur dicens. Dixit dominus ad me. Iniquitas domus Iſrael,& Iuda magna eſt nimis valde,& repleta eſt terra ſā guinibus,i. peccatis,& ciuitas repleta eſt auerſione, idcirco nō parcet oculus meus,neque miſerebor. Viam eorum ſuper caput eorum reddam. Item Deútero.28. apertè oſtē ditur, quàm mirabiliter peccatū ſit diuinæ indignationis prouocatiuum. Ibi enim multipliciter minatur Dominus tranſgreſſoribus ſuorum mandatorum,vtpotè dicendo. Si nolueris audire uocem Domini Dei tui, vt cuſtodias,& facias omnia mandata eius, ueniunt ſuper te omnes maledictiones iſtę. Maledictus eris in ciuitate,maledictus in agro, Maledictū horreum tuum,& maledictæ reliquię tuæ. Maledictus fructus uentris tui,& fructus terræ. Adiungat tibi Deus peſtilētiam,donec conſumat te de terra. Percutiat te Dominus egeſtate, febri, & frigore, ardore, & æſtu, & aere corrupto,donec pereas. Sit cęlum, quod ſupra te eſt ęneū, & terra quam calcas ferrea. Tradat te dominus corruētem ante hoſtes tuos. Domum ædifices,& non habites in ea, plātes vineam,& non vindemies eam. Multæ denique alię maledictiones ibidem habentur, quas comminatur Dominus tranſgreſſoribus mandatorum ſuorum. Ex quibus omnibus patet, quòd peccatum eſt diuinæ indignationis prouocatiuum.

Secundò probatur idē tali rōne; Deus eſt iuſtus, ergo illi diſplicet oē peccatum,ergo peccatorum multiplicatio eſt prouocatiua indignationis diuinæ iuſtitiæ. In cuius rei ſignum legitur Gene 6.q. Deus videns multitudinem peccatorum,quæ fiebant ſuper terram, dixit, pęnitet me feciſſe hominem, ideo de pæni.diſt.3. ſunt plures. Dicitur, quod Deus inimicus eſt omni criminoſo. Igitur.

Tertiò idem probatur per figuram. Legitur.n. Matt.21. & ſimiliter. Io.2.q. cum Chriſtus introiſſet templum,& ibidem inueniſſet vendentes,& ementes oues, & boues,& columbas atq; nummularios ſedentes,facto quaſi flagello de funiculis omnes eiecit de tēplo. Ad propoſitum,oīa prædicta, quæ quaſi cum ira,& furore eiecit Chriſtus de templo, deſignant peccata intra templum conſcientiæ habitantia, quæ valde prouocant Dei iram aduerſus hominem.

Quartò probatur idem intentum per ſimilitudinem. Di

eunt enim naturales, ꝙ inter apes ſolus rex caret aculeo ad pungendum. Nihilominus cum ab aliquo infeſtatur, & ad vindictam prouocatur, tunc cęterę apes inſurgunt aduerſus prouocantem, & uindictam faciunt cum ſuis aculeis de eodem ſic in propoſito Deus noſter totus benignus eſt, & miſericors. Nihilominus hominibus peccantibus prouocat ad indignationem, & vindictam, quam communiter exercet medio creaturarum ſuarum, dicente ſcriptura Sap. 5. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum ſuorum. Vnde refert Vincentius Beluacen. in ſpeculo hiſtoriaſi, quòd circa annos Domini mille ducentos in Gallia volitabant per aera quædam muſcæ groſſæ deuaſtãtes uniuerſa terræ naſcentia. Propter quod ſubſecuta eſt ſterilitas magna per uniuerſam Galliam. Cumque nonnulli manibus cõtractaſſent nonnullas muſcarum dictarum inuenerunt in ala earum dextra ſcriptum, ira, in ſiniſtro verò, Dei. Ex qua re mirabili liquebat apertè, quoniam ad ulciſcendam iram Dei miſſum fuerat prædictum muſcarum genus propter peccata populi Gallicani, qui proh dolor, in proſperis nimiũ proclluis eſt ad peccata. Huic quaſi ſimile refert Dominus Anto. Florentinus, in 2. parte chronicę ſuę. ti. 10. cap. 14. de Attila rege Hunnorum, qui paganus erat. Hic ergo tyrannus princeps intrans Gallias, & cuncta deuaſtãs. Trecas uenit. Vbi tunc Pontificis fungebatur officio beatus Lupus. Qui pontificali habitu inſignitus cum ſuo clero obuiã uenit dicto Attilę interrogans eum, & dicens. Tu quis es, qui terram diſſipas, Ad quem ille. Ego ſum Attila flagelũ Dei. Ecce ergo quomodo Deus Dominus armat creaturas ſuas in vltionem inimicorum ſuorum peccatorum, indignationem ſuam aduerſus ſemetipſos ſuis exigentibus delictis prouocantium.

Quintò probatur id, quod prius, tali exẽplo. Legitur. n. in ſpeculo exemplorũ, ꝙ fuit quidam grauis peccator, qui ad extrema perueniens, non potuit à quocunque mortaliũ ad pœnitentiam induci. Cui ex immenſa, & ſuperabundanti miſericordia Chriſtus apparuit, cum expreſſione vulnerum corporis ſui, vt ſic eum facilius ad pęnitentiam, & indulgentiam petendam prouocaret. Ille autem obſtinato, & pertinaci animo tot, & tãta Chriſti beneficia ſpreuit. Quòd perpen-

perpendens piiſſimus Ieſus,& ex tali ingratitudine ad indignationem prouocatus manum appoſuit proprio lateri, & ex inde extractum sāguinem precioſum ipſum in faciē morientis proiecit dicens. Sit iſte ſanguis in teſtimonium tuæ iuſtiſſimę damnationis, eò quòd ſic obſtinato animo me ad indignationem prouocaueris. Quo dicto uiſio diſparuit. Ex tunc autem à circūſtantibus non potuit dictus ſanguis a facie morientis abſtergi, quouſque infelicē animā inter manus mille dęmonum reddidit. Patet ergo manifeſtè, quomodo peccatum eſt indignationis diuinę prouocatiuum. Summariè etiam patent ſeptem mala, q̄ operatur in nobis mortale peccatum, quæ deſignātur ꝑ ſeptē litteras huius verbi peccaui, Et ſic patet de primo capitulo huius ſecundi tractatus.

DE PECCATIS DE QVIBVS IN GENERALI confitendum eſt. Cap. II.

CONFITEOR *tibi Domine pater cęli, & terræ q̄a peccaui nimis*]Mat. 11.

Poſtquam in præcedenti cap. oſtēſum eſt, quę mala operāt peccatum mortale in homine, propter quod meritò de eo cōfitendum eſt, & pænitēdum, cōſequenter in hoc ſecundo capitulo tractandum eſt de peccatis de quib. in generali cōfitendum eſt. Hæc āt ſummariè ſunt quatuor, tria quidem commiſſionis, quartum uerò omiſſionis. Nā omnia peccata mundi comprehenduntur ſub altero ꝑdictorum quatuor, ſecundum ꝙ figuratiuè dicitur Daniel. 7. quòd quatuor uenti pugnabant in mari. Et ſtatim poſt ſubditur, quòd erant quatuor capita in beſtia, ideſt, in diabolo tentante de quatuor prædictis. Vel in beſtia, ideſt, in homine beſtialiter viuente. Ad idem etiam propoſitum facit illud Zach. 1. Vidi, & ecce quatuor cornua. Item ibidē. Oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Et qui aliquod iſtorum faciunt, ſibijpſis inimicantur iuxta illud Tho. 12. Qui faciunt peccatum, & iniquitatem hoſtes ſunt animę ſuæ. Peccata autem commiſſionis, aut ſunt peccata cordis aut oris, aut operis, ſecundum ꝙ habetur de pæ. di. 1. quē

pęnitet. Et iſte eſt funiculus triplex, qui de difficili rumpitur. eccl. 4. Quo quidem funiculo conſtringuntur. & aligantur miſeri peccatores, dicente ſcriptura Prouer. 5. Funibus peccatorũ ſuorum quiſque conſtringetur. Et in Pſ. Funes peccatorum circumplexi ſunt me. De his ergo tribus generibus peccatorum commiſſionis primo diſſerendũ eſt. Poſtremo autem de peccato omiſſionis. Et iterum iter prędicta peccata commiſſionis, in primis loquẽdum eſt de peccato cordis, de quo in primo loco ſe accuſat uerbis pęnitẽs, clamãs ad dominũ, & dicens. Cõfiteor Deo, & beatæ Marię, &c. vſq; ibi. Quia peccaui nimis.

DE PECCATO GOGITATIONIS. Cap. III.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę, quia peccaui nimis cogitatione.*] Matth. 11.

Primũ igitur peccatum commiſſionis, de quo confitendum eſt. Dicitur peccatũ cogitationis. Ad cuius euidentiã præmittendũ ꝙ cogitationes humanæ ſunt in triplici differẽtia, utpotè

Quædam uirtuales.

Quædam ueniales.

Quædam mortales.

Primo igitur inter humanas cogitationes quædã ſunt uirtuoſæ, & laudabiles, ut ſunt illæ, quæ uerſantur circa bonum, & quæ tendunt ad debitum finem Et de talibus bonis cogitationibus tria breuiter tangam.

Primum eſt, quod principaliter ſunt à Deo, quia, ut dicit Apo. 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis. interl. aliquid boni, quaſi ex nobis, ideſt, ꝙ ſit ex parte noſtra, ut dicit eadem glo. Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ex quo patet, quod ad bene cogitandũ, nõ ſufficit liberum arbitrium niſi adſit diuina motio, quę cõiter uocatur à Theologis ſpeciale Dei auxilium. Et breuiter, ut dicitur Iaco. 1. Omne datum optimum & omne donũ perfectum de ſurſum eſt, deſcẽdens à parte luminũ, quaſi, ſupple, radius ſolis è ſole.

Secundum

Secundum eſt, quòd ſunt prima ſeminaria uirtutum, & bonorum operum. Nam ſicut in arbore germé præcedit florem, & flos fructum, ita & in anima primo præcedit cogitatio bona. Deinde ſequit̄ flos bonæ uolitionis, & tertio fructus ſanctæ operationis, dummodo homo non præſtet impedimentum. Et hoc eſt, quod ait Auguſtinus Homelia 16. Non poteſt, inquit, fieri, ut habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione ꝓcedunt. Nec quiſq; poteſt aliquid facere, aut ad aliquid faciendum mẽbra mouere, niſi primo præceſſerit iuſſio cogitationis. Et ad hoc perſuadendum dat tale exemplum dicens. Quomodo, inquit, de interiori palatio quicquid iuſſerit Imperator ꝑ Romanum imperium emanat, & quicquid uideris agi per prouincias, in quo oſtenditur, quantus motus ſit ad unam iuſſionem Imperatoris intus ſedẽtis. Nã ille ſolum mouet labia cum loquitur, & mouetur oĩs prouincia, cum fit, ꝙ loquitur. Sic, & in unoquoq; noſtrum intus eſt Imperator in corde, qui ſi bonus bona iubet, bona fiunt. Si uero malus mala iubet, mala fiunt. Cum ergo ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt iubere, niſi bona. Si uero diabolus ipſum poſſidet, quid poteſt iubere, niſi mala. In tuo autem arbitrio poſuit Deus, cui pares locum. Deo, an diabolo. Cum parauerit, ꝗ poſſidebit, ipſe imperabit. Hęc ille.

Tertium tangendum de bonis cogitationibus eſt, ꝙ debent uerſari ſemper circa licita, iuſta, honeſta, utilia. Vnde deuotus Bernardus in quodã ſermone, qui intitulat̄ de primordiis, mediis, & nouiſſimis: dicit ſic. Cogita, unde ueneris, & erubeſce, ubi ſis, & ingemiſce, quo uadis, & contremiſce. Specialiter aũt debẽt uerſari cogitationes noſtræ, circa hęc. Primo quidem circa commiſſa peccata, de illis cõterendo. Secundo circa æterna ſupplicia, illa præcauẽdo. Tertio circa puritatem conſcientiæ, de peccatis debitè confitẽdo. Et de iſtis tribus uno tractu loqués. pſal. ait. Cogitaui dies antiquos, ideſt, antiqua peccata, in quibus fui inueteratus per longam continuationem in malo. Ecce primum, ſequitur, & annos æternos, ideſt, ęterna ſupplicia correſpondentia momentaneis delectationibus peccatorum commiſſorum, in mente habui, ſupple, ad illa pręcauendum. Prouerbiorum 12. Cogitationes iuſtorũ iudicia, ſupple, quę factu-

rus eſt Deus, de peccatorib. in alio ſæculo. Sequitur, & meditatus ſum nocte cum corde meo, ſ. diſcretè, & ſapienter, & exercebat, ſupple, frequenter ad ſanctam meditationem rediens, & ſcopebam ſpiritum meum. Ecce oris confeſſio. Nam ſcopere ſpiritum tuum, eſt cum ſcopa, linguæ eiicere immunditias peccatorum, in ſpiritu exiſtentium, in ſacramentali confeſſione.

Quarto cogitationes noſtræ debent uerſari circa obſeruantiam mandatorum Dei. Pſal. Cogitaui uias meas, quoniam, ſupple, malæ ſunt. Eſaiæ trigeſimooctauo. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Et iō conuerti pedes meos, i. affectus, & conatus in teſtimonia tua, & ſcilicet, illa amodò obſeruaui. Eccleſiaſt. 3. Quæ præcepit Deus, cogita illa ſemper. Quintò debent noſtræ cogitationes uerſari circa Dominicā Paſſionē, ut illam deuotè contemplemur, atque illam indelebiliter infigamus in cordibus noſtris Hebræ. 12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemet ipſum contraditionē, ut non fatigemini, &c. Et notā, quòd dicit, recogitate, ideſt, iterum, atq; iterum cogitate, & ad mentem reducite Chriſti paſſionem.

Tum quia nihil Chriſti Paſſione fructuoſius.

Tum quia nihil Chriſto acceptius.

Tum quia nihil diabolo odibilius.

Tum quia nihil ad extinguendam quamlibet malā tētationē efficacius. Sextò debēt cogitationes noſtræ uerſari circa cœleſtē gloriā, conſiderādo, q̄d oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, q̄ præparauit Deus diligentibus ſe. Pſalm. 8 Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, & ideo concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. Sap. 5. Cogitationes illorum, ſcilicet, uirorum ſpūalium, & contemplatiuorum, apud altiſſimum, ideſt, uerſantur, & eleuantur uſq; ad Deum, uel apud altiſſimum, i. approbantur a Deo. Et ſic patet de cogitationibus uirtuoſis, ſanctis, & iuſtis.

Secundo ſunt quędā cogitationes ueniales. Et iſtę ſunt duplices, ſecundū quod contingit hominem uenialiter peccare dupliciter. Primò ratione obiecti, ſiue materiæ, circa quam, quę tantum prohibetur ſub pœna peccati uenialis.

Secun-

Secũdo ratione imperfectionis actus. Nã ſecundum Theologos, circa oẽm materiam, circa quam contingit peccare mortaliter, contingit etiam peccare uenialiter, tãtum hoc, propter imperfectionem actus non plenè deliberati, ſicut patet in primis motibus ad illecebram, uel iram, gulam, ſuperbiam, auaritiam, & huiuſmodi. Vnde Greg. circa malas cogitationes, quæ uerſantur circa materiam de ſe mortalẽ ponit tria, uidelicet, ſuggeſtionem, delectationem, conſenſum. Deinde dicit, quòd ſuggeſtio peccati, ſeu malę cogitationis fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus ꝑ ſpiritum, ideſt, rationem, hoc autem exemplificat per ſerpẽtem, qui primò culpam mulieri ſuggeſſit. Deinde Eua, caro uelut ſenſualitas delectata eſt. Poſtremò, Adam uelut ſpiritus conſenſit. Conſequẽter dicit, quòd cum malignus ſpiritus ſuggerit in mente, ſi nulla delectatio peccati ſequatur, nullum eſt ibi peccatum. Cum uero caro delectari inceperit, tunc peccatum iam naſci incipit. Si autem ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici, ſcilicet, in animò. Sæpe tamẽ, inquit, fit, ut quod malignus ſpiritus ſuggerit in cogitatione, caro trahat in delectationem, non tamen animus, ideſt, ratio eidem delectationi conſentiat. Hæc Gregorius in epiſtola ad Auguſtinum anglorum epiſcopum, & ſimiliter recitatur in decretis diſtinctione ſexta, teſtamentum in platea, quæ incipit. Sed penſandum.

Sed pro ampliori declaratione, huius materiæ notandũ quòd huiuſmodi cogitationes ueniales.

Difficulter uitantur,

Faciliter delentur.

Periculosè negliguntur.

Primò igĩt huiuſmodi cogitationes ueniales difficulter uitantur, ſe habent enim ad modum muſcarum equos boues, & aſinos in æſtate infeſtantium, a quibus omnino protegere ſe nõ ualent. Quinimmò cum fugantur à parte dextera, mox ſe conferunt ad ſiniſtram.

Vel ſi ſint a parte anteriori, tunc illico declinant ad partem poſteriorem. Sic in propoſito. Propterea dicunt Theologi, quòd & ſi homo cum Dei adiutorio poſſit uitare ſingula peccata uenialia, non tamen omnia collectiuè.

Et

Et huius opinionis eſt Beatus Thom.2.2.q.19.ar.8.ubi expreſſe dicit,ꝙ in ſtatu naturæ corruptæ,quã uis homo poſſit abſtinere ab oĩ peccato mortali,quod in rõne conſiſtit, non tñ ab omni peccato ueniali, & hoc pp corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis,cuius motus ſingulos quidam reprimere poteſt,& hoc habent rationem peccati, & uoluntarij,nõ aũt omnes,quia dum uni reſiſtere nititur, fortaſſe alius inſurgit.Inſuper, quia ratio non poteſt ſemper eſſe peruigil ad huiuſmodi motus uitandos. Hæc ille. Da exemplum de agricola,qui cum abigit aues comedẽtes granum ab una parte agri ſui,ſtatim uolitant ad aliam partẽ. Da etiam exemplum de paruis atomis,qui apparent in radiis ſolaribus,in hunc modum,ꝙ aliqui uidentur exire domum,alij autẽ ſubintrare.Da etiam exemplum de muſculis,quæ adueſperaſcente ſole tempore æſtiuo ſic inter ſe cõmiſcentur,ꝙ aliquæ ſurſum feruntur,aliæ aũt deorſum uolitant.Nota etiam de illo à quo eiectus eſt unus dæmon,& mox in eo intrauit legio.Applicatio eſt facilis.

Secundò cogitationes ueniales faciliter delentur, dummodo cito reprimantur.Et ad hoc permaximè ualet, deuota dominicæ paſſionis recordatio.Pſalmiſta.Beatus, qui tenebit,ſupple,motus, & cogitationes carnales, ne notabiliter inſurgant contra rectam rationem, & allidet paruulos ſuos,idem qui prius,ad petram per recordationem duriſſimæ paſſionis Chriſti.Petra enim erat Chriſtus 1. Cor.10. Nam nullum eſt efficacius remedium ad huiuſmodi uenialia delenda.q̃ iſtud.Vnde Aug.in ſuo manuali.c.22.Cum, inquit,me pulſat aliqua turpis cogitatio,recurro ad vulnera Chriſti.Cum me premit caro mea, recordatione vulnerum domini mei reſurgo,cum diabolus parat mihi inſidias fugio ad vulnera miſericordiæ domini mei,& recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Domini mei Ieſu extinguitur.Et breuiter poſt pauca ibidẽ,ita concludit,dicens.Nullum tam potens eſt, & tã efficax contra ardorem libidinis medicamentum, q̃ mors redemptoris mei.Patet ergo,facile remedium cõtra malas cogitationes,& præſertim ſi fuerint carnales. Valet etiam contra eaſdem corporalis afflictio,ſiue per abſtinentias,ſiue per uigilias,ſiue per diſciplinas.Vnde refert beatus Gregorius

gorius in ſuo dialogo libro.2.de beato Benedicto, quod cum tentaretur de illecebra, tunc proiecit ſe inter urticas,& uepres.Et per talem modum,ideſt,per vulnera carnis excuſſit à ſe uulnus mentis.

Tertiò veniales cogitationes periculosè negliguntur quia per mortem non quidem temporis,ſed conſenſus interioris ueri,uel interpretatiui virtualis, vel impliciti efficiuntur mortales.Et nota, quòd eſt hic quæſtio de cogitationibus,quæ ferũtur circa materiã mortaliter malã. Nã talis conſenſus,vtpote,in delectationẽ carnis eſt mortalis, etiam ſecluſo conſenſu in opus exterius.Pro quo notandum ſecundum beatum Tho.2.2.q.14.art.8.quòd aliquis cogitans de fornicatione poteſt delectari de duobus. Primo de ipſa cogitatione in ſe.Secundò de ipſa fornicatione cogitata.Et idem iudicium eſt,de furto,de homicidio, de ſuperbia,& ſic de alijs.Cum ergo ipſa cogitatio de fornicatione ſecũdum ſe non ſit mortalis,quinimmo aliquãdo eſt tantum venialis,& aliquando meritoria,ſicut patet de illo,qui de ea cogitat cauſa prædicationis, uel diſputationis.cõſequens eſt,ꝙ delectari de hmõi cogitatione ſ̃m ſe nõ eſt malũ.Sequit inſup ex prædictis,ꝙ cõſenſus in talẽ delectationẽ nõ eſt mortalis ex ſe,neq; uenialis.Ipſa ãt fornicatio ſ̃m ſe eſt mortalis.Ex quo ſequitur,ꝙ delectari de ea eſt mortale peccatum.Sequitur inſuper, ꝙ cõſenſus in delectationẽ de hmõi fornicatione cogitata,ẽt non plus ponẽdo,eſt mortale peccatũ Multũ ergo refert, ꝙ aliquis cõſentiat in delectationẽ de fornicatione cogitata,& in delectationẽ ipſius cogitationis. Secũdũ enim ſ̃m ſe nõ eſt peccatum.Primum aũt ſemper mortale eſt.Ita enim dicit Aug.lib.12.de Trinitate.Si,inquit,conſenſus illecebris i.uoluptatis ſola cogitatione delectationis contentus eſt, peccatum mortale eſt.Et iterum totus homo damnabitur pro hmõi,quę ſine uoluntate animum talib.oblectãdi:voluntate operandi,ſed tamen cũ ſolius cogitationis ui ſentiũtur eſſe peccata,niſi per gratiã Chriſti remittant̃.Modò cõſtat,ꝙ nullus damnat̃,niſi pro mortali.Igitur,&c.Itẽ ad idem facit dictũ Greg.& recitatur de pęn.diſ.3.Inter hęc. vbi ait. Plerunque peruerſum,quod cõcipit animus intra ſemetipſum,etiam per deſiderium uoluit.Et nimirũ mentem

tem nequaquam immunda cogitatio maculat, cũ pulſat, ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Macula autẽ proprie nõ cõtrahitur, niſi per mortalẽ culpã. Igit, &c.

Patet ergo ex prædictis, q̃ periculoſum ſit negligere, & nõ citò reprimere immũdas cogitationes, q̃a de facilli poſſunt fieri mortales. Iſtud autem poſſumus ꝑſuadere multiplici exemplo. Primum eſt, quod ponit Aug. li. ad fratres in eremo ſer. 66. qui intitulatur de cogitationibus peruerſis, ubi ſic ait, Sicut ueſtimentũ ſi candidum fuerit ſanguine aſperſum ſi mox fuerit locum, mox candorẽ ſuum recipit ſi autem incoxerit macula vix lauatur, ſic, & mens humana ſi inſurgentem cogitationem mox deleuerit, poterit ſuum retinere nitorem. Si autem diutius reſidere permiſerit, uix cũ magno labore purgabitur. Hæc ille. Secundũ exẽplum eſt de columbis priuatis, & uolitantib. ſuꝑ mẽſam, qui niſi citò fugantur ſtatim, fœdabunt menſam ſtercoribus ſuis. Tertiũ exẽplũ eſt de latrunculo, qui ſecretius per feneſtrã domũ intrat. Deinde magnis latronibus oſtiũ aperit. Sic & minutę cogitationes aperiunt uiã cogitationib. grauibus, & mortalib. Et ideo niſi citò reiiciãt graues ſubſequẽtur, q̃ auferent à uobis theſaurũ gratiarũ virtutũ, ac meritorũ oĩũ. Quartũ exẽplũ eſt de carbone ignito. De quo dicit Aug dominica, 25. poſt Trinitatẽ. ſer. 2. q̄ ſicut ille, qui carbonẽ ignitum apprehendit, ſi ipsũ citò ꝓiecerit, nihil ei nocebit, ſi uerò diutius ipſum tenere uoluerit, ſine vulnere ipſum iactare non poterit, ita, & ille, q̄ ad cõcupiſcendũ oculos defixerit, & libidinis malũ in corde ſuſcipiens moras in ſuis cogitationibus habere ꝑmiſerit, excutere eas à ſe, ſine animæ occiſione, uel plaga non poterit. Propterea bene dicebat ad dominum regius propheta, cum aiebat. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Hæc ille. Quintũ exemplum, eſt de guſtatione uini. Sicut enim contingit hominẽ perfectè inebriari ex frequenti guſtatione uini, ſiue pluri, ita etiã ſæpe hoĩes mortaliter peccãt ex frequẽti guſtatione immundarũ, & inordinatarũ cogitationum, iuxta illud Ro. 1. Euanuerũt in cogitationib. ſuis. Sextũ exẽplũ eſt de hirundinib. q̃ ſi ꝑmittantẽ domũ, uel caminũ libere ingredi, ibi nidificabũt, & demũ ſtercora ſua deorſũ immittẽtes oculos aſpiciẽtiũ, & itur

ex ſtẽtiũ de fac. i excæcabuntur,& lumine priuabũt.Et de hoc hiſt. r am debemus de ſantiſſim. Thobia ſeniore, eiuſ dem 2.Sic in propoſito cogitationes turpes nidificãtes per dilectionẽ intra domum conſc entiæ ipſam deturpant, & hoĩem ſpiritualiter excæcãt. Sũt ergo iſtæ aues ſtatim abĩ gẽdę de domo con'cĩæ exẽplo Abrahæ, Gẽ.14.ne de ſacri ficio cordis dicatĩ illud Luc.8.Volucres cęli comederunt il lud. Et ne ſimiliter nobis meritò improperetĩ, illud Hiere.4. Vſquequo morabunt in te cogitationes noxiæ. Vnde, & Hiero.ad Euſtochiã uirginem. Nolo, ꝙ ſinas cogitationes tuas creſcere.Dũ prauus eſt hoſt, interfice illũ.Moraturus in deſerto catulũ leonis ſtatim interficiat, qa cũ factus fue rit leo, ipſum ulterius interficere nõ poterit.Fatuus eſt er go, quid dicit, ſe moroſis cogitationib.nõ poſſe reſiſtere,& ſperat ſe peccata cõſummata uincere ſicut cõfitẽs ſe debilẽ ad inuadẽdũ catellũ, expectat, uſq; dũ fuerit leo fortis.Hęc ille.Patet ergo, ꝙ cogitationes ueniales periculosè negligũ tur. Quinimmo ſtatim ſunt abiiciendæ, ne peius ſequatur.

Tertiò principaliter ſunt quędam cogitationes morta les, de quibus uidenda ſunt tria, uidelicet,

A quo originantur.

Quid operantur.

Quomodo uitantur.

Primò igitĩ,&c.Ad hoc reſpondere, ꝙ originanĩ, à trib.

Primo quidẽ a diabolo.Hoc aũt patet ſic.Nã cũ primus homo eſſet in ſtatu innocẽtiæ cõſtitutus, ſeu conditus, nec ſciret qđ de malo eſſet, haberet quoq; cogitationes bonas iuſtas,& ſãctas, uenit diabolus ad mulierem in ſpecie ſerpẽ tis, cui ſuaſit cogitare de gula, & comeſtione fructus ligni uetiti cõtra Dei prohibitionem.At illa uelut fatua ſtatim conſenſit. Ecce, quõ mala cogitatio Euę originem habuit à diabolo in ſpecie ſerpẽtis, Similiter de Iuda legiĩ Ioha. 13.quòd immiſit in cor eius diabolus.ſ.perſuadẽdo, & nõ directè cauſando, ut traderet Chriſtum.

Secundò cogitationes malæ aliquando originanĩ occa ſionaliter à ſenſualitate, ſiue à carnali cõcupiſentia. Vnde gl.interl.ſup illo uerbo Ge.3.Terra, ſup.corporis tui, uel ſẽ ſualitatis, ſpinas,& tribulos germinabit, tibi exponit de ſpi nis uitiorũ. Quę q dẽ ſpinæ,& tribuli intm multiplicãĩ,&

pungunt

pungunt animã, vt vix ſancti Dei amici poſſint omnino ſe de illis defendere, more equorũ, qui in ęſtate mordẽtur à muſcis nunc ex vna parte, ſtatim ex alia. Propter quod beatus Ant. quaſi attediatus, ex tãta importunitate huiuſmodi malarum cogitationum, ſemel voce magna clamans in cœlum dixit. Domine uolo ſaluus fieri, ſed non permittũt me cogitationes meæ.

Tertiò aliquando originantur ab humano corde dicente Chriſto. Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malę quæ coinquinat hominem. Vt enim dicit Aug. lib. de Diffinitionibus orthodoxę fidei, c. 45. nõ omnes cogitationes noſtræ malæ sẽper diaboli inſtinctu excitãtur, ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt. Ex quo patet, quod vbi nullus eſſet diabolus, adhuc nihilominus poſſumus habere vitioſas cogitationes. Patet ergo, à quo originantur malæ cogitationes.

Secundò videndũ eſt, quid operantur huiuſmodi malæ cogitationes. Et profecto operantur multa mala, quæ longũ eſſet enarrare. Sed de multis hic pauca inferemus. Nã.

A Deo ſeparant,
Diabolo hoſpitum præparant,
Cor horribilitur fędant,
Item cor affligunt,
Deuotionem extinguunt,
Angelum cuſtodem offendunt.

Primo igitur malę, & turpes cogitationes, vtpotè, quæ mortales ſunt, à Deo ſeparãt Sap. 1. Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo, cuius rationem aſſignat Apo. 6. Cor. 6. vbi ait. Quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut, q̃ conuentio Chriſti ad Belial. Quemadmodũ ergo cogitationes bonæ vniunt nos Deo, ita per oppoſitum cogitationes malę ſeparãt nos ab eo. Et nota, ꝙ ſapiens dicit. Peruerſæ cogitationes, ideſt, pęnitus auerſę, quales ſunt cogitationes ſuperborũ. auarorum, luxorioſorum, inuidorum, iracundorum, & huiuſmodi. Eſa. 59. iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciẽ eius à vobis. Vt enim dicit Greg. in mora. lib. 21. cap. 3. Qui cordis munditiem nõ appetit, quid illud, quàm à ſe eiuſdem munditiæ autorem repellit?

Secundò malę cogitationes diabolo hoſpitiū pręparāt. Dicunt enim illud Iob. 21. Recede à nobis, ſcientiā uiarū tuarū nolumus, ideſt, ad præcepta tua attēdere nolumus. Diabolo autem dicunt. Tu bene ueneris nobiſcum, & gaudemus de aduentu tuo ad nos. Ecce quomodo malę cogitationes, quaſi in deſpectum. Dei diabolum aduocāt, atq; ſibi hoſpitium in corde humano ꝑparant tale, quale exigit ſua turpitudo. Cum tñ hoc prohibeat Apoſt. ad Ephe. 4. dicens. Nolite locum dare diabolo, ſcilicet, ꝑ malas cogitationes, quid dici poſſet de muliere, quę eijceret propriū uirum probum, & honeſtum de lecto ſuo, & eo præſente introduceret leonem ſuum peſſimum, & turpiſſimū. Nōne talis mulier ſe oſtenderet ualde culpabilem. Et certè quodāmodo ſic agimus, quoties per malas cogitationes Deū offendimus, Nota exemplum, quod Iohannes Caſſianus in ſuis collationibus ponit, uidelicet, de illo ſancto patre, qui uidit diabolū ad ianuā cuiuſdam iuuenis ad heremū conuerſi, qui quandoque pedem intromittebat, & demū retrahebat aliquādo idem faciebat de capite, aliquando de toto corpore, tandem autem totaliter inde receſſit, Super quo admiratus ſenex cum intraſſet ad iuuenē, interrogauit eum, quid ante eius aduētum egiſſet. Cūque ille reſpondiſſet ſe miſerabiliter tentatum, & infeſtatū fuiſſe ab immundis cogitationibus, tandē tamē Dei gratia eas ſuperaſſe, tunc primo cępit intelligere ſenex uiſionē, quā uiſierat. Ecce quomodo malæ cogitationes diabolus hoſpitiū præparāt, cū aſſentitur. Secus autem, ubi eis reſiſtitur.

Tertiò malę cogitationes cor humanū horribiliter fœdant, maculant, atque coinquinant. Se enim habent ad modum quarundam muſcarum groſſarum viridium, quæ in æſtate ſolent volitare ad macellum, & ubicunque ſentiūt carnes recentes adeſſe. Quæ ſi permittantur de ꝓpe accedere, ſtatim ſtercorando ex ſe producunt vermes, carnes corrumpentes, & inficientes. Sic in propoſito de malis cogitationibus in ordine ad cor humanum. In cuius figurā legiī Exod. 8. quòd uenit muſca grauiſſima in domo Pharaonis. Et nota, quòd ibi ponitur ſingularis numerus pro plurali. Vnde ibidem ſequitur. Corrupta eſt autē terra ab huiuſmodi muſcis. De quibus etiam in Pſ. Venit cynomia,

&

& ciniphes in omnibus finibus eorũ.Cynomiya enim,& ciniphes ſunt genera muſcarum immundarum, & ideò rectè figurant immundas cogitationes, quæ ingredientes domũ Pharaonis,ideſt,cor hominis ipſum fędant, & immundum reddunt. Propter quod Dauid poſt immundam cogitationem, quam habuerat de Berſabee, clamabat ad dominum dicens.Cor mundum crea in me Deus, quemadmodum ergo hi, qui uendunt carnes in macello, cum ramuſculis, aut alijs inſtrumentis, toto ſtudio laborant eijcere immundas muſcas,ne tangant carnes ſuas,ita, & nos diligentius multo debemus laborare,ne muſcę malarum cogitationum accedant ad cor noſtrum per conſenſum illud poluentes. Ad quod etiam faciendum multum ualet conſideratio nobilitatis eiuſdem cordis,quæ talis eſt, & tanta,vt illud ſolũ requirat à nobis dominus,dicens illud Prouerb. 23. Præbe fili mi cor tuum mihi.Dato ergo,quod in malis cogitationibus nullum ineſſet peccatum,nec propter eas deberet homo puniri,nihilominus adhuc pręcauendę eſſent,eò quod ipſum cor tam nobiliſſimum deturpant.

Quartò malæ cogitationes cor affligunt.Iob 17.cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, ideſt, in diuerſas partes ſparſæ torquentes cor meum . Hoc enim uerbum meritò dicere poſſunt multa genera peccatorum.

Primò quidem ſuperbi,& ambitioſi,qui non ceſſant cogitare,quomodo magnificant,& honorari,cogitantes de medijs perueniendi ad optatum finem,& quia interdum conſiderant,quod ab alijs præueniũtur, ideo torquẽtur in cordibus ſuis Et de hoc hiſtoria legitur Heſter 7.de Aman ſuperbiſſimo hominum,qui cum uidiſſet ſe à rege Aſſuero cõtemptui habitum,& Mardocheum Iudęum gloria,& honore ab eodem rege ſublimatum, uehementer obſtupuit, & contriſtatus eſt.Sic nunc plerunque contingit in ſectatoribus curiarum Regum,ac Principum.

Secundò idem uerbũ poſſunt dicere cupidi,& auari quorum cogitationes diſſipantur appetendo terrena,& temporalia bona,circa quæ verſantur die,ac nocte.Eccl. 5.Saturitas diuitis,ideſt, abundantis temporalium non finit eũ dormire,ſup.præ nimia ſollicitudine.Ideo ſequitur.Diuitiæ cõſeruatę in malũ dñi ſui.Pereũt enim in afflictione peſſima

Ecce quomodo cogitationem auarorũ torquent corda eorum. Propter quod ſaluator noſter Luc. 18. Comparat diuitias temporales ſuffocantibus bonum ſemen.

Tertiò prædictum uerbum meritò dicere poſſunt luxurioſi, & lubrici uiri, qui non ceſſant cogitare, quomodo poterunt implere ſua praua deſideria. Cunque uiderint ſe defraudatos a deſideriis ſuis peſſimis, torquent uehementer in cordibus ſuis, ita ut quandoque incurrant grauem ægritudinem. Et de hoc hiſtoria narratur de filio cuiuſdam præfecti Romani, qui uidens, ꝙ non poſſet inducere pudiciſſimam Agnetem in impudicitiã lecto proſtratus eſt. Quẽ uiſitãtes medici iudicauerũt eũ amore carnali alicuius puellæ ægrotare. Propter quod Boetius de conſolat. lib. 3. proſa 7. ait. Triſtes eſſe uoluptatum exitus, quiſquis reminiſcĩ libidinum ſuarum uolet, intelliget, cui quidẽ dicto alludit ſcriptura ſacra Prou. 5. dicens nouiſſima libidinis eſſe amara, quaſi abſynthium. Patet ergo, quomodo quilibet ſuperbus, auarus, aut luxurioſus merito dicere poteſt cum ſanctiſſimo illo Iob. Cogitationes meæ diſſipatę ſunt torquẽtes cor meum. Propter ꝙ Aug. li. 1. Confeſſi. ait. iuſſiſti dñe & ita eſt, ut pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus.

Quartò malæ cogitationes deuotionẽ extinguũt Ecc. x. Muſcæ moriẽtes perdunt ſuauitatẽ unguẽti. Vbi per muſcas, importunas, infeſtas, uolatiles, & uagas intelligunt malæ cogitationes, quæ ſunt hominib. importunæ, atque infeſtæ hincinde uolitantes, quę tunc dicuntur mori, cum efficiuntur per conſenſum mortales, & pręſertim, quãdo ferũtur circa materiam mortalem, ut ſupra dictũ eſt. Huiuſmodi ergo muſcæ perdunt, & deſtruunt ſuauitatem, ideſt, odorem unguenti, i. deuotionis, & dulcedinis ſpũalis. Et hinc eſt, ꝙ hoĩes ſubiecti tẽtationibus carnalibus, aut mundialibus nihil, aut parum habent de deuotione, nec ſimiliter guſtant. ꝗ ſuauis dñs. Et huius rõnem aſſignat Apo. 1. Cor. 2. dicens, quòd animalis homo non ſapit ea, quæ ſpiritus Dei ſunt. Vnde Greg. in Moral. lib. 16. dicit ſic. Sæpe in ipſo orationis ſacrificio importunæ cogitationes ſe ingerunt, quæ hoc rapere, uel maculare ualent, quod in nobis flentes Deo immolamus. Vnde in figura huius legitur Gene. decimoquinto, quod Abraham, cum ad occaſum ſolis ſacrificium

offerret inſiſtentes aues reperit, quas ſtudioſè abegit ne oblatum ſacrificium raperent. Sic nos cum in ara cordis holocauſtum Deo offerimus, ab immundis uolucribus nos cuſtodiamus, ne maligni ſpiritus, & peruerſæ cogitationes rapiant, quod mens noſtra offerre ſe domino utiliter ſperat. Hęc ille. Patet ergo, qualiter malæ cogitationes deuotionem orationis extinguunt.

Sextò malę cogitationes Angelum cuſtodem animarum offendunt. Da exemplum de filia regis, quæ cum, ea conſentiente ſtupraretur in preſentia cuſtodis a patre ſuo rege ſibi deputati, & reclamantis, atq; dicentis eidem. O filia caue tibi a tanta nequitia. Ego.n. eam ferre non potero, quo minus eam nõ referam patri tuo Domino meo regi. Applicatio eſt facilis. Propterea deuotus Bern. ſer. 12. ſup. pſalm. Qui habitat exponẽs illum paſſum. Angelis ſuis Deus mãdauit, &c. dicit ſic. Cautè ambula, utpote, cui aſſunt Angeli ſicut eis mãdatum eſt a Domino in omnibus uiciis tuis. In quouis ergo diuerſorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiã habe. Tu ne audeas illo præſente, qđ me uidente, nõ auderes. Item Aug. lib. ſoli. c. 27. dicit ſic. Angeli ſancti ambulant nobiſcum in oĩbus uiis noſtris intrant, & exeunt nobiſcum attentè conſiderantes, q̃ piè, q̃ honeſtè in medio prauæ nationis conuerſemur, quandoq; ſtudio quæramus regnum Dei, & iuſtitiam eius. Hæc ille. Sed, proh, dolor, his non obſtantibus, pauci admodum ſunt, qui ſe immunes cuſtodire ſtudeant ab huiuſmodi prauis cogitationibus. Propter quod Chryſ. ſuper Matth. hom. 43. de hoc lamentabiliter conqueritur dicens. Filias uirgines diligenter obſeruamus, ne corrumpantur. Sicut in effectu patuit de Dioſcoro, qui ędificauit turrim pro cuſtodienda pudicitia filię ſuæ Barbaræ, ſequitur. Animam uerò noſtram, quæ oĩ hac uita præſtantior eſt, fornicari, atq; deturpari mille ſpurciſſimis cogitationibus ſinimus. Hæc ille. Patet ergo, quanta mala operantur in nobis cogitationes malę, & ideo merito debemus illas a nobis quantocius procul repellere.

Tertiò uidendum eſt, quomodo malæ cogitationes uitari poſſunt. Ad quod reſpõdetur, quòd multa ſunt, quæ ualde nos iuuant, ut eas uitare poſſimus. Et hæc ſunt.

Conſideratio diuinæ prę ſentialitatis.

Timor

Timor diuini iudicii.
Cauſura ſenſus humani.
Exercitium boni operis.
Illata materia iniurioſitatis.

Primò igitur poſſumus de facili uitare malas cogitationes, ſi diligenter cõſideremus Dei præſentiam, cuius oculi limpidiores lynce penetrant ſecreta cordiũ noſtrorum. Eccle. 23. Oculi domini multo plus lucidiores sũt ſup ſolẽ circunſpicientes omnes uias hominum, & profundum abyſſi & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Vnde, & de Chriſto Iohan. 2. dicitur, quòd ipſe ſciebat, quid eſſet in homine. Item in Pſal. Dominus ſcit cogitationes hominũ, quoniã uanę ſunt. Vnde ex conſideratione diuinę pręſentialitatis concludit Boetius de conſola. lib. 5. proſa. 6. q̃ debemus ſummopere uitare, ne dum omnem malã cogitationem, uerũ etiam omne peccatum etiam occultum, ita dicẽs. Magna uobis eſt, ſi diſſimulare nõ uultis ſi neceſſitas indita probitatis. Cũ omnia ante oculos agatis iudicis cũcta cernentis. Nota in uitis patrum de Thaide famoſa peccatrice, quæ à quodam ſancto patre, per hunc modum fuit ad pœnitentiam tracta, & conuerſa. Si enim tantum timemus abhominanda peccata perpetrare in conſpectu hominum, quãto magis debemus timere peccare in cõclaui cordium noſtrum in conſpectu Dei.

Secunda cõſideratio diuini iudicii, & timor illius ualet ad refrenãdum malas cogitationes, maximè cum ſcriptum ſit Eccl. 12. Cuncta, quæ fiũt, adducet Deus in iudiciũ pro omni errato. Nam tunc examinabuntur conſcientię ſingulorum, & cognitiones eorum iuxta illud, Sapien. 1. In cogitationibus impij interogatio erit O quam igitur confuſi erunt tunc illi, qui tot, & tanta praua inpudica deſideria geſſerũt in cordibus ſuis in preſẽti, quæ pro toto mũdo noluiſſent aliis eſſe manifeſta. At uerò tunc non ſolũ hominibus bonis, aut malis, uerumetiam Angelis ac dæmonibus uniuerſis innoteſcent palam, & publice ad ipſorum reproborum confuſionem, & perpetuam damnationem. Vnde Aug. lib. ſuarum meditationum. c. 10. Ecce, inquit, coram tot milibus populorũ nudabunt omnes iniquitates meæ, tot agminibus Angelorum patebunt uniuerſa ſcelera mea

non ſolum actuum, uerumetiã cogitationum. Dñe mi, non ſuppetit quid dicam, non occurrit, quid reſpondeam. Hæc ille Situiliter nu. c. 2. ſimilem ſententiam ponit dicens. Veh mihi miſero peccatori, cũ uenerit illa extrema iudicij dies, & hora, & aperti fuerint libri, in quibus omnes actus mei, & cogitationes Deo præſente recitabuntur. Tunc demiſſo capite præ confuſione malę conſcientiæ ſtabo trepidus, & anxius, utpotè, commemorans commiſſa ſcelerũ meorum. Et dum dicetur de me. Ecce homo, & opera eius, heu quan tum tunc erubeſcam. Hæc ille. Dicit etiam Greg. in Moral. lib. 21. c. 5. ꝙ nec minutiſſimę cogitationes, ac uerba tenuiſſima, quæ apud nos uſu uiluerũt, Dei iudicio indiſcuſſa remanebunt. Ecce quantum timor diuini iudicij, debet nos retrahere à cogitationibus malis, cęteriſq; peccatis. Si enim prædicti uiri ſancti, & ſimiles timuerant prædictum Dei iudicium, quãto magis nos miſeri homines, qui in multis offendimus omnes.

Tertiò clauſura ſenſus humani, & ſignanter oculorum multum prodeſt ad refugiendum, & uitandum malas cogitationes. Oculi enim ſunt ualde ueloces ad nocendum animabus noſtris, adeo, quod in ſacra ſcriptura comparantur prædonibus, iuxta quod ſcriptũ eſt Thren. 3. Oculus meus depredatus eſt animam meam. Hoc autem euidenter patuit in Eua, de quo legitur Ge. 3. quòd uidit lignũ pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile, & quòd bonum eſſet ad ueſcendum, ſuper quo dicit Greg. quòd Eua lignum non contigiſſet, niſi prius incautè ipſum reſpexiſſet. Hoc etiam patuit in rege Dauid, qui cũ uidiſſet Berſabee ex aduerſo ſe lauantem, ſtatim exarſit in concupiſcentam eius, & miſit pro ea. Reg. 11. Hoc pariter patuit in illis duobus ſenibus presbyteris, qui intuentes, & conſiderantes mirabilem pulchritudinem Suſannæ, ſimiliter exarſe unt in concupiſcentiam illius Dan. 13. Inſuper hoc patuit in filijs Dei, qui uidẽtes filias hominũ, quòd eſſent pulchræ, adamauerunt eas Ge. 6. Item Iudas vidit Thamar in biuio, & cũ ea peccauit per inceſtum Gene. 38 Similiter cũ intraſſet Iudith in conſpectu Holofernis, ſtatim dictus princeps captus eſt in oculis ſuis Iudith. 10. O igitũ quis enumerare poſſet, quot homines, tam nobiles, quàm ignobiles, tam clerici, quàm lai

ci ceciderunt in turpes, & immundas cogitationes, atque exarſerunt in concupiſcentiam mulierum, & interdum deuenerunt ad nepharium actum, per incautum aſpectum earundem. Teſtes ſunt, qui ſpectacula, choreas, & familiares confabulationes mulierum, & ſignanter iuuencularum diligunt, atque ſequuntur. Propter hęc igitur uitanda mala pſalm. orabat dominum dicens. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, ideſt, mulierem pulchram, & ornatam, quæ non eſt aliud, quàm uanitas de facili alliciens hominē ad concupiſcentiam illius. Et ideo, ut dicit Aug. ad fratres in Eremo Ser. 31. qui intitulatur de fallacia mundi. Summè cuſtodiendus eſt oculus, quia ianua cordis eſt, & nuncius. Hæc ille.

Quartò exercitium boni operis ualde proficit ad uitandas malas cogitationes. Hoc enim teſtatur diuus ille Hier. qui 3. parte epiſtolarum ſuarum Epi. 39. ad Ruſticū monachum ſcribens dat tale conſiliū, dicens. Fac ſemper aliquid boni operis, ut te ſemper diabolus inueniat occupatū; uel fiſcellam texe iunco, uel caniſtrum lentis, ideſt, flexibilibus plecte uiminibus, ideſt, uirgis mollibus, & uiridibus. Cum olerum iactata fuerint ſemina, uel planę per ordinē poſitę aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum uerſuum ſpectator aſſiſtas. Inſerantur fructuoſæ arbores. Apiū fabricare aluearia. Texantur, & lina piſcibus capiendis. Scribātur, & libri, ut manus operētur cibum, & animus lectione ſaturetur. In deſideriis eſt omnis ocioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc ordinem tenent, ut, & nullum abſque laboris opere ſuſcipiant, non tam propter uictus neceſſaria, quam propter animæ ſalutem. Ne, ſcilicet, uagetur mēs pernicioſis conitationibus. Hæc ille. Vnde ad propoſitum Augu. ad Fratres in Eremo. Ser. 17 qui intitulatur de uigilatione refert de beato Antonio, quod audiuit dominum dicentē ea. Antoni, ſi cupis Deo placere, ora, & dum orare non poteris, manibus labora, & ſemper aliquid facito. Sic inquit ipſe Auguſtin. & uos fratres ſemper aliquid boni facitè. Et quem tedet orare non deſiſtat pſallere, non differat manibus laborare. Deinde ibidem adducit tres hiſtorias Sacræ ſcripturæ, ad ſuum propoſitum confirmandum. Prima eſt de Dauid, qui quandiu exercitauit ſe in malitia, nō

inſultauit ſibi luxuria, ſed poſtquã in domo ocioſus remã ſit adulterio laborauit,& homicidium commiſit. Secunda hiſtoria eſt de Sãſone, qui quamdiu cum Philiſteis pugnauit,ab hoſtibus capi non potuit. Sed poſtquam in ſinu Dalidę dormiuit, & cum ea ocioſè remãſit,ab hoſtibus mox captus fuit, & excæcatus. Tertia hiſtoria eſt de Salomone,qui dum eſſet in ædificatione Templi occupatus luxuriam non ſenſit. At uerò ab opere ceſſans inſu tum luxuriæ perſenſit,& fœmina inſtigãte ad idola,uitulum aureũ in thalamo adorauit. Vigilate ergo fratres mei ad opus bonũ,& nolite deficere,quia nec ſanctiores Dauid,nec fortiores Sanſone,nec ſapientiores Salomone vos eſſe cognoſco. Hæc ille. Ecce,quantũ prodeſt occupatio ſancta,& honeſta ad euitandas cogitationes ma as, & ſignanter carnales. Propter quod dicit Ouid.lib.de remedij. Otia ſi tolla periere Cupidinis artes.

Quintò illata materia iniurioſitatis multum cõfert ad refrenandum,& uitandum malas cogitationes. Cum enim quis audit iniurias, aut opprobia,ſeu contumelias,ſibi inferri etiam iniuſtè,tunc adeo triſtatur,quòd obliuioni tradit omnes immundas cogitationes. Hoc autem patet tali exemplo. Refert enim Hierony.3.parte epiſtolarum ſuarũ epi.39.ad Ruſticum monachũ ſcribens, quòd uiderat quẽdam adoleſcẽtem in quodam cænobio apud Aegyptum,q. nulla operis magnitudine,aut grauitate poterat carnis flamas extinguere. Hoc ergo diligenter conſpiciens pater monaſterii ipſum tali medio curauit. Imperauit enim cuidam uiro graui,ut iniuriis, atque conuitiis inſectaretur hoiem, & poſt irrogatam iniuriam primus uenire ad querimoniam,uocati autem teſtes pro eo loquebantur, qui intulerat. Quo fiebat,ut nullus crederet uerę ueritati. Hæc igitur ille frater attendens flere cæpit contra mendacium ſe accuſantium. Solus autem pater defenſionẽ ſuam callidè ſtuduit opponere, ne, ſcilicet, frater ille abundantiori triſtitia abſorberet. Quid multa. Certè per annũ ita ductus eſt. Quo expleto interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis an,ſcilicet,adhuc aliquid moleſtiæ ab eis ſuſtineret,ait. Patet mihi uiuere non licet,& fornicari licet. Hæc Hieronym. Ecce,quomodo illatæ iniurię proſunt ad

repri-

reprimendum prauas cogitationes.Se d tamen hoc non in telligunt omnes. Quinimmo omnes fi mè audientes ſe in iuriari,impatientiſſimi efficiuntur,& ultionem q̄runt de iniuriantibus.Patet ergo ex dictis,à quibus malæ cogita tiones oriuntur,quid operantur,& quomodo vitantur.Et ſic patet de tertio capitulo huius ſecundi tractatus.

DE CORDE LEONINO SVPERBORVM. Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cęli, & terræ qa ſupple,peccaui nimis cogitatione.*]Mat. 11. Poſtquam d. ſuſe dictum eſt, qualiter cō tingit peccare cogitatione dupliciter.ſ.ue nialiter,& mortaliter,in ſu per quanta ma la operantur in nobis cogitationes mor tales, & ſimili ter qualiter vitari poſſint, nūc ſupeſt loqui de aliquibus peccatis cordis,q̄ cōſiſtūt in cogitationib.& uolitionib.ma lis.Et primò occurrit loqui de corde leonino ſupbię. Me ritò aūt hmōi cor uocat̄ leoninū,q̄a ſicut leo eſt rex beſtia rū nullā aliā beſtiā ſimilem reputās ſibi,de quo loquens Amb.in Hexameron.lib.6.cap.3.dicit,quòd propter uim natur ę ſuæ ſuperbus,atq; ꝑpter ferocitatē ſuā generibus aliarū ferarū ſe miſcere neſcit, ſed quaſi rex quidā pluri morū dedignatur conſortiū,ita ſuperbus vult alijs pręfer ri in gloria,& honore,quaſi nullū parē ſibi exiſtimās. Vn de ſupbię cſt idē quod ſupra ire.De hoc itaque corde leo nino ſuperbiæ,tria breuiter tangemus,quæ ſunt.

Originationis, Grauitatis,

Remediationis.

Primò igitur uidendū eſt,unde oritur ſuperbia in cor de humano.Ad quod reſpondetur,quòd occaſionaliter,& quaſi per accidens oritur ex motiuo,ſeu cauſa ſextuplai

Prima igitur cauſa ſuperbię,& ſuperbi cordis eſt tépo raliū copia.Vñ Aug.Hom.13.dicit,quòd vermis diuitia rum eſt ſuperbia.Diffi cile,inquit,eſt,vt nō ſit ſuperbus,q diues eſt.Tolle ſuperbiā,diuitiæ nō nocebūt.Hęc ille.Hoc igitur conſiderans Apoſtolus admonebat ſuum diſcipulū Timotheum,dicens.Diuitibus præcipe nō ſublime ſapere,

ideſt,nõ ſuperbire. 1.Thi.6. Super quo dicit gloſ.interlin. quòd Apoſtolus non præcipit non eſſe diuites,ſed non ſuperbire. Quod tamen difficillimum eſt,quia ut dicit gl.ordi.ſuper prædicto uerbo allegans Auguſtinũ. Superbia eſt uermis diuitum,& profectò grandis animus eſt,qui inter diuitias iſto morbo non tentatur,atq; magnus eſt,qui nõ ſe ideo magnum putat,quia diues eſt, Qui autẽ ideo ſe magnũ putat,ſuperbus eſt,egenus eſt,crepat in carne, mẽdicat in corde ,inflatus eſt,non plenus. Hæc ibi. Quemaddum ergo tinea oritur à ueſte,ita ſuperbia ex abundãtia temporalium,iuxta illud Eccle.11.Si diues fueris, nõ eris immunis à delicto,ſupple,ſuperbiæ.

Secũda cauſa leonini cordis eſt generis nobilitas. Vnde Saluſtius. Commune malum nobilitatis eſt ſuperbia. Videtur enim eis,ꝙ præ alijs debet honorari,& reputari,eò ꝙ à nobilioribus parentibus deſcenderunt. In cuius rei ſignũ Dathan.& Abyron de nobiliori tribu exorti,ſuperbia eleuati ſunt cõtra Moyſen de ducatu populi Numeri.16. Sed profectò ridiculoſa eſt iſta nobilitas,ꝗ attenditur ex parte generis. Conſtat enim,ꝙ omnes de luto originem trahimus. Omnes ab eiſdem primus parentibus Adam.ſ.& Eua proceſſimus, Omnes eundem modum naſcendi habemus. Omnes ſub eodem tecto,quod eſt cœlum,habitamus,eãdem terram calcamus,& eundem communem aerẽ reſpiramus. Tandem aũt pariter in terram reuertemur, & ad idẽ iudiciũ trahemur. Quid igitur ſuperbit homo de generis nobilitate,cũ ſit terra,& cinis. Ge.3. Cinis es, & in cinerẽ reuerteris. Nota hiſtoriã de illo Philoſopho, qui cũ audiret Alexandrum ſuperbiſſimum debere trãſire,collegit multa oſſa mortuorum,& iuxta communẽ uiam ſe cõſtituens huiuſmodi oſſa ſigillatim aſpiciebat. Sup quo inte rogatus à rege,cur hoc faceret,ait. Domine mi Rex aſp- io differentiam oſſium virorum nobilium,ab ignobili bu'c,ſed profectò nullam inuenio. Non eſt ergo ſuperbiendum,neque gloriandum de generis nobilitate. Habet tamen nobilitas carnis hoc bonum,quod debet eſſe, quaſi quoddam frenum cohibens homines , ne male faciant ne,ſcilicet, ab antiquorum , & prædeceſſorum ſuorum probitate degenerent . Sed quid hodie operetur, huiuſmo-

iuſmodi carnis nobilitas,paucis apertè inſinuat Greg.in ſuo dialogo.lib.2.dicens,quòd apud multos ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis,ut nimis ſic in hoc mundo deſpiciant,qui plus ſe cæteris aliquid fuiſſe meminerũt Hæc ille.Hic loquere de ſuperbia,& faſtu nobilium in ueſtitu,comitiua ſuperflua,equitatura,& huiuſmodi.In quibus quidem uanitatibus tot,& tanta expendunt,quòd exiguas eleemoſynas faciunt.

Tertia cauſa leonini,& ſuperbi cordis eſt præſumptio propriæ iuſtitiæ.Multi enim ſunt,qui ſi faciunt aliquod opus de genere bonorum,ſiue illud ſit oratio,ſiue peregrinatio,ieiunium,aut eleemoſyna,debito ordine regere ꝓpriam familiam,& ſimilia,præſumuns ſe in hoc rectè, & bene agere,& plerumque inde gloriantur, & in ſuperbiã eleuantur ſupra ſe . Cum tamen dicit Apoſtolus, quòd ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Inſuper tales non conſiderant,quòd cum talibus operibus de genere bonorum plerumque immiſcent multa mala , & mortalia peccata , in quibus permanent fermè per totũ annum , aut fortè per annos plurimos,ſicut patet de uſurarijs,concubinarijs,falſis,& doloſis mercatoribus,ac ſimilibus,de quibus omnibus,poteſt uerificari illud Aggei.1.Congregauerunt mercedes,& miſerunt eas in ſaccum pertuſum,in quo , ſcilicet,nil remanet miſſum. Labores quoque eorum pro mundo ſunt,non pro Deo,& cum modica patientia, & timore Dei.Ad hoc propoſitum facit hiſtoria de Phariſæo, de quo legitur Luc.18.quòd dicebat ad Dominum. Gratias tibi ago domine,quia non ſum,ſicut cæteri hominũ, uelut etiam hic Publicanus,ieiuno his in ſabbato,decimas do omnium,quæ poſſideo . Ecce,quomodo iſte præſumebat de propria iuſtitia , & hoc totum ex magna cordis tui ſuperbia.Audiant ergo , & corde intelligant omnes , huius Phariſæi diſcipuli , & imitatores de propria iuſtitia præſumentes illud Chriſti uerbum Luc.decimo ſeptimo,vbi ait.Cum feceritis omnia,quæ præcepta ſunt uobis , dicite , ſerui inutiles ſumus. Quod debuimus facere,fecimus.

Quarta cauſa homini cordis eſt poteſtatis,& auctoritatis cõmiſſio,multi ẽm cum eſſent in minorib.cõſtit uti,&

forte abſque officio, aut beneficio ualde humiles erãt, qui in maioribus conſtituti efficiuntur ſuperbi, & elati. Propter ꝙ vulgo dicitur, quòd honores mutant mores, ſed nõ ſemper in meliores. De hoc habemus hiſtoriã in Saul, quẽ de poſt fætantes accepit Dominus, ut eſſet rex ſuper Iſrael, & tamen tandem propter ſuperbiam ſuam priuauit eũ regno Dominus, cõſtituens Dauid loco eius. 1. Reg. 15. Propter quod dicit Auguſt. lib. 8. Confeſs. quod hoſtis antiquus plures tenet ſuperbos nomine auctoritatis. Plerunque enim tales æſtimant ſe ad auctoritatem ſuper alios ſuis meritis perueniſſe, arbitrãtes ſe meliores ſubditis ſuis eſſe, ut dicit Greg. 44. moralium circa finem. Et ita per talẽ modũ eleuantur in ſuperbiam, arrogãtiã, & præſũptionẽ, reputantes ſubiectos ſuos uiles, & inutiles, ita ut dedignẽtur cum eis loqui comedere, aut cõuerſari. Et tñ à parte rei ſæpè contingit multos ſubditos eſſe ſimpliciter meliores prælatis ſuis Non enim dicimus Sixtum ſanctiorẽ Laurentio, quia Sixtus Papa fuit. Laurentius autẽ diaconus eius; aut perfectiorem. Valeriũ epiſcopũ Vincẽtio diacono eius. Inſuper in alio apparet ſuperbia multorũ prælatorum in hoc, ſcilicet, quòd tanquam Domini uolũt in omnibus à ſubditis obediri, & reuereri, magis dolentes de tranſgreſſione ſuarum ordinationum, etiam circa leuia, quã de tranſgreſſione diuinorum præceptorũ. Cæterũ uolunt cuncta diſponere ad nutum ſuum, innitẽtes rãtũ ſenſui proprio, dedignantes audire à peritis, quæ ipſi neſciũt, uel ſequi ſalubria conſilia eorum, ne minus eis ſapere uideantur. Contra quos loquitur ſcriptura Prou. 3. dicens. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Vñ, & Paulus uas electionis edoctus Euangelium à Chriſto poſt claram Dei uiſionẽ, & miracula plurima facta, poſt tres annos à ſua cõuerſione uenit Hieroſolymam ad cõferendam cum Apoſtolis de his, quæ ipſe prædicabat, prout ipſemet refert Gal. 1. Præterea non patiuntur ſe ab alijs reprehendi in his, ꝗ minus benefaciunt. Cum tamen dicatur Eccl. 7. Nõ eſt homo ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet. Non ſic autẽ egit Petrus princeps Apoſtolorum, ſed reprehenſus à Paulo de nimia condeſcenſione ad Iudæos in obſeruatione legaliũ eũ benignè, & dulciter audiuit, ut patet Gal. 2. Dauid

uid etiam rex reprehenſus a Nathan Propheta de adulterio,& homicidio occulto acquieſcens pœnituit. Similiter Theodoſius Imperator reprehenſus ab Ambroſio de occiſione plurium procurata in vindictam unius ſui militis interfecti, & prohibitus ab eo eccleſiam ingredi ante publicã pœnitentiam,acquieuit, & totam patienter tulit. Debent tamen inferiores arguere ſuos ſuperiores cum humilitate, reuerentia, & prudentia, prout fecit Nathan erga Dauid.

Quinta cauſa Leonini cordis eſt nimia requies corporalis,& pauſatio ab exercitio corporali.Cum enim hoſtis ille antiquus uidet aliquã ocioſum,& ſine labore ſtatim de facili trahit eum ad ornatum corporis,& ad ueſtes componẽdas,& ſimilia. Vnde Pſal.In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur,ideò tenuit eos ſuperbia.De hac hiſtoria legitur Dan.4. de Nabuchodonoſor rege Babylonis,qui in Aula palatij ſui deambulans in ſuperbiam elatus ait. Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, q̃ ędificaui in domum regni,in robore fortitudinis meę,& in gloria decoris mei.Ecce ſuperbia in requie opulenta.

Sexta occaſio Leonini cordis eſt uirtutem, & donorum Dei collatio.Vnde.1.Corin.8.Scientia inflat.interli.Si ſola eſt.Ac ſi apertè diceret Apoſt.ꝙ ſcientia ſine charitate facit ſuperbire. Ne hoc ſoluto habet uerum de ſcientia, uerum etiam de omni uirtute.Quia ut dicit Greg.lib.7.moral.ca.15.de uirtute elatio naſci ſolet. Et Aug.in regula de communi uita clericorum.Alia quippe,inquit,quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur,vt fiant, ſuperbia uerò etiam bonis operibus inſidiatur,ut pereant.O quot perierunt ęternaliter propter abuſum donorum Dei, uerbi gratia,quot diuini uerbi prædicatores, quot Sacræ Scripturæ expoſitores,& lectores. Vt enim dicit Iſidorus de ſummo bono.lib.3. cap.11. Plerique ſcientia accepta ſcripturarum non ad Dei gloriam, ſed ad ſuam laudem utuntur, dum & ipſa ſcientia extolluntur,& ibi peccant,ubi peccata mundare debuerant.Hæc ille. Tales ergo ſunt ſimiles illi, qui egregio,& ſplendido gladio ſibi ab amico liberaliter dato ſe ipſum iugulat,& occidit.Patet ergo de dictis,unde originatur, ſeu procedat cor Leoninum in homine, id eſt, cor ſuperbum.

Secundò

Secundò principaliter uidendum eſt de grauitate cordis Leonini,ideſt ſuperbiæ.Pro quo notandum,ꝙ grauitas illius oſtēdit principaliter ex parte triū, uidelicet,ex parte,

Prolis inquę, Diſplicentię iuſtæ,
Pęnę debitæ.

Primò igitur parte prolis iniquæ, ipſa enim ſuperbia fuit in illa beſtia,quā Iohannes uidit,& deſcripſit Apo. 13 dicens,quòd habeat decem cornua quia per eam contingit tranſgredi decem præcepta decalogi. Item habebat ſeptem capita,per quæ intelliguntur ſeptem filię,ſeu ſpecies Ecce proles in qua.

Prima igitur filia ſuperbię uocatur arrogantia. Eſt autem arrogantia,ut habetur in decretis diſt.47.cap.1.cum quis multum ſe extimans, cęteros, quos infra ſe uidet, deſpicit, & quibus non conſulendo loqui,ſed uix dominādo dignatur.Vel ſecundum beatum Thomam.2 2.quæſt. 112.arti.1.in ſol.ad ſecundum arrogantia eſt cum quis ſibi attribuit bonum quod nō habet,ſiue illud ſit ſcientia ſiue uirtus.

Secunda filia ſuperbię uocatur inanis gloria.Eſt autem inanis gloria,cum quis quęrit laudem hominum ex bonis quæ fecit,aut de præſenti fecit.Vel ſecundum beatum Thomam.2 2.q.132. artic.1. inanis gloria eſt ordinatus appetitus manifeſtationis propriæ callentiæ.

Tertia filia ſuperbiæ dicitur iactantia. Eſt autē iactantia ſecundum aliquos inanis,& ſtulta de ſe prædicatio,cū ſcilicet,quis ſeipſum uerbo oſtentat laudat, & magnificat ſupra debitū modū, ſiue de generis notabilitate,ſiue de diuitiis,fortitudine potentia ſiue de induſtria artis ſuæ,uiuacitate intellectus ſapientia,ſcientia,eloquentia,uirtutibus & quocunque Dei dono.Cū tamen dicat Cato.Nec te collaudes,nec te culpaueris ipſe.Hoc faciūt ſtulti,&c. Itē Prouerbium eſt,quod laus in ore proprio ſordeſcit.Vel ſic ſecundum beatum Thomam.2.2. cap.10 articu.2.Iactantia primò, & principaliter eſt per quam quis ſe extollit ſupra id,quod in ſe eſt. Secundario autem ſupra id, quod de eo alii opinantur.

Quarta filia ſuperbię uocatur ſingularitas.Eſt autē ſingularitas,cum quis credit ſolus habere aliquod bonū,ſeu

aliquam

aliquam gratiam. Vel ſingularitas eſt facere aliquod ultra communia,& cõſueta,ut præ cæteris reputetur,& honoretur,ut inuenire nouitatem ueſtium magis apparentium. Item diſcrepare a communi opinione,aut iudicio aliorum cum ſcilicet tractatur de aliqua materia, & hoc ut uideatur magis intelligere factum. Item uelle recedere a communi regula,uel conſtitutionibus patrum,ſiue a communi regula,uel a communibus ceremoniis, & obſeruãtiis ſine cauſa urgente.Vnde contra illos, qui uolũt eſſe ſingulares in religione inuehit Ber.in quodam ſermone ita dicens; Quid dicis tu amator ſingularitatis. Quid faſtidis cõia loca,communem uitam,communem regulam, cõmunes obſeruantias.Non tamen pertinet ad ſingularitatem,ſed potius animi ad infirmitatẽ,ut declinantibus aliis,quaſi omnibus a mãdatis, & debitis regulis,quis quaſi ſolus,uel cũ pauciſſimis mandata,uel regulam ſeruet. Vnde in laudem Tobiæ dicitur,ꝙ cum omnes filij Iſrael irent ad adorandũ idola,quæ fecerat Ieroboã rex Iſrael,iſte ſolus ibat in Hieruſalem ad templum ad adorandum Deum,& ad ſibi ibidẽ offerendum ſacrificia, & decimas.Eiuſdem 1. cap.

Quinta filia ſuperbiæ uocatur præſumptio.Præſumptio autem eſt,cum quis aggreditur ea,quæ excedunt facultatẽ ſuam,conditionem ſuam,& ſtatum.Item ad præſumptionẽ pertinet,quod quis,dum poteſt ſe iuuare in uictu,& neceſſariis,expectet prouiſionem ſibi miniſtrari de cęlo. Sicut legitur quẽdam heremitã feciſſe in uitis patrum, qui præ inedia mortuus eſt.Idem dic de illis mulierculis, quæ ieiunant a die Iouis abſolutionis uſque ad ſanctum diem Paſchę.Item ad præſumptionem pertinet agere,quæ ſpectãt ad officia aliorum, ut, quòd ſubditus uelit regere prælatũ ſuum,uel quod mulier uelit uiro imperare, & ſimilia.

Sexta filia ſuperbiæ uocatur proteruia.Eſt autem proteruia nolle obedire ſuperioribus,ut prelatis, parentibus, Dominis,ac magiſtris.Item contemnere mandata ſuperiorum ſuorum.Et eſt hominum proteruia argumentum maximæ culpæ,& ſtatus periculoſi in homine,iuxta illud Prouerbiorum decimoſeptimò.Impius cùm in profundum uenerit peccatorum,contemnit. Vnde de Pharaone legitur Exod. 14, quòd quia contemſit mandatum Domini permanens

manens in ſua pertinacia,& duritia demum ſubmerſus eſt in mari rubro.

Septima filia ſuperbiæ uocatur peccati defenſio. Et hæc filia, ualde cõis reperitur inter offendentes, & peccantes, quia plerũque uitia ſua excuſant, alleuiant, atq; aliis attribuunt,& quod deterius eſt,interdum, tanquam bene facta defendunt,etiam contra determinationem eccleſiæ ut ſunt illi,qui defendũt uſuram,quæ committitur ſub nomine depoſiti, non eſſe peccatum,aut fornicationem ſimplicem,& huiuſmodi. Hoc enim ad hęreſim pertinet. Patet ergo de iniqua prole ipſius ſuperbiæ Et ex hac parte liquidò patet ꝙ grauius culpa ſit mater dictarũ filiarum ipſa ſuperbia.

Secundò oſtendi poteſt grauitas cordis leonini, ideſt,ſuperbiæ ex parte diſplicentiæ iuſtæ. Nempe huiuſmodi cor ualde diſplicet multis.

Primò quidẽ diſplicet Deo, eò ꝙ per huiuſmodi peccatum polluitur templũ eius,per nimiã curam in ornatu leuatione, depictione,& huiuſmodi,ac ſi miſer ſuperbus, uellet opus Dei in melius transformare,tanquam non feciſſet eum Deus omnipotentes ſatis pulchrum. Vnde quãtum diſpliceat Deo hoc peccatũ, patet ex uerbis Aug. qui in lib. de obedientia,& humilitate dicit ſic. Simpliciter dico uobis omnia peccata odio habet Deus periurũ,mendacium, furtum,& huiuſmodi. Sed ſi quis ſuperbus eſt,multo peius facit,quàm adulteriũ ,uel furtum. Nihil enim ſic odio habet Deus, ſicut ſuperbiam. Et poſt pauca huius dicti aſſignat rationem, dicens. Ideo ſuperbia maius peccatum eſt quia excuſationem nõ habet. Qui enim fornicator eſt,pôt dicere. Vicit me caro mea,ſuperauit me adoleſcentia mea. Non tñ dico,ꝙ ſibi liceat hoc facere, aut ſe excuſare. Itẽ ꝙ furtũ fecit ſe excuſare pôt,& dicere. Propter furtũ feci,q a fame cruciabar. Sed ſuperb. quid dicere pôt. Certè excuſationẽ nõ habet, & ideo grauius peccat, Hęc ille. Quãtũ ẽt diſpliceat Deo ipſa ſupbia,ſacrę hiſtoria docẽt. Cur enim eiecit Deus angelos malos de cælo,& primos parentes de terreſtri Paradiſo,niſi propter ſuperbiam. Nonne pp hanc cauſam filiorum Noe uolentes ædificare turrim, quæ ad cœlos uſque aſcenderet,ut celebre eſſet eorum nomen ſuper terram,à Deo puniti ſunt. Vt unus alteriũ non intelli-

lige-

ligeret.Gene.11.Propter quod coacti ſunt totum dimitte re. Quid dicam de Pharaone. Nonne propter ſuperbiam ſuam,qua dicebat.Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam,tandem poſt plurimas plagas interiit cũ toto ſuo exercitu in mari rubro.Exod.15.Nonne propter ſuperbiam Sẽnacherib cæſi ſunt de populo ſuo una nocte, uſq; ad 185. milia uirorum.Ipſe autem,& ſi tunc Deo permittente eua ſerit,nihilominus ad propria rediens,non multo poſt a ꝓpriis filiis interemptus eſt.4.Reg.19. Quid dicam de Nabuchodonoſor, quem tantum Deus humiliauit, eo ꝙ elatus fuerat in ſuperbiam,ex conſideratione ciuitatis ab eo conditę,ꝙ fęnum,ut bos comedit Dan.4. Quid ſimiliter dicã de Antiocho,qui intrauit in templum Domini in Hieruſalem,cum maxima ſuperbia,& arrogantia,dicens,ꝙ faceret ipſum ſepulchrum Iudæorum.Sed profectò Deus bene eũ humiliauit, quãdoquidem de corpore eiuſdẽ cęperũt ſcaturire uermes horribiles,& fętidiſſimi,adeo ꝙ ſuus exercitus tantum fętorem ferre non poterat,ſed neque ipſe,ſicq; miſerabiliter mortuus eſt.2.Mach. 9. Nonne denique Herodes Aggrippa ſubito percuſſus eſt ab Angelo Domini, & conſumptus a uermibus confuſibiliter expirauit, & hoc totum propter ſuperbiam ſuam,quia,ſcilicet, tanquam Deũ ſe coli permittebat. Act. 12. Cæterum quid dicam de Dathan,Chore,& Abyron, quos in momento terra abſorbuit propter ſuperbiã ſuam aduerſus Moyſen.Num.16. Quid de Heloferne,quem interfecit Iudith,eiuſdem 13. quid de ſuperbia Aman,qui ſuſpenſus interiit.Heſt.7.Ecce bene apparet,quomodo ſuperbia diſplicet Deo, cum eã tam mirabiliter,& tam frequenter puniuit. Bene ergo ſcriptum eſt de ea Iudith.9.quòd ſuperbi non placuerunt ſibi ab initio. Et in pſal. Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. Item Amos 6.Ego deteſtor ſuperbiam.

Secundo diſplicet ſanctis Angelis, & ſignanter illis, qui nobis deputati ſunt in cuſtodiam. Nam ſicut gaudent ſuꝑ uno peccatore pęnitentiam agente, ut dicitur Matth. 15. ita illis diſplicet,quando uident illos,quibus deputati ſunt in cuſtodiam,magis curare de fatuitatibus, & honoribus, huius mundi,qui euaneſcunt ad inſtar fumi,quã de ſua ſalute,& Dei honore.Diſplicet etiam ipſa ſuperbia omnibus

ſanctis

ſanctis cum Deo regnantibus, eò quòd in eorum feſtiuitatibus plus ſolito ſolent mūdanę perſonæ, præcipuè mulieres oſtendere in pompa, & ornatu ueſtiū. Et quod deterius eſt, quanto dies fuerit celebrior, tanto ferventius inardeſcunt circa huiuſmodi fatuitates. Tales ergo mundanæ perſonæ malè conſiderāt, qualiter ſancti Dei Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, ac uirgines, cum hic uitam agerent, humilibus, atque abiectis ueſtibus, ut plurimum, utebantur, q̃uis etiam regio diademate interdum fulgerent. Vnde apud cadomum in conuentu fratrum prædicatorum habetur caſula cum duabus dalmaticis de ſerico refortiato rubei coloris, de quo fertur, quod proceſſerit ex tunica, qua induebatur in die diſpēſationi ſuę beatus Ludouicus quondam Francorum rex. At uero, hac tempeſtate noſtra galli ſi fuerint nobiles, maximè curiam regiam ſequentes, ad q̃dam oſtentationem induuntur nedum ſerico, aut ueluto, uerumetiam ueſtibus deauratis, gladio hincinde inciſis, gallicæ eſchique te, in hoc gloriātes, ꝙ ut de eis dicatur, quod diuites ſunt, ex quo non parcunt tali generi precioſorum pannorum. Sed profecto, qui talia agunt, plerunque prius tales ueſtes conſumunt, quàm ſatisfaciant mercatoribus a quibus pannum acceperunt. Propter quod interdum cogūtur debitis, & cenſibus grauare ſuas poſſeſſiones, aut partē pendere, ut ſatisfaciant creditorib. ſuis. Nonne ergo ſuperbia, & uanitas talium mundanorum hominum merito diſplicet Deo, atque toti cęleſti curiæ. Malè ergo conſiderant, quòd quicunque, ibi ſunt, non niſi per ueram humilitatem illuc peruenerūt Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede, id eſt, Angelos ſuperbientes de cęlo, & exaltauit humiles.

Tertio ſuperbia diſplicet hominibus, iuxta illud Ecc. 10. Odibilis Deo, & hominibus ſuperbia, homines enim ſunt ī duplici differentia, aut enim boni ſunt, aut mali. Vtriſque autem odibilis eſt ſuperbia aliorum. Bonis quidem ex zelo iuſtitiæ, & charitatis, eo quòd uident Deum ꝑ hoc offendi, & homines ad infernum currere. Malis autem odibilis eſt aliorum ſuperbia, ex inuidia, eo fortè, quòd nō poſſunt tā altum ſtatū tenere, aut quia uident alios ſuperbos ſibi præferri in gloria, & honore. Vnde propter ſuperbiam ſæpè ſuſcitantur lites inter mundanos homines, quis eorum ſit

maior

maior,aut nobilior,etiam vſque ad mulieres,quæ cōtendunt quandoque,quæ prima debeat ire ad offertorium: aut primum recubitum in conuiuio tenere.Vnde noui in dioceſi Ebroicen.duas nobiles mulieres in eadē parochia commorantes,quæ ratione conten tionis de primatu,nunquam ſimul conueniebant in eccleſia,aut conuiuijs adeo, quod unà earum poſtpoſita miſſa ſua parochiali declinabat ad aliam vicinam parochiā auditura diuina in die Dominico,& feſto,niſi forſan contingeret alteram quādoqꝫ abeſſe.Meritò.ergo,dicit.Salo.Prouer.13.ꝙ inter ſupbos ſemper iurgia ſunt.Eſt enim commune ꝓuerbium,quòd duo groſſa,non poſſunt ſimul eſſe,Videmus etiā, qđ duo groſſa corpora ſi fuerint ſphęricę figuræ, ideſt, rotunda, non poſſunt bene inter ſe aptari.Secus de corporibus planis,ſicut patet de aſſeribus.Applicatio eſt facilis de ſupbia & humilibus.Præcipuè autē ſuperbia nobilium, & potentum diſplicet pauperibus,quia ut dicit Pſal.Dū ſupbit impius,inceditur pauper.Nam ad manu tenendū magnos ſtatus,& faſtus nobilium ſæpe fiunt graues,& importabile,exactiones in populo,quas neq; ipſi,qui præſentes ſūt neque patres eorum portare potuerunt,ſup.abſque maximo grauamine.Vnde multi moderni principes uidētur eſſe de parentela illius regis crudeliſſimi Pharaonis,q multipliciter grauabat filios Iſrael.Propter quod clamauerūt ad Dominum,qui tādem exaudiuit eos ipſum Pharaonē multipliciter flagellādo,& tandem in mari rubro ſubmergendo Exod.15.Caueant ergo tales ne tandem demergātur in profundum abyſſi infernalis.& illuc deſcendāt,quaſi lapis,qui,ſupple,non reaſcendit,Singularius autē ſupbia,& faſtus multorū prælatorum eccleſiæ diſplicet pauperibus,dum,ſcilicet,conſiderant,quam uanè,& ſupfluę expendunt in pompis huius ſæculi patrimonium crucifixi quod deberet dari ueris pauperibus.Vnde Ber.epi.12.ad Henricum Archiepiſcopum.Senonenſem ſcribens ait Clamant nudi,clamant famelici,conqueruntur,& dicunt. dicite pontifices in freno,quid facit aurū.Nunquid aurū in freno expellit frigus,aut eſuriē nobis frigore, & fame laborātib.qđ cōferūt tot mutatoria,uel in perticis extēſa, uel plicata ī māticis,Nřm ē,ꝙ effunditis,nobis crudeliter

extrahitur,quod inaniter expéditis.Nos enim Dei plaſmatio ſumus,& Chriſti ſanguine redempti.Nos ergo fratres ueſtri uidere, quale ſit de fraterna portione paſcere oculos ueſtros.Vita noſtra cedit uobis ĩ ſuperfluas copias.Noſtris neceſſitatibus ſubtrahitur,quicquid accedit vanitatibus ueſtris hæc ille.Patet ergo quomodo ſuperbia diſplicet Deo,& omnibus beatis,atque uiatoribus.

Tertiò grauitas cordis Leonini oſtendi poteſt,ex parte pœnę debitę.Dei enim iuſtitia,quæ nullum malũ ſinit inpunitũ,vult hoc peccatum ſuperbię triplici pęna eſſe puniendum.uidelicet,pæna.

Temporali,
Spirituali,
Aeternali.

Primò igitur punitur hoc peccatũ pęna temporali. Vnde Aug.ſuper Iohan.tractatu primo dicit,quòd ꝓpter ſuperbiam domandam inſtituit Deus,ut ipſæ creaturę minimæ,& actiuę nos torquerent,ut cum ſuperbus fuerit homo,& ſe iactauerit aduerſus Deum,pulici b.ſubdat.Quid eſt ergo,quòd te inflas ò humana ſuperbia, homo dicit tibi conuitium,& mox intumuiſti,& iratus es Pulicibus reſiſte,vt dormias.Cognoſce ergo,quid ſis.Nam,ut noueritis fratres,propter ſuperbiam noſtram domãdã ſunt creata iſta minuta,quæ nobis moleſta eſſent.Si ſuperbũ populũ Pharaonis potuit Deus domare de Vrſis,de Leonibus, de ſerpẽtibus,cur muſcas,& ranas illis immiſit.Certè,ut rebus uiliſſimis ſuperbia domaretur,hæc Aug.ubi ſupra.Patet etiam ex ſupradictis,quàm frequenter multos flagellaueri t Dominus in pręſenti.propter ſuperbiam ſuam.

Secundò ſuperbia ponitur pæna ſpirituali ꝑ ablationẽ gratiæ. Iac.3.Deus ſuperbis reſiſtit,humilib.autẽ dat gratiam.Vnde Aug.lib.4.de Trini.cap.15,dicit, ꝙ nullũ uitium eſt, cui magis diuina lege reſiſtat,& in quod magis accipiat dominandi ius ille ſuperbiſſimus ſpiritus,quã ipſa ſit ſuperbia.Eſt & alius modus,per quem Deo,ꝑmittẽte,quamuis non coöperante,punitur ſpiritualiter ipſa ſuperbia,in hoc,ſcilicet,ꝙ nunquã ſola inhabitat humanã mentẽ,ſed ſemper aliud,uel alia trahit peccata,utpote ad iram inuidiã,& hmõi.Nam ex hoc ꝙ aliquis vult magnus

apparere,

apparere, & reputari, iraſcitur de facili illis, qui ipſum non honorant, neque de eo æſtimationem faciunt. Vnde propter hanc cauſam Aman fuit ad iram commotus aduerſus Mardochęum, ut dicitur Heſter. 3. inſuper, cum uidet quoſdam ſupra ſe honorari. illis ſtatim inuidet, inſuper dū unus ſuperbus alteri reſiſtit, de facili inter eos ſuſcitantur rixę, iurgia, odia, & homicidia, ſicut patet inter principes ſuperbos. Propter quod dicit ſcriptura Prouer. 13. quòd inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Ecce quomodo ſuperbia ſola eſſe nequit.

Tertiò ſuperbia punitur pęna æternali dicente Domino per Pſalm. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. hoc patuit in effectu, in eiectione Luciferi de cœlo Eſa. 13. Vnde deuotus Bernar. in lib. ſuarum meditationum cap. vndecimo, dicit, quòd ſuperbia in cœlo nata eſt, ſed uelut immemor, qua uia inde ceciderit, illhuc poſtea redire non potuit. Superbia ergo excludit à cœlo, & includit in infernum Ita ut dicat Chryſo. ſuper Ioh. Homilia. 8. quòd nihil tam facile in gehēnam intrudet, quàm ſuperbię inſania. Legitur enim in hiſtoria exaltationis ſanctę crucis quòd cum Heraclius Imperator ualde catholicus, recuperato ligno ſanctę crucis, de manu Coſdroę, uellet cum multo apparatu intrare Hieruſalem per portam, per quam intrauit Chriſtus in die Palmarum, ut illic reponeret ipſum precioſum lignum Dominicum, ſubitò dicta porta apparuit clauſa admodū muri fortiſſimi Apparuit denique deſuper Angelus Domini dicens, dum intraſſet Dei filius in die Palmarum, non ingrediebāt, cum tali apparatu, ſed tantùm aſcēdit ſuper aſinā animal humile. Quo audito mox imperator de equo deſcendit, & depoſitis regalibus inſignijs meruit portam ſibi aperiri. Quid autem per hoc ſignificatur niſi, quòd ſuperbia eijcit hominem à cœlo, quod ſibi aperit ſola humilitas dicente domino in Euangelio. Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidendum eſt de remediatione cordis Leonini, & ſuperbi. Pro quo notandum, quòd dominus Deus, tanquam peritiſſimus medicus dedit nobis triplex remedium contra tumorem ſuperbiæ.

N 2 Primum

Primum intra nos eſt,
Secundum extra nos eſt.
Tertium ſupra nos eſt.

Primum igitur remedium contra ſuperbiam intra nos eſt,& illud eſt conſideratio propriæ miſeriæ.& fragilitatis Micheæ.5.Humiliatio tua in medio tui.Ac ſi apertè diceret Propheta uiro ſuperbo.Noli ſuperbire, quia habes in te ipſo materiã magnæ humiliationis.ſi teipſum diligẽter conſideres. Quærunt enim ægroti ſibi remedia exteriora, & quę interdum caro precio comparãtur,ſiue propter ſui precioſitatem,ſiue propter locorum diſtantiam.Sed ſi ſuperbus quærat mederi,vili medicina,& quam intra ſeipſum de facili inuenire poterit,mederi ualebit.Illa autẽ eſt conſideratio proprię miſeriæ,& fragilitatis,quam atteſtãtur feces,& immunditię prodeuntes per officinas,& meatus humani corporis,qui ſunt nouem numero,uidelicet, duæ aures,duæ nares,duo oculi,os,& duo ſecreta naturę. In cloaca magna ſufficiunt duo,vel tria loca,per quę euaporantur fetores intra latentes.At verò in humano corpore natura prouidit poſt Deum de nouẽ ſpiraculis. Nec eſt homo, quantuncunque formoſos, diues,aut generoſus, qui prædictis nõ ſubijciatur.Conſideret ergo diligẽter homo ſuperbus,quid fuit, quia ſperna fætidum,quid eſt,quia puluis,quid erit,quia in pulueres reuertetur, ut habetur Gen.3.& tunc inueniet in ſe materiam triplicem militaris.Nota ſimile de pauone gloriante in pulmis.Sed quàm cito aſpicit pedes ſuos viles,tunc deponit rotam plumarũ & humiliatur.Bene ergo loquitur ſcriptura.Eccleſia.10.dicens. Quid ſuperbis terra,& cinis.

Secundum remedium contra tumorem ſuperbiæ extra nos eſt.Et illud eſt conſideratio miſeriarum, quas uidemus in proximis,& fratribus noſtris,utpotè, quod aliqui inter eos ſunt cœci, alij ſurdi, alij leproſi, alij paralitici, alij corpore,& figura deformes,alij pauperes,alij ſenſu,& ratione priuati.Dum itaq; Deus nobis tales oſtẽdit, quid aliud nobis iuſinuare videtur,niſi, quòd tales nos utique facere poterat?Et ideo ex bonis,quæ nobis contulit,ſupbire nequaquam debemus,aut proximos contemnere, quãtuncunque ſint corpore uitiati.Sed inde potius prouocamur

mur ad humanitatem, & gratiarum actionem. Da exemplum de Leone, qui humiliatur, & domatur, cum videt canem coram ſe uerberari. Prouerb. 19. Peſtilente, ideſt, miſero, & paupere homine flagellato, ſtultus, ideſt, ſuperbus, ſapientior erit, ideſt, humilior. Poeta. Felix, quẽ faciũt, aliena pericula cautum.

Tertium remedium contra tumorem ſuperbiæ, ſupra nos eſt. Et illud eſt conſideratio æternæ felicitatis, ad quã peruenerũt ſancti Dei amici qui propter eum in præſenti humiliter ſe geſſerunt. Practica de virgine glorioſa, quæ in ſuo cantico gratias agens Deo ait. Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ. Luc. 1. Et ideo nunc exaltata eſt ſuper choros Angelorum ad cęleſtia regna. Et breuiter, vt dicit Auguſt. ad fratres in heremo. ſerm. 12. qui intitulatur de ſuperbia, & humilitate, ſuperbia gloriam de cęlis deiecit angelicam, ſed humilitas aſcendere facit infirmitatem noſtram Patent ergo remedia contra tumorem ſuperbiæ, & per conſequens patet, diffuſè de corde Leonino ſuperborũ.

DE CORDE CANINO IRACVNDORVM. Cap. quintum.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis cogitatione.* Matth. 11.

Dicto de corde Leonino ſuperborum reſtat loqui de corde canino iracundorum. Meritò autem cor iracundorum vocatur caninum, quia ſicut canis, cum ſit animal multum abondans in cholera, quod etiam atteſtatur macies illius, de facili prouocatur ad iram, & commotionem, ita etiam eſt de corde, & interiori diſpoſitione nonnullorum hominum. Vnde homo ad iracundiam concitatus meritò poteſt dicere illud Pſal. Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, ideſt, immutati per iram, quæ facit immutationẽ in humano corpore, & tremorẽ in membris. Vnde Chry. Hom. 30. dicit, ꝙ ira eſt impudens canis. De hoc itaq; corde canino iracũdorum tria principaliter tangemus, quæ ſunt.

Diſtinctionis, Offenſionis, Remediationis.

Prima igitur videndum eſt de diſtinctione iræ. Pro cuius euidentia quæritur, vtrum omnis ira mereatur dici canina, id eſt, uitioſa, & culpabilis. Reſpondetur, quòd non. Et ideo a doctoribus ſolet triplex ita aſſignari, & deſcribi, ſcilicet.

Laudabilis, Venialis, Mortalis.

Prima igitur ſpecies iræ, vocatur ira laudabilis. Hæc autem ira fit, cum quis iraſcitur ſm rectam rōnem, ſiue contra vitia propria, ſiue contra aliena, vel quia Deus offenditur aut eius honor contemnitur, ſiue quia proximo euidens iniuria infertur. Hinc dicit Pſalmiſta. Iraſcimini, & nolite peccare. Cuius quidem dicti pōt eſſe duplex ſenſus, & vterq; verus. Primus talis. Iraſcimini vobiſmetipſis propter peccata veſtra, & amplius, ſupple, nolite peccare. Et ita cadit ſub præcepto. De qua etiam poteſt intelligi illud. Ira in indignatione eius. Secūdus ſenſus poteſt eſſe talis, iraſcimini, ſupple per zelum contra vitia aliorum, ſed tamen moderatè, & cum recta ratione, ideo ſequitur, & nolite peccare. ſ. excedendo in ira. Exemplū de ira aduerſus propria peccata, & defectus. Eſt aliquis, qui iraſcitur tentationibus ſuis & inclinationibus malis, vtpotè, q non poteſt videre mulierem formoſam, abſque turpi cogitatione, vel quia frequenter tentatur de illecebra, gula, inani, gloria, impatientia, auaritia, & hmōi. Aut forte, quia difficulter ieiunat, ſiue qa tardius pōt ſurgere ad officiū matutinum, ſi fuerit clericus aut, quia patitur infinitas diſtractiones, & mentis euagationes cum orat Dn̄m, vel fortè, quia non poteſt videre illum, qui aliquando nocuit ſibi abſque commotione ſanguinis, & fremitu, & ſic de aliis Exemplum de ira aduerſus peccata aliena, vt cū parentes iraſcuntur ſuper inſolentia filiorum ſuorum, vel quia nolunt acquieſcere monitionib. eorū, propter quod interdū optāt eis mortem, ne deteriores fiāt. Itē cū vxor iraſcitur viro ſuo, eò q ſequitur malas ſocietates, tabernas, ludos, proſtibula, vel quia blaſphemus, & huiuſmodi, cum aliqua proba mulier videt uicinam ſuam tenentem proſtibula in domo ſua, & inde iraſcitur, propter quod deponit querimoniam iudicii, ut inuigilet, & compeſcat tales inſolentias, & huiuſmodi, Sic enim iraſci aduerſus peccata aliorum, valde laudabile eſt, & meri-

torium uitæ æternæ. Hoc autem probatur tripliciter, videlicet,

Auctoritate, Ratione, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Chryſo.ſuper Matth.in opere imperfecto homil.12.ubi ſic ait. Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit iudicio.Ergo,qui cum cauſa iraſcitur, non erit reus.Nàm ſi ira non fuerit,nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant,nec crimina compeſcuntur.Iuſta ergo iræ eſt mater diſciplinæ, ita,quòd nõ ſolum nõ peccat, qui cũ cauſa iraſcitur, ſed econtra, niſi iratus fuerit, peccat, quia patientia irrationabilis ſeminat uitia, negligen iæ nutrit, & non ſolum male, ſed, & bonos ad mala inuitat. Hæc ille. Item Auguſtinus ſuper pſalmos exponens illum paſſum. Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus, dicit, quòd quis rationabiliter iraſcitur alienis peccatis. Qui, inquit, non iraſcitur, uidens homines confitentes Deum ore negantes autem eũ factis, & moribus corruptis. Quis non iraſcitur uidens homines ſęculo uerbis, & non factis renunciantes. Quis non iraſcetur, uidens fratres fratribus inſidiantes, fidem, non ſeruantes. Et quis enumeret omnia, quibus iraſcuntur ſancti uiri. Vix tamen apparent iſti iuſti, qui ſic gemunt, qui ſi iraſcuntur. Qui ergo ſic iraſcitur, merito poteſt dicere illud pſalmos. Zelus domus tuę comedit me. Item illud eiuſdem pſalmus. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Hæc tamen ira metuenda eſt, ne tanta ſit, ut in odium uertatur. Hæc ille. Et ſimiliter recitatur in decretis 7. quęſtione prima, aduerſitas.

Secundo probatur idem intentum tali ratione.Illud qđ poteſt impetrari,& recta ratione,eſt laudabile,& ſit uirtuoſè.Sed ſic,eſt,quòd ira per zelum, de qua prius multipliciter eſt exemplificatum,& iterum de ea ſtatim exemplificabitur,imperatur à recta ratione, igitur talis ira eſt laudabilis. Pro quo notandum ſecundum beatum Thom. 2. 2. quæſt.158.art.1.in ſol.ad ſecundum,quòd ira poteſt dupliciter ſe habere ad rationem, ſcilicet,antecedenter, & conſequenter.Quando ergo ſe habet antecedenter,tunc eſt uicioſa,eo qđ trahit rationẽ à ſui rectitudine, dicẽte poeta,

Ira impedit animum, ne poſſit cernere uerum. Quando uero ſe habet conſequenter, utpotè, cum appetitus ſenſitiuus mouetur cōtra uitia ſecundum ordinē rectę rationis, tunc talis ira eſt laudabilis, & uirtuoſa. Et talis ira a ſacris doctoribus uocatur ira per zelum.

Tertiò probatur idem multiplici exemplo, ſeu hiſtoriæ ſacræ ſcripturę de illis, ſ. qui interdum irati ſunt contra uitia aliorum, qui ex tali opere laudem meruerunt immortalem. In primis itaque legitur Exo. 11. de Moyſe, quòd cū loqueretur Pharaoni, & ille nollet eum audire, exiuit ab eo iratus nimis. Item de eodem Moyſe legitur Exo. 32. ꝙ cum deſcendiſſet de monte, & appropinquās ad caſtra filiorum Iſrael uidiſſet uitulum aureum, & choros, iratus eſt ualde. Nume. 16. ꝙ cum uidiſſet rebellionem Chore, & cōplicum ſuorum, iratus ualde ait ad dñm. Ne reſpicias ſacrificia eorum. Cum igitur Moyſes, in cuius laudē dr. Num. 12. ꝙ erat mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabātur in terra, ſic, & tam frequenter iratus eſt contra malos, licet etiam, & nobis eius exemplo, ſic iraſci. Item legitur 1. Reg. 20. ꝙ Ionatas conſiderans malitiam, & iram patris ſui Saul aduerſus Dauid ſurrexit a menſa iratus, & non comedit panē illo die. Similiter legitur 4. Reg. 2. ꝙ Heliſæus iratus eſt pueris irridentibus eum, & dicentibus. Aſcende calue, aſcende calue. Quibus cum maledixiſſet, egreſſi ſunt duo urſi de ſaltu qui deuorauerunt 42. ex eis. Cæterū legitur Nehemiæ. 5. ꝙ ipſe Nehemias audiens clamorem populi, propter uſuras, quas optimates exigebāt, iratus eſt nimis, Quid plura. Nōne, & mitiſſimus dn̄s noſter Chriſtus iratus eſt contra uendentes, & ementes in templo Matth. 21. & Iohan. 2. Ex prędictis ergo patet, ꝙ quis licitè poteſt iraſci aduerſus alium delinquentem, utpotè, prælatus aduerſus ſubditos inſolentes. Pater, & mater aduerſus filios inobedientes. Paterfamilias aduerſus ſeruos, & ancillas. Maritus aduerſus uxorem nimis ſumptuosè ueſtiri cupientem. Vxor aduerſus uirum ſuum prodigè ſubſtantiam ſuam diſſipantē, & huiuſmodi. Quinimmo omiſſio talis iræ per zelū poteſt in caſu eſſe ꝑ mortale peccatum. Sicut patet 1. Reg. 5. de Heli, qui cecidit de ſella retrorſum, atque fractis ceruicibus mortuus eſt, eò, ſcilicet, quòd nouerat duos filios ſuos malè egiſſe,

nec

nec eos debitè corripuerat. Sic ergo patet de ira laudabili, & uirtuoſa.

Secunda ſpecies iræ uocatur ira uenialis. Hæc autem ira tunc cõtingit, cum quis ſubito, & ſine deliberatione rõnis iraſcitur, ſicut patet in illis, qui fortè rationis abundantia choleræ in eis de facili, & cito iraſcũtur, ſed ſtatim inſurgit iudicium rectę rationis temperãs, & reprimens huiuſmodi iram, pro quo notandum, quòd circa iram ſe habent homines tripliciter, ſecundum ꝙ eſt triplex differentia hominũ ſecundum ꝙ Greg. tangit lib. 5. Mor. c. 32. Primi enim ſunt, qui cito iraſcuntur, & ſimiliter cito, & faciliter placantur. Secundi ſunt, qui tardi ſunt ad iram, ſed poſtquam commoti ſunt, tardi etiam ſunt ad indulgẽtiam, tandem tamẽ placantur. Tertij autem ſunt, qui ſimiliter, nõ niſi tardè iraſcũtur, ſed poſtquam ſemel fuerunt irati contra aliquem, nec Deus, nec diabolus, ut vulgo dici ſolet, poſſet eos emollire ad indulgentiam, & huius generis ſunt illi, qui dicere ſolẽt de inimicis ſuis. Et ſi ego deberem ſuſpendi, aut dãnari cũ omnibus dęmonibus, ego uindicabo me de tali, uel tali. Primi tantum uenialiter peccant. Secundi mortaliter, ſiue grauiter. Tertij autẽ grauiſſimè, & periculoſiſſimè. Et de iſtis tribus differentiis iraſcentium hoĩum loquens diuus Aug. in regula de communi uita clericorum dicit ſic. Melior eſt, id eſt, minus malus, qui quamuis ira ſępe tenetur tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam. Ecce primum. Sequitur, quàm qui tardius iraſcitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur. Ecce ſecundum. Sequitur. Qui autem nunquã vult petere ueniam, aut nõ ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, id eſt, inutilis, infructuoſus, & pernicioſus. Prima ira uocatur acuta, & hoc a facilitate, & uelocitate iraſcendi, & talis ira communiter abũdat in perſonis cholericis. Secunda uocatur amara, ſiue mania, & bene mania, ſcilicet, a manendo, & a diuturnitate perſeuerandi in ipſa, atque memorandi iniuriam ſibi illatam. Et talis ira communiter reperitur in perſonis melancholicis. Tertia ira uocatur furor, eo quod ſit ſine miſericordia: Importat enim firmum propoſitum nunquam dimittendi offenſam, ſed ſe ulciſcendi tempore, & loco. Et talis ira reperitur in perſonis diabolicis. Vnde de homine

mul.um

multum iracundo ſolet dici,quòd uidetur eſſe unus diabolus.primi igitur ſunt ſimiles,aquę,quæ cito caleſcit,& cito frigeſcit.Secundi uero ſunt ſimiles ferro, quod difficulter caleſcit,& difficulter frigeſcit. Tertij autẽ ſunt ſimiles igni græco,qui raro,aut nunquam extingui poteſt. Patet ergo, qualiter,habent homines circa iram per uitium.Propter q̃ omnino eſt uitanda,aut cito extinguẽda,ne efficiatur mortalis.Sic enim conſulit beatus pater Aug in regula de communi uita clericorum dicens.Lites autem nullas habeatis, aut quàm cèlerrimè finiatis,ne ira creſcat modium,& trabem faciat de feſtuca,& aĩam faciat homicidam. Iſtud aũt ultimum probatur per illud 1.Io.3. Qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt,ſcilicet,ſuiipſius,quia ipſo facto priuat ſe uita gratię.Itẽ eſt homicida illius,quem odit,ſaltem affectu,qa ut communiter,mortem eius optat. Propterea 11.q.3.homicidiorum,notanter dicitur,quod ſunt tria homicidiorũ, & homicidarum genera,uidelicet,qui occidit,qui detrahit, & qui proximum odit.Et ſic pater,&c.

Tertia ſpecies iræ uocatur ira mortalis. Et quamuis de hmõi ira immediatè ſupra aliqua incidentaliter dicta ſint, tamen peramplius in particulari de eadẽ loqui neceſſe eſt. Eſt igitur ira tunc mortalis, cum quis grauiter iraſcitur ſine cauſa,& cum deliberatione, ſeu cõſenſu rationis aduerſus proximũ ſuum,cogitans apud ſe,quomodo poſſit ſe uindicare de eo,quamuis non ſemper exterius oſtendat huiuſmodi. Et talis ira eſt ſicut ignis occultatus ſub cineribus, qui facillime prodit calorem ſuum ad extra. Pro quo notandum, quòd contingit mortàliter peccare per iram tripliciter,uidelicet,corde,ore,opere.Et de iſtis trib.loquit̃ Chriſtus Matth.5.Primò quidem de ira,quæ conſeruatur, & occultatur in corde dicẽs.Omnis,qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.Talis enim citabitur ad Dei iudicium, & tunc quæretur ab eo,quomodo impleuerit illud domini præceptum.Diliges proximum tuum,ſicut teipſum. Matt.22. O quale,tunc reſponſum dare poterit iudici tali, ac tanto, ſ. Chriſto ille,qui iram aduerſus proximum ſuum ſeruauit, & diu occultauit in corde ſuo,niſi ueraciter fatendo, quòd totum oppoſitum fecit.

Secundo uero loquitur Chriſtus ubi ſupra de ira, q̃ aliqualiter

qualiter ſe ipſam prodit exterius,& hoc per ſigna,ut nolle loqui cum tali aut tali,nec eum ſalutare, aut reſaluare,qui nimmo toruo oculo ipſum intueri ,& faciem ab eo auerte re,ſeu de eo deriſionem facere. De hac, inquam. ira loquit̃ Chriſtus ubi ſupra,cũ ait. Qui dixerit fratri ſuo Racha,id eſt,uerbum indignationis, aut deriſionis reus erit cõſilio. Nam conſilium ſanctæ Trinitatis eſt,quod eadẽ menſura remetietur illa,qua menſus eſt proximum ſuum.Hoc eſt di cere,quòd ſicut talis oſtendit ſignum iræ,& indignationis proximo ſuo,ſic & ipſe iudex Chriſtus oſtẽdet illi faciẽ ſuã adeo terribilem,quod dicet montibus cadite ſuper me abſcondite me à facie iudicantis.Oſeæ.10.

Tertiò autem loquit̃ Chriſtus,ubi ſupra de ira,quę apertè ſe manifeſtat exterius,ſiue inferẽdo uerba cõtumelioſa aduerſus proximum , ſiue quæcunque opprobria,cum ait. Qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehennę ignis.O terribile,& ſtupendum uerbum cõtra iracundos qui in cholera,& furore prorumpunt in uerba contumelioſa aduerſus ꝓximos ſuos,quæ nec probare poſſunt,nec defendere.Propter quod interdum per ſententiam iudicis taxantur ad emendam , quam inuitè ſoluunt.Sed in foro diſtricti iudicis Chriſti reſtat eis emenda multo grauior, quia gehennę . Patet ergo , qualiter contingit peccare mortaliter propter iram tripliciter , & ideo talem iram ſum mopere uitare debemus .

Secundò principaliter uidendum eſt de offenſione huius peccati iræ.Pro quo notandum quod per ipſum contingit offendere tria genera perſonarum,ſecundum quòd.

Deo contrariatur,
Proximo inimicatur,
Auctori iniuriatur.

Primò igitur ira eſt magnę offenſionis,quia Deo cõtrariatur. De Deo nempè dicit pſal.quòd,in pace factus eſt locus eius.Vnde, & Deus paucis nominàtur à Paulo 2.Cor. 14 .Vult ergo Deus habitare in corde humano ꝑ gratiã iuxta illud Prouer.8. Delitiæ meę eſſe cum filij hominum . Sed a dicto habitaculo repellit cũ paſſio iræ,præſertim cũ dominatur in homine. Da exemplum de uiro generoſo,& nobili,qui non libenter habitat in hoſpitio pleno,ira,rixa ;

conten-

cõtétione,tumultu & ſimilibus. Quinimmo talia audiẽs, cito inde recedit. Vnde ſolet dici,ꝙ ſunt tria,quæ expellũt hoſpitem aliquẽ de domo .ſ.fumus, ignis,mulier litigioſa. Mulier litigioſa eſt ira,quæ Deum expellit de hoſpitio conſcientiæ. Qui ergo cupit habere Chriſtum in hoſpitio cordis ſui,debet procul pellere iram à ſe,& quantum in ſe eſt cum omnibus pacem,& dilectionem habere.

Secundò ira eſt magnæ offenſionis,quia proximo inimicatur.Nã in impetu,& cõmotione iræ multa dicimus,agimus,& facimus aduerſus eum,cui iraſcimur,q͂a ſedata paſſione nos pænitet dixiſſe,aut feciſſe,ut dicitur 11.q.3.cum apud.Proprerea Plato libro de repub.dicit,ꝙ nihil eſt , tã contrarium reipublicæ, quàm iræ cõmotio, & impetus furoris in ciuibus.Et ideo sũmopere debet cauere homo iracũdus,ne exequatur quicquam,quandiu ſentit in ſe iram feruere, ſed quantum poteſt,cohibeat animum, & manum. Quod ſi non poſſit ex toto primum ſicut patet in illis,qui quaſi naturaliter ſunt iracundi,ut ſunt communiter cholerici,ſaltem caueat ſibi a ſecundo.Nam ut dicit Hierony.3. par.epiſtolarum ſuarum epiſtola 25.ad Saluinam ſcribens. Iraſci hominis eſt, ſed iram nõ perficere Chriſtiani eſt.Et dat ibi exemplum de Archita Tarentino,qui ad ſeruum negligentem ait.Iam te necaſſem uerberibus,ſi non eſſem iratus.Refert etiam Seneca lib.1.de ira de Socrate,qui ſeruo ſuo eum offendẽti ait.Cederem te,niſi iraſcerer,qui ergo vult aliquem iuſte punire,debet expectare,quòd ira ſit in eo ſedata,ſi prius eã in ſe perſenſerit. Quia,ut dicit idẽ Senec.lib.2. de ira ad Nouatum ſcribens. maximũ iræ remedium eſt mora.

Vnde ibidem refert de Piſone homine iracundo ſupra humanum modum dicens,quod in impetum animi iuſſerat quendam de ſeruis ſuis occidi,eò quòd redierat de foris ſine ſocio ſibi dato.Imputabat enim illi,quod ipſum occidiſſet.Cumque plectendus eſſet morte,& lictor iam euaginatum teneret gladiũ ſupuenit ſocius eius ſanus. Quo uiſo lictor dimiſit eum intactum.Quo audito crudelis tyrannus Piſo iuſſit utroſque occidi.Te,inquit, ad primum iam ad mortem condemnaui, ideo morieris. Deinde ad ſecundum ait.Te etiam iubeo mori,quia cauſa mortis socij

tui

tui tu es. Poſtremò tertio ait. Te ſimiliter neceſſe eſt nunc mori, quia voci meæ non paruiſti, ſed à me cõdemnatum mori noluiſti. Ecce, quomodo propter innocentiam unius hominis tres neci traditi ſunt. Ex quo patet, quòd ira ualde inimicatur, & aduerſatur proximo. Propterea in decretis 11.q.3. illa dicitur, quòd cum rector eſt in ira, nemini tũc debet iudicare, eò quod iudicium rationis in eo eſt obfuſcatũ. ſed debet expectare, quòd mens prius per eã cõcitata ad tranquillitatem redierit.

Tertiò ira eſt uitium magnæ offenſionis, eò quòd actori proprio iniuriatur. Per furtum enim, aut homicidiũ, ſiue detractioné quis iniuriatur proximo tantũ. Sed per irã nõ ſolũ nocet alteri, uerumẽt ſibi ipſi. Et hoc tribus modis quos tangit Pſ. de hoïe iracundo Aſcẽdit fumus in ira eius, exarſit, carbones ſuccẽſi ſunt ab eo. In quibus uerbis notantur tria mala, quæ ira operatur in homine.

Primum eſt rationis obnubilatio, quia aſcendit fumus in ira eius. Sicut enim fumus ſurſum aſcendens, ſi fuerit multum ſpiſſus, aliquantulum obnubilat aerem, ſic & ira rationem, dicente poeta. Ira impedit animũ, ne poſſit cernere uerum. Quinimmo homo iratus commotionis tempore, iuſtum putat oẽ, quòd facit 11.q.3. ira. Vnde legit, ꝙ cũ quidam Imperator adiudicaſſet in ira ſua, quendam ad mortem, ait reus. Appello. Cumque interrogaretur, ad quem appellaret, reſpondit dicens. Appello à Cæſare irato ad cæſarem tranquillum, & pacatum. Hunc ergo iuſſit imperator vſque in craſtinum reſeruari. Sed interim ſedata ira eius reo vita donata eſt, ſi tñ reus dici merebatur.

Secundum malum, ꝙ operatur ira in homine, eſt debitæ diſpoſitionis corporalis deſtructio. Valde. n. decẽs eſt, ꝙ homo, cũ ſit rationalis. ſit compoſitus in geſtibus corporeis. Hoc enim pertinet ad moleſtiam, ad quã habendã, & ſeruandam nos admonet Apo. Phil. 4. dicens. Modeſtia ueſtra non ſit omnibus hominibus. At verò de homine iracundo dicit Pſal. ubi ſupra, quòd ignis à facie eius exarſit, ac ſi apertè diceret, quòd talis habet faciem ignitam, & inflammatam. Nam ſecundum Grego. in mora. lib. 5. c. 31. In homine irato igneſcit facies, exaſperant oculi, accenſũ ſtimulis iræ cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit.

Ore

Ore quidē homo iratus clamorem format, ſed ſenſus,quid loquatur,ignorat.In hoc itaque talis, ab arreptitijs longè non eſt,qui actionis ſuæ conſcius non eſt.Hęc ille.Item Seneca de ira ad Nouatium lib. 1. dicit ſic. Cætera uitia abſcondi poſſunt,ira autem ſe profert,& in faciem exit, quantoque maior, tāto efferueſcit manifeſtius. Vnde poſtea cōparat homines iracundos apris,qui ſpumant,& dentes oſtē dunt, dum ſunt in furore. Item comparat eos tauris,qui poſtquam irati ſunt,cum cornibus terram ſpargunt, & eā hinc inde pedibus iactāt.Similiter comparat eos leonibus, & rabidis canibus,qui nemini parcunt, nec domeſticis, nec extraneis. Quid plura. Certè, ut ait Chryſo. ſuper Io.homil.15.Ira eſt uehemens ignis omnia conſumens,quippe q̄ corpus corrumpit, animam coinquinat, triſtitiam affert, turpis uiſu. Quod ſi iratus ſeipſum intueri poſſet,nulla alterius admonitione indigeret. Nihil enim irato turpius. Hæc ille.Item idem ſuper eundem Io.hom. 47.dicit ſic. Iræ fera eſt uehemens,& furibunda. Nihil enim turpius uultu irati. Quod ſi aſpectus turpis ſit,multo magis anima. Quēadmodum enim ſeuum,ſi contrectetur,grauius olet, ita & anima, cum turbata eſt.Hæc ille.Ecce, quomodo ira, deſtruit debitam corporis diſpoſitionem,& grauitatem. Inſuper,quod deterius eſt, quandoque inducit mortē,ſicut patet de Sylle Romanorum Conſule, de quo refert Valerius lib.9.c.3.quòd mortuus eſt præ nimia iracundiæ uiolentia, eo,ſcilicet,quòd non fuerat factum ſecundum ſuam uoluntatem, circa traditionem pecuniæ ad refectionē Capitolij.

Tertium malum,quod operatur ira, eſt,ꝙ ſuſcitat rixas, & cōmotiones in alijs,propter quòd de homine iracundię ſubdito Pſal.ubi ſupra dicit, ꝙ carbones,ideſt,alij homines nigri per culpam ſuccenſi ſunt ab eo, ideſt, ad iracundiam ab eo prouocantur. Et in hoc eſt ſimilis equo hernioſo,qui in ſtabulo exiſtens,& ſe continere non ualens,mordet alios à dextris,& ſiniſtris. Quod illi ſentientes,ſimiliter ſe reuincentes ipſum mordent. Quo fit,vt ſequatur tumultus magnus, nec non, niſi cum furca, aut groſſo baculo ad dorſa eorum,adhibito pacificari poſſunt. Sic nec multi iracundi à contumelijs,opprobrijs,conuitijs, iniurijs,atque uerberibus quandoque ceſſarent,niſi per diſtrictum inuicem pęna

plecte-

plecterentur,ſiue per burſã,ſiue aliàs.Et breuiter tot, & tanta mala ſuſcitat canina beſtia iræ, ꝙ de ea loquens Seneca.lib.2.de ira dicit,ꝙ ipſa eſt,ꝙ deſtruit munitiſſimas ciuitates,& eas proſternit funditus.Ipſa eſt,ꝙ uenena propinat,& homines occidit.Ipſa eſt,quę eccleſias ꝓphanat, & euertit,cum imminet bellum.Aſpice,inquit, ſolitudines ꝑ multa millia cum habitatoribus ſuis deſertas, quas certè ira exhauſit.Hæc ille.Ecce quãta mala operaẽ ira.

Tertiò principaliter uidendũ eſt de remediatione peccati irę.Sunt enim plerique,qui dicunt illis diſplicere, & moleſtum eſſe,ꝙ ita ſubijciantur huic paſſioni iræ , & ꝙ libenter de ea ſe expedirent,ſi poſſent.Sed ne tales habeãt excuſationem in peccatis, tria illis aſſignabimus remedia ad domandum cor ſuum caninum,quæ ſunt.

Pia meditatio.
Status conſideratio.
Fidelis meditatio.

Primum igitur remedium ad domãdum prędictũ cor caninũ iracũdorũ uocatur pia meditatio,ſcilicet, Chriſti ſanctorum uirorum,propriorum defectuum.

Primo igitur ad hoc ualet pia meditatio Chriſti,qui de improperijs,contumeliis,irriſionibus,flagellationibus, & huiuſmodi nocumẽtis ſibi ab inimicis ſuis illatis ad iracũdiam minime concitatus eſt,ſed patientiã in omnibus ſeruauit.Vnde ad hoc propoſitum loquens Chryſoſto.ſuper Matth.homil.88.dicit ſic.Fortaſſis dices. Quomodo potero nõ moueri ad alterius vituperium.Crucis,inquit,ſigno te ſignato,& recordare,quanta conuicia,aduerſus Chriſtũ dominum tuum Iudæi in uia pariter,& in hora paſſionis locuti ſunt,& confeſtim omnia in te extinguẽtur. Pariter quoque,te modeſtum,ac manſuetum hęc faciet cogitatio ſancta.Præterea à tuis quoque famulis documentũ ſuſcipias,qui plerunque te uituperante ſiluerunt, Et ꝑ hoc intellige hanc philoſophiam non eſſe difficilem. Nam hoc modo furorem tuum condemnabis Hæc ille.Item ad idẽ propoſitum loquens Auguſt. Homil.42. dicit ſic.Nondũ Chriſtus vindicatus eſt.Nondum Chriſti martyres uindicati ſunt.Adhuc enim expectat patientia Dei, vt cõuertãtur inimici Chriſti,conuertantur,& ipſorum martyrũ inimici

mici. Nos autem quid ſumus, qui uindictam quærimus? Si enim iram quæreret de nobis omnipotens Deus, ubi remaneremus. Ille, quia nihil nos læſit, non vult ſe uindicare de nobis, & nos quærimus vindicari, qui penè quotidiè Deum offendimus. Hæc ille.

Secundò ad idem ualet pia meditatio ſanctorũ uirorũ qui contra ſibi illatas iniurias, & mala, non ſunt ad iram concitati, ſed patientes extiterunt, aut illas in riſum uerterunt. De primo hiſtoriam habemus de Dauid, q noluit occidere Saul eum perſequentem ad mortem, cũm tamẽ aliquando, illud etiã impunè facere potuiſſet, ſicut, cũ purgabat Saul uentrem in ſpelunca, in qua latitabat ipſe Dauid. 1. Reg. 24. Item, quando inuenit eum dormientem intra caſtra. 1. Reg. 26. Item. 2. 16. legitur de eodẽ Dauid, q non eſt iratus, cum audiuit illum latrunculum ſemel maledicentem ei. Quinimmo prohibuit Abiſai uolenti eum ꝓpter hoc occidere, ne ipſum tãgeret. Similiter Helyſeus non permiſit, quòd homines, qui uenerant ad eum capiẽdum ex parte regis Syriæ, quicquã paterentur mali, ſed pepercit eis. Quinimmo iuſſit eis mẽſam apponi, atque refectos abire pmiſſit. 4. Reg. 7. Quod plura, certè, quãuis mulieres, ut cõmunius plus iraſcãtur ad ſibi illatas iniurias, quàm viri, iuxta illud Eccl. 25. Non eſt ira ſup iram mulieris, nonnullæ tamen earum patientiſſimè extiterunt, contra ſibi irrogatas iniurias. De hoc extat hiſtoria deuotiſſima de Sara filia Raguelis, quæ patiẽtiſſimè ſuſtinuit iniuriã, & contumeliam ancillæ ſuæ improperãtis ſibi, q occidiſſet ſeptem uiros ſuos Tob. 3. De ſecundo ſimilis hiſtoria habetur de Diogene philoſopho, de quo refert Senec. li. 3. de ira ad Nouatium ſcribẽs, quòd cum ageret cauſam in publico, quidã malitioſus truphator nomine Lẽtulus attracta ab ore pingui ſaliua ſpuit in frõtẽ eius mediã, quantum potuit. Quod ille perſẽties totus faſtidioſus abſterſit faciem, inſuper dicẽs. O Lentule profectò affirmabo omnibus fallere eos, qui te dicunt, os non habere. O q̃ rari ſunt tales Diogenes, etiam apud Chriſtianos. Neſcio enim, ſi adhuc ſecundus poſſet reperiri ſuper terram.

Tertiò ad idẽ ualet meditatio, ſeu, ut meliùs loquamur, recognitio propriorũ defectuum, Vnde Grego. in moral. lib. 5.

lib.5.c.32.loquens de remedijs contra iram,ne inſurgat in nobis,alligat recognitionem propriorũ defectuũ,dicens, ꝙ ille patienter illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortaſſe adhuc habet,in quo debeat ipſe tolerari,& idẽ quaſi aqua ignis extinguitur,cũ furore ſurgentis animi ſua cuique ad mentem culpa reuocatur.Sed profectò pauci ita faciunt.Quinimmo illi,qui aliorum reprehendunt peccata ſolent cum ira,& indignatione illis dicere.Miror, quòd ſitis talis,aut talis.Non enim nellẽ talia agere. Quia ergo tales uolunt,quaſi ſeipſos iuſtificare, ideo cum ira,& indignatione reprehendunt alienos defectus, tãquam nõ eſſent in aliquo culpabiles. Cum tamen dicat pſal.quòd omnes declinauerunt,&c.

Secundum remedium ad domãdum cor caninum iracũdorum dicitur ſtatus ſui conſideratio.Cum enim quis conſiderat,ꝙ eſt nobilis,aut Epiſcopus, Abbas, aut religioſus, ſiue iudex,aut aduocatus, debet erubeſcere iraſci,ne ab alijs irrideatur,& fatuus,ſeu inſenſatus reputetur.Quamuis n.ſit cõtra hominum naturam habere cor caninum per iracundiam,eò maximè,quod homo eſt animal natura mãſuetum,præcipuè tamen iſtud eſt valde ridiculoſum in maioribus,in qbus dẽt eſſe maxima modeſtia, & grauitas,& minus de ira, in cuius rei ſignum rex auium dicit ſolus carere aculeo.Vnde ad hoc propoſitum Sene.li.3.de ira ponit tale exẽplum.Sicut,inquit, immanis fera ad latratum canũ lęta reſpicit,ita proprium magnanimitatis eſt, nõ ſentire ſe percuſſum iniurijs.Hęc ille.

Tertium remedium ad domandum prædictum cor canini num dicitur fidelis meditatio.Cũ enim boni,& iuſti uiri intromittunt ſe de pacandis iracundis, & reconciliandis diſſidentibus, tunc plerunque erubeſcunt eis contradicere. Si tamen duri corde uideãtur, tũc mediatores debent eis oſtẽdere,quã miſericorditer Chriſtus indulſit ſuis inimicis,pro quibus etiam orauit ad patrem.Similiter & beatus Stephanus,atque compluies alij uiri ſancti. Quod ſi nec ſic profecerint,tunc debẽt adducere terrores diuini iudicij,pęnarũ infernalium,nec non, & carentiam perpetuam illius ineffabilis gloriæ cœleſtis,& huiuſmodi Et ſic patet de remedijs ualentibus ad mitigandum cor caninum iracundorum.

& non uenit ad lucem,ideſt,non quærit,quòd ei ueritas di catur,vt non arguantur opera eius.Item Terentius dicit,ꝙ veritas odium parit,nec certè mirum,ſi malicioſi homines odiunt ſuos reprehenſores, maximè cum diceret ſaluator, Iohan.7.Me,inquit,odit mundus,quia teſtimonium perhibeo de illo,quia eius opera mala ſunt. Similia autem verba poteſt dicere ſyncerus p̄dicator contra detractores,& latratores ſuos,qui ęgrè ferunt,quòd eorum facinora reprehendat,ſiue tales ſunt tyranni principes,ſiue iniqui officiales,ſiue vſurarii,& raptores,ſiue concubinarii, & fornicatores,ſiue alterius generis maligni homines.Sed ſicut Chriſtus nō obſtante odio mundanorum hominum non deſtitit à prædicatione veritatis,ita neque bonus, & virtuoſus prædicator debet timere uerba hominum, quantumcunque indignantium,dummodo iniuſte indignētur, ſed potius timeat domini præceptū.De quo Eſayę.58.Clama,ne ceſſes.quaſi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum,& domui Iacob,&c.

Secundò probatur idem intentum hiſtoricè.Et primò de Ioſeph,de quo legitur Gen 38.quòd fratres ſui oderant eū nec præ nimio odio poterant ei quicquam pacificè loqui. Cuius quidē odij,vna de cauſis erat,eò quod accuſaſſet eos apud patrē de crimine peſſimo.Secundò idem patet de Michea Propheta Domini,de quo dixit Achab ad Ioſaphat regem Iuda.Ego odio Micheam,quia non prophetat mihi bonum,ſed malum omni tempore 3.Reg.22.Sic & hodie multi reges,& Principes odiunt illos, qui dicūt illis veritatem, illos autem diligunt,& eleuant in dignitatibus, & officijs, qui illis applaudunt.Vnicuique ergo tali principi poſſet dici,ſi tamen inueniri poſſet ſuper terrā homo,qui vellet portare uerbum illud,quod dixit Ioab ad Dauid.Diligis odiētes te,& odio habes diligentes te 2.Reg.19.Tertiò idem patet de B.Iohanne Baptiſta,quem oderat Herodias,eo quod reprehendiſſet Herodem de inceſtu cum ea. Propter quod non ceſſauit eum perſequi, quouſque habuit caput eius in diſco,Marci.7. Vnde argumentum maximi odii eius cōtra Iohannem fuit, quando infixit gladium in caput illius iam mortui.

Tertio idem propoſitum probatur ſimilitudine triplici,

Prima eſt de ſerpente,qui naturaliter odit rutam,& ipſam fugit quantum poteſt. Vnde dicitur, quòd in horto in quo eſt ruta, non ſolent ſerpentes habitare. Sic, & mali odiunt amaritudinem correctionis. Nunquã enim uellét corrigi,nec de ſuis malis reprehẽdi.Secunda ſimilitudo eſt de phrenetico, qui odit medicum,qui tamen in ſuis uinculis gloriatur.Sic tales malitioſi homines ſolent odire medicos animarum ſuarum, ideſt correctores, infirmatũ ſuarum punctores. Sicut patet de malis ſubditis in ordine ad ſuperiores ſuos.Nihilominus tales ſolẽt frequenter gloriari in uinculis peccatorum ſuorum.Et ideo ſicut uidemus ꝙ phreneticus odiens medicum,& remedia,mortem incurrit corporalem,ita & tales, qui correctiones odiunt, & frugit mortem ſpiritualem,& tandẽ ęternalem incurrunt. Quia ſic dicitur Prouer. 15. Qui increpationes odit, moriatur. Tertia ſimilitudo eſt de equo ulceroſo,ſeu ſcabioſo,qui ſi fricatur in loco, in quo ulcus habet, ſiue dum emplaſtrũ illic apponitur ſtatim ſe diuertit,& pede percutit,ſiue dentẽ mordet,nõ attendens hoc fieri ad ſui utilitatem ita etiã in propoſito de malicioſis hominibus in ordine ad ſcelerũ ſuorum reprehenſores. Et ſic patet de primo.

Secundò malicioſi homines odiunt bonorum operum executores.Hoc enim eſt commune malum,tam in ſęculo, quàm in clauſtro tum in ſtatu laicali,quàm clericali,quod illi amplius à malis, & peruerſis odiuntur contemnunt, quis in boni operibus diligentius, & uigilantius occupant iuxta illud Prouer. 29. Viri qui oderunt ſimplicem. Et huius odij cauſa eſt inuidia.Videtur enim talibus,quòd boni per bonam famã extinguant eorum gloriam.Sicut ſi diceremus,quòd luna inuidet ſoli, ꝓpter luminis ſui claritatẽ. Conſequenter autem ex tali inuidia de facili oritur odiũ apud inuidẽtem. Quemadmodum ergo ouis delectabiliter conuerſatur cum altera oue & lupus cum lupo, ſed lupus cum oue nunquam abſque periculo, ita boni cũ bonis pacem bonam, & dilectionem ſynceram, & ſanctam habent. Mali etiam ſuo modo pacem,& amorem,quamuis ut plurimum,damnatiſſimũ inter ſe habere poſſunt.Sed quòd mali cum bonis pacem, aut amorem, qualecunque, habeãt nunquam fieri poteſt, procurante militia peruerſorum

aduerſus

aduerſus bonos,quos odiunt propter bonam uitam, quā tenent,& opera ſancta,quæ faciunt. Vnde Auguſt. oculis ęgris odioſa eſt lux,quæ puris eſt amabilis. Propterea dicūt mali de conuerſatione iuſti,& electi illud Sap.2.Grauis eſt nobis ad vidēdū,quīā diſſimilis eſt alijs uita illius.

Tertiò maligni homines odiunt pacis,& cōcord æ reformatores,& mediatores.Hoc autem maximè contingit in illis militibus, & ducibus belli,qui cum ſint interdū de paupere regno,non timent,nec odiunt aliud, quā pacem, ſcientes,quòd ſi fuerit pax,caſſabuntur,& priuabuntur ſtipendijs conſuetis nec deinceps poterunt, ita impunè prædari,ſicut prius,hinc vulgo dicitur,quòd nō pōt melius piſcari,quàm in aqua turbida. Propterea Augu.ad fratres in hære.ſer.2.dicit,quòd pax à malis oditur,& ut mors,fugitur.ſed audite,quod ſubditur.Beatus,inquit,qui te habet.Maledictus,qui te odit ,& qui te impedit,& frangit inter homines,talis Antichriſtus eſt,& filius perditionis. hæc ille.Patet ergo de graui malignitate cordis lupini proximos ſuos odientium.

Secundò principaliter uidendum eſt de culpæ defenſione prædicti cordis lupini audientium. Solent enim interdum odium gerētes in cordibus ſuis aduerſus ꝓximos ſuos culpā ſuam defendere allegātes excuſationes in peccatis,quæ ſunt tres præcipuè,uidelicet.

Impoſſibilitatis, Conformitatis,
Iniurioſitatis.

Prima igitur defenſio prædictorum odientium dicitur impoſſibilitatis.Sunt enim multi,qui dicunt,ꝙ non poſſunt diligere inimicos, maximè cum unaquæque res etiā irrationalis naturaliter odiat ſuum contrarium,ſicut ouis lupum,mus catum,aqua ignem.Sed horū friuola excuſatio reprobatur,& condemnatur tripliciter,ſcilicet.

Auctoritate, Ratione, Exemplo.

Primò quidem auctoritate Auguſtini,qui in ſermone plurium Martyrum dicit ſic.De diligendis inimicis nullus fratres chariſſimi in ueritate ſe excuſare poteſt. Poteſt,inquit, aliquis mihi dicere . Non poſſum uigilare, aut ieiunare,ſed nunquid poteſt veraciter dicere nō poſſum amare . Poteſt ſimiliter mihi dicere? Non poſſum

 tetas

totas res meas pauperibus dare,& in monaſterio Deo ſeruire.Omnia præter hoc,quòd non poſſis amare,credo tibi.Et ſi dixeris,quia non potes à carnibus, & vino abſtinere,credo tibi.Si autem dicis,quòd non poſſis in te peccantibus indulgere,non credimus tibi omnino,quia nulla nobis remanet excuſatio,dum non de cellario, ſed de corde iſtam eleemoſynam iubemur implere.hæc ille.Secũdò facit talem interrogationem dicẽs.Dic mihi Chriſtiane,feciſti ne aliqua peccata contra Deum.Et dicis,quòd ſic.Poſtmodum quęro à te,quod maius eſt peccatũ,uel peccatũ, quod feciſti contra Deum,uel peccatum,quod fecit homo contra te.Nonne primum,eò quòd ſic,offendiſti perſonã infinitam.Tu autem miſer homo fragiles,& terrenus.Cũ igitur dicis,tãta me compulit inimicus meus ſuſtinere, vt eum nulla ratione poſſim diligere, attendis, quid fecit tibi homo,& non attendis,quid tu feciſti Deo.Si igitur conſcientiam tuam diligenter diſcutis ſine ulla compenſatione,tu maiora peccata commiſiſti in Deum,quàm in te cõmiſerit homo. Qua ergo fronte uis,vt tibi Deus dignetur dimittere multum,cum tu nõ acquieſcis proximo tuo dimittere parum.Tertiò facit talem interrogationem.Quęrò à te,ò homo,quod potius vis habere,bonum,uel malũ. Dices indubiè,quòd bonum.Si ergo uis habere bonũ,debes diligere inimicum,quia odiendo eum facis malum animæ tuæ Hæc Aug.ubi ſupra.Conformiter etiã ad prædicta loquitur idem Auguſt.ſerm.5.de beato Stephano.Sed eius uerba redeunt in eandem ſententiam cum præcedentibus.ideò illa pertranſeo.

Secundò reprobatur friuola excuſatio præcedẽtium tali ratione,hæreticum,& impium eſt dicere Deum aliquod impoſſibile nobis præcepiſſe.Sed ſic eſt, quòd ipſe nobis pręcipit in utroque teſtamento odium deponere aduerſus inimicos,& eos diligere,igitur: minor patet,quo ad uerus teſtamentum per illud Leui.19.Non oderis fratrem tuũ in corde tuo.Et notanter dicit in corde tuo,contra illos,q̃ diligunt uerbo,& ſigno,ideſt,ſe diligere fingunt,qui tamẽ in corde odium mortale ſeruant.Similiter,quoad nouum teſtamentum Chriſtus ait.Diligite inimicos ueſtros, non quidem ſolum corde,uerumetiam opere,& facto,tẽpore,

& loco.

& loco.Ideo ſubdit.Benefacite his,qui oderunt uos. Inſuꝑ diligite eos ore,uidelicet,orando pro perſequentibus, &c. Matth. 5.

Tertiò prędicta excuſatio uana, & friuola pręcedentiũ reprobatur multiplici exemplo Sacrę Scripturæ, in qua legitur de multis, qui retribuerunt bona pro malis inimi cis ſuis,& dilectionem pro odio ſuo. Vnde Auguſti.ſerm. 2.Dominicę tertię poſt octauas Paſchę aliquas hiſtorias adducit ad hoc propoſitum confirmandum. Prima eſt de Iacob,de quo dixit, quòd maluit ad longinquas regiones fugere,quàm uicem odij fratri ſuo Eſau recõpenſare. Quẽ ſicut uita neſciuit,ita odiſſe neſciuit. Inſuper reuerſus mul tis muneribus,ut eum ſibi placatum faceret,honorauit. Se cunda hiſtoria eſt de Ioſeph,qui pro fratricidij crimine im piis fratribus ſuis non odij amaritudinem, ſed charitatis dulcedinem recompenſauit.Oſculabatur enim ſingulos, & per ſingulos flebat. Quibus denique non ſolum nihil mali rependit, ſed omnia bona retribuens tam uiuo,quàm mor tuo patre,germano ſemper amore dilexit. Tertia hiſtoria eſt de Moyſe,quem etſi populus frequenter contempſiſſet atque lapidare noluiſſet,nihilominus diuinę charitatis me mor,ita pro illis ad Dominum ſupplicabat,ut clamando di ceret.Si non dimiſeris peccatũ populi tui,dele me de libro, quẽ ſcripſiſti,Exo.32.Quarta hiſtoria eſt de Dauid,de quo legitur.2.Reg.16.ꝙ cum inimicus ſuus Semei malediceret ei in faciem,maluit parcere, & Dei iudicio talem iniuriam reſeruare,quàm ſuę iracundiæ ſatisfacere. Quinimmo ini micos ſuos adeo diligebat,ut eorum infortunia fleret,& de illis,qui eos occiderant,ultionem expeteret.Sicut patuit de eo,q ei retulit,ꝙ Saul occidiſſet.2.Reg.1. Propter quod di cebat ipſe Dauid in pſ.Si reddidi retribuentibus mihi ma la, decidam meritò ab inimicis meis inanis.i. euacuaui in me meritum fraternæ charitatis,& dilectionis inimici.Pa ter ergo ex pręcedentibus exemplis, quæ ponit Augu. ubi ſupra,quam friuola eſt excuſatio eorum,qui dicũt nõ poſ ſe inimicos ſuos diligere. Inſuper ipſe Chriſtus facto repro bauit dictam falſam excuſationem in peccatis,per hoc,ſcili cet,quòd in cruce pendens pro ſuis crucifixoribus orauit patrem,dicens.Pater dimitte eis,qa neſciunt,quid faciunt. Luc.23.

diligeret, ſi neceſſitas occurreret, utpote, ſi eſſet in articulo neceſsitatis. Qui autem extra talē caſum inimicū diligit in particulari, opus perfectionis facit. Patet ergo, qualiter nō. Nam in eo, quod mali ſunt, diligendi non ſunt, ſed potius odiendi, quia ſic eos odit Deus. In eo uero, ꝙ homines ſunt diligendi ſunt, quia etiam ſic eos diligit Dominus, iuxta illud Sap. 11. Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti Domine. Sic itaque chariſſimi diligamus homines, ut non diligamus eorum errores, unde Leo Papa, & recitatur in decret. diſt. 86. cap. odio. Odio, inquit, habeantur peccata, non homines. Corrigantur tumidi, tolerentur infirmi. Item glo. ord. ſuper illo uerbo pſal. Perfecto odio oderam illos, dicit, quod perfectum odium eſt odire in proximo ſuo culpam, & eum diligere ſecundum naturam. Si igitur uelimus aliquem recte diligere, debemus ſeparare naturam a culpa, & amare naturam, eo quòd ex ſe bona eſt, utpote opus Dei. Odire autem debemus culpam, quam etiam odit Deus.

Sed proh dolor multi ſe circa hoc decipiunt, qui etiam plerumque apertè mentiuntur, dicentes nihil ſe habere ad uerſus inimicū, niſi quia in eo malū eſt, qđ illis ualde diſplicet. Hoc autem malum non eſt, ſicut non eſt malum odio habere malas herbas, quæ creſcunt in campo uicini tui, uel infirmitatem in animabus tuis. Quod autē tales ſic pallian tes malitiam ſuam apertè mentiantur, patet tali perſuaſione. Ponatur caſus, ꝙ aliquis aliū odiēs habeat amicū ualde potentē, & q ei multa bona facit ſubueniēdo ſuis neceſſitatibus. cū hoc tñ ſtat, ꝙ ſit fornicator, aut adulter, ponamus ex altera parte, ꝙ inimicus eius ſit implicatus ſimili delicto. Iſto caſu poſito, q̄ro, quare nō æquæ bene odit primū, ſicut ſm. cū uterq; ſit in eadē culpa cōſtitutus. Ex quo ergo diligit primū, & odit ſcđm ſignum eſt, ꝙ non odit ſ. đm, q a fornicator eſt, ſed quia inimicus eſt. Et ita conuincitur in eo odire naturā, & nō culpā. Fortè dicet talis nō eſſe ſimile de utroq;. Nā primus benefacit ſibi, & ideo eū diligit. Secūdus uero in nullo ſibi obſequitur, & ideo eū odit. Certè, q ſic rñdet, malè cōcludit. Quinimmo deberet ſic cōcludere. Teneor diligere primū, inquantū benefactor eſt, ergo nō teneor diligere ſm ſaltem in particulari, q a mihi nō bñfacit.

Non

Non eſt autem idem non diligere aliquem,& odio eum habere, ut ſatis conſtat,Patet ergo,quòd talis non odit uitia inimici,alias ſimilia plus odiret in benefactore, & amico. Sed forſan iterum dicet talis, quòd odio habet inimicum, quia nocuit illi,quantum potuit.Non ſic autem de amico, ſeu benefactore.Certè talis ſic reſpondendo apertè oſtendit,quod radix odij,quod habet contra inimicum eſt vindicta,quam magis appetit de illo,qui ſibi nocuit,quàm de amico æquè malo,qui ſibi nõ nocuit,& ita potius optat vindictam de culpa in ſe commiſſa, quàm de illa, quę in Deũ eſt commiſſa. Quod tamen ualde iniquũ eſt,& peruerſum. Et ſic patet eneruatio ſecundæ defenſionis odientium proximos ſuos.

Tertia defenſio, ſeu excuſatio cordis lupini odientium dicitur iniurioſitatis. Multi enim ſolent dicere de inimicis ſuis,quòd non poſſunt eos diligere,eò quòd grauiter fortè illis iniuriati ſunt,ſiue in rebus ſecundis,ſiue in corpore,ſiue in fama,& honore, eò quòd nunquam poſſent illis tãtũ bonum facere, quantum fuit damnum, quod intulerunt eiſdem.

Sed profectò hæc defenſio eſt ualde friuola. Hoc autem patet ſic.Nam tales conquerentes de iniuria, primò cõtra ueniunt diuino pręcepto. Leuitic. 19. ubi dicit dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo,nec memor eris iniurię ciuium tuorum.

Secundo in ſic reſpondendo, & conquerendo,atque uindictam appetendo iniuriantur ipſi Deo,qui dicit Deuter. 32.Mea eſt ultio,& ego retribuam eis in tempore, ſupple, opportuno. Ecce ergo, quomodo gladius eorum merito debet intrare in corda taliter culpam ſuam defendentiũ: Hoc eſt dicere,quod ex uerbis ſeipſos condemnant,cum dicunt inimicos ſuos odire, eò quòd illis iniuriati ſunt.Ore ipſis ſic reſpondente, proximos odio habendo iniuriantur Deo, & pręceptis eius, quibus tale odium, & apetitum uindictę prohibet. Quod ergo in inimico condemnãt,contra Deum exercent,& ideo de unoquoque tali, poteſt dici illud Eccleſiaſt.28. Qui uindicari uult a Deo, inueniet uindictam.

Tertiò principaliter uidendum eſt de fuga,& deteſtatione

in cordis lupini odientium. Eſt igitur hoc uitium procul longè pellendum a nobis, & deteſtandum triplici ratione, uidelicet, ratione

Excluſionis, Incluſionis, Impeditionis.

Primo igitur ratione excluſionis. Excludit enim hoc uitium hominem à cœlo. Vnde Iſid. lib. 2. de Synonymis alias ſoliloquiorum. Odium, inquit, hominem à regno Dei ſeparat, & à cœlo ſubtrahit. Odium, nec paſſione dimittitur, nec martyrio expiatur. Item Auguſt. ad fratres in eremo ſerm. 18. qui intitulatur in cœna Domini, ad propoſitum loquitur, dicens. Nunquid cum odio quis Paradiſum aliquando intrauit? Ad infernum ire odium habentem ſæpè legiſſe memoror, ſed ad cœlum uolare nunquam concedam. Sed uertamus foliũ, & profectò inueniemus, quòd dilectio inimicorum facit peruenire ad regnum cęlorum. Vnde idem Aug. in feſto B. Stephani ſerm. 5. dicit ſic. Grandis labor eſt inimicos diligere, & pro perſecutorib. ſupplicare, ſed attende, quia grande erit premium in futuro.

Secundo cor lupinum odientium eſt fugiendum ratione incluſionis. Non enim ſolum excludit hoc uitium à cœlo, verum etiam conſequens eſt dicere, quòd includit animam finaliter in inferno. Vnde de tali in odio proximi moriente poteſt intelligi illud pſalm. Cum iudicatur, exeat cõdemnatus. Nam ſicut retributio ęterna promittitur diligentibus inimicos, ut patet prius ex uerbis Aug. ita per oppoſitum, ſupplicium ęternum præparatum eſt odientibus eoſdem. Cõſideratio autem huius grauiſſimi periculi multum debet terrere illos, qui odium de corde nolunt deponere. Hoc autem probat Chriſoſto. Homil. 71. tali perſuaſione. Dic mihi, inquit, ſi quis rex ſuper terram talem tuliſſet legem, ut inimici placarentur, uel mors illis eſſet ſupplicium, nonne propter huius mortis corporeæ metum omnes ad exemplandam legem concurrent. Quanta ergo non eſſet dignus accuſatione, qui hoc faceret propter uitandam mortem corpoream, qui hoc non vult facere propter æternum uitandum ſupplicium.

Tertio ſępe dictum cor lupinum odiẽtium eſt fugiendũ rõne ĩpeditionis. Pręter hoc.n.ꝙ attrahit, & allicit hoĩem ad mala multa, adhuc impedit multa bona, & ꝑcipuè tria.

Primum

Primum eſt fructus orationis. Nam, ut dicit Aug. ad fratres in eremo ſerm. 9. qui intitulatur de ira fugienda; nec Deum laudare, nec ab eo exaudiri meretur, qui odium ſeruat in corde. Qua fronte ô homo, quo affectu, qua deuotione potes a Deo ueniam poſtulare, dum fratrem odis. Petis a Domino, quòd tibi dimittat, ſicut, & tu debita dimittis. Crede mihi, quòd tantum tibi dimittet Deus, quantum dimittis alteri. Hæc ille. Vnde ad hoc propoſitũ. Gryſoſt. Super Matth. homil. 20. dat talem ſimilitudinem. Si, inquit, aliquis homo ſupplicaret, ut ei indulgeres; deinde humi iacens proſtratus, ſubito inimicum uideret, tibique iam ſupplicare deſineret, ſed in illius cedem totus irrueret, nonne te ad maximam iracundiam prouocaret. Hoc etiam Deo accidere opinare ſimiliter. Nam tu Deo ſupplicans, interdum ſupplicationem relinquis, & ſermonibus, atque opprobriis cedis inimicum. Quo fit, ut magis contra te Deum prouoces, & legem eius tranſgrediaris. Hæc ille.

Secundum bonum, quod impedit prędictum cor lupinũ eſt fructus pœnitentiæ ſalutaris. Nullus.n. gerens tale cor põt ueram pęnitentiam agere. Similiter, ſi quis oẽs facultates ſuas abũdanter ſuper milia auri, & argenti, diſtribueret in uſus pauperum, aut ſi traderet corpus ſuum ad martyrium, ſiue ſi in corpore ſuo ferret omnes abſtinentias, uigilias, diſciplinas, labores, & uniuerſas ærumnas, quas omnes ſancti Dei amici, qui fuerunt a conſtitutione mundi, uſq; nunc paſſi ſunt, etiam annumerando eas, quas paſſuri ſunt electi uſq; ad conſummationem ſæculi, hæc omnia illi non proficerent, quandiu gerit odium in ſuo corde aduerſus proximum ſuum. Hoc enim patet ſufficienter ex uerbis Apoſt. 1. Cor. 13. ubi loquitur de ualore charitatis, quia nihil prodeſt ad uitam æternam. Odium autem fraternum directe opponitur charitati, quæ eſt ad proximum. Ex quo concluditur, quod ipſum odium impedit fructum pęnitentię ſalutaris, ſicut, & cætera bona. Et hoc vult decretum, ꝙ habetur de pęni. diſt. 5. falſas, ubi dicit Grego. ꝙ nemo poteſt ueram pęnitẽtiam agere, niſi primum dimittat odium in corde.

Tertium bonum, quod impedit prædictum cor, eſt iudicium

cium rectę rationis. Deus enim ex immenſa bonitate, & liberalitate ſua dotauit hominem ratione in hoc quodā peculiari modo ipſum participem conſtituens diuinæ perfectionis. Odium autem fraternum extinguit, & ſuffocat, quodammodo ipſum rationis iudicium. Adeo, ut dicat Chryſoſt. Homil. 36. quòd perfectum odiū uerum iudiciū non cognoſcit. Hoc autem probat à ſigno dicens. Si odias aliquem, qualicunque fuerit apud illum, omnia tibi diſplicet, ſiue quæ loquitur, ſiue agit. Et ſi ſint bona, mala tamē tibi uidetur. Hæc ille.

Sed quia teſte Greg. ſuper Ezechi. Homil. 16. plerūque exempla plus cōpungūt, quàm ratiocinationis uerba, ideo huic materiæ duplex exemplum ſubiungere uolui. Per primum oſtenditur, quātum malum ſit nolle deponere odiū de corde. Per ſecundum uerò inſinuatur, quantum bonum ſit fratri ſuo indulgere.

Legitur ergo quo ad primum in Vitis Patrum, quòd cū pater Appolonius uelit duos diſcordantes concordare, & unus illorum q duri cordis erat, diceret ſe uelle potius mori, quam alteri parcere, fiat, inquit Appollonius, quod dixiſti, ſepulchrum tuum fiat beſtiarum uenter, ſed quid ſecutum ſit, audiamus. Nempe nocte ſequenti miſer ille mortuus eſt ſubditò, & à beſtiis comeſtus.

Legitur ſimiliter quo ad ſecundum in ſpeculo exemplorum diſt. 5. exemplo quadrageſimo quinto, quòd quidam ruſticus occidit quēdam nobilem in partibus Germaniæ. Quod audiens frater eius quærit, & hinc inde diſcurrit, ut inueniat auctorem ſceleris. Tandem eo inuēto, mox extraxit gladium, ut eum interficeret. Quod alter uidens in terram ſe proſtrauit, & dixit. O domine mi miſerere mei ob reuerentiam illius qui tui miſertus eſt, & qui te ſua morte redemit. Ad quod uerbum nobilis compunctus, & lachrymatus manum retraxit. Sed cum à ſuis argueretur de ignauia, iterum gladium extendit ſuper proſtratum in terram. At ille rogat eum, ut prius. Quo audito indulget illi, ut prius. Sicque tertiò factum eſt. Et tunc dixit proſtrato, ſurge, & uade liber, quia à me non occideris, eò quòd me rogaueris ob reuerentiam paſſionis Domini mei Ieſu Chriſti. Sed, quid poſtmodum ſecutum ſit, au-

diamus

diamus. Nam dum dictus nobilis genere, & corde, ſeu mente, declinaſſet ad eccleſiam miſſam auditurus, & corã imagine crucifixi genibus flexis humiliter oraret Chriſtum, vt tam bono corde illi indulgeret offenſas ſuas, ſicut ipſe feceerat illi, qui patrem ſuum occiderat, & hoc ob reuerentiam Dominicæ Paſſionis, ſubito viſa eſt imago crucifixi a circunſtantibus caput verſus eum inclinaſſe, in ſignum exauditionis, quaſi illi regratians.

Aliud exemplum quaſi huic ſimile, ad idẽ habetur 2. parte ſummę domini Antonini Florentini ti.8.c.3.§.5. de quodam diuitẽ milite, qui habebat mortales inimicitias cum quodam qui occiderat auunculum ſuum. Hic ergo habitã opportunitate euaginauit gladiũ ſuum, vt alterum interficeret. Quod ille videns, cum non poſſet euadere per fugã, in terram ſe proſtrauit, & dictum militem humiliter rogauit, quòd ob reuerentiam illius, qui tali die pro omnibus paſſus fuerat, illi indulgeret. Erat tunc enim feria ſextã. Ad quem, illi omni ferocitate depoſita ait. Ob amorem illius, ob cuius reuerentiam me rogas, nõ poſſum tibi, non indulgere. Vade igitur ſecurus, & fac bonum. His per actis cũ dictus miles veniſſet ad quãdam eccleſiam, & oraſſet coram imagine crucifixi dicẽs. Indulge mihi domine peccata mea ſicut amore tui hodie peperci illi, qui auũculum meum decidit, ſubitò dicta imago caput inclinauit, quaſi ſibi gratias agens de tam ſancto opere. Quod cum ille uidiſſet, dimiſſo ſęculo religionem intrauit, vbi feliciter uixit. Et tãdem cathalogos ſãctorum annumeratus eſt, & appellatur ſanctus Iohannes Galber. Patet ergo exemplum ſimile priori nõ tamen idem, vt ſatis patet ex dictis, inſuper eſt aliud argumẽtum diuerſitatis, quia vnum cõtigit in Germania, aliud verò, ſcilicet, ſecundum in Italia. Patet erdo ex dictis, quàm bonum ſit odium de corde deponere aduerſus inimicum. Vade ergo, & tu fac ſimiliter, ſi quid habes aduerſus proximum tuum.

DE CORDE VVLPINO HYPOCRITARVM. Cap. VII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli,& terræ, quia,ſupple,peccaui nimis cogitatione*]Mat.11. Poſtquam dictum eſt de corde lupino odiẽtium,nunc ſupereſt loqui de corde vulpino hypocritarum.Congruo autẽ ordine ſic proceditur,eo,ſcilicet,quòd multi odiẽtes proximos ſuos interdum,ſiue ad inſtantiam cõfeſſorum ſuorum,ſiue ad preces perſonarum mediantium,ſiue pro quodam aquitamento fingunt facere pacem,cum inimicis ſuis,& plenè indulgere quicquid habent aduerſus,eos.Sed quia hoc non faciunt bono,& perfecto corde,ſed potius ſimulatè,q̃ quidẽ ſimulatio ad hypocriſim pertinet.Vnde hypocriſis græcè ſimulatio dicitur latinè.Ideo patet quàm congruè poſt deciſionem cordis lupini odientium,ſequitur tractatus cordis vulpini hypocritarum.De quo quidem corde poteſt intelligi illud Pſalmiſtæ.Cor eorum,ſcilicet,hypocritarum nõ erat rectum,cum eo,ſcilicet,cum illo,cui huiuſmodi hypocritæ oſtendunt ſigna bonitatis,ſiue amicitiæ.Et nota,quòd conuenienter tale cor hypocritarum appellatur vulpinum, & hoc propter conditiones vulpis.Nam ſecundum Iſidorũ. lib.12,Ethymologiarum.c.2.vulpes nunquam rectis itineribus,ſed ſemper tortuoſis anfractibus currit.Ita nec,hypocritæ rectè incedunt,ſed ſemper obliquè,quia ſub ſpecie sãctitatis homines decipiunt,& cum tali ueſte ad inferna currunt.Item ſecundum eundẽ Iſidorum ubi ſupra,vulpes eſt animal fraudulentum Deum enim eſurit,& nõ inuenit eſcã,fingit mortem.Ad quam deſcendentes aues uelut ad cadauer,eas rapit,& deuorat,ita & hypocritæ ſunt fraudulẽti,eò quòd plerunque fingunt ſe eſſe humiles,ut honorentur,uel pauperes,ut ditentur,ſeu mundi cõtẽptores,ut eis facilius credatur,quales ſunt pſeudo prophetæ. De hoc itaque corde vulpino tria uideamus,quæ ſunt.

Offenſionis, Conditionis.
Comparacionis.

Primò igitur uidendum eſt de offenſione hypocritarũ,

pro

Pro quo notandum, quòd offendunt tria genera perſonarum, uidelicet,

Deum, Proximos Seipſos.

Primo igitur hypocritæ Deum offendunt. Et quamuis hoc ſit commune omnibus peccatoribus, quod Deum offendunt, ſpecialius tamen hypocritæ hoc faciunt. Nam, ut dicit Augu. ad fratres in eremo ſerm. 21. qui intitulatur de triplici genere monachorum. Hypocritæ in cunctis operib. ſuis ſperant reuerentiam honoris, gloriam laudis, deſiderãt à melioribus metui, ſancti ab omnibus uocari, & ut Deus uenerari. Hæc ille. Ecce, quomodo ſpecialius cæteris peccatoribus Deum offendunt hypocritæ, quia ceteri peccatores talia non appetunt. Propterea idem Aug. de uita, & moribus cle. lib. 1. & ſimiliter recitatur in decr. 12. q. 1. certe ego. dicit ſic. Nolo habere hypocritas. Malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum.

Secundò hypocritæ offendunt proximum. Et hoc iterũ dupliciter.

Primò quidem in ſpiritualibus, ut ſunt hæretici, qui ut melius illis credatur, interdum prætendunt magnam uitæ ſanctitatem, & auſteritatem, atq; uitiorum deteſtationem. Et tales erãt illi hęretici Albigenſes, tempore Beati Dominici, qui ambulabant apparenter, cum maxima ſanctitate, & auſteritate. Tales etiam hypocritæ fratricelli, & pleriq; alij. Et de offenſione talium loquitur Apoſt. 1. Timo. 4. dicens. In nouiſſimis diebus recedent quidam à fide, attendẽtes ſpiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum glo. interl. i. malignorum hominum, & nequam, ut dęmones loquentium in hypocriſi, id eſt, ſimulata religione, ut magis decipiant mendacium. Propterea nos admonet Chriſtus, ut diligenter uitemus tales. Mat. 7. dicens. Attendite à falſis prophetis qui ueniunt ad uos in ueſtimẽtis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Nã ut dicit Chryſ. in Mat. in opere imperfecto homil. 5. Oẽs ſpecies iuſtitiæ, quas habẽt ſerui Dei in ueritate, poſſunt habere ſerui diaboli in ſimulatione. Habet enim diabolus, & mãſuetos, & humiles, habet caſtos, & eleemoſynarios, atque ieiunos. Et breuiter omnem ſpeciẽ boni, quam creauit Deus ad ſalutem hominum, eandẽ ſpeciem diabolus introduxit ad ſeductionem, ut inter bonum

uerum

uerum,& bonum ſimulatum confuſio fiat. Hæc ille. Ecce q̃uo hypocritæ offendunt proximum in ſpiritualib. bonis.

Secundo eoſdem offendunt in temporalibus. Hoc autẽ fit,cum aliquis clericus prætendit opera ſanctitatis,ut adipiſcatur eccleſiaſticam dignitatem,uel beneficium curatũ, aut non curatum. Quo adepto efficitur prauus ſymoniacus,doloſus clericus,& ambulans in magnis ſupra ſe,adeo, vt vlterius non recognoſcat eos, qui eum ſublimauerunt, & fortè de ſtercore erexerunt,ut ſederet cũ principib. & ſoliũ gloriæ teneret. Talis aũt erat quidã ,quem optimè noui,qui cum in minoribus eſſet conſtitutus,ideſt,ſimplex canonicus,cæteris canonicis applaudebat,& eos,tanquam capellanus dominos ſuos uenerabatur. Atque per hanc ſimulatam humilitatem tantam apud eos obtinuit gratiam, ꝙ paucis demptis oẽs elegerunt eum in Epiſcopũ. Quo facto honores iu eo mutauerũt mores,quia ex tunc cępit,& quaſi ſpreuit eos habere,qui fuerãt cãę ſuæ promotionis. Hęc etiam hypocriſis cõmunis eſt multis clauſtralibus,qui multa ſimulant,ut eligantur in Priores,aut Abbates. Poſtea uero oſtendunt aperte,quales erant prius occultè, & in corde,quia efficiuntur uelut leones ad ſubditos ſuos. Hinc in Prou. dicitur,ꝙ neſcitur,quid ſit de aliquo monacho,quouſque fuerit Abbas.

Tertio hypocritę offendunt,& peccant in ſeipſos. Et hoc iterum dupliciter. Primo quidem,ut dicit Greg. in Mor. li. 4. tales frequenter corpus per abſtinẽtiam affíciunt. De q̃bus etiam dixit Chriſtus Matth. 6. ꝙ exterminant facies,ut appareant hominibus ieiunantes. Et ideo tales ſunt martyres diaboli,ſicut iuſti Martyres Chriſti,qui ſcilicet,ſubeunt mortem pro nomine ipſius.

Secundo uero tales peccant in ſeipſos,in hoc,ſcilicet, ꝙ cognita eorum duplicitate,& ſimulatione ſpernuntur,contemnũtur, & abijciũtur à uiris probis,& honeſtis. Propter quod dicebat ſanctus ille pater Auguſt. ubi prius allegatũ eſt. Nolo habere hypocritas. Item idem ad fratres in Eremo,Ser. uigeſimoſexto. Qui intitulatur de murmure,& detractione dicit ſic. O hypocrita caue,ne ad menſam meam peruenias. Nam ibi antequam aliquid ſumas,lectio mea tibi legetur. Quid autem in ea primo ſeruare præcipio,niſi

quod ſequitur. Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam. Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi. Hæc ille.

Quæritur autem circa hanc materiam, vtrum hypocriſis ſit ſemper mortale peccatum.

Pro ſolutione notandum, quòd eſt triplex hypocriſis, ſcilicet, ſancta, venialis, mortalis. Hypocriſis ſancta contingit, cum quis ſimulat opera ſanctitatis, vt Deus honoretur, & proximus ædificetur. Verbi gratia, vt ſi religioſus oſtendat coram laicis maiora ſigna perfectionis, quàm corã fratrib. ſuis, vt illi ædificentur. Nam talis fictio ab aliquibus doctoribus vocatur ſancta hypocriſis. Vnde de B. Patre noſtro Dominico legitur, quòd cum interdum in itinere eſſet multum ſitibundus, prius extinguebat ſitim ad fontem, & poſtea in hoſpitio parum bibebat de vino, & hoc, ne ſi uoluiſſet ſatisfacere ſiti in menſa, aſpicientes eum potatorem reputarent, ſed potius ſobrium, & abſtinentem. Sic etiam docebat fratres ſuos facere, vt ſcilicet, coram populo oſtenderent exempla ſanctitatis ad eorum conuerſionem, & ædificationem. Hypocriſis autem venialis contingit, cum quis delectatur in ipſa fictione. Et de tali dicit Ariſtot. 4. Ethic. ꝙ magis dicitur uanus, quàm malus. Vt enim dicit B. Thom. 2.2. q. centeſima vndecima. art. 4. eadem eſt ratio de mendacio, & ſimulatione, ſeu hypocriſi. Et ideo ſicut eſt aliquod mendacium ueniale, ita & quædam hypocriſis uenialis. Hypocriſis verò mortalis, ſecundum eundem Doctorem, vbi ſupra eſt, cum quis ſentit in ſe defectum ſanctitatis, aut alicuius virtutis, & tamen appetit, & vult apparere, tanquam habens huiuſmodi ſanctitatem, ſiue virtutem. Da exemplũ de lubrico, qui vult apparere & æſtimare caſtus, aut de auaro, qui appetit apparere liberalis. Item de guloſo, qui vult apparere ſobrius. Item de ſuperbo, qui uult apparere humilis, & huiuſmodi. Vnde ſecundum Catholicon, hypocrita dicitur fictor, ſimulator, & repræſentatur alterius perſonæ, quia ſimulat ſe eſſe, quod non eſt. Nam hypocrita ſecũdum eũdem auctorem, dicitur ab hyper, quod eſt ſuper, & criſis, quod eſt aurum, quaſi ſuper auratus, eò quòd in ſuperficie, & exterius hypocrita uidetur bonus, cum tamen interius ſit malus. Ecce quomodo eſt ſuperauratus, ſimulans ſe eſſe, quod non eſt. In hoc ſimilis aurichalco, quod apparet aurũ

& non

& non eſt. Propterea Auguſt. fer. a 6. poſt Cineres ſermo 1. exponens illud uerbum. cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypochritę dicit, quòd nomē hypocritę translatum eſt à ſpecie eorum, qui ſpectaculis tecta facie incedunt vultum, nunc uno modo, nunc alia coloratum geſtantes, ut populum fallant, dum in ludis agunt, modo quidem in ſpecie uiri, modo uerò in forma fœminæ, & reliquis præſtigiis. Quemadmodum ergo tales falſo incedunt vultu & ſimulant, ꝙ nō ſunt, ita hypocritæ. Ecce vnde deriuatum eſt nomen hypocritæ ſecundū Auguſt. Ille ergo, qui nō eſt virtuoſus, ſi oſtentat perſonam virtuoſi, eſt propriè, & verè hypocrita eò quod hipocrita grecè, ſimulator dicitur latinè. Et ſic patet ad quæſitum, & per conſequens de primo principali.

Secundò principaliter uidendum eſt de conditionibus & proprietatibus hypocritarum, quæ multæ ſunt. Sed de multis paucas annotabimus. Hæ ergo conditiones ſunt.

Latens infectio, Potens perfectio,
Turgens preſumptio, Mordens detractio.

Prima igitur conditio hypocritarum dicitur latens infectio. Nam malum eorum occultatur ſub pelle cordis. Propterea Chyſo. Matt. 23. comparat eos ſepulchris dealbatis, & ita dicit. Veh uobis hyprocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, id eſt, quia apparetis quidē foris hominibus ſpecioſi, intus autem pleni eſtis ſpurcitia, & iniquitate. Seneca etiam ſecunda parte epiſtolarum ſuarum epiſt. 27. ad idē propoſitum loquitur, dicens. Miramur parietes tenui marmore inditos, cum ſciamus, quale ſit quod abſconditur oculis noſtris, & cum auro tecta profundimus, quid aliud quā mendacio gaudemus. Scimus enim ſub illo auro fęda latitare ligna. Hæc ille.

Secunda conditio hypocritarum, uocatur patens perfectio. Et notanter dicitur patens, & non exiſtens, quia uolūt apparere boni, iuſti, ſancti, deuoti, humiles, miſericordes, abſtinentes, charitatiui, caſti, & huiuſmodi, & tamen nolunt eſſe tales. In hoc uolentes tenere uiam nominalium, & non realium. Contra quorum abuſum loquens Chryſoſt. ſuper Matthæum in opere imperfecto Homil. 14 dicit ſic. O hypocrita, ſi bonum eſt & laudabile bonum eſſe, ut quid ius

apparere, quod non uis eſſe, ſ. bonum? O igitur inſana uanitas tua, qui eſſe non uis quando deſideras apparere. Hæc ille. Sunt ergo tales ficti homines uitandi iuxta Horatij poetę ſententiam, cum ait.

Nunquam te fallant lupi ſub vulpe latentes.
Impia ſub dulci ſępe uenena latentes.

Ecce quomodo hypocritę habent perfectionem foris apparentem. Sed hoc totum falſum eſt. Ideo fallaces ſunt, & deceptiui.

Tertia conditio hypochritarum dicitur turgens pręſumptio. Nam tales cōiter ſunt arrogantes, & turgidi ſuperbi pſumptuoſi, & inflati. Vbicunque commorantur ſiue in ię cluſo collegio, aut clauſtro, ſemper uolūt aliis præminere & ſuper oēs apparere, ſiue in officio, ſiue beneficio. Vnde ad hoc propoſitum de illis loquens Saluator. Matth. 23. dicit, ꝙ dilatāt phylacteria ſua, & magnificāt fimbrias, amant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis, ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabi, Nā ut dicit Aug. ad fra. in ere ſer. 26. qui intitulatur de Murmure, & detractione. Communis conditio hypocritarum eſt murmurare detrahere, uel alios deſpicere. Neque enim murmurare, neque detrahere hypocrita ſatiatur, ſed de omnibus maledicit, ut ipſe ſolus à cunctis prędicetur beatus. Omnia, & omnes deſpicit, ut ipſe ſolus ſit, qui ab omnibus aſpiciatur Hæc ille. O grandis pręſumptio hypocritarum. O doloſa militia. O inflata pellis uulpina, quæ nequiter te humilias. Certè ualde fatuus eſt omnis, q te amat, & in hoſpitio conſcientiæ tuæ te recipit. Procul igitur ſis à mentibus, & cordibus noſtris.

Quarta conditio hypocritarum uocatur mordens detractio. Cōmune enim eſt hypochritis de aliis detrahere, ut ex decreſcentia famæ eorum, creſcat eorum gloria, & fama. Alios ergo quęrunt diffamare, ut ipſi ſoli boni ualeant apparere. Mordent ergo communiter tria genera perſonarū. ſ. ſuperiores, mediocres, inferiores. Et breuiter ut dicit deuotus Bernar. in quodam Sermone, huiuſmodi hypocritæ ſunt aliis adulantes, & inuidentes, aliis detrahētes, & mordaces ut canes doloſi, ut uulpes ſuperbi, ut leones, & lupi rapaces. Hi uolunt eſſe autoritate iudices, ſine uiſu teſtes.

Poſtre-

Poſtremò falſi accuſatores, & omni ueritate carentes. Hæc ille. Patet ergo deſcriptio malarum conditionum hypocritarum, non tamen omnium, quia hoc nimis longũ eſſet narrare. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidendum eſt de comparatione hypocritarum, quibus, ſcilicet, rebus comparari poſſunt, ut ſic magis, ac magis appareat culpa, & turpitudo eorum. Eſt ergo notandum, quòd huiuſmodi hypocritę comparantur multis rebus. Primò quidem ſepulchris dealbatis, prout dicit Chriſtus Matthę, uigeſimotertio. Nota bene. Secundò ſunt ſimiles cuidam pictori, qui tanquam peritisſimus in arte ſua faciebat pulcherrimas imagines, ſed tamen generabat turpisſimos filios. A quo cum quæreretur, cur hoc: reſpondit, quia inquit facio imagines de die, ſed filios de nocte. Sic & hypocritę de die, ideſt, in offenſione hominũ pingunt imagines pulcherrimę & honeſtisſimæ conuerſationis. Sed proh dolor in occulto committunt plerunque nephanda ſcelera.

Tertiò ſunt ſimiles pomis Sodomorũ, quæ exterius pulchra eſſe dicuntur, ſed interius plena ſunt cineribus.

Quartò ſunt ſimiles ſpeculo fracto, in quo apparēt duæ imagines. Ita & tales oſtendunt exterius magnam imaginē ſanctitatis, & religioſitatis. Sed intus gerunt imaginē ſpurcisſimam iniquitatis.

Quintò ſunt ſimiles aliquibus domibus, in quibus exterius imprimuntur multę cruces, ne tranſeuntes ſuper illas urinent. interius autem nullam fortè habent crucē, ſed multas ſordes. Applicatio eſt facilis.

Sexto ſunt ſimiles Cygno, qui habet plumas albisſimas, ſed interius gerit carnes nigerrimas. Ita in propoſito. Et ideo ſicut Cygnus deplumatus ad ignem ponitur aſſandus ſic & hypocritæ tandem deplumabuntur, & ad ignem inferni detruſi perpetuò ibidem aſſabuntur cum illo, de quo Matth. uigeſimoquarto, partemque eius ponet cum hypocritis. Et breuiter hypocritæ ueri diſcipuli, & imitatores ſunt ſathanæ. Qui ut habetur 2. Corinth. 11. aliquādo trāſfigurat ſe in angelum lucis, cum in rei ueritate ſit angelus tenebrarũ. Sic, & illi uolũt habere nomē ſanctitatis, & hoc prætendunt exterius tam uerbo, q̃ facto, ſaltem apparēter,

cum tamen interius ſint grauiſſimi peccatores. Ex quibus omnibus patet, quàm periculoſa exiſtat conuerſatio, & cohabitatio hypocritarum. Meritò ergo dicebat diuus ille Augu. Nolo habere hypocritas, ut prius allegatum eſt.

DE CORDE VRSINO INVIDORVM. Cap. VIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cæli, & terræ, quia, ſupple, peccaui nimis cogitatione.* Matth. 11.

Poſtquam dictum eſt de corde uulpino hypocritarum conſequenter loqui oportet de corde urſino inuidorum. Cuius ratio ordinis eſt, quia cum hypocritæ uelint ſingulares in ſanctitate, & uirtute apparere, de facili inuident bonis, & uirtuoſis, tanquam extinguentibus lumen ſuæ fictæ ſanctitatis. Cor autem talium inuidorum meritò uocatur urſinum, quia ſicut urſus excęcatur ad aſpectum peluis candentis, ita inuidus excæcatur ad aſpectũ operis lucidorũ, & calidorum calore charitatis, quæ uidet in proximo, iuxta illud Eccleſiaſt. 25. Excæcauit uultum ſuum, tanquam urſus. Vnde de tali corde urſino inuidorum tria notabimus, quæ ſunt,

Origationis, Offenſionis.
Comparationis.

Primò igitur uidendum eſt de origine ipſius cordis urſini inuidiæ. Circa quod uidenda ſunt.

De parentela.
De tempore.
De loco.

Quantum igitur ad primum, ſciendũ, quòd inuidia proceſſit ex peſſima parentela. Et ideo non mirum, ſi ſit peſſima, & nequiſſima. Maximè cum dicat Saluator noſter Chriſtus Matth. 7. quòd non poteſt arbor mala fructus bonos facere. Et Chryſoſt. in opere incompleto. Hom. 48. Quę, inquit, ſit arbor, in fructu cognoſcitur, & fructus per arborem demonſtratur. Sic parentes cognoſcuntur in filijs, & filij per parentes. Et poſt pauca. Teſtimonia, inquit, de filijs, mores ſunt parentum. Modò uideamus, qui fuerunt paren-

tes ipſius inuidiæ. Profectò pater eius extitit diabolus iuxta id quod ſcriptum eſt Sap 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Vidit enim hominem eſſe in ſtatu fœlici, quando, ſcilicet, primò conſtitutus eſt, & ad illum poſſe aſcendere locum, unde ipſe ceciderat, ſcilicet, ad cęlum. Propter quod illi inuidit, & uolens eum à tanto bono impedire, ipſum tentauit. *Gene*.2. Vnde Auguſt. libro de diſciplina Chriſtiana dicit ſic: Inuidia uitium diaboli eſt, cum quo ſolo diabolus reus eſt. Non enim diabolo dicitur, ut damnetur, adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti, ſed homini ſtanti inuidiſti. Hęc ille. Ecce quis, & qualis fuerit pater inuidiæ, quia diabolus, de quo meritò dicere poſſumus, quòd inuidus eſt, & pater inuidiæ. Mater autem ipſius inuidiæ eſt ſuperbia. Vnde Auguſtinus, ubi ſuprà. Superbia mater inuidię uocatur. Superbia enim homines inuidos facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Item de uerbis Domini. Serm. 53. Non poteſt, inquit, ſuperbus eſſe non inuidus. Inuidia filia eſt ſupbiæ, ſed iſta mater neſcit eſse ſterilis, vbicunq; enim fuerit, ibi continuò parit. Et reuera bene aſſignatur inuidia filia ſuperbiæ, quia ex quo aliquis cupit eſse magnus, & primus inter alios, de facili inuidet his, qui præueniunt eum in tali benedictione. Practica iſtud de illis, qui aſpirant ad eccleſiaſticas dignitates, ſiue ad officia publica. Item de illis, qui amant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in eccleſijs, aut locis publicis, ſalutationes in foro, & huiuſmodi. Tales namque, cum uident aliquem in talibus præferri, cui fortè ſe æquiparant in cordibus ſuis, mox illi inuident. Vnde commune prouerbium eſt, quòd inter pares eſt inuidia. Qui enim ſequuntur curias principum, ac magnatum, ſciunt, ſi uera dico. Saluberter, ergò contra hoc malum nos admonet Apo. Gal. 5. dicens: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Ecce, quomodo inuidia eſt filia ſuperbiæ, tanquam ab ea originata.

In aliquibus tamen ipſa inuidia matrem habet cupiditatem, utpotè, in illis, qui aliis inuident, eo fortè, quòd tales lucrantur in arte, uel mercatione, ſeu uocatione ſua. Nam talibus uidetur, quòd lucrum aliorum ſit impediti-

uum lucri eorum. Da exemplum de duobus barbitonſoribus uicinas domos inhabitantibus. Item de tabernariis, hoſpitibus, apothecariis, ſutoribus, ſartoribus, & ſimilibus. Item de medicis, aut chirurgicis, in eadem ciuitate commorantibus. Item de aduocatis, & procuratoribus. Item de capellanis, & uiris eccleſiaſticis, atque prædicatori bus in eadem ciuitate ſimul prædicantibus. Item de ſeruis, ſiue ancillis in eadem domo habitantibus, qui cõiter illis inuident, quibus maius lucrum datur, uel qui maiorem gratiã apud dños, aut dñas ſuas habent, & hmói. Ecce, q̃uo inuidia interdum oritur ex auaritia, & cupiditate. Propterea dicit Aug. li. 3. de ciuitate Dei c. 10. quòd inuidia ex opulentia orta eſt, & Horatius in epiſtolis. inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Vnde idem Aug. ad fratres in eremo ſerm. 18. qui intitulatur de cauenda inuidia, facit talem inuectiuam contra inuidum dicens, O inuide, quàm paucos habes amicos, & forſitan neminem habes, de cuius bono non doleas, & de cuius malo non gaudeas. Merito ergo omni amico priuari debes, eò quòd de nullo bono amicorum gaudere probaris. Hæc ille.

Patet ergo quis fuerit pater inuidiæ, & quæ mater, ſed nunquid ipſa filia infecunda, aut ſterilis remanſit? Certè non, ſed tanquam inceſtuoſa ex patre ſuo diabolo concepit dolorem, & peperit iniquitatem, ſed quam iniquitatem ꝑfecto multiplicem, uidelicet, odium, detractionẽ, diſcordiã, ſuſurrationẽ, gaudium in aduerſis proximi, & triſtitiam in proſperis illius. Et, ut paucis multa comprehendam, ipſa inuidia omnia mala generat, ut dicit Aug. ubi ſupra.

Quantum autem ad ſecundum conſiderandum eſt, quã do primò cõcepta eſt dicta maledicta filia ſuperbię, uidelicet inuidia, & reuera concepta eſt ante Cain, aut Abel filios Adæ. Nam quàmprimũ Deus formauit hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam, atq; eum ſic formatum poſuit in loco uoluptatis, concepta eſt inuidia in mẽte diaboli, per hoc ſ. ꝙ ex tunc inuideret fœlicitati humanæ creaturæ, ut dictũ eſt. Non ſic autem eſt de multis aliis peccatis, quæ poſtmodum genita ſunt, ut ſunt homicidium, quod incepit a Cain Gen. 4. Item adulterium, quòd incepit in Lamech, qui primus accepit duas uxores, ubi ſupra. Item ebrietas, quæ

incepit poſt diluuium,& ab ipſo Noe. Geneſis.9. Item auaritia,quæ incepit ab ipſo Caim,qui immolabat domino deteriores greges. Gen.4.& ſic de multis alijs peccatis. Patet ergo ex quo tempore genita ſit inuidia,nec tamen propterea tabeſcit,aut ſeneſcit,quin potius iuueneſcit in dies in cordibus multorum etiam ſenio confectorum.

Quantum ad tertium conſiderandũ eſt,quo in loco genita ſit ipſa inuidia. Profectò genita eſt in optimo, & delicatiſſimo loco,uidelicet,in terreſtri Paradiſo,quando,ſcilicet,diabolus in ſpecie ſerpentis tentauit Euam,& per Euã Adam,& hoc totum ex inuidia,ut dictum eſt. Sunt enim aliqua peccata,quæ ſibi eligunt determinata loca,nec paſſim,aut indifferenter in omni loco perpetrantur,ſicut patet de adulterio,homicidio,ebrietate,& ſimilibus,quæ ſaltem in locis ſacris,non ſolent perpetrari, & hoc propter reuerentiam ipſorum locorum. At uero ipſa inuidia,ſicut nulli ſexui ætati,aut tempori parcit,ſic nec loco quantumcunque ſacro. Ingreditur enim domos clauſtralium,pariter & pontificum,ubicunque effundens uirus ſuum,adeo quòd nullus locus eſt,qui ſe abſcondat à colore eius. Patet ergo de origine inuidiæ.

Secũdò principaliter uerum eſt de offenſione ipſius cordis vrſini inuidorum. Circa quod notandum,quòd inuidus offendit tria genera perſonarum,videlicet.

Deum, Proximum, Seipſum,

Primò igitur offendit Deũ directè agens contra eũ. Cũ enim bonum ſit communicatiuum,& diffuſiuũ ſuipſius,vt dicit Dio. conſequẽs eſt,quòd Deus,cum ſit ſummè bonus vult ſeipſum cõmunicare ſuis creaturis, quãtum in ſe eſt, & quantum poſſibile eſt ſecundum capacitatẽ ipſarũ creaturarum. Practica,quomodo cõicat aliquibus creaturis eſſe tm̃,aliis eſſe,& uiuere, alijs aũt eſſe,viuere, & intelligere. Primũ patet in lapidib. Scd̃m in ſenſibilibus. Tertiũ in creaturis intellectualibus,& rationalibus. Nam talibus,niſi præſtent impedimentum per peccatum communicat ſe ꝑ gratiam, & tandem per gloriam. Inuidus autem facit totaliter oppoſitum. Non enim vult ſeipſum alijs communicare præſtando auxilium ,aut beneficium . Quin immo dolet,cum Deum videt circa alius liberalem , & magnificum.

cum.Libenter enim uellet arctare Dei bonitatem,dum, ſcilicet eũ uellet ſibi eſſe liberalem,& largum, & cæteris parcum.Et in hoc aſſimilatur miſero mendicanti, qui libenter videret,quòd eleemoſynarius illi largus eſſet, & omnibus alijs parcus.Propter quod Chriſtus poteſt cuilibet inuido dicere illud Matth.20.An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum.An non licet mihi,quod volo facere.Nonne volo huic dare,ſicut & tibi.Ecce quomodo inuidus peccat in Deum.Quinimmo videntur eum quodammodo impugnare, quod ſic patet.Inuidia enim immediatè opponitur charitati, quæ Deus eſt.Iuxta illud 1.Iohan.4. Deus charitas eſt.Modò ad charitatem pertinet bona aliorum,tãquã ſua diligere.Ad inuidiam uerò pertinet de aliorum bonis,tãquam de ſuis malis dolere,& per oppoſitum de aliorũ malis,tanquam de ſuis bonis gaudere.Conſequens ergo eſt dicere,quòd inuidus quodãmodo impugnat Deum. Ex quo concluditur grauitas culpæ inuidiæ.

Secundò inuidus offendit proximum, & hoc tripliciter. Secundum quòd cõtingit alicui inuidere,propter quatuor genera bonorum,quæ poſſunt eſſe in eo,quæ ſunt.

Bona gratuita,
Bona naturalia,
Bona temporalia,
Bona corporalia.

Primò igitur quis poteſt alicui inuidere, propter bona gratuita, quę uidet in eo eſſe,utpotè,quia bonus.q a deuotus,quia charitatiuus ad pauperes,& pius,quia ſępe cõfitetur,qu ia frequentat diuina,quia viſitat loca ſacra hinc inde peregrinando,& ſic de ſimilibus.Et hæc inuidia eſt grauiſſima culpa ideſt,culpa,quæ fuit in domo Pharaonis, i.q intrat domũ conſcientiæ.De qua loquens Aug.ad fratres in heremo ſer.18.dicit,quòd ſicut manna cęlitus datũ eſt, quo reſeruato ex eò ſcaturiebat multitudo vermiũ, ſic ex cœleſti gratia,uel Dei dono alicui collato occaſionaliter naſcit inuidia in ſuperbi hominis animo.Hæc ille. Habet aũt hæc inuidia ſpeciale nomen,quod eſt inuidentia fraternæ gratiæ. De qua figuratiuè legitur Gene.37.q fratres Ioſeph inuidebant ei,eò q à patre plus cęteris fratribus amaret.Vñ in ſignũ maximę inuidię nõ poterãt ei quicquã

pac ificè

pacificè loqui, ſed loquebãtur ſemper cum iurgio, opprobrio, & iracundia. Hac autem peſſima inuidia laborabant impij Iudæi in primitiua eccleſia, cum, ſ. uidebant gentiles conuerti ad fidẽ, ut patet Act. 10. Inſuper ex inuidia reprehendebant Petrum ipſi Iudæi ad fidem conuerſi, ex hoc, ſ. ꝙ familiariorem ſe talibus oſtendebat. Vnde, & dixerunt ei: Quare introiſti ad uiros præputium habentes, & manducaſti cum illis. Act. 11. In cuius figuram legitur Luc. 15. ꝙ cũ filius ſenior audiſſet, ꝙ tã charitatiuè, & benignè pater eius recepiſſet filium prodigum, per quem intelligitur populus gentilis ad fidem conuerſus, & benignè à Chriſto receptus nolebat introire, ſupple, populus Iudaicus ad fidẽ Chriſti, & intra domum eccleſię. Hac denique inuidia laborabãt diſcipuli Iohannis Baptiſtæ, qui uidẽtes, & inuidẽtes, ꝙ Chriſtus aliquos baptizaret, ſ. per diſcipulos ſuos, qbus hoc impoſuerat, ut patet Iohan. 4. dixerũt ei Rabi, qui erat tecũ trans Iordanem, cui teſtimonium perhibuiſti, eccè hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum, te, ſupple, dimiſſo, qui eum baptizaſti: Iohan. 3. Valde autem periculoſa eſt hæc inuidia fraternę gratiæ, utpotè, ad peccatum in Spiritum ſanctum pertinens, & ideo ſummopere cauenda.

Secundò poteſt aliquis alteri inuidere, ꝓpter bona eius naturalia, utpotè, quia habet clariſſimum intellectum, tenaciſſimam memoriã. Idem quia doctus, quia prædicator famoſus, quia lector profundus, quia aduocatus diſertus, qa medicus peritus, & ſi qua ſunt ſimilia Vnde inuidia talium rectè figurata fuit per Heli ſacerdotẽ, qui non poterat uidère lucernam domini, donec extingueretur 1. Reg. 3. Sic nec inuidi, & malitioſi uiri poſſunt ęquo animo uidere gloriã, famam bonam, & honorem aliorum. Quinimmo inde ualde triſtãtur, quia inuidia nõ eſt aliud, quàm triſtitia de bono alterius, inquãtum æſtimatur, & apprehenditur, tãquã diminutiuũ proprię excellentiæ, laudis, aut glorię. Gaudẽt autem plurimum ſuper infortunio, ſeu inconuenienti aliorum, ſiue ſuper ſcandalo eorumdem. Et in hoc ſunt tales ſimiles noctuæ, quæ potius uolat in tenebris, quàm in lucè potius dè noctè, quam de die. Vnde Boetius de cõſo. proſa. 4. Nequeunt mali oculos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicuæ ueritatis attollere.

Tertiò

Tertiò aliquis poteſt alteri inuidere propter bona tẽporalia,utpotè,quia potens, & diues eſt in poſſeſſione auri,& argenti,aut quia habet redditus multos, domum pulchrã, officium;aut beneficiũ pingue,aut quia proſperatur, & creſcit ſubſtãtia eius in dies,& hmôi.Hac etiam peſte inuidiæ laborant nonnulli curati,aut eorum uicarij,cum in ciuitatibus,aut alijs locis, in quibus fratres mendicantes domos habent, uident populum frequentare eccleſia eorum,ſiue cauſa confeſſionis faciendæ,ſiue conſilij habendi,ſiue cauſa audiendi diuina, ſiue largiendi aliquam piam eleemoſinã. Videtur enim talibus,ꝙ ab eis aufertur,& tollitur,quod dictis fratribus conferr̃,& datur.Hac denique peſte laborant multi mercatores,artifices, & ſimiles,de qbus prius exẽplificatum fuit. Et breuiter inuida bono cruciatur alieno,ut dicit Aug.Hom.20.propter quòd Senc.lib.de moribus dicebat.Vtinam inuidi oculos haberẽt in omnibus ciuitatibus, ut ſic de omnium felicitate torquerentur.Nam quãta ſunt fęlicium gaudia,tanti inuidorum ſunt gemitus. Et ideo de homine inuido meritò poteſt dici illud Pſalmiſtę Peccator, ſcilicet,inuidus uidebit,ſupple,fęlicitatem proximi, & iraſcetur,dentibus ſuis fremet,& tabeſcet,ſ pr ę nimia inuidia Sequitur,deſiderium peccatorum peribit, quia uelint, nolint boni & iuſti fęlicitate gaudebunt,ideſt,uirtute,& tãdem ęterna beatitudine.

Quartò aliquis põt alteri inuidere propter bona corporalia ipſius,utpotè,quia formoſus, quia fortis, quia ſanus, & huiuſmodi.Et quidẽ quo ad fortitudinẽ habemus hiſtoriã de Saul,qui grauiſſime incepit inuidere Dauid,poſtquã; deuicit Goliath,cum,ſcilicet, audiuit eum laudari de fortitudine ſua per mulieres ludentes in Tympanis, & dicẽtes percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia, propter quod uerbũ,iratus eſt Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius iſte ſermo.1.Reg.18.Inter bona autẽ,corporalia, maximè quo ad mulieres,Solet connumerari fęcunditas prolis,dicente pſal.Filij merces fructus uentris.Propter autem hoc bonũ, & fructum ſolent plerumque mulieres uiros habẽtes, cum ſe ſentiunt ſteriles,inuidere alijs fecundis, etiam cõſanguineis.Et de hoc ęxtat aperta,& notiſſima hiſtoria de Rachel ſterili,quæ inuidit fęcũditati ſororis ſuæ Liæ,ut ita diceret Iacob,

Iacob,qui erat maritus vtriuſq;.Da mihi liberos, alioquin moriar,ſ.pręiuidia ſororis meæ Lię,Gen.30.Similiter formoſitas,& corporalis pulchritudo eſt frequenter occaſio inuidię inter mulieres.Dicit enim Iob.5.ꝙ paruulũ,ideſt, imperfectum,& puſillanimem,accipit inuidia. Quia ergo mulieres communiter carent uirtute magnanimitatis, ſed ſunt,vt in pluribus,infirmę.& puſillanimes,hinc eſt,ꝙ nõ tantum tentantur de magnis honoribus, ſicut uiri,ſed potius de paruis.Cum itaque uident aliquas mulieres honorari,pp corporis formoſitatẽ,& habere propter hoc apud mũdanos gratiã,& laudem,ſe aũt conſpiciunt facie deformes,ſeu corpore uitiatas,de facili inuidet prædictis.Teſtes ſunt illæ,q̃ choreas diligunt,cum uident ſocias ſuas,aut pares primò ad choream inuitari,& duci,ſe ſpretis,& ultimis remanentibus.Idem dicendum de banquetis,& conuiuijs. Item de primatu in eccleſia.Item de prioritate ad offertorium.Et ſimiliter,cui primo debeat pax in miſſa dari: Et quamuis in talibus uideantur interdum mutuò ſe honorare,& primos honores refutare non ęquo tamen animo ſẽper ſuſcipiunt,cum uident aliquam inter eas honorem ſibi oblatum acceptare,ſed ſtatim illi inuident,atque eã de ambitione,& ſuperbia notant,dicentes,ꝙ non ſit bonũ,neque honor.Hinc Saluſtius in ſuo Catilinario ait.Poſt gloriam inuidia inſeq memineris.Patet ergo,ex q̃bus occaſionibus poteſt quis proximo ſuo inuidere.Patet inſuper,quomodo inuidus offendit proximum ſuum.

Quæritur autem circa hoc,vtrum omnis triſtitia,aut diſplicẽtia,quam quis habet de bono alterius,ptineat ad inuidiam,& an propterea ſit talis ſemper iudicãdus inuidus. Pro ſolutione huius dubij notãdũ ſm B.Th.2.2.q.36.art.2. ꝙ aliquis poteſt triſtari de bono alterius quatuor modis.

Primò cum triſtatur de hmõi bono,inquantũ ex eo timet nocumẽtum tẽporale,aut corporale,ſiue ſibi,ſiue alijs bonis,& iuſtis pſonis.Et talis triſtitia nõ eſt ,ppriè inuidia Quinimmo põt eſſe abſq; peccato,pſertim ſi ſit moderata. Vñ Gre.li.23.Mor.c.11.Euenire,inqt plerũq; ſolet,ut non amiſſa charitate,& inimici ruina nos lętificet,& rurſũ eius gloria ſine iuidię culpa nos cõtriſtet,cũ & ruẽte eo quoſdã bñ erigi credimus,& ,pficiẽte plerosq; iniuſtè deprimi formidamus

damus. Si .n. de inimici aduerſitate, & morte gaudendũ non eſſet. Pſa. utiq; nõ diceret. Lętabitur iuſtus, cum uiderit uindictã impiorum. Hæc ille. De hoc autem habemus aliquas hiſtorias in ſacra ſcriptura.

Prima eſt de filijs Iſrael, qui mirabiliter lætati ſunt de malo Pharaonis, quãdo quidem uiderunt eum ſubmerſum in mari rubro, cum toto ſuo exercitu. Vnde & cecinerunt canticum Domino, dicentes. Cãtemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem eius proiecit in mare. Et infra. Electi principes eius, ſ. Pharaonis, ſubmerſi ſunt in mari rubro, abyſſi operuerunt eos, &c. Exod. 15. Secũda hiſtoria eſt de eiſdem filiis Iſrael, qui ingenti gaudio lętati ſunt de amputatione capitis Holofernis per caſtiſſimam Iudith. Quod quidem gaudium durauit menſibus tribus. Iudith 13. Tertia hiſtoria eſt de Machabęis, qui ualde lætati ſunt de morte Nicanoris, & ſui exercitus, aſcendentis ad 35 milia hominum, qui omnes uno die interempti ſunt. 2. Machab. 15. Conformiter autẽ ad præcedentes hiſtorias mos inoleuit apud Chriſtianos occiſo tyranno, & aduerſario rei pub. interdum ignes fieri, ſolemnes proceſſiones celebrari, diuina ſolemniter perſolui, & cætera huiuſmodi. Patet ergo, quòd licet per accidens gaudere de ruina ſui inimici. Quòd autem liceat triſtari de eius exaltatione, aut proſperitate, patet ſimiliter ex hiſtoria ſacrę ſcripturæ. Legitur enim 1. Machab. 2. Mathathias cum ſuis contriſtatus eſt, ualdè ſuper exaltatione, & proſperitate regis Anthiochi, eò q laborabat transferre populum Iudęorum ad ritus gentiliũ, Deo uero relicto.

Secundò aliquis poteſt triſtari de bono alterius ratione priuationis; quia .ſ. ipſe non habet bonum illud, quod alius habet, quo tamen non uellet eum carere. Et iſtud propriè eſt zelus, prout dicit philoſophus 2. Rethoric. Pro quo ſupponendum eſt, quòd eſt triplex bonum: ſ. honeſtũ, utile, delectabile. Si ergo zelus, inquit B. Thom. ubi ſup. ſit circa bonũ honeſtum laudabilis eſt, iuxta illud 1. Corint. 14. Aemulamini ſpũalia. Si uerò huiuſmodi zelus ſit circa bona tenporalia, tunc poteſt eſſe ſine peccato, & ſimiliter cum peccato. Sine peccato quidem, ut cum quis zelat talia bona ad ſui, & ſuorũ neceſſitatem. Cum peccato uerò, ut cũ quis

zelat

zelat,& nimis inordinatè triſtatur de carētia huiuſmodi boni utilis,hoc eſt temporalis ſubſtantiæ. Si autem talis zelus ſit circa bonum delectabile, & inhoneſtum, tunc eſt graue peccatum,vtpotè ſi quis triſtetur de eò, quod non habet tā pulchram amicam,ſicut alius,vel quod non eſt ita cautelo-ſius ad alios decipiendum,ſiue in ludo, ſiue in negotiatione, ſiue aliàs,ſicut uidet aliquos eſſe. Da etiam exemplum de muliere,quæ triſtatur,ex eò quod non eſt tam formoſa, & tam bene ornata,ſiue tam affabilis, & mundana ad alliciendum homines ad ſui amorem, ſicut videt in multis alijs. Omnis enim talis triſtitia, ſiue inuidia grauiſſimum peccatum eſt.

Quod autem liceat triſtari de bono honeſto,quod uidemus in proximo,in hoc.ſ. quod ſimile non habemus, patet ex verbis Hieronym.3. parte epiſtolarum ſuarum,epiſt.5. ſcribens ad Athelam de inſtitutione filiæ ſuæ, dicit ſic.Habeat filia tua in diſcendo ſocias, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur.Talis autem zelus,ſeu inuidia,ſi tamē inuidia dici debeat,fuit in Apoſto. cum dicebat.2. Cori.11. Aemulor nos Dei ęmulatione,Ac ſi apertè diceret.Inuideo quibuſdam ex vobis,ſ.inuidia ſancta,quæ eſt ſecundū Deū. Conſiderabat nempe diuus Chriſti Apo.in aliquibus Corinthiis eſſe aliquas bonas conditiones,quæ forte non erāt in eo tam apparenter. Vel quia ex humilitate non reputabat ſe eſſe illis ęqualem, aut ſuperiorem in perfectione, quamuis ita eſſet, propter quod æmulabatur cupiens proficere. Iſta autem inuidia debet replere, & torquere corda noſtra. Nam debemus eſſe triſtes, & dolentes, quod non habemus caſtitatem talem,qualem habuit Iohannes Euangeliſta,vel pœnitentiam,qualem habuit Petrus poſt negationem. Vel quòd non fundimus tales,& tantas lachrymas, ſicut Magdalena. Item,quod non imitamur eandem Magdalenam in dilectione Chriſti.Item diuites debēt triſtari,quòd non imitantur Matthęum,aut Zachęum in liberalitate. Item pauperes, quod non imitantur patientiam Iob in aduerſis, & generaliter debemus triſtari, quod non imitamur charitatem Apoſtolorum,conſtantiam Martyrum, ſobrietatē confeſſorum,puritatem ſanctarum Virginū,& huiuſmodi.

Tertiò aliquis poteſt triſtari de bono alterius ratione

modi.

indignitatis,quando,ſcilicet, ille, qui habet tale bonum nõ eſt eo dignus, vel ſaltem ille iudicat illum eſſe indignum. Quòd ſi talis inuidia ſit de bono honeſto,vt eſt gratia,uirtus,vel aliquod Dei donũ, tũc eſt mortalis,eò q̃ omnis fidelis,cui Deus confert aliquod bonum ſpirituale ipſo facto facit eum eo dignum. Et ideo,qui iudicat talem indignum huiuſmodi bono honeſto, impugnat opus Dei,& bonitatem illius. Illi ergò grauiter peccant,qui inuident bonis prædicatoribus,bonis cantoribus,bonis,& doctis clericis,bonis cõſiliarijs,bonis medicis,bonis iudicibus,& ſimilibus. Si autẽ talis inuidia ſit de bono vtili,quale eſt bonum fortunæ,vtpotè,de diuitiis temporalibus, tunc ſimpliciter eſt mala, & vitioſa inuidia,eo,ſcilicet,quòd eſt contra Dei prouidentiã, qui diſtribuit ſingulis,prout vult.Et quamuis a parte rei habens tale bonum vtile,ſeu fortunæ,ſit eo indignus propter ſuam nequitiam,ſicut patet de vſurariis,& auaris,adhuc tamen non licet illi inuidere propter hanc cauſam. Et huius ratio eſt,quia Deus vult tali dare huiuſmodi bonum vtile, ſiue,vt eum ſic alliciat ad bonum,iuxta illud Pſ. Confitebitur tibi,cum beneſeceris ei, ſiue vt in præſenti remuneret de paucis bonis,quæ operatur, ſicut factum eſt diuiti Epuloni,cui poſt mortem dictũ eſt,cum eſſet in tormentis. Fili recordare,quia recepiſti bona in vita tua.Luc.16.Inuidia ergo de huiuſmodi bono vtili eſt vitioſa,& a Domino prohibita,ſecundum quod ſcriptũ eſt in Pſ. Noli ęmulari in malignantibus,ſi,ſupple, proſperantur in temporalibus,neque zelaueris facientes iniquitatem. Sed hoc relinque diuino iudicio, apud quod non manebunt impuniti. Ideo ſequitur: Quoniam tanquam fęnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarũ, &c. Si vero talis inuidia ſit de bono delectabili,tunc poteſt eſſe uirtuoſa,vtpotè,ſi triſtaris,quod aliqua impudica mulier tantum ſe ornat,& preparat exterius ad capiendas pauperes animas,& huiuſmodi.

Quartò aliquis poteſt triſtari de bono alterius ratione diminutionis, inquantum,ſcilicet, apprehendit,& æſtimat bonum alterius, tanquam diminutiuum ſui boni,ſiue gloriæ,ſiue honoris,famę,aut excellentiæ, utpote,ſi ad aliquã ciuitatem declinaret aliquis peritiſſimus medicus,chirurgicus cauſidicus, prædicator, aut doctor egregius, de cuius aduentu

aduentu ſimiles habitantes in dicta ciuitate triſtarētur, ti mentes per aduentum prædicti eorum famam diminuendā, ſiue practicā, aut huiuſmodi. Et talis triſtitia eſt ꝓpriè inuidia, & eſt ſēper peccatum mortale ſecundum Theologos, eo quòd cōtrariatur charitati, quę gaudet de bono ꝓximi. Ipſa autem inuidia inde triſtatur. Hinc Apo. 1. Cor. n. 13. dicit, quod charitas non ęmulatur, .i. deſt, nō inuidet, ſed magis gaudet de bono alterius. Apud autem philoſophos prædicta inuidia vocatur peccatum prauum, ut patet. 2 Rethori. Cuius ratio eſt, quia dolet de eo, de quo eſt gaudēdū ſecundum rationem rectam, ſ. de bono proximi. Et tamen, his non obſtantibus, uix de centum inuenitur unus, qui ſe abſcondat à calore ipſius inuidię, cū materia ſe offert Practica. ſi uis, per ſingulos ſtatus. Et talis inuidia communiter eſt inter pares, aut ſaltem non notabiliter diſcrepātes. Nō enim inuidet ſimplex clericus Papę, nec miles regi, nec nouitius Abbati, Sed ut dicit Ariſtote. in ſua Rethorica. lib. 2. ſimilis inuidet ſimili, ſ. in hoc, quòd ſimilis unus excedit alium. Vnde vulgus odit vulgum, & figulus figulum. Item Grego. in Moral. libro quinto, cap. 23. exponens illud Iob. 5. Paruulum occidit inuidia, dicit, quòd inuidere nō poſſumus, niſi eis, quos in aliquo nobis meliores putamus. Et nota, quòd Grego. dicit meliores, ideſt, fœliciores, ſiue in bonis naturæ, ſiue in bonis fortunæ, ſiue aīās. Nā ut dicebat Socrates, & recitatur in libro de Vita, & moribus philoſophorum. Fęlicitas ſemper ſubiecta eſt inuidiæ. Sola ergo miſeria inuidia caret. Hæc ibi, & breuiter, ut dicit Iſidorus de ſummo bono. lib. 3. cap. uigeſimoquinto, Nulla eſt uirtus, quæ non habeat contrarium inuidiæ malum. Sola miſeria caret inuidia, quia nemo inuidet miſero, qui reuera non liuor obijcitur, ſed ſola miſericordia adhibetur. Hæc ille. Vnde ad propoſitum legitur de quodam religioſo Ord. Fratrū Pręd icatorum, ꝙ cū diceretur ei, ꝙ habet multos ęmulos, & oblocutores reſpondiſſe fertur. Laudetur Dominus, quia nunquam iudicaui in me aliquid boni eſſe uſq; nunc. Sed ex quo habeo ęmulos, ſignum eſt, quòd in me poſuerit Dominus Deus aliquam gratiā. Patet ergo diffusè ad q̄ſitum. Patet inſuper, qualiter, & quàm multipliciter homo per inuidiam offendit proximum ſuum.

Tertiò homo per inuidiam peccat in ſeipſum. Et hoc iterum tripliciter,ſecundum quòd contingit hominem inuidum affligi,& torqueri tripliciter, uidelicet,

In anima,
In corde,
In corpore.

Primò quidem in anima, quã propria manu,uidelicet iniquitate ſpiritualiter occidit. Cõmune.n.malum cuiuslibet peccati mortalis eſt, quòd occidit animam priuando eã uita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro,iuxta illud Sapiẽ.16. Homo per malitiam occidit animam ſuam. Sed quodam peculiariori modo,hoc grãde malum,& ſpirituale homicidiũ perpetrat crudelis urſus inuidiæ, iuxta illud Iob.5.paruulos occidit inuidia. Ex quo uerbo patet,quòd omnis inuidus eſt homicida,ſcilicet,animæ ſuæ,quòd grauius eſt, quã occidere corpus proximi, pro quanto anima propria,eſt pluſquam corpus proximi. Inſuper inuidus grauius peccat, quàm fornicator,aut adulter. Quod patet ex uerbis Chryſoſtom. ſuper Iohannem homil.26.dicens. Inuidiæ malum, fornicatione,& adulterio grauius eſt. Hoc autem dictum cõſequẽter probat,cum ſubdit,dicens Inuidia uniuerſum orbẽ terrarũ coinquinauit,ipſa cędis materia,ipſius ſuaſu Caim fratrẽ interemit. Ipſi inſidiæ tribuẽdæ ſunt Eſau in Iacob,fratrum in Ioſeph. Diaboli in humanum genus odiũ. Rurſum hoc inuidiæ malum grauius eſt homicidio. Si neminem interficias, lõge,grauiora patieris, cùm fratris ignominiam concupiſcis. Cũ undique laqueos tendis,& perſequeris, ne uirtutibus inuigilet. Itẽ poſt pauca,licet,inquit miſericors ſis,licet in uigilijs aſſiduus,ſi fratri inuides; omnium malitiam exceſſeris.hæc ille. Ex quibus omnibus patet grauitas inuidiæ, & ideo sũmo ſtudio cauenda eſt.

Secũdò homo inuidus torquetur, & affligitur in corpore ſuo. Hoc enim eſt commune in omni peccato,quòd tandem contriſtat,& amaricat cor, iuxta illud Auguſt.lib.1. Confeſſionũ. Iuſſiſti Domine,& ſic eſt,ut pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Nihilominus ipſa inuidia ſpecialius,quod Hierony.3.parte Epiſto.ſuarum Epiſtola 54.ad Aſellam ſcribens, dicit,quòd inuidia primum mordax eſt

ſuip-

ſibiipſius. Item Chryſoſt. ſuper Matth. hom. 61. dicit ſic. Aduerte ô inuide, quòd non maiore facis iniuriam illi, cui inuides, quàm tibiipſi, maximè cum teipſum proprio mucrone vulneres. Item idem ſuper Matth. in opere imperfecto hom. 37. dicit, ꝙ inuidia ſibiipſi ſemper eſt inimica. Qui.n. inquit, alteri inuidet, ſibi ignominiam facit, illi autem, cui inuidet, gloriam parat. Ergo inuidia ſibi ſoli nociua eſt. Cęterum Aug. ad fratres in heremo. ſerm. 18. qui intitulatur de cauenda inuidia, dicit ſic. O inuide, qui nunquam quieſcere potes, an ignoras, quòd omnis malitia habet aliquam fœlicitatis umbram. Sed tu ipſa inuidia peſtis nequiſſima, tormentum ſine refrigerio, morbum ſine remedio, laborē ſine reſpiratione, pœnam ſine intermiſſione, famem ſine ſaturitate ſemper habere uideris. Hæc ille. Ecce quõ inuidia affligit cor inuidi.

Hoc idem etiam aliquibus ſimilitudinibus poſſumus declarare.

Prima igitur ſimilitudo eſt de Fenice, quam ponit Auguſt. ubi ſupra dicens, quòd natura Fenicis eſt, quòd dum ſeneſcit, uolat ad partes calidiſſimas, ligna ſicciſſima congregat, quibus congregatis alis ſuis illa percutit, ſic ignem accendit, atque in eo ſe comburi permittit. Ex cuius cineribus uermiculus naſcitur, & poſtmodũ fenix alia naſcitur. Sic & inuidus agit cunctis diebus uitæ ſuæ, intus, & extra ſeipſum comburens, ſeipſum primò infeſtans, ſeipſum primò vulnerans, & uexans, ac ſpiritualiter occidens. Hæc ille.

Secunda ſimilitudo eſt de tinea, quæ ueſtes conſumit, etiam purpuratas. Vnde Chryſoſto. homil. 1. ſuper pſal. 50. dicit, quòd ſicut tinea comedit ueſtimentum, ſic & inuidia eum, qui inuidet, conſumit. Eum autem, qui inuidet, clariorem reddit; Hoc autem, inquit, patet in Ioſeph, qui ex inuidia iniuriam a fratribus paſſus eſt. Et illi quidem, qui inuidiæ facibus urebantur, de libertate in ſeruitutem adducti ſunt. Cui autem inuidebant, rex eſt conſtitutus. Hæc ille.

Tertia ſimilitudo eſt de rebus immundiſſimis, de quib. loquens Chryſ. ſuper Matth. hom. 41. dicit, quòd quemadmodum ſues lutoſa immunditia delectatur, & dæmones

noſtris damnis lætãtur, ſic inuidi calamitate proximorũm exultant,& alienas iacturas ſuos quæſtus exiſtimant. Inſu peralienam fęlicitatem miſeriam ſuam arbitrantur.Cæterum quemadmodũ Scarabei, gallicè Eſcherbos,alieno ſtercore nutriuntur,ita ipſi inuidi aduerſa aliorum fortuna recreantur,cum ſint communes humano generi hoſtes,& inimici.Hæc ille.Et breuiter,vt ſubdit idem Chryſ.Inuidia homines,in diaboli conditionem,ac in dęmonem immaniſſimum conuertit.Ecce quanta mala operatur inuidia in corde hominis.

Tertiò homo inuidus plerunque torquetur, & affligitur in corpore ſuo,plerũque enim ex vehemẽti affectione cordis affligitur,& corpus, & cor per quandam redundãtiam. Vnde ſcriptum eſt.Prou.17.Animus gaudens ætatem facit floridam.Spiritus autẽ triſtis deſiccat oſſa, & ſic abbreuiat vitam,eò ꝙ triſtitia eſt paſſio mortificatiua.Cum igitur inuidia ſemper habeat annexam triſtitiam,conſequens eſt dicere,quod nõ ſolum nocet animæ, aut cordi,ideſt,interius, verum etiam corpori exterius. Et hinc eſt,quòd communiter uidemus homines inuidos melancholicos,triſtes,& deſiguratos.Nunquam autem,aut raró hilares, aut bene coloratos.Quinimo interdũ libenter ſuſcipiunt verbera,vt alij, quibus inuident,patiantur totidem, ſicut ſequens inſinuat exemplum.

Legitur enim, quod fuit quidã ruſticus in Alemaniæ partibus qui veniens ad Imperatorem Federicum afferebat ſecum fructus, quales nouerat ipſum amare. Sed ingreſſum ad eum habere non potuit,quouſque promiſit ianitori medietatem lucri. Imperator ergo multum delectatus coegit ruſticum,vt aliquid peteret.Qui tandem petiit,vt ſibi centum ictus dari præciperet, cuius cauſam cum Imperator cognouiſſet,ſuos ictus leuiter, alterius verò grauiter ſolui iuſſit. Sic ergo patet,quod dictus ruſticus inuidia motus libenter paſſus eſt verberari,vt alius verberaretur. Ad idem propoſitum facit hiſtoria, de illo inuido, qui petijt ſibi unum oculum erui, vt a ſocio auaro duo eruerentur. Hiſtoria eſt communis,ſi tamen vera.Hinc de inuido dicitur in prouerbio, quòd contentus eſt perdere unum oculum, vt ſocius ſuus duos perdat. Ecce quomodo inuidus torquetur tribus

prędictis modis,& ſic patet de ſecundo principali.

Terriò prinicpaliter uidendum eſt de comparatione cor dis urſini inuidorum. Pro quo notàndun,quòd homo inui dis comparatnr multis rebus uiliſſimis.Sed de multis tantum de tribus loquemur.

Primò igitur comparatur inuidus Syrenę,qui tempore ſereno,& quādiu mare tranquillum manet,dicitur triſtari, & dolere. Sed tempore tempeſtuoſo dicitur gaudere. Sic inuidi triſtantur de pace, proſperitate aliorum. Gaudent autem de aduerſitate,& infortunio eorum.Practica.

Secundò inuidus comparatur cani. Canis enim, quāuis interdum os ſibi proiectum comedere,aut rodere non poſſit,quia forte ſaturatus eſt,uel quia os nimis durum eſt, nihilominus non libenter permittit dictum os, quod ſibi non prodeſt,ab alio cane deuorari.Ita in propoſito inuidus pręeligit res perire,& corrumpi quę ſibi ſuperfluunt,quam quod ad aliorum utilitatem deueniant:Econtrario autem uirtuoſus,& charitatiuus homo meritò dicere poteſt illud Sapiē, 7.Sine inuidia communico,ſupple,bona mea,ſiue ſpiritualia,ut ſunt ſcientia,conſilium, ſimilia, ſiue temporalia, ut diuitiæ,&c.

Tertio inuidus comparatur ſerpenti, cuius natura eſt. quod quicquid ſumit,quātuncunque dulce,& ſanum illud tamē in uenenum conuertit.Cuius cauſa eſt,quia cor eius, & ſimiliter uenter ſunt quaſi uaſa uenena, quę, quicquid immiſſum fuerit,ſtatim intoxicant.Sic inuidi,licet quando que multa bona uideant ab aliis fieri, illa tamen mala intentione facta ſuſpicantur, & mala eſſe iudicant. Cuius ratio eſt,quia cor eorum plenum eſt ueneno inuidiæ.Modo omne receptum eſt,in recipiente ad modum recipientis & non ad modum rei receptæ. Cū ergo tales interius ſint corrupti,hinc eſt, quod faciliter omnia conuertunt in malum. Comparantur denique multis aliis rebus uiliſſimis, quas cauſa breuitatis pertranſeo, Ex prædictis ergo patet quam graue, perniciosum, ſeu nociuum ſit inuidiæ peccatum, & quam uiliſſimum. Et breuiter, ut uerbis utar. diui Chryſtom. ſuper Iohan. Homil. trigeſimoſexta. Inuido omnis uenia deſperanda eſt, Scortator enim uoluptatis ſtimulo; in excuſationem affert fur paupertatem

tem, homicida furorem, friuolas quidem, nec admittendas qualeſcunque tamen excuſationes. Inuidus autem nullam affert excuſationem, niſi animi prauitatem, atque malitiam. Hæc ille. Vnde Poeta quidam inuidos Aetnę monti comparat, qui quidem mons mõtes alios pręter ſe comburere nequit, ſic apud ſemetipſum inquiens, & dicens. Verſus.

Nihil, aliud, niſi ſe ualet ardens Aetna cremare.
Sic ſe, non alios inuidus igne coquit.

Comparantur poſtremò inuidi campanæ, & flagello. Nã campana alios concitat, & ſeipſam conſumit, flagelum frumenta flagellando ſeipſum corrumpit, utinam, inquit quidã philoſophus inuidus in omnibus ciuitatibus ambos haberet occulos, ut de omnibus torqueret. Vnde ipſe eſt martyr diaboli. A tali. Igitur corde libera nos domine.

DE CORDE LAPIDEO OBSTINATORVM, Cap. IX.

CONFITEOR *tibi Domine pater cæli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis cogitatione.* Matth. 11.

Poſtquam diffuſè dictum eſt de corde Vrſino inuidorum, hic conſequenter dicendũ eſt de corde lapideo obſtinatorum. Et ratio ordinis eſt, quoniam plerunque inuidi incorrigibiliter, & inemendabiliter peccant inclinante eos aliquantulum complexione propria, maxime autem eos detinente in culpa deprauata uoluntate propria. Hoc autem ob oſtinationẽ pertinet. Ideo cõuenienter poſt materiam de inuidia ſubſequi debet materia de obſtinatione uolantatis in culpa. Recte autem, cor obſtinatorum lapidem dicitur, ſecundum quod ſcriptũ eſt Iob. 12. Cor eius, ſupple, hominis obſtinati, indurabitur quaſi lapis, quia ſicut lapis propter ſui duritiam nõ cedit, niſi difficulter, ſic cor hominis obſtinati, uix aut nunquam emolliri poteſt. Et de iſto corde lapideo obſtinationis tria uidenda ſunt, quæ ſunt.

Diffinitionis, Cauſalitatis,
Remediationis.

Primò

Primò igitur videndum eſt de diffinitione, ſiue deſcriptione huiuſmodi cordis lapidei. Quæri ergo poteſt, quid eſt cor lapideum obſtinationis. Ad hoc reſpondet Beatus Thom. 2.2.q.155.ar.1.in ſolu.ad ſecundum, Vbi dicit, quòd obſtinatus eſt ille, qui perſiſtit in ratione peruerſa, abſtinēs à bonis. Sicut continens propriè eſt, qui perſiſtit in ratione recta, abſtinens à prauis concupiſcentijs. Vel dic, quòd obſtinatio eſt animi firmitas, & perſiſtentia circa aliquod illicitum non obſtantibus quibuſcunque in oppoſitum trahentibus, & reuocantibus, ſeu allicientibus. Vel dic, ſecundum Beatum Bern. ad Eugenium de periculo occupationis, ꝙ cor obſtinatum eſt, quod nec compūctione ſcinditur nec pietate mollitur, nec precibus mouetur, nec minis cedit, ſed flagellis induratur, ingratum ad beneficia, infidum ad conſilia, ſæuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerariū in diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentia negligēs, futura nō prouidens. Et ut in breui, cuncta huius horribilis cordis complectar mala, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reuerentur. Hæc ille. Practica ſingula.

Circa hoc autem notandum, ꝙ ſummopere debemus uitare obſtinationem, eò potiſſimum, ꝙ multa mala operat̄ in homine, & præcipuè tria.

Primo enim impedit fructum prædicationis, & ſanctæ exhortationis. In cuius rei ſignum legitur Lucæ octauo, qđ illud ſemen, quod cecidit ſupra petram, natum aruit, quia nō habebat humorem, ubi per ſemen intelligitur uerbum Dei, iuxta explanationem Chriſti, ibidem. Per Petram autem intelligitur cor durum, & obſtinatum, in quo ſemē diuini uerbi non proficit, eo quod non habet humorem gratię, deuotionis ſpiritualis, aut manſuetudinis. Euidentiſſimum igitur ſignum cordis lapidei, & reprobatiſſimæ obſtinationis eſt. cum quis non libenter audit uerbum Dei, quia ſcriptum eſt Iohan. octauo. Qui ex Deo eſt, uerba dei audit, & idem iudicium eſt, cum quis, nō uult audire gratioſas aliorum admonitiones, ſeu exhortationes ad bonum, ut ſunt illi, qui dicunt his, qui eos admonent charitatiuè de ſua ſalute. Sitis ſollicitus de vobiſipſo, & non de alio, Hinc ſcriptum eſt. Prouerb. decimooctauo. peccator,

cum in profundum peccatorum uenerit,cõtemnit,ſupple, omnia remedia ſalutis,ita ut etiam de illis loqui audire non uult.

Secundò obſtinatio auget,& accumulat culpam,& conſequenter pœnam,& damnationem æternam. Vnde Apoſtolus, ad Rom.2.cuilibet obſtinato loquitur dicens, Secundum duritiam tuam,& cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij Dei,qui reddet unicuique ſecundum opera eius. Et non quòd dicit, Theſaurizas tibi iram in die iræ,id eſt,pœnam in die iudicij,quia tunc obſtinati plus punientur,quàm cęteri,qui nõ tandiu in peccatis perſeuerauerunt,aut qui culpam ſuam non defenderunt,ſiue qui remedia ſalutis non contempſerunt,ſicut,ſupple,faciunt obſtinati. Propterea bene ſcriptum eſt Eccleſiaſtici,tertio,quod cor durum malè habebit in nouiſſimo,id eſt,in die iudicij,uel ideo dicit Apoſtolo obſtinato, quòd theſaurizat ſibi iram in die iræ,& cæt. quia tunc Chriſtus oſtendet ſe mirabiliter iratum contra quemlibet talẽ Pſ. Loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo conturbabit eos,eo.ſ.q; uoluerunt audire Dominũ ſępe interius ad eos loquentem,& de ſua ſalute ſalubriter admonentem,nec ſimiliter prędicatores,aut quoſcunque alios exteriores admonitores.

Tertio obſtinatio excludit,& forbannizat hominem à cœlo. Solis enim obſtinatis,& qui impęnitentes moriũtur clauditur ianua regni cœleſtis. Nam ut habetur 23.q.2.c. legatur.I em,c damnationis.obſtinato in malitia Deus nũquam miſerans fuit. Hoc autem euidẽtiſſimè patuit in malo angelo,quẽ primũ obſtinatũ peccatum reddidit,& ideo illi nõ eſt miſertus Dominus,ſed mox ad profundũ inferni ipſum cũ ſibi adhærẽtibus confuſibiliter,& ꝑpetuò detruſit. Quod ſi obſtinatio angelũ de cęlo eiecit,qũo illic aſcendere ualebit,qui obſtinato aĩo peccat,& in peccato ꝑſeuerat? Certe nõ uideo. Et ideo ſupra modũ debemus chariſſimi uitare obſtinationẽ. Quod ſi ex humana fragilitate,aut paſſione peccemus,ſtatim obſtinationem uitemus.

Secundo principaliter uidendum eſt de cauſa ipſius obſtinationis. Pro quo notãdum,quod cauſa illius eſt triplex uidelicet.

Remo-

Remota, Propinqua, Coniuncta.

Prima igitur cauſa cordis lapidei obſtinatorum dicitur remota,quæ non eſt aliud,quàm diuina iuſtitia,quę ſic ulciſcitur de nonnullis peccatis,& actoribus eorum, ſubtrahendo ab eis auxilium ſpeciale,ſine quo ad bonum moueri non poſſunt.Hoc autem maximè contingit, ubi emergunt grauiſſima,& horribiliſſima peccata,quę merētur deſertionem Dei.Hoc autem probatur ex uerbis.Sene.in Prouerbijs dicentis,tunc eſt conſummata infœlicitas,ideſt,iniquitas,ubi turpia non ſolum delectant,ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus,ubi,quæ fuerant uitia,mores fiunt.Hæc ille.Similiter ad idem propoſitum loquēs Iſid. de ſummo bono.lib.2 cap.19 dicit,quòd induratio cordis in malum,quandoque procedit ex diuina iuſtitia in penā precedētium peccatorum,iuxta id quod ſcriptum eſt Eſa. 43.Induraſti cor noſtrum,ne timeremus te.Neque enim, qui iuſti ſunt,à Deo impelluntur,ut mali fiant,ſed dum malitiam ſunt,indurantur,ut deteriores exiſtant.Sicut Apo. dicit de quibuſdam,Rom.1.Quoniam ueritatem Dei non receperunt,ut ſalui fierent immiſit illis Deus ſpiritum erroris.Facit ergo Deus quoſdam peccare, ſed in quibus talia iā peccata præceſſerint,ut iuſto eius iudicio mereātur in deterius ire in pœnam,quā merentur,iā commiſſa peccata.Interdum autem quędam de ira dei ueniunt peccata, quę pro merito aliorum compenſantur peccatorum.Vnde & propheta ait.Ecce tu iratus es,& nos peccauimus, in ipſis fuimus ſemper.Tanquam ſi diceret,quia ſemper in peccatis fuimus,iratus es,ut deterius peccaremus.Hæc Iſido. Nota tñ iuxta prædictum uerbum ſumptum ex Eſa.Induraſti cor noſtrū,quod huiuſmodi uerbū ſic debet intelligi ſecundum glo.interl.induraſti,i.indurati permiſiſti ſuſpendēdo flagella,uel induraſti cor noſtrū gratiam tuā ſubtrahendo,per quam cor mollificatur, hoc tamen iuſtè feciſti quia exigentibus uoſtris delictis.Vnde glo.ord.ſuper illo uerbo Apo.ad Ro.9.Cuius uult deus miſeretur,& quē uult indurat,dicit,quod deus non dicitur indurare quaſi quem quam cogat peccare,ſed quia quibuſdam peccantibus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largitur.Et ob hoc eos indurare dicitur,quia eorum non miſeretur.

Circa,quod notandum,quòd induratio,ſiue obſtinatio in malo poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſecundum,ꝙ ſonat in uitium.Alio modo ſecundum quòd ſonat in pœnam.Secundum quòd ergo,quod eſt à libero arbitrio creato,tũc ſonat in uitium, & tunc nõ eſt à Deo niſi forte mul tum impropriè, uidelicet,permiſſiuè.Secundum uero, ꝙ hẽt ratione pęnę,tũc eſt a Deo.Et hoc ad hunc ſenſũ,ꝙ aliquod peccatum punit à Deo,per ſubtractionẽ gratię ſuę, & auxilij ſpiritualis,& pręſertim,ubi tale peccatũ fuerit multũ enorme.Subtracta autem Dei gratia,& auxilio ſpeciali ipſius ab hoĩe,remanet cor eius induratũ,& obſtinatũ in malo,ita ut non poſſit pęnitere,neque dolere de peccato.Da exemplum de Sole ſurſum eleuante rorẽ, & humiditatem à terra.Quo fit,ut ipſa terra deinceps maneat dura, & ſicca,ita in propoſito.Patet ergo,quomodo Deus eſt cauſa remota obſtinationis cordis lapidei.

Secunda cauſa cordis lapidei obſtinatorum dicitur propinqua.Et huiuſmodi cauſa iterum poteſt eſſe triplex.

Prima eſt ſolicitudo nimia circa temporalia,Cum enim cor humanum uerſatur circũ terrena tũc retrahit,& impeditur à contemplatione cęleſtium.& à conſideratione ſuę ſalutis,iuxta illud.Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.Poteſt ergo in tantum uerſari cor humanũ circa terrena,ꝙ totaliter poſtponet ſpiritualia,& ęterna, atq; per hunc modum de facili efficietur durũ,& obſtinatum.Hinc eſt,ꝙ uidemus hoĩes deditos rebus ſęculi parum deuotos. & parũ,aut nullo modo guſtantes ſpiritualia,& diuina,q͂a ut hr̃ 1.Cor.Aĩalis homo nõ percipit ea,quę ſunt ſpiritus Dei.Propterea deuotus Ber.de conſideratione ad Eugeniũ papã ſcribebat.dicẽs.Prudentius te ſubtrahas à curis huius ſęculi q̃ traharis ab illis,ne paulatim ad cor durũ ducaris.

Secunda cauſa propinqua eſt longa perſeuerantia in malo.Vt enim ſcribitur extra de conſuetudine. c.cum tanto. Tanto peccata ſunt grauiora,quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.Cũ enim ſecundũ philoſophum ex frequẽtatis actibus generetur habitus,conſequẽs eſt dicere,ꝙ homo ex longa,& frequenti repetitione actuũ malorũ,tandẽ poterit tm̃ facilitari ad malum,& tanta libidine ad ipſum ferri,ꝙ erit totaliter fixus, & immobilitatus

circa

circa illud, Hoc autem reddit hominem obſtinatum, eo maximè, quòd conſuetudo eſt quaſi altera natura.

Tertia cauſa propinqua dicti cordis obſtinati dicitur effrenatio, & inuerecundia. Nã poſtquam aliquis per peccatum perdidit Dei timorẽ, ꝑ quẽ, declinat omnis à malo. i. declinare debet, ſiue humanã uerecundiã, tunc illo permittente efficitur totus obſtinatus in malo ſuo, ita, ut effrenatè, & inuerecũdè peccet. Quinimmo habet in deriſum corripiẽtes ſe. Hoc autem ad oculum uidemus, nec alia probatione indiget præter eã quę ad ſenſum patet de multis ruffianis impudicam uitam agẽtibus. Item de ſcortis, & ſimilibus. Hinc Hiere. 3. dicitur. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Vnde, ut in communi prouerbio dici ſolet, citius quis caperet lunam cũ dentibus, quàm poſſet tales obſtinatas perſonas, & quæ ſemel perdiderunt Dei timorem, pariter, & humanam uerecundiam ad penitẽtiam reducere. Quæ etſi interdũ uideantur cõpungi, nihilominus ſtatim reddeunt ad ſolita.

Tertia cauſa cordis lapidei obſtinatorum uocatur cauſa coniuncta. Et iterum eſt triplex.

Prima, eſt nimia prẹſumptio de Dei miſericordia. Cum enim malus audit, aut conſiderat Deum pijſſimum, benigniſſimum, & ad indulgentiam paratiſſimum, tunc non ſolum liberius, aut audacius currit ad peccatum uerumetiam longius perſeuerat in eodem, atque cõtemnit monita ſalutis, dicens, forſam quod Deus non fecit eum ad damnandum. Allegans illud eccleſia. 5. Miſeratio Dei magna eſt multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Sed utinam miſer peccator uerteret folium, & certè immediatè inueniret terribile uerbum, uidelicet, id quod ſequitur cũ ſubditur. Subitò ueniet ira eius, & in tempore uindictæ diſperdet te. Propterea Aug. li. de fide apertum dicit ſic. Obduratus ille uiuit, qui ſic miſericordiam Dei ſperat, ut uſq; in finẽ uitę huius ꝑmaneat in ſuorũ criminũ peruerſitate.

Secunda, cauſa obſtinationis eſt totaliter cõtraria priori cauſæ, & hæc uocatur deſperatio de Dei miſericordia. Interdum enim accidit, Deo permittente, ut quamdiu in peccato manſit, tandem cũ ad extrema uenit ex multitudinis ſcelerum ſuorum conſideratione, deſperet de Dei miſercordia

dia dicens, forſan cum Caim, illud Ge. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm, ut ueniam merear. Et de hac cauſa loqués Aug. ubi ſupra dicit, ꝙ ille obduratus uiuit, qui non conuertitur deſperans de indulgétia ſuorum peccatorũ. Deinde ſubdit de utraq; cauſa dicens, Proinde metuentes iuſtitiam Dei diligéteſq; miſericordiam eius, nec in peccatis remaneamus, ſcientes, quia illa omnium hominũ debita ſit extractura iuſtiſſimi iudicis æquitas, quę non remiſerit miſericordia clementiſſimi redemptoris. Nec ſimiliter de remiſſione peccatorum deſperemus, attendẽtes, quòd piiſſimus pater ille celeſtis nõ uult mortem peccatoris, ſed potius, ut cõuertatẽ & uiuat. Sed quemadmodum Dei miſericordia abſoluti ſu ſcipitq; conuerſos, ita eius iuſtitia repellit, punitq; obduratos. Deinde de utriſque ſubdit terribilem ſnīam, dicens. Hi ſunt qui peccantes in ſpiritum ſanctum, neq; in hoc ſeculo neq; in futuro remiſſioné accipient peccatorum. Hęc ille, dicit etiam Augu. ſer. 1 ferię quartę poſt Dominicam 4. ꝙ ex multitudine peccatorũ deſperatio naſcitur, & ex deſperatione obduratio generatur, ſecundum illud Prouerb. 18. Peccator cum in profundum malorum, &c.

Tertia cauſa coniuncta obſtinationis uocatur neceſſitas. Sunt. n. nõnulli peccatores atq; peccatrices adeo inuoluti, & implicati peccatis, quòd dicunt ſe non poſſe ab illis abſtinere. Vnde Chyſ. ſuper Mat. in opere imperfecto hom. 24. Homo, inquit, cum peccando ſe tradiderit ſub regno diaboli, iam non poteſt de poteſtate eius exire, ſed ſic prima uoluntas in neceſſitatem conuertitur. Modũ autem huius neceſſitatis declarat Aug. li. 8. confeſſio. ita dicẽs de ſeipſo, antequam cõuerteretur ad fidem. Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea uolũtate, uelle meum tenebat inimicus, & tamen funes mihi fecerat. Ex peruerſa enim uoluntate facta eſt cõſuetudo. Et dũ conſuetudini nõ reſiſtit, facta eſt neceſſitas. Hæc ille. Tu uerò uade, & dũ neceſſitas inducitur obſtinatio ineuitabiliter ſubſequitur.

Vnde ſatis ad propoſitum rem ueram referam. Me enim ſemel prędicante in quadam ciuitate, per quadrageſimam acceſit ad me quędam ſimplex mulier petens confiteri. Circa cuius confeſſionem plures horas, etiam diuerſis diebus occupaui. Sed, proh dolor, in uanum, quia nunquam

potui ab ea extorquere plenam confeſſionem. Et quamuis interdum mihi horrenda referret, ſemper addebat grauiora perpetraſſe, quæ minimè confiteri ualebat. Cunq; apud me iudicarem, quòd forte timor pœnitentiæ imponēdæ eā retraheret, ne plenè confiteretur, confidens de Dei maxima miſericordia, & quòd melius mihi erat eam mittere ad purgatorium, quam relinquere eam in uia perditionis, promiſi illi, quòd pro omnibus grauiſſimis ſceleribus ſuis confeſſis, & confitendis, dummodo non excederent caſus epiſcopales, quibus tunc gaudebam, non imponerem illi, niſi unum Aue Maria, Sed nec ſic proferri. Nec quidem mirum, quia ſcriptum eſt Eccle.8. ꝙ nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexit, ſ. per æternam reprobationē. Cum igitur uidiſſem eam ſic obſtinatam, reliqui ipſam in manu domini. Quid autem illi poſtea acciderit, audiamus. Nam diuino eam urgente iudicio, ut arbitror, non multo poſt, neſcio, q. buſdam mulierculis facinora ſua propalauit, de quibus ille more fœmineo non tacuerunt, adeo quòd tota ciuitas fuit imbibita nequitiis illius. Propter quod apprehenſa a rectoribus reipublicæ, & interrogata confeſſa eſt, & nō negauit. Tandem autem ignibus tradita fuit, nec pœnitere uiſa eſt. Ecce, quomodo longa conſuetudo peccandi inducit quodā modo neceſſitatem, & neceſſitas obſtinationem.

Quæritur, utrum aliquis pro ſtatu iſto poſſit eſſe ſimpliciter obſtinatus in ſuo peccato. Ad hoc reſpondet B. Thom. 2. ſenten. di. 11. q. 1. ar. 4. in ſol. ad ſextum. dicens, quòd nullus in ſtatu uiæ eſt adeo obſtinatus, quin poſſit ſimpliciter per pœnitentiam conuerti. Hoc idem ēt patet ex uerbis Senecæ, qui ad Lucillium ſcribens, epiſt. 1. dicit ſic. Induratam prauitatē nō deſpero. Nihil. n. eſt, ꝙ nō extinguat pertinax opera, & intenta, ac diligens cura. Deinde dat exemplum dicens. Curuatas trabes calor explicat. Quanto ergo facilius animus humanus formam flexibilis accipiet. Et poſt pauca. Contraria mala non hærent, ideo depelli, & exturbari poſſunt. Virtuti ſecundum naturam uitia inimica, & infeſta ſunt. Hæc ille. Propterea induratum cor reprehendens Iſid. lib. de Synonimis dicit ſic. Quotidie peccas, quotidie præceps in deterius uadis. Superbia tua non deponitur, inflammat te ira. Alienis fœlicitatibus, & uirtutibus

bus inuidiſti. Omnibus detraxiſti. Auarus,& tenax ſemper fuiſti, in ſæculi concupiſcentiis cecidiſti. In libidine perdu ras, heu quãdiu, quem ad finem, quouſq; errabis ò homo. Iam tandem quieſce peruersè agere. Aliquãdo mores tuos in melius commuta. Cur in peccati ſordib. permanes. Cur in uoluntate peccandi pſiſtis. Noli diu errare miſer. De ma lo iam mutare in melius. Pone peccatis tuis finẽ. Habeat iniquitas tua terminum. Culpas tuas uel uerberatus agnoſce. Hęc ille. Quod autem nullus poſſit eſſe ſimpliciter in malo obſtinatus pro ſtatu huius uię multa exẽpla pariter, & ſacrę hiſtorię hoc affirmant. Sicut patet de nõnullis, q. diu in peccatis perſtiterunt, qui tamen, Deo miſerante, p ueram pœnitentiam ad rectum tramitem redierunt, ſicut ſequens exemplum inſinuat.

Legitur enim in chronica Normaniæ circa principium. ꝙ fuit quidã dux in Normania dictus Aubertus, q primus inter duces dictę prouincię fidem ſuſcepit catholicam, hic ergo, quamuis fideliſſimus, filiũ tamẽ habuit moribus cor ruptiſſimum, cui nomen Robertus, qui propter ſcelera ſua, & ferocitatẽ cognominatus eſt diabolus. Nam cum adhuc eſſet ſub diſciplina & a pręceptote ſuo caſtigaretẽ, accepto paruo pugione ipſum occidit. Tentauit etiam interdũ occidere patrem. Inſuper eccleſias ſpoliabat, ſacras uirgines uiolabat, homicidia paſſim perpetrabat, & multa ſimilia ĩ dies committebat. Propter quæ ſcelera dux inclitus pater eius fecit palam proclamari, quòd quicunque eum occideret, ab omni pœna immunis eſſet. Tandem autem poſt tot, & tanta ſcelera, Deo inſpirante, adiit quendã ſanctum Eremitam, qui ipſum induxit ad ueram pęnitentiam, conſulẽs ꝙ iret Romam confeſſurus ſua ſcelera ſummo Pontifici. Quód cum feciſſet, iniunxit ei Papa, ut non loqueretur p ſeptem annos. Inſuper ꝙ non comederet, niſi reliquias canum, aut ſaltem, quod ab eis auferre poſſet. Tandem autẽ abiit in terram ſanctam, atque poſt longam pœnitentiam uitam fœliciter cõſummauit. Sed dicta chronica apud mul tos eſt paruæ auctoritatis, ideo aliam hiſtoriam authenticam ſubiungamus.

Refert.n. Aug. ad fratres in Heremo ſer. 33. de quodam ciue hypponenſi diuite, & potẽte, cui nomen Cyrillus erat.

Hic

Hic ergo unicum habuit filium,quem pluſquam Deum di-lexit,pmittens illi agere,quę uolebat.Vnde & conſumpſit maximam partem ſubſtantiæ paternæ uiuendo prodigè,& luxurioſè. Qui tandem propriam matrem pręgnātem oppreſſit,ſororem uiolare uoluit,patrem occidit,& duas ſorores ad mortem vulnerauit. Qui tamen tandem pęnitentia ductus mores mutauit in melius,ita ut oēs, qui eum prius nouerant ducerent in admirationem Ecce, quomodo nullus poteſt eſſe pro pręſenti ſtatu ſimpliciter obſtinatus. Hoc enim ſolum damnatis conuenit. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidendum eſt de remediatione contra cor lapideūm obſtinatorum,quomodo, ſcilicet, poteſt emolliri. Ad hoc igitur faciendum triplex datur remediū, ſcilicet.

Corporalis caſtigatio,
Suppliciorum æternorum meditatio,
Diuinę bonitatis conſideratio.

Primum igitur remediū uocatur corporalis caſtigatio, pſal.Humiliatum eſt in laboribus cor eorum, ſcilicet, qui plus obſtinati erant.Nā ſicut dura malleis molliūtur, ſicut patet in ferro ignito,ſimiliter,in corio, & nonnullis piſcibus ſalſis marinis,ita cor durum plerunq; mollitur, cū corpus a domino caſtigatur aliqua ęgritudine.Propter quod ille,qui ſic emollitur ſub flagellis domini, meritò poteſt dicere illud Iob.14.Deus emolliuit cor meum,& omnipotēs conturbauit me.Sic enim mollificatum fuit cor ſuperbum, & elatum regis Nabuchodonoſor,quando,ſcilicet,fęnum, ut bos comedit.Nam in tali tribulatione poſitus tandē leuauit oculos ſuos in cœlum ſuam recognoſcens culpam. Dan.4.Sic mollificatū fuit cor impiiſſimi Antiochi.De quo, dicitur 2.Mach.9.ꝙ cum uidit ſe percuſſum a domino plaga inſanabili,ita ut de corpore ſuo ſcaturirent uermes,ait. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo,& mortalem paria Deo non ſentire. Sic denique mollificatum fuit cor crudele,& ſeuerum Pauli,quando in terram à Domino proſtratus ex pſecutore factus eſt uas electionis,& ex lupo ouis. Act.9. Ecce quantum prodeſt corporalis diſciplina ad mollificandum cor induratum. Qui autem ſub flagellis Domini nō emolliuntur,

ſtuntur, ſed deteriores fiunt, utpotè, ex impatientia nom[a] Domini blaſphemantes aut murmurantes habent in ſe ma ximum argumentum futurę ſuę damnationis.

Secundum remedium ad mollificandum cor obſtinatū dicitur ſuppliciorum æternorum meditatio. Quæ quidem ſupplicia omnino uitari non poſſunt, niſi per uitationē pec catorum, & emendationem uitę. Cum ergo quis cōſiderat quàm grauia ſunt huiuſmodi tormenta, quàm horrenda, & quā longa, quia in inferno nulla eſt redemptio, ſæpe ex tali apprehēſione timet illò ire. Propter quod reſilit à pec cato. Vnde ſatis ad propoſitū loquēs Chryſo. li. 1. de com punctione cordis uerſus finem dicit ſic. Nō requirit Deus à nobis cilicij pōdus, neque, q cōcludamur inter anguſtias cellulę, neq; in obſcuris antris, & tenebroſis nos ſedere iu bet, ſed hoc ſolum expoſcit à nobis, ut ſemper recordemur mala noſtra, & ea ad animum reuocemus, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos noſtros, vt p his ſupplicemus Deum. Item expoſuit à nobis, ut gehennā ponamus in conſpectibus noſtris, & Angelos, quia in die iu dicij ubique diſcurrent, congregaturi ex omni parte terra rum eos, qui tradendi ſunt in gehennam ignis, ac ſupplicijs ęternis tradēdi. Ponamus etiam ante oculos noſtros illud, uidelicet, quāti doloris ſit excludi à regno cęlorū, quod, ut mihi uidetur, grauius eſt ipſa gehēna. Hæc ille. Tu uerò ad de, q debemus ponere coram oculis noſtris illud terribile uerbum ſapiētis Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouiſ ſimo, ideſt, in mortis articulo. Tum primò, quia tunc obliuiſcetur ſui miſer peccator, qui prius obſtinate uixit. Nā ut dicit Aug. in ſer. de Innocētibus. Hac animaduerſione per cutitur peccator, ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum vi ueret, oblitus eſt Dei. Tum ſecundò, quia tūc deſtituetur oī auxilio, tam Angelico, quàm humano, & derelinquetur in ter manus diaboli. Vnde in pſal. Conſtitue ſuper eum, ſ. pec catorem obſtinatum, cum ad portas mortis uenerit, pecca torem, ideſt, diabolum, qui antonomaticè, ideſt, per quādā excellentiam malitiæ, peccator dicitur, de quo etiā imme diate ſubditur, & diabolus ſtet à dextris eius Item ibidem, Nōn ſit illi adiutor. Ecce quomodo deſtituetur omni auxi lio. Tum tertiò, quia tunc ſeuerè iudicabitur à Chriſto, & irreuo-

irreuocabiliter,atque irremediabiliter tradetur flammis perpetuis.Et hoc eſt,quod ait Pſal.de eodem,ubi ſupra.Cũ iudicatur,extet condemnatus,Inſuper obſtinatus peccator male habebit in nouiſſimo,ideſt,in generali iudicio, quando,ſcilicet,uidebit Chriſtum terribiliter apparentem re,p bis,i ta ut dicturi ſint illud Sapien.2 .Grauis eſt nobis, et ad uidendũ.Item dicent montibus,operite nos,& collibus, cadite ſuper nos.Item tunc malè habebit obſtinatus peccator,quandoquidem audiet illum diſtrictum iudicẽ loquentem ad reprobos in ira ſua,& in furore ſuo conturbantem eos,quia,ſcilicet,non ad impleuerunt opera miſericordiæ. Item malè habebit tunc obſtinatus peccator,quãdo audiet illam terribilem ſententiam,quæ ſcindere poterit lapides duriſſimos,etiã adamãtinos. Ite maledicti in ignẽ æternum.Bene ergo ad propoſitum loquitur Apoſt. contra obſtinatum peccatorem Rom.2 dicens. Secundum duritiam tuam,& cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die reuelationis.Domini noſtri Ieſu Chriſti.Patet ergo,quod conſideratio prædictorum facit emollire cor.

Tertium remedium ad mollificandum cor lapideũ obſtinatorum uocatur diuinæ bonitatis cõſideratio.Cũ enim quis audit,aut apud ſe conſiderat,quàm immenſa, & quã magna ſit Dei bonitas,clementia,pietas,& miſericordia in remittendis culpis,& quàm frequenter pepercit grauiſſimis peccatoribus , ex hoc procurat ad Deum redire.Nam ut habetur 26.quæſt.1.his,qui.miſericordiæ domini , nec menſuras poſſumus ponere,nec tempora diffinire.Itẽ Hiero.3.parte epiſtolarum ſuarum,epiſtola.11.ſcribens ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ait.Moderatio Dei ſolũ noſtrum reditum quærit,ac nos ſua bonitate ſaluare cupit. Quòd ſi non conuertimur,ſi duri corde ſumus,ſi in peccatis uſque ad mortem illicite perduramus,aſſiduè peccantium non miſeretur Deus.Hæc ille.Nota,ſi uis,ad hoc propoſitum hiſtoriam de Dudone Archiepiſcopo Maguntinẽ ſe Ciuitate Alemaniæ. Vide eam in diſcipulo ad longum deſcriptam,quæ certè meritò debet terrere malos Prælatus,atque uniuerſos obſtinatos,ſiue lubricos quoſcunque alios.

Pro conſummatione autem huius materiæ nota ſecũdũ

Hugonem de duodecim abuſionibus, tres eſſe obſtinatorum ſpecies. Prima eſt eorum, qui ex correctione proficiunt. Secunda eorum, qui emendationem promittunt, ſed non faciunt. Tertia eorum, qui ex commonitione deteriores fiunt. Et iſti ſunt peſſimi, qui etiam propriȩ obſtinate dicuntur. De primo dat exemplum de Manaſſe, qui ex correctione factus eſt melior. De ſecundo dat exemplum de Pharaone, qui frequenter emẽdationem promiſit. cum. ſ. flagella domini ſuper ſe, & populum ſuum perſenſit. Sed hoc fuit totum irritum. De tertiò dat exemplum de Nabal, qui ex correctione factus eſt deterior, de quo etiam dicitur 1. Reg. 25. quod cor eius ad uerba uxoris ſuæ eum increpãtis de eo, quòd denegaſſet panes ſeruis Dauid, factũ eſt emortuũ intrinſecus, & ipſe factus eſt, quaſi lapis. O igitur pauperes peccatores, ſi hodie uocem Domini audieritis nolite obdurare corda ueſtra, ſed rogate Dominum, ut auferat à uobis cor lapideum, & det uobis cor carneum, quod ipsũ diligat, ipſum ſequatur, ut tandem regnum cœlorum, cõſequi mereamur. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, q cum patre, &c.

TRACTATVS SECVNDI. SECVNDA PARS.

IN QVA AGITVR DE PECCATO LOCVtionis, ſiue linguæ Et primo in generali. *Cap. Primum.*

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrȩ, quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth. 11.

Poſtquam habitum eſt de malis cogitationibus, & de aliquib. peccatis cordis, de quibus ſe accuſat omnis confitens, cum dicit coram ſacerdote. Confiteor Deo, &c. uſque ibi, quia peccaui nimis cogitatione. Nunc ſupereſt conſequenter loqui de malis locutionibus, & de nonnullis peccatis linguæ, cõ ormiter ad id, quod ſubdit confitens, cum ait. Quia peccaui

ui nimis locutione. Alii autem dicunt, quia peccaui uimis loquendo, quod redit in idem.

Notandum eſt ergo, q̃ meritò debemus cõfiteri de peccato linguę, & hoc prĩcipaliter pp ſex mala, quæ operat cõformiter ad ſex litteras huius noĩs lingua. Eſt ergo lingua

Lubrica,
Indiſcreta,
Nuntiatiua,
Garruloſa,
Vana,
Acuta.

Primò igitur lingua eſt lubrica, & per conſequens ad uitium, & ruinã prona. Prouer. 26. Os lubricum, ideſt, facile ad loquendum operatur ruinas, utpotè, mentiendò, detrahendo, turpia proferendo, iurando, periurando, & ſimilia. Videmus enim, quòd cum uia eſt lubrica, ſiue per aquę infuſionem, ſiue per cõgelationem, ſiue per nimiam planationem, tunc de facili homines per eam ambulantes patiunt ruinam caſum. Ita in propoſito. Nam conſtant linguam humanã in humido conſtitutam, propter quod facilius labitur, & cadit per peccatum, adeo, ut dicat Iacobus in ſuã cano. 3. c. quòd ſi quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. Vnde Hug. lib. 2. ac anima. Lingua, inquit, labilis eſt, & teneri non poteſt, ſed labitur, ut anguilla. Et Caſſiod. ſuper illud Pſal. Dixi cuſtodiam uias meas, &c. dicit, quòd difficilis res eſt in lubrico loquentium conſtitutam ueritatis rigidæ tenere menſuram, cui ſi incaute frena laxentur, frequenter contra ſe loquitur. Item Auguſtin. ad fratres in heremo ſerm. 3. qui intitulatur de ſilentio, dicit, quòd maius eſt linguam refrenare, quam ciuitatem capere. Quia illud inſultat exterius iſtud autem interius. Hæc ille. Ecce, quam faciliter homines peccant per pecatum linguæ, eo quod lubrica eſt. Propter quod, ne de facili labamur in tali lubrico, debemus rogare Dominum, & dicere cum Pſ. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis, ut non declines ideſt, declinare permittas cor meum in uerba malitiæ. Vnde, & de Diogene philoſopho legitur, quod gerebat paruos lapides in ore ſuo, ne ſcilicet, eſſet nimis facilis ad loquendum, & ut addiſceret tacere,

& ſileutium tenere. Ita enim refert Dominus Anto. in cronica ſua, prima parte, titu. 10 cap. 1. §. 27. Valerius tamen libro 8. c. 7. dicit hunc fuiſſe Demoſthenem.

Secundo lingua eſt indiſcreta. Sępe enim multa indiſcreta profert, & loquitur. Et ideo ut homo non delinquat in lingua ſua, debet attendere, & obſeruare conditiones quæ faciunt locutionem aliquam diſcretam, quas ponit Gregorius ſuper Ezechiel. Homil. 11. dicens, quod antequam loquamur, debemus penſare, quid loquamur, cui loquamur, quando loquamur, qualiter loquamur, quãtum loquamur, vbi loquamur.

Primò quid loquamur. An, ſi ſermo noſter ſit verus, an falſus, vtilis, an nociuus, ædificatitius, an ſcandaloſus. Vnde Hierony. 4. parte epiſtolarum ſuarum epiſtola vigeſimaſecunda ad Cellantiam ſcribens dicit ſic. Sermo tuus ſit moderatus, & parcus, & qui neceſſitatem loquendi magis indicet, quam voluntatem. Diu autem conſidera, quid loquendum ſit, & adhuc tacens prouide, nequid dixiſſe pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra diſpenſet. Vnde ſcriptura dicit Eccleſiaſt. Verba tuis facito ſtateram, & attende, ne fortè labaris in lingua. Item Aug. lib. de natura, & gratia. Sicut eligis, quo veſcaris, ſic elige, quid loquaris.

Secundò debemus penſare, cui loquamur. Non enim cũ excommunicatis, & præciſis ab eccleſia loqui debemus, niſi in certis caſibus expreſſis a iure, vt notatur 11. quæſt. 4. cum excommnnicato, & cap. ſequenti. Item debemus conſiderare, ſi ille, cui loquimur, ſis prælatus, ſocius, vel ſubditus. Nam cum prælato debemus loqui cum humilitate, & reuerentia. Cum ſocijs autem benigna, uerbi gratia, ſi deliquerint, debemus ad eos loqui gratiosè, & charitatiuè. Cũ ſubditis vero ſecundam quod exigit eorum conditio, & culpa qualitas.

Tertiò debemus conſiderare, quando loquamur. Nam, vt habetur Ecc. 3. eſt tempus tacendi, & tempus loquendi. Quod ſi bene obſeruarent mulieres prædictum uerbum, non tam frequenter à viris ſuis percuterentur, ſicut illis accidit. Item cum quis dicit ſuum officium, ſiue priuatas orationes, non debet cum alijs loqui, niſi magna neceſſitas

ſitas cogat. Vnde Poſſidonius refert de beato Auguſtin. quod in ultima ægritudine ſua prohibuit, ne quis ad eum ingrederetur præter medicos, & famulos, & hoc tantum cum ſe ſic haberet. Cuius ꝓhibitionis cauſa fuit, ne à quoquam impediretur ad orationem ſuam intentus.

Quartò debemus conſiderare, qualiter loquamur, ut, ſcilicet, ſeruemus modum debitum ſecundum materiæ exigentiam, & perſonarum qualitatem. Item, ut non loquamur præcipitanter, & impremeditatè, quia, ut dicit Auguſtin. ad fratres in heremo, vbi ſupra. Stultus ille ualde eſt, qui non prius ducit uerbum ad linguam rationis, quã educat ad linguam oris. Nam qualis eſt homo in mente, talem verboſitas depingit in ore. Hæc ille.

Quintò debemus conſiderare, quantum loquamur, ut, ſcilicet, non nimis loquamur, etiam de bonis, quia in multiloquio non deeſt peccatum, vt habetur Prouerb. 10. Item ut non loquamur ſuperflua, & vana, quia de omni uerbo ocioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij, ut habetur Matthei. 12.

Sextò debemus penſare, ubi loquamur. Nam in eccleſia quæ eſt locus orationis, non incumbit loqui, non de temporalibus, & rebus mundanis. Vnde Apoſtolus 1. Timothe. 2. dicit. Mulieri in eccleſia loqui permitto, ſiue, ut doceat, ſiue, vt fabuletur. Et Auguſtinus in regula de communi vita clericorum. Nemo, inquit in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, unde, & nomen accepit, ſcilicet, oratorium ab orando. Si ergo uelimus uitare indiſcretam locutionem, debemus attendere ad præcedentes circunſtantias, & conditiones. Quod ubi fecerimus procul dubio non delinquemus in lingua noſtra.

Tertiò lingua eſt nunciatiua, ſcilicet, interiorum, conceptuũ, & deſideriorum malorum. Vt enim ait Saluator noſter Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Malus homo de malo theſauro ſuo profert mala. Similiter ad propoſitum dicit Ariſtot. 1. Periher, quòd uoces ſunt notæ earum, quę ſunt in anima paſſionum. Quemadmodum enim fumus exiens per caminum eſt indeficiens ſignum, quòd inferius, & interius lateat ignis, ſic mala locutio n

 quali-

qualicunque ſpecie ſit,indicat, atque nunciat exterius,inte rius virus, quod prius latitabat in corde.

Quartò lingua cõmuniter eſt garruloſa,& multiloqua, vt patet in uerboſis hominibus,qui sũt ſimiles graculis aui bus, quæ importuna loquacitate ſemper ſtrepunt, nec vnquam quieſcunt. Vnde hoc nomẽ Garrulus a Graculo ſum ptum eſt.Garrulus ergo vulgo verboſus nuncupatur,vtpo tè,qui accedente lętitia non valet,nec vult tacere. Hinc de quolibet tali prouerbio dici ſolet,quòd habet tantã loquacitatem,quantam duodecim pectinariæ. Plus autem in huiuſmodi garrulitate delinquere ſolent mulieres,quàm viri, hic partim operante imperfectione ſexus . Habet in hanc perfectionem dictus ſexus,ꝙ vbi plures ſunt,ſimul loqui cõ tendunt,& tamen mutuò ſe intelligunt. Quod rarò cõtin git inter viros,niſi forſan ſint effeminati. Audiant ergo ta les garruloſi,ꝙ in multiloquio non deerit pecc..t . Prou.10. Vnde ad oſtendendum,ꝙ non debemus eſſe multiloqui,ſed potius pauciloqui,Deus,& natura clauſerunt linguam noſtram duplici cuſtodia,ſcilicet,labiorum,& dentium. Inſuper appoſuerunt illi filum ſubtus, quaſi coartans eam,& retrahens à multiloquio.Propterea Hier.13.par.epiſtolarũ ſuarum Epiſt. 15. vnũ quẽque garruloſum admonet dicẽs, linguam tuam a maliloquio, atque multiloquio cohibe, & ori tuo loris frenos impone. Caue,ne qđ in reprehenſionẽ veniat,dicas.Lapis emiſſum ẽ ſermo prolatus. Quapropter diu,antequam proferatur, cogitãdus eſt.Hæc ille. Et Hora tius in epiſtolis. Semel emiſſum volat irreuocabile verbũ. Contra etiam talem uerboſum loquitur Auguſtinus ad fra tres in eremo ſer.3. qui intitulatur de ſilentio, dicens. O verboſe,tua conditio eſt occulta manifeſtare. Nota in conuentibus aliis prædicare. Quod ſi neſcis,ſomnias inaudita, fingis te ſcire,quod neſcis,vt libenter audiaris à cunctis. O artifex mendaciorum. O faber fabularũ, lege,quòd dicitur in pſa. Quia vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. Nec dirigetur in terra promiſſionis.Hæc ille.

Quintò lingua eſt cõmuniter vana,vtpotè,citius loquẽs de trãſitorijs,quam de æternis,de temporalibus,quã de ſpi ritualibus,de rebus vitioſis,& ſpurcitiis,quã de virtutibus. & rebus ſalutiferis. Quia iuxta Chriſti teſtimoniũ,quò ma ius

ſus non eſt,qui de terra eſt,de terra loquitur.Iohan.3.De il lis ergo;qui ſolent frequenter loqui ad nuicem de pręcedẽ tibus materiis,poteſt intelligi illud pſal. Vana locuti ſunt unuſquiſq; ad proximum ſuum.Et alibi. Quorum os locu tum eſt uanitatem,ideſt,de rebus uanis,utpotè, de mundi honoribus,de delitiis carnalibus,de delicatis,atque precio ſis cibis,& potius de rebus temporalibus, de ſęculi uanitatibus,de officiis,& beneficiis,atque ſimilibus. Iſtæ.n.ſunt vanitates,de quibus ſolent mundiales homines loqui.Hæc autem uana locutio permaximè contingit in conuiuiis, & banquetis,in quibus fiunt multę confabulationes,etiam in terdũ ualde graues,& ihoneſtæ.Et ut dicit Aug. ad fratres in hæremo.ſer.3. ſermo uanus uanæ cõſcientiæ iudex eſt. Nam qualis es,tales ſermones loqueris. Hæc ille.Hinc Petro dictum eſt Mat.26.Loquela tua manifeſtum te facit.Et q̃uis omnes debeant uitare uanas, & inutiles locutiones, eò maximè,ꝙ ut habetur Matt.12.de omni uerbo ocioſo, quod locuti fuerint homines,reddet,&c. præ cæteris tñ ad hoc tenentur uiri religioſi,atque vniuerſi Eccleſiaſtici. Vt enim dicit Ber.de conſideratione ad Eugenium Papã.Inter ſeculares nugę,nugę ſunt.Sed ĩ ore ſacerdotis sũt blaſphemię.Conſecraſti os tuũ Euangelio,talibus aperire illicitũ, aſſueſcere ſacrilegium eſt.Hæc ille.Et breuiter,ut dicit Hie rō.parte epiſtolarum ſuarũ Epiſt.85.In ore ſacerdotis, vel monachi nullum unquam debet eſſe uerbum, in quo, non ſonet Chriſti nomen.Inſuper Iſid.lib.2.de ſum.bo.c.39 dicit,ꝙ uani ſermones in ore Chriſtiani eſſe non debent. Et ſic patet de locutione uana.

Sextò lingua eſt acuta,ideſt,facilis ad percutiendum, & vulnerandum proximum in fama,honore,& gloria,pſalm. Acuerunt linguas ſuas,ſicut ſerpentes. Serpentes enim dũ acuũt linguas ſuas,uenenum dare ſe diſponunt,ita & multi acuunt linguas ſuas blandiendo, & adulando proximis ſuis,quos tamen intendunt percutere,& mordere, occultè detrahendo,& diffamando,iuxta illud eiuſdem pſal.Molliti ſunt ſermones eius,ſcilicet,linguæ acutæ detractoris ſuper oleum,& ipſi ſunt iacula,ſcilicet,lędendo in fama, aut gloria.Vnde idem pſalm.in alio paſſu.Exacuerunt,ſupple, detractores, ut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum

rem amaram, ſup. his quibus detrahunt, ut ſagittent in occultis immaculatum, ideſt, innocentem, aut illum, qui in nullo eis nocuit, circa quod notandum, quod gladius de ꝓpe ferit, arcus autem de longè. Eſt ergo ſenſus, quòd homines per linguam acutam detractionis feriunt, nedũ extraneos, aut qui de longè ad illos attinent, uerum etiã propinquos, utpotè, parentes, & amicos. Nec quidẽ poſſunt diu in ſe cõtinere uenenum malitiæ ſuæ, quo non minus ipſum ſtatim diffundant, nunc de iſto detrahendo, nunc de illo. Ideo ſequitur. Subitò ſagittabunt eum, ſcilicet, innocentem abſentem, & non timebunt. Nam tales detractores, nec Deum timent, nec homines reuerentur. Lucæ 18. Verecundiam amiſerunt, & timorem Domini, firmauerunt ſibi ſermonẽ nequam, i. deliberauerunt apud ſe, & conſuluerunt notabiliter infamare proximum ſuum machinantes contra eũ dolos ſequitur. Narrauerunt, ſupple, bona de illo, de quo detrahere uolebant, & hoc ideo, ut abſconderent laqueos, ſcilicet, ſuæ deceptionis, aut detractionis. Mos nempè detractorum eſt præmittere aliqua laudabilia de illo, cui detrahere uolunt, ut ſic uideantur magis cõpaſſione duci ad narrandum defectus eius, quam liuore inuidiæ procedere. Solent enim tales, quaſi ſuſpirando in cœlum præmittere uocem d cẽtes. Ego diligo talem ſciens, quòd habet multas bonas, & pulchras partes. Sed dolẽs refero, ꝙ dicturus ſum, &c. Ecce quomodo lingua acuta detractorum narrat bona de proximo, ut abſcondat laqueos ſuos, ideſt, inſidias, & ſiniſtram intentionem. Dixerunt, quis uidebit eos, quaſi nullus. Et ideo ſcrutati ſunt iniquitates, utpotè, diligenter inueſtigantes, & inquirentes, ſi quid poſſent inuenire in eo quod poſſent illi obiicere, & ſic eum infamem reddere. Sed profectò plerunque defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Hoc autem fit, cum tales non inueniunt apparentem materiam detrahendi de bonis, uel dic, quòd hoc fit, cum tales poſt prolatam à ſe detractionem citantur ad inſtantiam læſorũ & hoc in materia iniuriarum. Et quia non poſſunt probare iniquitates, quas finxerunt, ideò a recto iudice taxantur ad emendam, & interdum ad reparationem ſolennem. Ecce quomodo deficiunt ſcrutantes ſcrutinio. Et ſic patet de lingua acuta, & per conſequens de ſex malis, quę operatur

ſatur lingua nequam, ſecundum quòd deſcripſimus ſextuplicem linguam conformiter ad ſex elementa, ſeu litteras huius nominis lingua. A quibus quidem malis ſummopere nobis cauendum eſt, ſi cupimus Deo placere, & animas noſtras ſaluas facere.

DE LINGVA ADVLATORIA. Cap. II.

Confiteor *tibi Domine pater cęli, & terra, quia ſupple, peccaui nimis cogitatione.* Mat. II. Poſtquā habitum eſt de peccato linguæ in generali cōformiter ad ſex litteras dicti nominis lingua, conſequenter deſcendendum eſt ad particularia, eò, quòd ſermones uniuerſales ſunt minus utiles, & preſertim in materia morali. Vt ergo aliquē ordinem teneamus, quo facilius poſſint peccata linguæ deſcribi, & annotari, decreui huiuſmodi peccata tranſcurrere ſecundum ordinem alphabeticum uſque ad litteram, m, incluſiue.

Prima igitur littera alphabetica eſt, a, per quā poſſumus accipere primum peccatum linguæ, quod eſt adulatio, de qua in præſenti tria uidebimus, quæ ſunt.

Diffinitionis, Offenſionis,
Comparationis.

Primò igitur uidendum eſt de diffinitione adulationis. Eſt ergo adulatio ſecundum Aug. ſuper pſal. Fallaci laude aliquem ſeducere, utpotè, laudando eum, quia pulcher, q̄a fortis, quia diues, quia ſapiens, & prudens, quia doctus, q̄a deuotus, quia ab omnibus dilectus, aut æſtimatus, q̄a pius ad pauperes, & huiuſmodi. Nam oīa talia uerba pertinent ad adulationem, præſertim cum dicuntur animo complacendi illi, cui dicuntur. Et ideo poſſumus dicere, quòd adulatio eſt peccatum conſiſtens in Sermone uanæ laudis alicui exhibitę cum intentione complacendi. Vel ſecundum beatum Thomam 2.2.q.115.art.1. Adulatio eſt exceſſus delectandi aliquem uerbis, uel factis. Verbis quidem, ut dicēdo alicui mulieri, uel puellę, quòd ſit pulchrior totius ciuitatis, & hoc totū, ut ipſa in hmōi laude delectetur.

Factis uerò, ut cum ſutores componunt ſtudioſè ueſtes ali quibus, ſiue iuris, aut mulieribus, cum quadam nouitate, & curioſitate, ut ſic illis cõplaceant. Adulatio ergo eſt per uerſa laudatio. Vel ſecundum magiſtrum Alex. de Ales in 2. parte ſummæ ſuæ. Adulatio eſt peccatum proueniens ex ſermone uanæ laudis alicui factæ intentione placendi. Adulator enim ſolet loqui placentia, ut ſic poſſit ad ſe trahere amorem, & fauorem hominum, & exinde emolumentum, atq; lucrum acquirere. Cum tamen dicat Aug. ad Caſulanũ ſcribẽs, & ſimiliter recitatur 11. q. 3. nemo, ꝙ melius eſt pro ueritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione conſequi beneficium. Patet ergo, quid ſit adulatio.

Secundo principaliter uidẽdum eſt de offenſione huius peccati. Pro quo notandum, quòd quis poteſt Deum offendere mortaliter per adulationem tribus modis, uidelicet.

Ratione materiæ.
Ratione formæ,
Ratione finis.

Primo quidem ratione materiæ, ut cum quis laudat aliquem de peccato ſuo, utpotè, quia bene uerberauit talem, uel talem. Item quia habet pulchram ancillam. Vel quia eſt optimus potator, uel quia eſt pulcher ribaldus, & huiuſ modi. Da etiam exemplũ, cum quis laudat aliquam mulierem de iniquitate ſua. Nam quicunq; aliquem laudat, ſiue uirum, ſiue mulierem de eo, de quo non debet laudari, ſed potius uituperari, & ſi hoc faciat, ut ei placeat, & tandẽ lucrum reportet uerus, adulator eſt pſal. Laudator peccator in deſideriis animæ ſuæ, ſcilicet, ab adulatoribus, & iniquus benedicitur, cum tamen meritò deberet uituperari, & reprobari. Quantum malum autem ſit adulatoriè laudare hominem in deſideriis animæ ſuę, patet per Augu. ſuper pſalm. Qui exponẽdo prædictum uerſum dicit, quod linguę adulantium alligant animas in peccatis. Delectatur, inquit, ea facere, in quibus non ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudatur operator. Propterea propheta Ezech. 13. cap. comparat tales adulatores duobus generibus hominum.

Primo quidem linientibus parietes. Contingit enim quandoq; parietẽ ſemel conſtructum deſuper liniri, & deal

ba-

bari, vt ſic minus appareat turpitudo, & vilitas illius. Sic adulatores blādiūtur malis, & peccatoribus,& ſignanter ſi diuites, aut nobiles fuerint, dicentes, quód bene ad eos ſpectat talia,vel talia facere,& quòd poteſtas eorum bene ſe extendit vſque illuc.Atque per hunc modum fouent eos in peccatis ſuis.

Secundò dictus Ezechiel,vbi ſupra,comparat huiuſmodi adulatores his,qui ponunt puluillū ſub cubito,aut ceruicalia ſub capite dormire volentium,ita dicēs. Veh,qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus ponentes ceruicalia ſub capite ad capiendas animas. Quod exponēs Greg.ſuper Ezechiel.& recitatur in decr.diſt.46. ſunt nonnulli, dicit, quod puluillus ſub cubito, & ceruical ſub capite ponitur,vt molliter quieſcatur,per quod ſignificatur,quòd quiſquis male agentibus adulatur, hoc agit,vt peccator in culpa ſūt quieſcat. Veh autem in ſacra ſcriptura importat æternam damnationem. Ecce quanto diſcrimini ſubiacent fatui,& miſeri adulatores.

Notandum autem circa hoc,quod lingua adulatoria permaximè regnat in domibus, ac curijs magnatum, regum atque principum,iuxta illud Chriſti uerbum Matthæi.11. Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Veſtes enim molles de facili ſe aptant diſpoſitioni corporis, cui adiacent,ita, & adulatores toto poſſe ſtudens applaudere, & complacere regibus, & magnatibus qui eos libenter audiunt,adeo quod habent liberum ingreſſum ad eos,etiam uſque ad cubile eorundem. Vnde pſalm.Dedit terra eorum, ſcilicet, principum, & magnatum, ranas, id eſt adulatores in penetralibus regnum ipſorum, quia tales penetrant aulas, thalamos, & ſecreta eorum loca. Bene autem adulatores apud pſalm. ranæ uocantur, quia ſicut ranæ tempore æſtiuo in ſtagnis,& paludibus ſuo garritu faciunt magnum ſonitum, quæ tamen in preſentia hominū mox ſilent,ita,& adulatores dicunt mirāda,& efferunt principes,uſq; ad tertium cęlum,cū præſtatur eius audiētia.Cū uero audiūt ſe interpretari à probis uiris, ſeu cum pcipiūt ſua adulatoria uerba non bene recipi; tunc ſilent, præ confuſione, & rubore. Sed proh dolor, ualde pauci ſunt, qui tales adulatores reprehendant, aut à ſuis domibus

bus repellant. Quinimmo eos ditant officiis, beneficiis, ac muneribus ampliſſimis, adeò, ut dicat Hiero. ad Damaſum Papam ſcribens, & ſimiliter recitatur in decr. diſt. 37. Non ne uobis. Qui adulatur regibus hæreditates captat alienas & opes congregat. Item Allanus de planctu naturæ dicit, quod ipſis adulationis uento percutiunt laterales principum aures eorum. Et tales uocat adulationis artifices fabros laudis, figulos falſitatis, hi etiam, inquit, ſunt, qui magniloquę commendationis turba in diuitium auribus citarizant, qui ut emungant munera, caput diuitis oleo adulationis inungunt, prælatorum auribus puluinaria laudum ſubiiciunt, qui ab eorum pallis, aut fictitium puluerem excutiunt, aut ueſtem fictiuè deplumant implumem. Et poſt pauca. Quid ergo adulationis unctio, niſi donorum emunctio. Patet ergo, quòd illi, qui ſciunt bene adulari, ſunt beneuenti in curiis magnatum, & principum; ibique optime faciunt manum ſuam.

Notandum inſuper, & econtrariò, quòd illi, qui neſciunt bene adulari, ſiue, ut uulgo dicitur, bene lodere de plano linguę, non ſunt beneuenti dictis curriis. Vnde ad hoc perſuadendum ſolet narrari fabula de duobus uiris ambulantibus ſimul per quod iam nemus, quos contingit uenire coram rege ſimiarum & familia ſua. Horum igitur primus à dicto rege requiſitus, quid illi uidebatur de eo, & familia eius. Reſpondit times dicere ueritatem, & ait: Tu es beſtia pulcherrima, & rex ualde decorus in ſolio ſuo. Inſuper familia tua honeſtiſſima eſt, atque curialis nimis. Quo audito rex eum collocauit ad latus ſuum, atque ipſum honorauit multis diuitiis, & muneribus. Poſt hęc rex predictus quæſiuit eandem quæſtionem à ſocio ſuo. Ille ergo uidens qualiter ſocius ſuus adeò fuerat honoratus, & ſublimatus pre mendacio ſuo, cogitauit, quòd dicendo ueritatem plus deberet honorari maximè cum illa ſit pręſtantior mendacio, ait, ergo regi Simiarum. Certe tu es turpiſſima beſtia, & familia tua ualde uilis. Quo dicto mox hinc inde uerberatus eſt, atque cõfuſibiliter de dicta curia eiectus. Sic in propoſito illi, qui loquuntur placentia in curiis principũ, & fauent malis, honorantur, & reportant munera, atque donaria plurima. Qui uerò dicunt talibus ueritatem, utpote,

quia

quia crudeles ſunt aduerſus ſuos ſubditos, quos excoriant talliis, gabellis, & grauaminibus pęnè infinitis. Itē, q̃ habēt famulos, & officiarios, qui de bonis pauperum ditantur in immenſum, tales certè ſtatim eiiciuntur de curiis eorum, etiam cum prohitione ulterius redeundi, quouſque fuerit pro eis ſpecialiter miſſum.

Iſtud autem principaliter tangit prędicatores ueros, & fallaces. Veri enim, & zeloſi prędicatores parum permanent in magnis curiis. Adulatores uerò, qui loquuntur principibus, & curialibus placentia, ibi regnant, florent, ditantur, & tandem promouentur, propter quod dicebat moralibus ille Senec. utpotè, qui aulicus fuerat Neronis Imperatoris, & per conſequens, qui benè expertus fuerat mores curiæ. Si, inquit, in clientelam fœlicis peruenetis, uel alicuius potentis, aut ueritas, aut amicitia perdenda eſt. Hæc ille, libro de uerborum copia. Quia ergo uiri boni, & zeloſi neſciunt, nec uolunt adulari, ideo communiter non habitant in palatiis regum, ac principum. Quo fit, ut nullus eis dicat ueritatem. Vnde idem Seneca libro ſexto de beneficiis. Monſtrabo, inquit, tibi, cuius rei inopia laborent, etiam magna faſtigia, & quid poſſidentibus omnia deſit, ſcilicet, ille, qui uerum dicat. Et poſt pauca. Vnde una content o ibi eſt, qui blandiſſimè fallat. Hęc ille.

Secundò, quis poteſt mortaliter peccare adulando ratione formæ, utpotè, cum quis aliquē laudat de eo, de quo eſt laudandus, ſed tamen nimis exceſſiuè ipſum laudat, & hoc, ut gratiam eius obtineat, & bene illi faciat. Da exemplum de illo, qui plus iuſto laudat doctorem de doctrina ſua, prædicatorem de prædicatione, conſiliarium de conſilio, medicum, aut chirurgicum de arte ſua, artificem de arte ſua, cātorem de cantu, & huiuſmodi. Hinc poeta Cato ait. Lauda parce. Debemus ergo ſummopere cauere nobis a nimia aliorū laudatione, & præſertim ſi præſentes fuerint, tum ut uitemus adulationis uitiū in nobis, tum ne eos, quos ſic efferimus, ſuperbire faciamus. Nam, ut dicit Seneca ad Lucillum ſcribens, epiſto. 60. Citò nobis placemus, ſi inuenimus, qui nos uiros bonos dicant, qui prudentes, qui ſanctos. Nō ſumus modica laudatione cōtenti Optimos nos eſſe, & ſanctiſſimos

ctiſſimos affirmantibus aſſentimus, cum tamen ſciamus il los ſepæ mẽtiri. Adeo quoque indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id, cui contraria maximè facimus. Et tamen à parte rei non debemus tantum credere adulatoribus noſtris, quantum nobiſipſis. Hoc autem probat idem Seneca, ubi ſupra, allegando hiſtoriam de Alexandro, de quo ſic re fert. Alexander, cum in obſidione cuiuſdã urbis circuiſſet muros, ictu ſagittę percuſſus, cum repreſſo ſanguine ſicci uulneri dolor creſceret, & crus obſtupiſſet, ait. Omnes, in quit, iurant me eſſe Iouis filiũ, ſed uulnus hoc me eſſe hominem clamat. Idem & nos faciamus, dum adulatio adeſt. Vos quidem dicitis me eſſe prudentem, ego autem uideo quòd multa inutilia concupiſcam, & nocitura optem. Hæc ille. Propter quod idem epiſto. 77. dat. ſalubre conſilium contra uerba adulatorum, dicens. Intus teipſum conſidera non qualis ſis, aliis credas. Item Grego. & recitatur in decr. 11. q. 3. inter uerba, inquit laudantium, ſiue uituperantium ſuper ad mentem recurrendum eſt. Et ſi in ea non inueni tur bonum, quod de nobis dicitur magnam triſtitiam gene rare debet, Et rurſum ſi in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquũtur, in maguum debemus lętitiam proſilire. Hæc ille.

Tertiò, quis poteſt mortaliter peccare per adulationem ratione finis, ut cum quis alteri adulatur, ut eum decipiat. Maxima enim topica eſt, quòd cuius finis malum eſt ipſum quoque malum eſt. Poſſimus tamen licitè aliquem lauda re de bonis ſuis, abſque uitio adulationis, & hoc dupliciter.

Primo modo, ut reſiliat à puſillanimitate ſpiritus, & tem peſtate.

Secundo modo, ut auidior fiat ad uirtutum opera. Mo derata tamen debet eſſe talis laudatio, & diſcreta, ne, ſcilicet, ſit illi occaſio ſuperbiæ, & ruinæ ſpiritualis. Vnde Se neca libro de quatuor uirtutibus. Lauda parcè, uitupera parcius. Similiter reprehenſibilis eſt nimis laudatio, quàm immoderata uituperatio. Illa enim adulatione, iſta maligni tate ſuſpecta eſt. Hęc ille. Patet ergo qualiter tribus modis cõtingit mortaliter peccare linguam adulatoriam. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertio principaliter uidendum eſt de cõparatione adu lato-

latorum. Pro quo notandũ, q eos poſſumus cõparare mul tis rebus, & ſignanter his, quę ſequuntur.

Primò quidem cõparantur Syrenibus, quæ in auribus nautarum dulciſſimè, & ſuauiſſimè cantãt, in tãtum, quòd faciunt eos obdormire. Quibus dormientibus nauem ſubmergunt, ipſosq; nautas occidunt, & deuorant. Sic, & adulatores dulciſſimè, & blandè loquuntur in auribus. Principum, & magnatum, atque prælatorum, tam ſęculariũ, quã clauſtralium, adeò, quod tales intantum delectantur in ta libus, adulationibus, quòd plerunque obdormiunt, & permittunt tales Syrenes, id eſt, ambitioſos adulatores intrare, nauem eccleſię, vtpotè, Curiam, Abbatiam, Eccleſiã cathedralem, & huiuſmodi. Cumque illic ingreſſi fuerint, totum diſſipant iniuſtè, & prodigè uiuendo. Et hoc eſt, quod loquitur Dominus, Eſa. 3. dicens. Popule meus, qui beatum te dicunt, uidelicet, tibi adulantes, ut aliquid accipiant, ipſi te decipiunt. ſ. ſuis blandis verbis, & ſermonibus, nutriendo te in peccatis tuis.

Secundò comparantur puellæ, cuius induſtria capitur elephas. Venatores enim ſcientes elephantem habitare in deſerto, ille deſtinant formoſam, & ornatam puellam, quæ aſtans elephanti, incipit ſuauiter modulari, & cãtare. Illius ergo melodia allectus elephas, accedit benignè ad eam, incipitque lambere mamillas illius, & tandem in ſinu ſuo caput requieſcens incipit dormire. Quo quieſcente puella infigit cladium in cor ipſius, & ſic eum occidit. Ad propoſitũ per elephantem intelliguntur magni principes, atque eccleſiarum paſtores, & præſules pariter diuites, & potentes, in deſerto huius mundi commorantes. Ad hos igitur conueniunt multæ puellæ, i. deſt, plures adulatores, qui more puellæ ſe præbent prædictis elephantibus blandos, atque amicabiles. Qui reuera circa huiuſmodi elephantes, nõ ceſſant cantare blandè, & ſuauiter, per adulationem, quouſque eos obdormire faciant, id eſt, in peccatis ſuis complacere, & delectari. Et breuiter tales elephantes taliter decipiunt, quòd ſanguinem eorum, id eſt, temporalem ſubſtantiam ſibi attrahunt, & acquirunt. Ecce quomodo adualtoria lingua occidit magnos, & potentes uiros ſpiritualiter. prouer. 16. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per uiam non

bonam. Et in Pſal. Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, ſupple, ab adulatoribus.

Tertiò adulatores comparantur oleo Oleũ enim ex natura ſua eſt molle, leue ſuaue, & tamen penetrat, corrumpit, & inficit. Nam vix eſt aliquod uas tam forte, quod per oleum non penetretur? Sic etiam eſt de adulatione. Nã adulatrix lingua, ſeu locutio auditores lenit, & mollit, blandiendo, commendando, applaudendo, & complacendo. Ipſos tamen inficit, & corrumpit, ſcilicet, eos in ſuis uitijs confouẽdo, atque eorum mala facta iuſtificando, & excuſando. Propterea Hieronym. 3. par. epiſtolarum ſuarum epiſt. 22. ad Cellantiam ſcribens, dicit, quòd nihil tam facilè corrumpit mentes hominum, nihilque quod tã dulci, & molli vulnere animum feriat, ſicut adulatio. Propterea loquitur Dominus per prophetam. Eſa. 3. cap. dicens. Popule meus, qui uos beatificant, ipſi uos ſeducunt. Hæc ille. Item. Aug. ſuper Pſalm. 69. dicit, quod ſunt duo genera perſecutorum, ſcilicet, uituperantium, & adulantium. Plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris Hæc ille eſt etiã iſtud oleum adulationis naturæ penetratiuæ, adeò, quòd uix ſit aliquis tam circumſpectus, qui nõ penetrent uſque ad intima per complacentiam, ſi adulationis oleo inungatur. Bonus ergo, & prudens Rex, aut princeps, prælatus, aut ſummus Pontifex, diues, aut potens debet habere in curia, aut domo ſua uiros timoratos, prudentes, & zeloſos, qui inuigilent circa mores, non tantum familiæ, uerumetiam ipſiuſmet, maximè cum nemo ſine crimine viuat, quẽ tempore, & loco, & cum debita reuerentia moneant, ſi quid in eo dignum monitione, & emendatione viderint. Vnde de Nathan propheta legimus. 2. Reg. 12. quòd ſi correxerit Dauid, poſtquam perpetrauit adulterium cum Berſabee, & homicidium, in dolo faciendo mori virum eius Vriam. Potuit ergo tunc dicere rex Dauid, illud, quod poſtea ſcripſit, ſ. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me oleum autem peccatoris, ideſt, adulatoris, non impinguet caput meum, ideſt, non me diuertere faciat à vero, & recto iudicio. Talia etiam debet dicere quilibet princeps, aut ꝑlatus, procul pellens à ſe omnem adulatorem, eò maximè, ꝙ sẽper in uigilijs mortuorũ, in peccatis ſuis ꝑ ſuam adulationem

lationem vult cãtare placebo.Semper enim talis cãtat placebo,& nunquam dirige,quia non optat dirigere illos,q bus adulatur,in uiam ſalutis,ſed potius ad cimiteriũ diuitis epulonis,hoc eſt ad infernum,caueat ergo ſibi quiſque tali cantore de Placebo, ne tandẽ eum perpetuò pœniteat. Et ſic patet de lingua adulatoria.

DE LINGVA BLASPHEMATORIA. Cap III.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę, qa ſupple peccaui nimis locutione.*]Matth.11. Poſtquam dictũ eſt de primo peccato linguæ,q̄ eſt lingua adulatoria; conſequenter dicẽdũ eſt de ſecundo peccato linguæ,quod incipit p̄ b,quod eſt blaſphemia,de qua tria principaliter uidebuntur,quæ ſunt.

Diffinitionis, Grauitatis, Punitionis,

Primò igitur uidendum de diffinitione peccati blaſphemię.Pôt ergo ſic diffiniri.Blaſphemia eſt cõtumelia,uel cõuitium prolatum in iniuriam creatoris. Hoc autẽ poteſt fieri dupliciter,ſecundum beatum Thomam 2.2.q 13.ar. 1.Primo quidem,cum quis negat aliq̄d de Deo,quod ei cõuenit. Secundò uerò,cum quis aſſerit aliquid Deo cõuenire,quod ei minimè conuenit.Vtrumqne enim derogat diuino bonitati,& per conſequens blaſphemia eſt. Maximè cũ nomen blaſphemiæ importet quandam derogationẽ excellentiæ diuinæ bonitatis.Exemplum de primo,ut ſi quis aſſereret Deum nõ eſſe omnipotẽtem,aut non omnia ſciẽtem,aut non ſummè miſericordem.

Quantum igitur ad primũ,grauiter blaſphemabat Deũ ille rex impius Sennacherib.De quo legĩt quarti Regum decimonono,quòd dicebat Deum nõ poſſe defendere Hieruſalẽ de manibus ſuis,q̄n eã capere uellet,nollet Deus. Vnde p̄p ſuum execrabilẽ blaſphemiã turpiter,& miſerabiliter cõfuſus eſt ab oĩpotẽti Deo,occiſis una nocte ab angelo dñi nõ minus 185.mille uiris.Ipſe aũt,& ſi tunc euaſerit,nihilominus ad p̄pria redens in breui à p̄prijs filijs aſpirãtib.ad regnũ interfectus eſt,Similiter blaſphemabãt

Dei omnipotentiam ſerui regis Syriæ,cui nomē Benadab. cū dicebāt ei de Hebræis,cōtra quos præliari uolebat. Dij eorum ſunt montium,ideo ſuperauerunt nos,ſupple, altera uice cum pugnaremus contra eos in montibus.Sed melius eſt,inquiunt,ut pugnemus cōtra eos in cāpeſtribus,& obtinebimus eos.3 Re.20.Ecce quō iſti blaſphemabāt Dei omnipotentiam,cum,ſ.dicebant eum tantum poſſe auxiliari ſuis in montibus,& non in campeſtribus,quaſi coarctātes,& limitantes Dei potentiam, cū tū dñetur a mari uſq; ad mare,& à flumine uſque ad,&c. Vnde pſa. Quis loquet. i.manifeſtare ſufficienter poterit potentias domini?Ac ſi diceret.Nullos.Bene ergo oſtendit dñs Syrijs,& regi eorū fatuitatem ſuā,& ꝙ eſſet Deus campeſtriū , ſicut montiū. Nam inter præliandum in cāpeſtribus,ſiue in cōuallibus occiſi ſunt de ſuis centū millia peditum in die una.Die aūt altera cecidit murus ciuitatis Affeth ſuper 27.millia , qui remanſerant,& qui ad dictam ciuitatem,ut protegerētur, ſe contulerant.Item Dei omni potentiam blaſphemabat ille impijſſimus Nicanor , de quo legit 2.Macha.15.ꝙ cum prælium inire uellet cōtra Iudæos in die ſabbati, & illi reſpondiſſent rogantes,ꝙ nō cogeret eos ad prǣliū tali die propter reuerentiam ſabbati,& illius,qui uniuerſa conſpicit,interrogauit,ſi eſſet potēs in cęlo,qui imperaret agi diē ſabbatorum.Quibus reſpōdentibus,ꝙ ſic,ſubiunxit dicēs. Et ego potens ſum ſuper terram,qui impero ſumi arma,& negocia regis impleri.Ecce quomodo iſte blaſphemabat Dei omnipotentiam.Sed profectò illi malè ſucceſſit,ut legitur in eodem.c.

Quantum ad ſecundum,quod tangit omnem ſcientiam Dei,illi grauiter blaſphemabant Deum,qui vt legitur Iob. 22.dicebant.Quid nouit dominus,& quaſi per caliginē iudicat.Nubes latibulum eius,nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.Tales ergo negabant Deum habere prouidentiam de iſtis inferioribus, vt ex eorū verbis patet,quod ad blaſphemiam pertinet Vnde de talibus blaſphemijs loquens pſal.ait.Dixerunt,non videbit dominus mala,quæ facimus.Aut ſi uiderit,non intelliget,non curabit iudicare,ſed dimittet totū impunè trāſire,Deus Iacob. i.Chriſtianorum,qui vident Deum per fidem.Sed hāc pe-

ſtiferam

ſtiſeram blaſphemiam ſcientiæ Dei reprobans in generali. Idem pſal. ſubdit, dicens. Intelligite inſipientes in populo. Intelligite, inquã, Deum omnia cognoſcere, iuxta illud Hebre. 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, & Prou. 16. omnes uiæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt dominus. Et ſtulti, i. blaſphemi, uel hæretici, qui aufertis à Deo, quod ſibi conuenit, ſ. habere omnium ſcientiã aliquando ſapite, ideſt, cum ſapore, & ſuauitate cognoſcite Dei ſcientiam.

Conſequenter pſal. reprobat dictam blaſphemiã in particulari, & primò illam, qua dicunt, & credunt Deum eſſe ſurdũ, cũ dicit. Qui plãtauit aurẽ, nõ audiet, quaſi diceret. Quinimmo audiet, maximè cũ det aliis, ut poſſint audire.

Secundò illam, qua dicunt Deum non uidere, uel nõ curare iſta, cum ſubiungit. Aut qui finxit oculum, ad litteram capiendo, uel rationem, non conſiderat, immo conſiderat, quæcunq; ſiũt ſub cœlo. Eccl. 23. Oculi domini multo plus lucidiores ſuper ſolem circunſpicientes omnes uias hominũ. Vult ergo dicere pſal. quòd ualde abſurdum eſt, & grandis blaſphemia dicere, quòd ille, qui alios facit audire, aut uidere, non audiat, nec uideat.

Tertiò Pſalmiſta reprobat illam blaſphemiam inſipientium, & ſtultorum, qua dicunt Deum non iudicaturũ grauia peccata in finali eius iudicio ſic dicẽs. Qui corripit gẽtes, ſupple, in præſenti pro minoribus peccatis, nõ arguet, ſcilicet, in iudicio graues peccatores pro magnis eorum exceſſibus? immo tũc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbauit eos.

Quartò reprobat pſalm. illam blaſphemiam, qua prędicti dicunt Deum eſſe inſcium, cum ait. Qui docet hominẽ ſcientiam, nunquid, ſupple, erit inſcius. Abſit. Maximè cum omnis ſcientia à domino Deo ſit. Patet ergo, quàm bene reprobat pſal. blaſphemiam eorum, qui dicunt Deum, nõ omnia cognoſcere. Propter quod concludit dicens. Dominus ſcit cogitationes hominum. Ergo multò fortius opera. De prædictis autem cogitationibus hominum ſcit Dominus, quoniam uanæ ſunt, ideſt, de rebus uanis. Vel uanæ, ideſt, inſtabile in bono. Vel vanæ, ideſt, abſque bono, quinimmo plenæ malo.

Quantum autem ad tertium, quod tangit Dei ſummā miſericordiā illi grauiter blaſphemāt Deū, qui credunt ſua peccata excedere eius miſericordiā. Et talis blaſphem⁹ fuit Caim, qui occiſo fratre ſuo ait. Maior eſt iniquitas mea, q̃ ut ueniam merear. Gene. 4. Super quo dicit glo. ord. allegā do Iſidorum, quòd uerbum Caim fuit blaſphemia in Spiritum ſanctum, quæ non remittitur in præſenti, neque in futuro. Quia aūt putauit Deum nō poſſe ſibi peccatū ſuum remittere, aut nollè hoc facere, tanquam non omnia poſſet, aut humanæ ſaluti inuideret. Vtrumque, aūt blaſphemum eſt. Similiter illi blaſphemant Dei miſericordiā, & bonitatem, qui non credunt Deum uelle propitiari homini ſemel lapſo in peccatum. Contra quos currit illa vulgata auctoritas Ezechie. 18. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et Chriſtus ad Petrum Matt. 16. Petre, non dico tibi, ut dimittas fratri tuo uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties, i. toties, quoties ueniā pecierit, ueniam da illi, & dimitte ei, patet ergo, quomodo quis blaſphemat Deum auferendo ab eo, quod illi conuenit, quod poteſt fieri tripliciter, ut dictum eſt.

Secundò poteſt quis blaſphemare Deum aſſerendo illi conuenire, quòd minimè ſibi competere poteſt, utpotè, ſi quis diceret Deum eſſe cauſam peccati, & ſimiliter, ꝙ homines peccent. Quiā ſi Deus uellet homines non peccarēt, nec per conſequens damnarentur. Alij autem dicunt, ꝙ ex quo Deus præſciuit aliquos damnandos, nō debuit eos facere. Alij uerò dicunt Deum eſſe ualde durum, & crudelem aduerſus dānatos, quos pro momentanea culpa perpetuò damnat, & cruciat. Hæc enim omnia, & ſimilia ſonant in iniuriam Dei, & blaſphemiam bonitatis ipſius. Similiter Iudæi grauiſſimè blaſphemabant Chriſtum, uocantes eum blaſphemum, dæmoniacū, incantatorem, utpotè, ꝙ in Belzebub principe dæmoniorum eiiciebat dęmonia.

Item potatorem uini, peccatorem, & amicum, atque fautorem peccatum, & multa his ſimilia illi improperantes, quę longè erant ab eo. Ecce quomodo contingit blaſphemare Deum attribuendo illi, quod minimè ſibi competit. Et ſic patet de primo principali.

Secundo principaliter uidendū eſt de grauitate peccati

blaſphe-

blaſphemiæ. Cuius quidem peccati grauitas maximè apparet, & oſtenditur ex parte trium, uidelicet ex parte.

Ingratitudinis,
Comparationis,
Participationis.

Primò quidem ex parte ingratitudinis. Nam inter omnes peccatores hō blaſphemus eſt maxime ingratus Deo, eo quòd ipſum maxime inhonorat illo membro, quo ipſe Deus eum honorat præ cęteris creaturis ſcilicet lingua. Quamuis enim Deus multi creaturis dederit, linguam ſoli tamen creaturæ rationali ipſam contulit ad loquendum ſiue ad ipſum Deum, laudandum ſiue conceptus proprios alteri exprimendum. Nam etſi aliquę aues uideantur loqui, ut ſunt Gracculus, merula, pica, & huiuſmodi non tamen inteligunt, quæ dicunt. Secus autem de homine. Propter quod dicit philoſophus primo Perhierme. quod voces in homine ſunt notæ earum, quæ ſunt in animis paſſionū. Valde ergo indecens eſt, quòd Deus ſummè inhonoretur, & offendatur, per illud membrum, per quod maximè decorauit, & priuilegiauit hominem, ſcilicet, per linguam. Multæ enim auiculæ pro modulo ſuo Deum laudant ore, & lingua iubilantes illi. In cuius rei ſignum auicula, quæ a lauda vocatur, a laude eſt ſic nuncupata. Heu miser homo nomen domini blaſphemando ipſum inhonorat, quem maximè laudare debuerat.

Secundò grauitas peccati blaſphemiæ oſtenditur ex parte comparationis. Nam ipſi blaſphemi comparantur multis rebus.

Primò quidem comparātur illis, qui crucifixerunt Chriſtum. Vnde Apoſto. de talibus loquens Hebr. 6. ait. rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei propterea Auguſt. ſuper illo verbo Cayphę de Chriſto. Blaſphemauit. Matt. 26. dicit, quod non minus peccant, qui Chriſtum blaſphemant regnantem in cœlis, quàm qui eum crucifixerunt ambulantem in terris quinimmo videntur grauius peccare, quam Iudei, aut crucifixores Chriſti. Hoc enim expreſsè ponit idem Auguſt. de verbis Apoſto. ſermo. 15. vbi ſic ait. Minus eſt offendere Chriſtum in Cruce pendentem, quam in cœlo ſedentem. Hæc ille. Quid dicitis vos miſeri blaſphemi?

Nonne pro minima culpa habere.ſi ipſum proprijs manibus crucifixiſſetis, & occidiſſetis.Certè credo, quod ſic.Inſuper credo, quòd ex tali culpa ualdè timeretis damnari. Quinimò eſſetis parati ieiunare in pane, & aqua omnib. diebus uitæ ueſtrę ad expiãdum huiuſmodi,ſcelus.Et ecce non minus peccatis, cum nunc Chriſtum gratiosè regnantem in cœlis deliberatè blaſphematis,ut patet ex dicti Pęnitemini igitur, aut deleantur peccata ueſtra. Nec quidem certè non ſolum, non minus, uerumetiam magis peccatis, quàm Iudæi Chriſtum crucifigentes.Illi enim per ignorantiam peccauerunt,prout eis dicebat Petrus.Act.3. Et similiter Paulus 1.Cor.2.dicit,quòd ſi cognouiſſent dominũ gloriæ,numquam crucifixiſſent.Vos autem nõ ignoratis Chriſtum eſſe Dei patris filium,& in hunc mundum ueniſſe noſtræ ſalutis cauſa quĩnimmo hoc firma fide creditis. Ideo grauius peccat is quàm illi.

Secundò blaphemi comparantur damnatis.De damnatis enim dicitur Apoc. 16. quod blaſphemant Deum cœli præ doloribus ſuis, & uulneribus. Sic & multi in aduerſitatibus etiam interdum modica conſtituti mox blaſphemãt nomen ſanctum Dei,cum tamen illud potius, haberent benẽdicere,& laudare more ipſius patientiſſimi Iob dicentis. Dominus dedit,dominus abſtulit,ſicut domino placuit,ita factum eſt,ſit nomen,&c.eiuſdẽ.1.Quinimmo iſti grauius peccat, quàm illi. Tum cõparando ſtatum ad ſtatum,quia iſti in ſtatu merendi,& demerendi,& in loco miſericordię. Illi uero extra ſtatum merẽdi, & locum miſericordiæ.Tum comparando pœnam ad pœnam, quia pœna huius mundi non eſt niſi ros reſpectum l ius.Qui ergo blaſphemant nomen domini in terris aſſueſiunt,& diſcunt cantum damnatorum, quem & ipſi obſeruabunt inferis. Propter quod de uno quoque tali poteſt dici illud,quod dictum eſt Petro. Lingua tua manifeſtum te facit, quod ſcilicet, ſis de patria damnatorum,fortè per reprobationem.

Tertiò blaſphemi cõparantur canibus rabidis. Illi enim primum ſæuiunt in dom nos ſuos, & benefactores,eos mordendo,ſi poſſunt. Sic, & blaſphemi per iniurioſam locutionem inuadunt dominum ſuum Ieſum Chriſtũ iurando per paſionem, crucem,& mortem eius.Itẽm per corpus, & ſanguinem

guinem ipſius. Propter ꝙ de talibus meritò conqueritur, dicens illud Eſa.3. Dominatores populi mei iniquè agunt, aut fortè,qu a ſunt primi ad blaſphemandum,aut quia defectuoſos nõ puniunt.Ideo ſequitur. Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Ecce quomodo canes rabidi.i. homines blaſphemi inuadũt dñm ſuum Chriſtũ. Quinimmo tales ſunt multo deteriores canibus rabidis, ſicut ſatis cõſtat. Quid dicã? Certè deteriores ſunt cęteris malis Chriſtianis. Qui enim peccant alijs generibus peccatorum, poſſunt quidem faciliter per viam pęnitẽtiæ conſequi remiſſionem. Nõ ſic autẽ de blaſphemia,quia,vt habetur.Matth.12. Spiritus blaſphemię nõ remittetur,ideſt,vix remittetur,eò ꝙ grauitas illius peccati valde prouocat iram Dei, vt non miſereatur hominis blaſphemi,ſed remaneat obſtinatus,atque ĩuri de peccato in peccatum, & de inconuenienti, ad inconueniens,ſecundum illud Eccl. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate,ideſt,multis peccatis. Nam tales ſunt cõiter mẽdaces, detractores,periuri, luſores,& huiuſmodi. Sed non impunè,ideo ſequitur. Et non diſcedet de domo eius plaga. Nam tales communiter multam penuriã patiuntur in præſenti,tam in rebus ſecundis, quàm in filijs,quàm etiam in proprio corpore.

Tertiò grauitas huius peccati oſtenditur ex parte participationis. Sunt.n.multa peccata,quæ tantum tenent actores ſuos,vt ſunt ira,inuidia, rancor, & huiuſmodi. Sed hoc peccatum multos reos coram Deo facit præter actorẽ ſuũ, ut ſunt parentes, & ſuperiores, qui permittunt filios, aut ſubditos blaſphemare.Idem iudicium eſt de multis hoſpitibus,qui permittũt in dominibus ſuis à perſonis infamib.nomen dñi turpiſſime blaſphemari, & Chriſti digniſſimũ Corpus amore lupino dilaniari,atque ſanguinem ipſius ſpargi. Vt.n. ſcribit 23.q.3.qui poteſt. Qui põt reſiſtere peruerſis, & non facit, eſt eis conſentire. Nam proh dolor hac tempeſtate grauius multo eſt,quo ad humanam politiam male loqui de principe terreni,quam de rege regnum Ieſu Chriſto. Qui.n.male loquitur de rege,aut principi terreno, ſi talis conuincatur ab officiariis illius .mox cępitur incarceratur & ad groſſam emendam cõdemnat. Qui uerò nomen dñi blaſphemat,impunè euadit. Et ideo in hoc rectores cõita-

tum,ſunt ſimiles antiquis Romanis,de quibus refert Aug. li.2.de ciui.Dei c.9.ꝙ inhibuerũt omnibus poetis, & aliis ioculatoribus ſub pœna capitis, ut nullo modo comedias.i. carmina infamiæ de aliquo ciue Romano componerent, vel recitarent,qui tamen de diis ſimilia fieri permittenbãt, & publicè decantari.Applicatio eſt facilis.

Quæritur,utrũ ille ſit blaſphemus,qui iurat per corpus aut ſanguinem Chriſti.Reſponſio. Anteq̃ Deus incarnaretur,blaſphemum erat taliter,iurare, q̃a erat Deo attribuere,quod ſibi nõ conueniebat.Sed poſtquam carnem aſſumpſit humanam,nõ eſt blaſphemus, qui ſic loquitur, dummodo credat Dei filium eſſe hominem verum,& perfectũ. Vt enim ex dictis patet,dupliciter contingit blaſphemare Deum,aut cum ſibi attribuitur,quod nullo modo ſibi conuenit,aut cum ab eo negatur,qđ ſibi maximè cõpetit. Modò ſic eſt,ꝙ q̃ hodie iurat per corpus Chriſti,dũmodo credat Chriſtum eſſe hoĩem,non attribuit ſibi,quod illi nõ cõuenit,ut manifeſtè conſtat,nec ſimiliter ab eo aufert, ꝙ ei eſt proprium,de ſe patet.Igitur,&c.Nihilominus, qui ſe loquitur,quamuis catholicus,non excuſatur a peccato.Tum quia ſermonem ſuum, & iuramẽtum quodammodo cõnertit in iniuriam,& contumeliã creatoris. Tum,quia aſſumit nomen Dei,& Chriſti in uanum. Tum,quia generat ſcãdalum. Quãdo autem taliter iurans peccat mortaliter, & qñ non declarat B.Tho.2.2.q.13.art 2.in ſolu. ad 3.dicens, ꝙ talis,aut aduertit locutionem ſuam eſſe blaſphematicam, utpotè,conſiderando ſignificata uerborum, aut non aduertit fortè,quia ſubito,& paſſione prorumpit in talem modũ loquendi,& in uerba,quorum ſignificationem non conſiderat.Si primo modo blaſphemat,tũc mortaliter peccat.Si autem ſecundo,tũc ſolum uenialiter offendit.Solet tamen talis modus loquendi de Chriſto, ſiue iurandi per Chriſti paſſionem,mortem,aut huiuſmodi uocari blaſphemia,q̃uis impropriè,& hoc fortè ad terrorem taliter loquentiũ. Qui tamen hodie iuraret per corpus Chriſti,quaſi in deteſtationem diuinæ bonitatis,aut gratiæ,eſſet uerac ter cenſendus blaſphemus.Et ſimile iudicium eſt de illo,qui diceret.In deſpectum Dei hoc faciam,uel non faciam.Et ſic patet ad quæſitum.

Ter-

Tertio principaliter uidendum eſt de punitione huius peccati. Pro quo notandum, ꝙ blaſphemia punitur multipliciter, & ſecundum multiplicem legem.

Primò quidem per legem ſcriptam punitur lapidatione. Vnde Leu. 24. dicitur, quòd qui blaſphemauerit nomē Domini morte moriatur, & lapidibus obruatur, & quia impij Iudæi imponebant beato Stephano blaſphemiam, eo, ſcilicet, ꝙ dixiſſe ſe uidere Chriſtum ad dexteram Dei Patris ſtantem, ideo eum lapidibus obruerunt. Actu. 7. Nota etiā ubi ſupra, uidelicet, Leui. 24 quomodo filius mulieris Iſraeliticæ ex præcepto domini fuit lapidatus in deſerto, eo, ꝙ nomen Domini blaſphemaſſet. Vnde in horrorem huius uitij Iudas Machabæus iuſſit amputari linguā Nicanoris, & particulatim auibus dari, eo, ſ. ꝙ blaſphemaſſet Dominum 2. Machab. vlt.

Secundo blaſphemia punitur per legem nouam, ſicut patet 1. Cor. 5. ubi legitur, ꝙ erat Corinthi quidam fornicator, & blaſphemus, quem Paulus tradidit Sathanę, ut eius ſpiritus ſaluus fieret.

Tertio punitur per legem Paganorum. Vnde Daniel. 3. dicitur, ꝙ cum rex Nabuchodonoſor uidiſſet tres pueros illęſos ab igne, in quem eos proijci fecerat, præcepit, ꝙ quicunq; de cętero blaſphemaret Deum, quem illi colebant, morte moreretur, heu ſi princeps infidelis morte affici iuſſit blaſphemos nominis domini, q̄to ſupplicio digni ſunt principes catholici, ac eorum officiarij, qui tales negligunt punire. Certe pro tali negligentia ſentient pęnas eternas, etiam dato, quòd in cæteris ſint boni.

Quartò punit̄ per legem eccleſiaſticam, ut patet extra de maledicis. c. ſtatuimus. Ibi. n. ſtatuitur talis pęna, quòd qui maledixerit, ſiue blaſphemauerit Deum, uel beatā Virginem, ſiue ſanctos, debet ſeptem diebus dominicis ſtare in foribus eccleſiæ, dum dicitur m ſſa. Ita tamen, ꝙ in ultima dominica ſtet ſine pallio, & calceamentis, & corrigiam habeat ad collū. Item, ꝙ in præcedentibus ſextis ferijs ieiunet in pane, & aqua, & non ingrediatur eccleſiam. Item, ꝙ quolibet dierum prædictorum reficiat tres pauperes, aut duos uel unum, iuxta facultatem ſuam. Quòd ſi ad hoc non ſuppetant eius facultates, hoc in aliam pœnam commu-

tetur. Quòd ſi prædicta renuat ſuſtinere, debet illi interdici eccleſiæ ingreſſus, & in obitu eccleſiaſtica carere ſepultura.

Aduertendum tamen eſt, quòd iſte rigor obſeruandus eſt in foro eccleſiaſtico, & exteriori, ubi, ſcilicet, talis conuincitur. Secus autem in foro pœnitentiæ, in quo non eſt neceſſe iniungere talem pœnitentiam, eò quòd omnis pœnitentia in tali foro eſt arbitraria, etiam pro quocũq; peccato.

Quintò blaſphemia punitur per legem ciuilem, ſeu Imperialem. Nã. C. de hæreticis. l. Gazaros dicitur, quòd grauius eſt æternam, quam temporalem lędere maieſtatẽ, Sic eſt autem, quòd qui delinquit contra temporalem maieſtatem, punitur grauiter, ut patet. C. ad leg. Iuliam maieſtatis. l. ſi quis cũ militibus. Igitur, qui blaſphemat Deũ, debet acriter puniri, etiam ſecũdum leges ciuiles. Propterea Chryſoſtom. homil. 1. Si, inquit, regem terræ blaſphemantes puniri oportet, multò magis regẽ cœli contumelia afficientes.

Sextò blaſphemia punitur uarijs modis ſecundum conſuetudines patriarum. Vnde de beato Ludouico quondã Francorum Rege legitur, quòd ſtatuit blaſphemantiũ linguas candenti ferro perforari. Similiter legitur in chronicis Regum Francię, quòd Rex Philippus, ſimul & Imperator edidit talem legem, quòd ſi quis compertus eſſet blaſphemare Domini nomen, dimitteretur in fluuium, aut paludem, citra tamen mortem. Et hęc lex adhuc obſeruatᷓ Methis, prout uidimus proprijs oculis. Legitur etiã in eiſdem chronicis, quod tempore dicti Philippi contigit in Francia quoſdam ludere ad aleas. Accidit autem eum, qui perdiderat nummos ſuos, grauiter blaſphemare nomen Domini. Nec quidem iſtud ſibi ſuffecit, uerumetiam iactauit lapidem in imaginem diuæ Virginis Mariæ in dextra filium geſtantis, quo fregit partem brachij imaginis filij. Quo facto, ſubito ex illo brachio ſic fracto profluxit ſanguis. Quo liuiti multi ęgroti ſunt ſanati. Satelles autem prædictus iudicium Dei non euaſit. Nam mox à dæmonio arreptus, eodem die ſpiritum miſerabiliter efflauit. Iſta autem pœna magis ex Dei iudicio,

quam

quàm alias proceſſit Et ideo ſaltem timore pœnæ cauenda eſt blaſphemia.

Exemplum etiam ſequens apertè inſinuat, quam grauiſſimum ſit blaſphemare Deum, & ſignanter eius omnipotentiam. Refert enim Vincentius Belluacenſ. in Speculo hiſtoriæ, de duobus hominibus compatribus in partibus Bononiæ, qui cum ſederent ad menſam allatus eſt capo. Hunc ergo unus eorum arrepto gladio in fruſta diuiſit. Quo facto, alter ait. Profectò compater ſic expediuiſti caponem iuſtum, ut Sanctus Petrus, ſi uellet, ipſum reintegrare non poſſet. Cui alter grauius blaſphemans ſubintulit, dicens. Certè compater, non ſolum Beatus Petrus, uerumetiam ipſe Chriſtus, ſi impetraret, ipſum gallum reſuſcitare non poſſet. Quo dicto, mox gallus uiuus coopertus plumis exiliuit, alas percuſſit, cantare cępit, & plumas excutiens totum liquamen ſuper dictos compatres ad menſam ſedentes aſperſit. Inſuper illico dicti blaſphemi lepra ſunt percuſſi, & quod mirabile eſt dictu, plaga lepręin poſteris eorum, quaſi hęreditaria permanſit, uſque ad eorum obitum. Ecce, quantum Deo diſpliciet, cum blaſphematur eius omnipotentia, ac quicquid in eo eſt.

Non mirum ergo, ſi Deus iraſcatur contra mundum propter blaſphemię horrendum uitium. Vnde Commentator pragmaticę ſanctionis ſatis ad propoſitum refert ſuper prologum eiuſdem, de Roberto Francorum Rege, atque filio Hugonis Capeti, quòd cum ſemel in eccleſia ſanctę Crucis Aurelianenſ. oraret pro pace ſui regni, imago ſanctiſſimi Crucifixi reſpondit ſibi, quòd non haberet pacem in regno ſuo, donec blaſphemiam, & crimina notoria, quæ erant in regno ſua extirparet. Caueamus ergo chariſſimi, nobis àuitio deteſtandæ blaſphemiæ, ne nos contingat tandem puniri in inferno ſine fine, quod Deus auertat.

DE LINGVA CONTENTIOSA. Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terra. quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth. 11.

Poſtquam dictum eſt de ſecundo peccato linguæ, quod eſt lingua blaſphematoria, conſequenter loquendum eſt de tertio peccato eiuſdem linguæ, quod incipit per C, quod uocatur lingua contentioſa. Vnde de ipſa cõtentione tria principaliter uidebuntur, quæ ſunt.

Diffinitionis, Grauitatis, Diſtinctionis.

Primò igitur uidendum eſt, quid ſit contentio. Huius ergo diffinitio poteſt eſſe talis, ſecundum B. Thomã. 2. 2. q. 39. art. 1. ubi allegans Beatum Ambro. dicit, quòd contentio eſt impugnatio ueritatis, cum confidentia clamoris, Habet autem ipſa contentio magnam affinitatem cum litigatione. Tum, quia utraque opponitur concordiæ, ſeu charitati. Tum, quia, utraque cum clamore committitur. Vnde de contentioſis, & litigioſis ſolet in Prouerbio dici, quòd credant lucrari cauſam ſuam, per altum clamorem ſuum. Propter quod apud viros graues reputantur ſtolidi, ambitioſi, & uiles, ſeu cõtemptibiles perſonæ, Alij autem aliter diffiniunt contentionem, dicentes, ꝙ contentio eſt contrariorum contraria aſſignatio. Nam contendentium talis eſt conditio, ꝙ uno dicente, pica eſt alba, alter dicit eã eſſe nigram, & inde oriuntur lites, clamores, diſcordię iniuriæ, inuidiæ, iræ, rixæ, odia. homicidia, & ſi qua ſunt ſimilia. Alij vero dicunt, ꝙ contentio eſt acris, & aſpera locutio, cũ clamore facta ad infringendum dicta aliena, ſiue ad confirmãdum propria. Nam propriè contentioſus eſt, qui impugnat dicta aliena, uel qui proterue confirmat propria, & ſtat firmus in ſenſu ſuo, nolens uinci.

Ex quo patet, quòd omnis talis gloriam propriam quærit. Propter quod à ſacris Doctoribus contentio ponitur filia inanis gloriæ. Et ſic patet de triplici deſcriptione contentionis.

Secundò principaliter uidendum eſt de diſtinctione contentionis. Pro quo notandum, quòd triplex eſt contentio, uidelicet,

Æmulationis,
Diſputationis,
Litigationis.

Prima igitur contentio uocatur æmulationis. Et hæc procedit ex inuidia, ſiue ex inordinato amore. Exemplum de utroq; ſimul, ſicut uidere eſt de illis, qui contendunt de magiſtris ſuis, dominis, aut prælatis, qui eorum ſit maior, ſępè enim contingit, quod illi, qui afficiuntur alicui doctorum artifici, uel perito uiro, uidetur illis, quod nõ ſit illi ſimilis ſuper terrã. Et ideo cum audiunt aliquem alius ſuper eum ab aliis extolli, mox prorumpunt in uerba cõtumelioſa, iniurioſa, opprobrioſa, rixoſa, & contentioſa, & talis cõtentio fuit inter multos tempore primitiuæ eccleſiæ plus zelãtes quàm expediebat ſuper his, a quibus baptizati fuerãt. Vnde tales redarguens Apo. 1. Cor. 1. ait. Cõtentiones ſunt inter uos. Hoc autem dico, quòd unuſquiſq; dicit. Ego ſum Cephæ. i. Petri Ego Pauli Ego Appollo. Diuiſus eſt Chriſtus. Quaſi diceret non, ſed eſt idẽ Chriſtus, qui occultè operatur in ſacramẽto baptiſmi, & cui attribuenda efficacia, & uirtus ipſius ſacramenti, non autem ipſi miniſtro, niſi forſan, tanquam inſtrumento, & cooperãti. Et ideo non eſt contendendum, à quo miniſtro quis baptizatus fuerit, ſicut tunc faciebãt nouiter cõuerſi, & baptizati, qui æſtimabant, quod qui a meiori & ſanctiori uiro fuiſſet baptizatus, ille maiorẽ gratiã cõſequebatur, acſi ipſi hoĩes darent gratiam, & baptiſmũ, ſicut Chriſtus. Sed iſte error magnus erat. Non. n. hoĩes ſunt collatores gratiæ ſacramentãlis, ſicut cuiuſcunq; alterius, ſed tantum Chriſtus. Tales ergo errabant in inuio, & non in uia incedẽtes ueritatis. Propter quod Paulus ſalubriter reduxit eos. Talis ẽt cõtentio æmulationis indiſcretè fuit in diſcipulis. Io. Bapt. qui æſtimantes magiſtrum ſuũ maiorẽ Chriſto, inceperunt inuidere Chriſto, cum. ſ. uiderunt plures incipere currere ad doctrinã ipſius, ita ut dicerẽt ipſi Iohãni magiſtro ſuo. Rabbi, qui erat tecũ trãs Iordanẽ, cui teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Iohan. 3. Sed ipſe Iohannes eos eduxit de tali inuio

eum miſit duos ex illis ad Chriſtum, dicens. Tu es, qui uenturus es, &c. vt, ſ. videntes miracula eius agnoſcerent, & crederent eum eſſe verum Meſſiam, & Dei filium, atq; illi magis adhærerent, ut dicit Chry. ſuper Matth. Sic, & adhuc hodie multi fatui contendunt de doctoribus, de lectoribus, & ſimiliter de ſanctis fundatoribus religionum, & quis, ſ. fuerit maior Petrus, uel Iohannes, Auguſtinus, uel Thomas, Dominicus, uel Franciſcus, & huiuſmodi. Vanę enim, atq; fatuæ ſunt tales contentiones, & nil præter litem, diſcordiã & partialitatem generant.

Legitur ad propoſitum hiſtoria ſatis communis, uidelicet, de duob. doctoribus, quorum unus habebat in magna ueneratione beatum Iohannem Baptiſtam, alter uerò B. Iohannem Euangeliſtam, quolibet multum commendante ſuum patronum. Condixerunt ergo ſibi in publico facere diſputationem ſolennem ſuper hoc ad probandũ, quis illorum ſanctorum maior eſſet. Sed nocte pręcedenti diem aſſignatam diſputationis, Iohannes Baptiſta apparuit doctori ſibi deuoto, & ſimiliter Iohannes Euangeliſta alteri ſibi deuoto reuelantes, quòd dimitterent talem diſputationẽ, eò quòd ipſi bene concordabant in cęlis in ſimul, hortantes eos, ut, & ipſi ad inuicem haberent concordiam, pacem, & charitatem in terris, & ſic demum in ſupernis uiderent hanc ueritatem. Patet ergo, quòd non licet contendere de ſanctis, quis eorum maior ſit, ſed ſufficit eos debitè reuereri, & honorare.

Secunda contentio dicitur diſputationis. Sunt enim nonnulli ſcholaſtici, qui inter diſputandum contendunt, quis uictor euadet, & ſocium ſuperabit. Ob quam cauſam prorumpunt frequenter in uerba iniurioſa, & contumelioſa, plus etiam iuſto exaltantes uocem ſuam, ut quos ratione vincere non poſſunt, ſaltẽ ſuis clamoribus, apud indoctos vincere videantur. Quod prohibet Apoſt. 1. Cor. 11. dicẽs. Si quis uidetur inter eos contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, ſed neque eccleſia Dei. Vnde poteſt eſſe tãta inordinatio in huiuſmodi contentione diſputatiua, ꝙ inde natum eſt ſequi notabile ſcandalum in audientibus, & tunc talis contentio eſt mortale peccatum, ſecundum beatum Thom. 2. 2. q. 38. art. 1. Vnde cum Paulus admo-

admonuiſſet diſcipulum ſuum Timotheum, dicens. Noli contendere uerbis, mox ſubiungit cauſam dicens. Ad nil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audiẽtium. Subuerſio autem audientium importat notabile ſcandalũ. Secus autem cum inter diſputandum, quis fortè plus iuſto cõtẽdit cum reſpondente, ſed non ſic, ꝙ natum ſit ſequi graue ſcãdalum, ſicut frequenter fieri ſolet, etiam in ſcholis, & gymnaſijs Theologorum. Tunc enim talis contentio eſt ſolum mala venialiter ſecundum docto. ubi ſupra. Nihilominus contentio, quæ fit ad impugnandum falſitatẽ, ſi debito modo fiat, eſt laudabilis, & uirtuoſa. Et catholici doctores contendunt contra hæreticos, ad defendendum ueritatem, & impugnandum falſitatem. Talis tamen contentioſa diſputatio non debet fieri coram idiotis, aut ſimplicibus perſonis, ſecundum beatum Thom. 2.2.q.2.art.7. Et huius ratio eſt, quia fides talium tanto in eis eſt firmior, quanto minus contrarietatis aliquid audierunt. Nã audientes contraria his, quæ tenent, incipiunt vacillare. Et ideo illi ꝑdicatores ſunt valde indiſcreti, qui ad propoſitas per eos quęſtiones in ambone arguunt pro, & contra, Argumenta enim debẽt fieri in ſcholis coram doctis. Reſolutiones uerò dari debẽt claiè, & nudã in eccleſia coram idiotis, & ſimplicibus. Nã ſi tales audierint rationem in oppoſitum ueritatis allegari, ſiue contra fidem, ſiue contra bonos mores, forſan tali rationi adeo firmiter adhærebunt, ꝙ inde diuerti non poterunt, quantumcũque poſtea ꝓ ueritate arguatur. Nota de illo prædicatore indulgentiarum, qui fortè, ut doctus appareret, multipliciter argumentatus eſt ſuas indulgentias nõ valere. Cumque uellet incipere argumẽtari pro altera parte, curatus cępit cantare. Per omnia ſæcula, &c. Et ſic oportuit ei facere finem, Populus autem miſſa dicta receſſit, dicẽs. Certè credimus his, ꝗ dixit prædicator noſter, & ideo bene uidemus indulgentias ſuas non ualere.

Tertia contentio dicitur litigationis. Sunt enim multi, qui inuerecundè, & eſtrenatè contendunt litigantes in iudicio, tã ciuili, quàm eccleſiaſtico, quod ualde uitioſum eſt, & uituperabile. Vnde & Apoſtol. de hoc reprehẽdit Corinthios dicẽs. Frater cum fratre iudicio contendit. 1. Cor. 11. Hoc autem non ſolum tangit partes contendentes in iudi

cio

cio,verumetiam earum ꝓcuratores,& aduocatos,qui frequenter abſque ratione loquuntur,& clamant, etiam interdum cum iniurijs,& inuectiuis,& ſignanter per propoſitiones negatiuas,ne per affirmatiuas capiantur.Cogitant enim apud ſe,quòd ꝓpoſitio negatiua nihil ponit, & ideo audacius,& ſubtilius alios uituperant per huiuſmodi propoſitiones negatiuas.Cum tamen ſcribatur.5.q.10.in loco.quòd quicquid aut confidentium conſultationibus agitur,aut ab accuſantium parte proponitur;ſic debet mitiſſima uerborum relatione referri,ut nec contentioſis uocibus,ideſt,clamoſis ſenſus audientium perturbet,nec iudicij uigorem de tumultu eneruet.Dicitur etiam.5.q.2.ſi primates,quòd iudex debet laborare ad concordiā,& litigantes cōciliare.Et idem habetur in iure ciuili.§.de offi.preſi. Lillicitas.Licet ergo in iudicio cōtendere in repetēdo ſuū, quod aliàs rehaberi nō poteſt.Nihilominus hoc fieri debet cum modeſtia,quantum eſt poſſibile.

Sed forſan dicet aliquis omnino eſſe illicitum contendere in iudicio,etiam coram quocunque iudice,maximè cū dicat Chriſtus,Matt.5.Qui vult tecū in iudicio contendere,& tunicam tuam tollere,dimitte ei, & palium. Ad hoc dicitur,quòd prædictum uerbum nō eſt pręceptiuum ſed conſiliatiuum, ideſt,bonū,eſt ſic facere.Non ergo obligat.niſi quātum ad præparationem animi,ut ſc.licet, talis ſit paratus,non ſolum ablata non repetere,ſi oportet,uerūetiam ad patienter ferendum,ſi clamydem perderet.Sic enim decerint,Aug.in ſermo.de puero Cēturionis.Et ſimiliter recitatur in decre.13.q.3.paratus,ubi ſic legitur.Paratus debet eſſe homo iuſtus,& pius,patienter eorum malitia ſuſtinere,quos fieri bonos quærit,ut potius numerus creſcat bonorum,non ut pari malitia ſe quis numero addat malorum.Deinde iſta præcepta magis ſunt ad ꝓparatiōnē cordis,quam ad opus,quod in aperto fit,ut teneaī in ſecreto animi patientia cum beneuolentia. Hæc ibi Patet,quòd licet contendere in iudicio pro tuitione iuris ſui, nec iſtud prohibetur,ſed tātum conſuluitur.Nec quidē immeritò conſuluitur non contendere in iudicio,eo permaximè,quod in contentionibus iudicialibus fiunt multa peccata ex utraque parte utpotè,mēdacia,periuria,odia cōtumeliç

meliç,fraudes,cauillationes,proditiones,& ſimilia.Propter quæ multo ſalubrius eſſet talia quæ repetunt̃, omnino dimittere,quàm tot periculus ſe exponere,uel ſaltem facere gratioſum apunctuamentum,etiam cum diminutione boni iuris ſui,præſentim attento,quod uarius eſt euentus belli cauſarum,& expenſç multç.Et ſic patet de triplici contentione,a qua cauendum eſt.

Tertiò principaliter uidendum eſt de grauitate peccati contentionis. Pro quo notandũ, ꝙ grauitas huius peccati in hoc manifeſte oſtenditur,quia,ſc.licet,ipſa contentio inficit omnes ſtatus,quia

Maiores, Mediocres, Minores.

Primò quidem inficit maiores. i.eccleſiæ Dei ꝑlatos & qui primatum obtinet in eccleſia. Nam inter eos plerumque oritur quæſtio,& contentio de primatu, vtpote qui debeat primum locum tenere,qñ contingit eos in unum conuenire. Et ſic durauit cõtentio inter Apoſtolos, qui eorum uideretur eſſe maior,quos Chriſtus compeſcuit,dicẽs.Principes gentium dominãtur eorũ,& qui, &c. Luc. 22. Ex quo patet,quam graue,& periculoſum ſit cõtentionis uitiũ,qđ etiam prçſumpſit aggredi ſanctum illud collegium Apoſtolorum.Bene ergo loqitur Pſ. ad propoſitũ dicẽs. Effuſa eſt contentio ſuper principes.i.eccleſiæ prçlatos,qui cõtendũt non quidem pro animab.ſed pro dignitatib.Notanter autẽ dicit,effuſa,& hoc ad denotãdum abundantiam contentionis eorum,quæ profectò tanta eſt,ꝙ omnia alia,quç ipſi facere tenetur,poſtponunt honorib.& dignitatibus huius ſçculi. Vnde deuotus Ber. uides omnẽ eccleſiç feruere zelũ, ſolũ pro dignitate tuẽda.Honori totũ datur,utilitati nihil.

Secundò contentio inficit mediocres, quales ſunt eccleſiaſtici, quãuis circa dignitates eccleſiaſticas conſtituti, ut potè,curati,ſimplices capellani,ac religioſi. Nam inter hos multi multipliciter contendunt ſiue ꝑꝑ dilatationem terminorum ſuorum,ſiue ꝑꝑ granitates,quæ potius fiunt uni, q̃ alteri,ſiue propter libertates,priuilegia,aut exẽptiones. Et de malo huius contentionis loquens Salomon Prou. 19. dicit,qđ uir ſapiens,ſi cum ſtulto contenderit, eius errores reprobando,ſiue iraſcet̃,ſiue redat,ipſe,ſup. ſapiens non inueniet requiem,ſup.apud ſtultum,eò ꝙ talis omnia in malum

uertit, & cum clamorib.ſuis pacem ſoluit. Tales ergo cōten tioſi ſunt à uiris iuſtis,& timoratis ſummopere uitandi.Nā ut dicitur Prou.10. Honor eſt homini,cum ſeparat ſe à con tentione.

Tertiò contentio inficit minores, ſicut uidere eſt inter plebanos, & ſimplices, etiam uſque ad ſexum mulebrem. Nam multi talium nunc cōtendunt in priuato,nunc in publico, nunc coram iudice, & hoc interdum pro nihilo, aut ſaltem pro modico, utpote pro nido unius picę, vt vulgò dicitur. Quod fit,ut plerunque cotendendo conſumant to tam ſubſtantiam ſuam,& tandem eijciantur de habitationibus ſuis. Nam ut dicit Saluſtius lib. qui intitulatur Catilinarium. Concordia paruæ rès creſcunt,diſcordia maxime dilabuntur. Vitandæ ergo ſunt contentiones inutiles, quę utique inſtingantur opere diaboli, cui sūmè diſplicet concordia hominum.

Hoc autem patet tali exemplo. Legitur enim in Vitis Patrum,quòd cum duo germani in eremo habitarent Deo ſeruientes,& diu in maxima concordia uixiſſent,nunquā con tentionis uerbum adinuicem habentes,tandem unus eorū à diabolo inſtigatus quadam die dixit ſocio ſuo.Tātum eſt chariſſime frater,ꝙ non fecimus contentionē,faciamus uel unam.Cui alter dixit neſcire ſe facere. Quē primus docuit dicens.Ponamus laterem,uel aliam rem in medium & ego dicam quod eſt mea, tu e contra,ꝙ eſt tua , & ego iterum dicā,ꝙ eſt mea, tu uerò econtrà reſpōdebis,& ſic faciemus in breui contentionem. Cum ergo ille cępiſſet dicere illam rem eſſe ſuam,& alius ecōtra dixiſſet ſuam primus durius loquens ait.Immo mea eſt. Quem alter ęſtimans iratū ſubito acquieuit,dicens. Si tua eſt,ipſam accipe, & ſic finita eſt quæſtio,quia ſecundus contendere noluit, ſicque diabolus confuſus abſceſſit.Nam & primus ueniam à domino pariter,& ſocio quęſiuit de eo,ꝙ inuentor cōtentionis eſſe uoluiſſet.Patet ergo , quàm grauè ſit contentionis uitiū per quod plerunq; ſolent Deum offendere maiores mediocres pariter & minores.Ab illo ergo uitio ſummopere cauere debemus,ſi ſaluari cupimus.

DE LINGVA DETRATORIA. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę. quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth. 11.

Poſtquam dictum eſt de tertio peccato linguæ, quod dicitur lingua contentioſa, hic conſequenter tractandum eſt de alio peccato eiuſdem linguæ, quod incipit per D, quod dicitur lingua detractoria. De qua in Pſ. lingua eorum, ſcilicet, detractorum eſt, ſup. gladius acutus. Vnde de hac lingua tria principaliter uidēda ſunt, quæ ſunt

Diffinitionis,
Offenſionis,
Aſſimilationis.

Primò igitur uidendum eſt de diffinitione detractionis Beatus ergo Thom. 2.2.q 74.ar.4.eam diffiniens dicit ſic. Detractio eſt alienæ famæ per occulta uerba denigratio. Hoc enim malum ſemper, & principaliter intendit omnis detractor, ut, ſcilicet, famam bonam, & nomen bonū auſerat ab eo, de quo detrahit. Sed ne ſtatim perpēdatur dolus & malitia illius, aut ne in faciem reprehendatur, ipſe in occulto, ſeu in abſentia illius, de quo detrahit, euomit uenenum detractionis. Et ideo differt detractio à cōtumelia, eo, ſ. ꝙ contumelioſus per aperta uerba intendit derogare honori proximi ſui. Detractor uerò in abſentia proximi, eius famam lædit.

Quęrit̄ circa hoc, vtrū oīs loquēs de malo regimine ꝓximi ſui ſit detractor. Pro reſpōſione ponā tres ueritates.

Prima igitur ueritas. Cū peccata oris maximè pōderent̄ ex intētione loquētis, cōſequens eſt dicere ꝙ quicunq; loquitur de malo regimine proximi ſui, ut famā eius denigret, i. obſcuram faciat, extinguat, aut maculet, ſiue falsū illi imponendo, ſiue malū cōmiſſum augēdo, ſiue malū occultū ꝑtermiſſo ordine charitatis reuelando, oīs talis mortaliter peccat, & ad reſtitutionē tenetur, non minus, quàm ille, qui abſtulit ſubſtantiam temporalem alterius.

Secunda veritas. Qui loquitur de malo regimine proximi ſui ex quadam leuitate, dummodo illud malum, de quo loquitur, nõ ſit graue, talis ſolũ peccat uenialiter. Nec iſtud propriè pertinet ad detractionẽ. Et ad hoc propoſitum põt dari multiplex exemplũ, utpotè, ſi quis dicat de illo, ꝙ libẽter bibit ẽt de meliori. Vel, ꝙ eſt ſatis promptus ad tẽtaculum matutinũ. Ita, ꝙ eſt multum hilaris, & facetus ita, ut poſſet prouocare ad riſum per uerba ſua vnũ aceruũ lapidum, & huiuſmodi.

Tertia ueritas. Quicunque loquitur de malo regimine ꝓximi, ſeu uicini ſui, propter aliquod bonũ, & cum debitis circunſtantijs, nullo modo peccat. Quinimmo talis, ꝑ talẽ locutionem poteſt mereri uitam ęternam, & pręſertim in tribus caſibus.

Primus, cum loquitur de malo regimine alterius ad illius correctionẽ, & hoc illis, qui poſſunt ꝓdeſſe. & nõ obeſſe. Verbi gratia. Tu uides aliquam mulierem, fortè iuuenẽ, quæ abſente, marito ſuo, hinc inde diſcurrit, etiam uiſitans loca, & perſonas minus honeſtas, ad quam etiam uiſitant uiri lubrici, & impudici, tu hoc uiſo zelans ſalutem, & honorem illius, ipſam mones ad partem, & charitatiue. Sed quia fortè ad tuum, uerbum non vult deſiſtere, hoc dicis uni ex amicis ſuis animo proficiendi. Dico enim tibi, qđ in hoc caſu non es cenſendus detractor, ſed ſalutis alienæ uerus, & ſyncerus zelator, utpotè, cõformiter agẽs ad Chriſti pręceptum Matth. 18. ubi ait, Si peccauerit in te frater tuus, aut ſupple, ſoror, uade, & corripe eũ inter te, & ipſum ſolum. Si autem, &c.

Secundus caſus eſt, cum quis loquitur de mala uita alterius ad pietatem. Verbi gratia. Aliquis probus homo, uel mulier uenit ad prædicatorem, uel prælatũ, quẽ credit habere zelũ animarum, dicens ei. Pater tale, vel tale uitium regnat in hac ciuitate, ſiue inter eccleſiaſticos, ſiue laicos, mercatores, officiarios, aut huiuſmodi. Rogans, ut de tali peccato loquatur in ſua prædicatione, ut ſic tales deſiſtãt, & ſe corrigant. Certè quicunque ſic agit, laudabiliter, & uirtuosè agit.

Tertius caſus eſt, cum quis loquitur de facto alterius ad cautelam, ut ſic auditores tãquam præmoniti ſibi caueãt,

Exem-

Exempli gratia. Tu matrona uides aliquam iuuenem mu lierem male famatam pp uitã, quam ducit.& dicis filiab. tuis,ut ſuper oĩa caueant ſibi à familiaritate,& cõuerſatio ne illius,ne forſan exẽplo eius tales,& ipſę efficiãtur,maxi me cum dicat Hiero.3.parte epiſtolarum ſuarum epiſtola 85.quòd nihil tã nocet homini,quàm mala ſocietas. Dein de ſubdit magnũ verbum dicẽs. Pluſquã,Impoſſibile puto virũ diutius in bonis permanere operibus,qui mala,& aſſi dua conuerſatione vtitur, dicente Pſ.cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris.In prædictis ergo tribus caſibus, licet loqui de mala uita alicuius ab{q}; nota detra ctionis.Et ſic patet ad quæſitum.

Secundo principaliter uidendũ eſt de offenſione linguę detractoriæ.Pro quo notãdũ, ꝙ uitiũ detractionis eſt ma ximę offẽſionis dupliciter,videlicet,intẽſiuè, & extẽſiuè.

Primò quidem intẽſiuè,adeo, ut dicat Apoſt.1.Cor.6. quòd maledicti regnum Dei nõ poſſidebũt. Et Rõ.1.detra ctores ſunt Deo odibiles.Eſt nẽpe hoc uitiũ tantę offenſio nis,ut ęquiparetur homicidio, ut patet in decre.6.q.1.sũ-ma iniquitas.vbi dr̃,ꝙ sũma iniquitas eſt detrahere fratri ſuo,quia omnis,qui detrahit fratri ſuo,homicida eſt.Itẽ de pę.di.j.homicidiorũ.dr̃, ꝙ homicidiorũ tria ſunt gña,ſ.q alios occidũt,qui odiũt,& qui detrahũt.Quinimmo tales grauius peccãt,quã homicidę corporũ. Hoc.n.expreſsè te net Aug.qui ad fratres in eremo.ſer.45.qui intitulatur de pœnitentia agẽda, dicit ſic.Maiora ſunt vulnera linguæ,q̃ gladij. Gladius enim corpus interficit, non autem animã. Sed forſan quæres, quomodo detractio occidit animam, quæ immortalis eſt?Reſpondeo,& ſi illam non interficiat, quantum ad ſubſtantiam illius,ſeu naturam,occidit tamẽ eam,quantum ad vitam gratiæ,quam ab ea aufert demeri toriè.Nam, & talẽ aĩę mortẽ infert quolibet mortale pec catum,dicẽte ſcriptura.Sap.6. Homo per malitiã occidit a nimã ſuã.Vel dic,ꝙ detractio occidit aĩam pro quanto de tractor,quãtũ in ſe eſt,aufert à proximo ſuo gratiã,& vir tutes,ꝑ quas aĩa dr̃ ſpiritualiter uiuere.Et breuiter detra ctio tam mala eſt intenſiuè.i.ſecundũ ſuam ſpeciem,& na turã,quòd de ea loquẽs Aug.ſuper pſ. exponẽdo illud uer bũ.Pro eo,vt mę diligerẽt,detrahebant mihi,dicit, ꝙ plus

nocent in membris detrahentes Chriſto,qui animas credẽtium interficiũt,quàm qui eius carnem,mox reſurrecturã peremerunt.Hæc ille.Itẽ ad grauitatem , huius peccati facit,ꝙ excedit in malitia peccatũ furti.Hoc enim dicit Gre. & recitatur in decretis 6.q.1.ex meritò,ubi ſic ait.Deteriores ſunt,qui uitam,moreſque bonorũ corrumpunt,his,qui ſubſtantias aliorum,prędiaque diripiunt.Hæc ille.

Secundò uitiũ detractionis eſt maximæ offenſionis extẽſiuè.Nam nulli loco parcit nulli tempori, nulli ætati, nulli ſexui,nulli quoq; ſtatui,ita ut dicat Hie.3.parte epiſtolarũ ſuarum:Epiſt.22.ad Cellantiam ſcribens,ꝙ pauci admodũ ſunt,qui huic uitio renuncient.Raroque inuenies, qui ita uitam ſuam irreprehenſibilem exhibere uelint,ut hi nõ libenter reprehendant alienam.Tantaque huius mali libido mentes hominum inuaſit,ut etiam, qui procul ab aliis uitiis receſſerunt,in iſtud tamen,quaſi in extremũ diaboli laqueũ incidant.Hæc ille.Vnde ẽt graues, & magnæ pſonæ, quamuis nõ ſemper bonæ uitæ,tempus terunt in cõuiuiis, & banquetis ſuis,obloquẽdo,& detrahendo de abſentibus quaſi non habentes aliam materiã,de qua cõferant.Et hoc quidem malum ſe extendit,etiam uſq; ad religioſas perſonas.Vnde noui quendã,q̃ habito ocio ſolitus erat dicere,q̃uis tamen facete.Detrahamus modicum de priore noſtro. quemadmodum ergo corruptus aer inficit omnia,& ſingula loca ciuitatis,etiam penetrando domos eccleſiaſticorum atq; religioſorum,ita eſt de ueneno detractionis. Propter quod dicebat Iacobus in ſua cano.3.cap. qui non offendit uerbo, hic perfectus eſt.

Aliter autem poſſumus perſuadere offenſionẽ huius peccati etiam extenſiuè,ſecundum ꝙ per ipſam detractionem contingit tria hominum genera peccare,& Deum mortaliter offendere,uidelicet,

Detrahentes, Audientes, Patientes.

Primo igitur peccãt mortaliter hi,qui de aliis detrahũt eo maxime,ꝙ faciunt contra charitatem, quã tenẽtur hĩre ad proximos ſuos.Item,quia faciunt contra Dei præceptũ de quo Leu.19.Nõ maledices ſurdo. Ille etenim maledicit ſurdo,qui de abſente loquitur in malam partem,qualis,& detractor.Item quia illos ſcandalizãt,de quibus detrahũt

&

& auferunt bonam eorum famã,quæ non eſt paruus theſaurus,quia ut habetur Prou.22.Melius eſt nomen bonũ, quã diuitiæ multæ. Quod ubi ſemel fuerit huiuſmodi nomen bonum deperditum,non facilè recuperari poteſt. Nã ut dicit Horat.in epiſtolis.Semel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.Et notãter dicit poeta,uolat irreuocabile uerbũ,Tum quia uerẽtur detrahere,ſeu reuocare verba ſua mala,adeo,ut quandoque dicant ſuis confeſſoribus hoc impoñetibus,ut imponãt eis aliã pænitẽtiam,qualẽ uoluerint, dummodo hoc non faciant,quia hoc eſſet ſeipſos confundere,& ſcãdalizare. Ecce quomodo uolat irreuocabile uerbum ex ore detractoris.Tum quia detractio ſemel in conſpectu,etiam unius,aut paucorum prolata de facili uolat de uno in alium.Quo fit,ut interdum totã ciuitas de hoc imbibatur.Inſuper poteſt tranſire de ciuitate in ciuitatem de prouincia in prouinciam,& de regno ad regnũ.Cum ergo difficillimum ſit omnes illos in unũ reperiri, qui inde inebrietati ſunt,patet euidenter,quomodo uolat irreuocabile uerbum detractionis.Tum quia homines ſunt teſta,q̃ cũ ſemel fuerit aliquo liquore imbibita,ſemper illius odorem retinet,dicente poeta.Quod teſta recens capit, inueterata ſapit.Ita & in propoſito poſtquam homines cęperũt habere de aliquo ſiniſtram opinionem, fortè hoc operãte venenoſa relatione detractorem,uix poſtea poſſunt induci ad credendum oppoſitum,eò quòd frequentius credunt malum de proximo, quàm bonum ad hoc cooperante naturæ corruptione.

Secundò per detractionem Deum offendunt audiẽtes. ſunt enim plerique utriuſque ſexus homines, qui etſi de alijs non detrahant,libenter tamen præſtant aures detractorib.& malis relatoribus,in hoc credentes,nullũ, aut leue habere peccatũ.Et ideo ad oſtendendum,quãdo immunes ſunt à delicto,& quando nõ,opus eſt tali diſtinctione. Aut enim tales ſe habent,ut diſplicentes,aut ut tacentes, aut ut inducentes,aut complacentes.

Primò quidem,ut diſplicentes, & tunc non ſolum,non peccant,uerumetiam merentur.Verbi gratia.Aliquis à caſu inuenit ſe in ſocietate eorum,qui portãt carnes ad uẽſcẽdũ,ideſt,qui de alijs detrahunt. Quod ille audiens in cor

de ſuo triſtatur,& libenter uellet eſſe extra. Veruntamen non audet eos palam reprehẽdere, forte quia maiores,aut quia timet maius malum inde naſci. Nihilominus oſtẽdit talem locutionem ſibi diſplicere,ſiue ſigno,ſiue uerbo,utpotè,intermiſcendo aliqua uerba,ut ſic eos diuertat.Talis ergo taliter audiens detractionem fieri de abſentib.nullam habet inde culpam, ut dictum eſt. Talis autem erat diuus ille Chryſoſtom.qui de ſeipſo loquen Homi.2. dicebat: Si aliquem laudare,& commendare uelis, aures apperio, ut unguenta ſuſcipiam.Si uero de aliquo uis maledicere, uerbis tuis ingreſſum obturo.Non enim ſtercus,& cœnum ſuſcipere patior.Quod mihi lucrum ſi didicero, ꝙ ille im ꝓbus eſt.Immo maximum nocumentum ex hoc ſequitur,& maxima iactura animæ.Hæc ille. Vnde legitur in uitis patrum,ꝙ quidam ſenex pater rogauit dominum,ut donaret ei hanc gratiam,quatenus in ſomnum corrueret, quoties detractio interueniret.

Secundo poſſunt homines detractionem audientes ſe habere,ut tacentes,ideſt,merè paſſiue,ſic,ſcilicet, quòd nec illis diſplicet,nec delectat talia audire,ut ſunt illi,qui dicũt, quòd dimittunt alios loqui,quæcunque uolunt,ſe referentes ad eos,& quòd non eſt eis curæ,ſi alij benè,uel malè loquantur de abſentibus.Tales enim ſic tacentes ſeipſos decipiunt,quia ſaltem debet illis diſplicere,quòd per alios offendatur Deus.Quod ſi ſint ſuperiores,& taceant, cũ audiunt detractionem fieri,tunc grauiter peccãt.Quia ut habetur in decre.diſtin 83 error.error,cui non reſiſtitur. approbatur,& ueritas,ſupple,tam doctrinę,ꝗ uitę,cùm minimè defenſatur opprimitur. Negligere, quippe cũ poſſis perturbare peruerſos,nihil eſt aliud,quàm fouere. Neque caret ſcrupulo ſocietatis occultę,qui manifeſto facinori deſinit obuiare.Et quamuis ad hoc teneantur omnes, & ſinguli ꝓ loco,& tempore,ut patet.23.d.10.ita planè, ubi dicitur,quòd tunc,qui ſociatur malis,ſi mali aliquid cum eis committit,aut committentibus fauet,ſpecialius tamẽ maiores,& prælati ad hoc tenentur,& hoc ex officio,ut dicit gloſſ.ſuper dicto decreto.Error ſic enim agebat magnus ille prelatus Augu.qui ad fratres in Eremo.Serm.vigeſimo ſexto,qui intitulatur de murmure, & detractione dicebat.

O hy-

O hypocrita caue,ne ad menſam meam peruenias. Nam ibi antequã aliquid ſumas lectio mea primò tibi legetur. Quid aũt ĩ ea primò ſeruare pręcipio, niſi quod ſequitur. Quiſquis amat dictis abſentũ rodere famã. Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi?De eodem etiam refert Poſſidonius in libro de uita ipſius,ꝙ omnem conuiuã a ſuperfluis, & noxiis fabulis,atq; detractionibus ſe ſe abſtinere debere admonebat. Quod ſi qui non abſtinuiſſent dicebat illos delendos eſſe de menſa ſua,aut ſe de media refectione ad ſuũ cubiculum ſurrecturum.Hæc Poſſidonius. Sed hac tẽpeſtate apud multos prælatos,& magnates ſunt beneuenti tales detractores,ita ut dicat pſal. Audiui uituperationem,i.detractionem multorum commorantium in circuitu,ſupple, nonnullorum prælatorum.

Tertiò homines detractionem audientes poſſunt ſe habere,ut inducentes,& allicientes. Plerunque enim euenit, ꝙ ubi detractor ab uno zelante de multitudine reprehendit,non loquatur de abſentib.niſi quæ bona ſunt,ecõtrario ab uno alio,uel forte pluribus ſupportatur,excuſatur inducit,allicitur forte ſub his uerbis.Perficias, quæ narrare cœpiſti de tali,uel tali. Cupio enim ſcire ueritatẽ. Nam, & de hoc,ꝙ dicis aliquid audiui, ſed nõ plenè factum intellexi, ideo dicas nobis totum.Alij autem aliter alliciunt aliquos ad detractionem,utpotè,dicendo.Talis talia de te dixit, & miror,ꝙ taces. Iſtud autem faciunt, ut eum prouocent ad euomendum,ſi quid ſiniſtri de illo ſcit,uel audit. Ecce cautelæ detractionum audientiũ.Sed nouerint tales inductores,ꝙ non minus rei ſunt apud Deum, quàm illi,qui detrahunt. Nam,ut in communi prouerbio dicitur tantum malum operatur,qui tenet caudam,ſicut qui excoriat.

Quartò hoĩes detractionem audientes poſſunt ſe hr̃e,vt complacentes,& delectantes. Sunt.n.nonnulli,qui abſtinẽt ſe a detractione,ſed in hoc deficiũt,& ſe decipiunt,ꝙ delectat eos audire mala de ꝓximis ſuis.In hoc.n. grãde pctm̃ hñt. Quia,ut dicit Aug.in Epiſt.111.ad Iulianũ comitẽ ſcribẽs.Detractor,& libẽs auditor diabolũ portãt,alter in ore, alter ĩ lingua.Et Iſid.li.3.de ſummo bono.c.59.& ſimiliter recitatur in decretis 11.q.3.non ſolũ,dicit, ꝙ non ſolũ ille reus eſt,q̃ falſum de alio ꝓfert,ſed & q̃ citò aurẽ criminib.

præbet,

præbet.Nam adeo grauiter peccat ille,cui placet audita,de tractio,ſicut ille qui detrahit. Vnde æquiparat idem Iſidorus audientes illi qui detrahit.Ait.n.ſup. detrahentes non audias,ſuſurrantibus auditum non præbeas,quia pari reatu detrahentes, & auditores tenentur. Et Bern.ad Eugenium.Detrahentem,inquit,audire,aut detrahere, quid horum damnabilius ſit,non facile dixerim.Nam qui libenter audiunt detractiones ab aliis fieri,ipſos quodammodo fouent in ſuis peccatis,ita, ut illi ſint promptiores ad detrahendum. Quia,ut dicit Hiero.3.parte epiſtolarum ſuarum epiſtola 7.ad Nepotianum ſcribens, Nemo inuito auditori libentes refert. Sagitta in lapidem nunquam ingreditur, ſed interdũ reſiliens percutit dirigentẽ. Diſcat ergo detractor,cum te uidet non libenter audire,nõ facile detrahere, Hæc ille.Poſſumus etiam ad hoc propoſitum aliam dare ſimilitudinem,uidelicet,de lapide proiecto ſurſum,qui ſolet cadere ſuper caput proiicientis,eò quòd non inuenit ſuperius locum,qui ipſum detineat.Et hoc eſt, quod ait Sapiẽs Ecclesi.27.dicens. Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius,ita, & detractor cum triſtem uiderit faciem audiẽtis, illico conticeſcit, pallet vultus,& hęrẽt labia, & totus in ſeipſo confuſus permanet, velletq; pro magna re nũquam de alio detraxiſſe.Inſuper libenter reuocaret uerbũ ſuum,ſi poſſet ſaluo honore proprio.Patet ergo,quomodo & quàm multipliciter audientes detractionem Deũ offendunt,preterquam in primo caſu,de quo dictũ eſt,cum,ſcilicet illis diſplicet talia audire. Non ſimus ergo chariſſimi faciles ad audiendum mala de aliis, difficiliores quoque ad illa credendum, niſi forſan ſufficienti ratione prohibenti. Nam,ut dicit Hiero.3.parte epiſtolarum ſuarum epiſtola 22.ad Cellantiam ſcribẽs.Nihil tam inquietat animum,nihilque tam mobilem,ac leuem mentem facit, q̃ facile totũ credere,& obtrectatorum uerba temerario mentis aſſenſu ſequi.Hinc.n.crebræ diſſenſiones,hinc odia naſcũtur. Hoc ẽt malum ſępe de amicis inimicos facit. At contra magna quies animi, magnaque morum grauitas eſt non temerè de quoquam ſiniſtrum,quid audire.Hæc Hiero.ubi ſupra.

Tertio per detractionem Deum offendunt audientes. Nam maior pars hominum,cum ſit imperfecta, ſtatim cũ audie-

audierint,ſeu itellexerint aliquos de illis detraxiſſe, iraſcũtur,impatientes efficiuntur,uerba pro uerbis,opprobria ꝑ opprobriis,contumelias ꝑ contumeliis,conuitia pro conuitus reddunt.Ex quibus omnibus offenditur Deus,lite oriunt,pariter & odia mortalia.Ecce,quomodo ſagittæ paruulorũ factę ſunt plagę eorum.ſ.de quibus detrahitur. Sagittę enim emiſſæ à paruulis parũ lędunt, nihilominus hi, quos tangunt,fingunt ſe multum læſos fuiſſe ab eis. Ita, & multi cum audiunt alios de ipſis detraxiſſe, etiam interdum parum,aut in minimo,mox ultionem expoſcũt,& reparationem ſui honoris, & famæ,cum tamen patientiam tunc ſeruare deberent,dicentes conformiter ad Sene.li.de maliloquio.ſi uiri probi eſſent,qui de male loquuntur,inde nihil moueret.Nunc aũt malis diſplicere,laudari eſt,qui nõ de me,ſed potius de ſe loquuntur.Hęc ille.Salubre ergo circa hoc dat conſilium,pariter & remedium B.Grego. prout recitatur in decret.11. Inter uerba,ubi ait.Inter uerba laudantium, uel uituperantium ſemper ad mentem recurrendum eſt. Et ſi non inuenitur in nobis malum q̃d de nobis homines dicunt,in magnam debemus proſilire lętitiam.Et rurſus ſi non inuenitur in nobis bonum, quod de nobis homines loquuntur,magna triſtitia in nobis generari debet.Hæc ille.Talibus ergo patientibus detractiones, quæ de illis,fiunt benedicit dominus.Matth.5.dicens.Beati eritis,cum maledixerint uobis homines,&c.

Quæritur circa hoc,utrum liceat alicui tolerare detractiones de ſe factas,aut dictas,cum ad eius notitiam aliis reuelantibus,perueniunt,ſimilem quæſtionem proponit B. Thom.quodlibe.10.ar.13.ubi quæritur,utrum aliquis peccet infamiam non repellendo. Ad quam reſpondet ꝑ tres propoſitiones,prout poteſt elici ex dictis ipſius ibidem.

Prima igitur propoſitio. Cõtẽptus ꝓprię famæ, & ſimiliter appetitus illius poteſt eſſe laudabilis,& uitioſus diuerſis reſpectibus.Nam appetere bonam famã ꝑp proximum excitandum ad charitatẽ pertinet.Sed ipſam ꝑp ſeipſum, ad inanem gloriam pertinet. Econuerſo aũt contemptus propriæ famę rationi ſui ipſius ad humilitatem pertinet.

Ratione uero proximi,qui inde ſcandalizatur, crudelitatis.Et iſtud eſt contra illos, qui dicunt, quod non curant

rant uerba hominnm , & quòd ſufficit eis conſcientia ſua.

Secunda propoſitio. Illi, quibus incumbit ex officio ſalu ti aliorum prouidere, peccant, niſi propriã infamiam, iuxta poſſe ſimul repellant, quia, qui negligit propriã famã, crudelis eſt. Hinc Gre. ſuper Ezech. hom. 9. dicit ſic. Hi quorũ uita in exemplo imitationis eſt poſita, debẽt, ſi poſſunt detrahentium ſibi uerba compeſcere, ne eorum prædicationẽ non audiant, qui eam audire poterant, & in prauis moribus remanentes bene uiuere contemnant. Hæc ille. Vnde propter hanc cauſam interdum nonnulli ſancti pontifices ſummi congregauerunt generalia cõcilia, ad ſe purgandum de infamia, & nota mala per detractores ſibi procurata.

Tertia propoſitio. Alij, quibus magis imminet cuſtodia ſuæ propriæ ſalutis, poſſunt ſuæ humilitati prouidentes, & conſulentes, famam, uel infamiam contemnere. Vnde Greg. ubi ſupra. Sicut, inquit, linguas detrahentium noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant, ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, & hoc, ut nobis meritum creſcat. Hæc ille.

Sic enim egit ſancta Marina, de qua legitur in Vitis Patrum, quòd cum ſeruiret Deo ſub habitu monachali, falſò accuſata fuit, quòd impregnaſſet filiam cuiuſdam agricolæ domus. Quam infamiam patienter ſuſtinuit, atque quinque annorum ſpatio ante fores monaſterij pœnitentiam duriſſimam ſuſtinuit. Conſequenter ad monaſterium reuocata, mancipata fuit uiliſſimis ſeruitijs domus. In quorum labore tandem ſpiritum domino fęliciter reddidit.. At uerò cum ex more monaſterij lauarẽt corpus eius, mulier apparuit. Sic etiam egit beata Eugenia nobiliſſima, quę ſe Eugenium uocans in monachali habitu diu latuit. Succeſſu autem temporis, cum fuiſſet in Abbatem domus electa, falsò accuſata fuit à Meientina fœmina. quòd cum ea ſtuprum committere uoluiſſet, tamẽ iniuriã patientiſſimè tulit. Cumq; res publico iudicio ignis purgari deberet, tunc coram iudice, & omnibus aſtantibus mulier apparuit, & ſic ſaluatus eſt sãguis innoxius in die illa. Ecce quõ hæ duę sãctę uirgines liguas detrahẽtiũ cõtra ſe exci-

excitatas æquanimiter tolerauerunt. Et hoc totum,ut ſic per patientiæ uirtutem magis,ac magis creſceret earũ ſalus.Et ſic patet ad quęſitum,& per conſequens de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidendum eſt de comparatione huius uitij.Notãdum ergo,ꝙ detractores ſunt ſimiles multis rebus uiliſſimis.

Primo quidem ſepulchro aperto. Vnde de ipſis poteſt dici illud Pſal.Sepulchrum patens eſt guttur eorum.Sepulchrũ enim patens,ſeu foueã,in qua iacet cadauer hincinde fœtorem ſuum diffundit,eò quòd ipſum intra ſe continere,aut celare non poteſt,& hoc propter defectũ operculi: ita & detractor ſciens aliquid ſiniſtri de proximo ſuo, de hoc ſilere non poteſt,ſed hincinde huiuſmodi uenenũ diffundit.Et hoc ideo,quia lingua ſua non habet operculum, aut ſi habeat operculum,utpotè dentes,& labia,utrunque tamen operculum de facili ſoluit detractor.Talis autẽ non erat ille,qui dicebat.Dixi cuſtodiam uias meas,ut non delinquam in lingua mea poſui ori meo cuſtodiam, ſcilicet, murum,& antemurale.Murum quidem oſſium,ideſt, duorũ ordinem dentium.Antemurale uerò de terra,ꝑ quod intellige duo labia.Legitur enim in hiſtoria tripartita de Abbate Paphnucio,quòd cum eſſet abſque litteris, uenit ad quendam litteratum uirum ,ut ſub eo adipiſceret litteras. Cum itaque ueniſſet ad illum Pſalmum pſalterij ;Dixi cuſtodiam uias meas,ut non,&c.Dixit magiſtro ſuo,quod iã erat ſatis magnus clericus,& ꝙ ſatis ſibi erat de illa lectione pro tota uita ſua,dummodo poſſet eam benè practicare,Vade,& tu fac ſimiliter.

Secundò detractores ſunt ſimililes ſerpenti.Serpens.n.ſignanter ſcorpio ſolet cum pedibus anterioribus applaudere hominibus,& quaſi cum eis ludere,ſed hoc ſimulans ſimul diſponit caudam ad pungendum,& ad uenenũ mortiferum infundendum.Sic & detractor in primis pręmittit aliqua laudabilia de illo,cui vult detrahere,ut ſic homines nõ percipiãt malitiam ſuam,& ut facilius ſibi credãt. Item uideatur ex compaſſione loqui magis,quã liuore inuidiæ,& tunc uenenum ſuũ infundit.Et hoc eſt,quod ſubdit Pſalm.ubi ſupra.Linguis ſuis dolosè agebant.Et bene

dicit

dicit doloſè,quia à parte rei maximus dolus eſt taliter detrahere.Da exemplum de illis,qui dicũt.Talis eſt magnus clericus,ſed damnum eſt,quòd non bene uiuit.Alij dicũt. Talis eſt magnus prædicator,ſed non facit,quæ dicit. Alij dicunt.Talis habet multas bonas,& pulchras gratias,ſi uellet bñ uti illis,Ecce quomodo tales detractores linguis ſuis doloſè agunt. Quia profectò uenenum aſpidum ſub labijs eorum,ſupple,latet. Quorum etiã os maledictione,& amaritudine plenum eſt. Quia ſolent poſt laudabilia ſubinferre uituperabilia,maledicta,& amara. Hinc deuotus Ber.ſuper can.ſerm.24.dicit ſic. Detractores quodam ſucco ſimulatè uerecundiæ conceptam malitiam,quam retinere non poſſunt,adũbrare conantur.Videas à detractore alta præmitti ſuſpiria,ſicque,cum quadam grauitate,& tarditate loquendi,vultu meſto,demiſſis ſupercilijs, & uoce plãgẽti egredi maledictionem,& quidem tanto perſuabiliorẽ,quãto creditur ab his,qui audiunt corde non auido, & magis condolenti affectu,quàm malitioſè ꝓferri.Doleo, inquit, uehementer pro eo,quòd diligo eum ſatis,& nunquã potui eum de hac re corrigere.Et aliàs mihi quidem bene cõpertum fuerat iſtud de eo,ſed per me nunquã innotuiſſet. At quoniam per alterum res patefacta eſt,ueritatẽ negare non poſſum.Reuera ita eſt . Hæc Bernardus de doloſitate detrahentium.Et ideo bene de talibus pſalm.ſupra dicit. Veloces pedes eorum, ideſt,affectus ad effundendum ſanguinem,ideſt ad perdendum bonam famam proximorum ſuorum.Et breuiter non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Tertiò detractores ſunt ſimiles cani . Sæpe enim accidit,quòd cum unus canis tranſiens uiam ſuam percutitur & plangit clamans,& cæteri accurrunt,& eum hinc inde mordent,atque cruentare faciunt,cum tñ potius illi cõpati,& miſereri deberent. Sic & detractores audientes de aliquo detrahere,eum pariter lacerãt,& dicũt mala, quæ de ſeipſo nouerunt. Sed utinam non imponerent illi falſa. Bene ergo ad propoſitum loquitur ſapiens Eccleſ.18.dicens. Sagitta infixa fęmori canis,ſic uerbum in ore ſtulti,ideſt, detractoris,Natura enim canis eſt,quòd ſi habet ſagittam. infixam fęmori ſuo,nunquã quieſcit,donec remouerit eã, Sic nec detractor donec malum,quod de ꝓximo audiuit,

alijs

aliis retulerit,etiam aliquid apponendo de ſuo.Sic enim ſo lent facere detractores. Nota,ſi uis,fabulam illius uiri,qui cum mane de lecto ſurrexiſſet poſuit unum ouũ in illa par te lecti,in qua quieuerat.Quod inueniens uxor eius,& admirans interrogauit eum, unde hoc proceſſiſſet. Ille uerò prius exigens ab ea iuramẽtum de non reuelando alteri,fin xit, & dixit ſe produxiſſe tale ouum ex proprio corpore. Illa uerò quamprimum potuit,hoc reuelauit proximę uicinæ ſue dicens uirum ſuum feciſſe duo oua.Illa autem eodẽ ordine hoc reuelauit,& ſemper ſub ſecreto uicinæ dicẽs ta lẽ uirũ feciſſe tria oua, & ſic deinceps,adeo q; in fine uicini rumor uolabat eum centum oua feciſſe. Applicatio eſt facilis

Quartò detractores ſunt ſimiles porco. Nam ſi porcus intrauerit hortum floribus plenum,flores non quęret,quia nihil ad eũ de floribus,niſi forſan ad ſubuertẽdum,& eradicandum. Quæret autem diligenter ſtercore,ſi qua ibi ſunt & ibi ſtabit.Sic detractores non ſolent loqui de uirtutibus eorum,quibus detrahunt,niſi fortè ad aggrauandum detractionem ſuam,& palliãdum nequitiam ſuam, ne,ſcilicet,uideantur ſiniſtra intẽtione loqui de abſentibus.Quinimmo quod deterius eſt,ſi quis aliquem laudauerit coram eis de aliqua uirtutę aut gratia, cui illi detrahere uolũt ſtatim cõuertent huiuſmodi bonum in malũ, forſan dicentes, quòd ille ficte talia operatur, uel ut uideatur ab hominibus, uel quòd non eſt taliter,qualiter dicit,quia,ut dicit Sen.2.parte epiſtolarum ſuarum Epiſt.11. malus,ideſt,detractorum. nia in malum uertit. De hoc erat apertum teſtimonium,dę Iudęis,de quorum detractione loquẽs Chriſtus Matth.11. ait.Venit Iohan.neque manducans,neque bibens,& dicũt dæmonium habet.Venit filius hominis,manducãs,& bi bẽs & dicunt.Ecce homo uorax, & potator uini. Sunt ergo detractores,& oblocutores de natura mali ſtomachi,q; cibos, quantumcunque electos in ſui naturam conuertit. Sunt etiam ſimiles ſerpenti,qui quicquid ſumit,in uenenum cõuertit.

Quintò detractores ſunt ſimiles muribus. Dicit enim Plin.in natura hiſto.li.8.c.10.quòd elephãtus,ſiue elephas, quamuis corpore, & fortitudine polleat ſupra cætera ani malia

malia,valde tamẽ timet mures,adeo quod ſi odorem ſenſe rit muriũ , aut viderit pabulum in præſepio poſitum ab eo attingi,mox ipſum faſtidit.Sic in propoſito,non eſt tam vir tuoſus, ſiue laicus, ſiue religioſus,nec tam magnus, ſiue comes,ſiue princeps,ſiue rex,qui non debent timere huiuſmo di detractores. Verum de principibus minus detrahitur à ſubditis,& hoc fortè magis humano timore,quàm Dei amo re.Non ſubditi autem plerunque multa confingunt, etiam vſque ad libellos diffamatorios, & cantiones publicas de alienis principibus, & hoc, vt plurimum a vilibus perſonis exercẽtur. Similiter plerique ſerui,& ancillæ ſolẽt obloqui de illis,quibus antea ſeruierunt.etiam narrantes falſa,& in excogitata ab eis, cum dicti domini bene ſe habuerint erga tales. Sed talẽ detractionem operatur eorum ſola malitia. Propter quod quilibet ſic detractus meritò poteſt dicere, de talibus malis ſeruis,& ancillis illud pſal.Pro eo,vt me di ligerent,ideſt,diligere deberẽt,detrahebant mihi,ego autẽ orabam,ſiue pro me, ut daret mihi dominus patientiam cõ tra tales oblocutiones.Siue pro illis,vt remitteret eis domi nus talem offenſam.Inſuper tales famuli,& famulæ,ac ſimi les de infima plebe, quibus interdum beneficus fui, poſue- runt aduerſum me mala pro bonis,& odium pro dilectione mea.Sed profectò tales detractores,& ſignanter,qui reddũt mala pro bonis,non euadent iudicium Dei. Vnde de quoli bet tali ſubditur.Conſtitue,ideſt,conſtitues tu.ſup.Deus ſu per,eum,ſcilicet,detractorem,peccatorẽ,ideſt,alium detra- ctorem,qui reddat ei vicem,& diabolus ſtet a dextris eius,ſ. impediens,ne eius opera de genere bonorum illi proſint ad ſalutem ęternam. Quinimmo,quod maximè timere debet talis vetractor, cum iudicatur,ſcilicet, in articulo mortis, exeat condemnatus, ſupple, in ignem ęternum,;& hoc pro- pter demeritum ſuæ detractionis,quo facto fruſtra orabitur pro eo,ideo ſubditur, & oratio eius fiat in peccatum. Tales ergo mures meritò debẽt deijci ab honeſtis perſonis de ha- bitationibus ſuis exemplo Aug. de quo ſupra.

Sextò detractores ſunt ſimiles artificibus, & factoribus gladiorum,& arcuum. Nempè de illis loquens pſal.dicit,ꝙ exacuerunt,vt gladium linguas ſuas.Sicut enim gladius exa cuatus eſt aptus, & diſpoſitus ad ſciudendum, & vulnerandum

dum,ſic & multi ad nihil aliud cogitant,niſi qualiter exacuere poſſint lingnas ſuas ad maledicendum de alijs, cum ſe reperiunt in aliqua notabili ſocietate,quæ preſtat eis aures. Cum uerò reperiunt uiros timoratos qui eos acriter reprehendunt ſuper linguoſitate ſua, tunc incipiunt tabeſcere. Nam tunc gladius coram intrat in corda ipſorum,quia torquentur in cordibus ſuis præ rubore,atque arcus eorum confringitur, ideſt,deſiderium, & propoſitum, quod habent de nocendo aliis in fama, & honore fruſtratur,& eneruatur.Sequitur ubi ſupra.intenderunt arcũ rẽ amarã. Cum.n.aliqui uolũt planè de aliis detrahere,dilatãt os ſuum,quod eſt ex utraq; parte ad modum ſemicirculi,& per conſequens,ad inſtar arcus.Et pro tanto dicit Pſ.Tales intenderunt arcum rem amaram,quia detractio eſt amara, & nociua illi, de quo detrahitur. Sed quare intenderunt huiuſmodi arcum.Certè,ut ſagittent in occultis immaculatum,ideſt,innocentem,iuſtum, & purum. Et benedicit. In occultis, quia, ut dictum eſt in principio huius capituli, detractio fit in occulto, & in abſentia. Fit autem iſta ſagittatio feſtinanter habita opportunitate temporis, & loci,eo quod detractores non poſſunt diu continere uenenum ſuum intra ſeipſos ideo ſequitur. Subito ſagittabunt eum ſcilicet,immaculatum,& nõ timebunt ſup.Deum oĩa uidẽtem,uel non timebunt incurrere culpam.Vel non timebũt auferre iniuſtè famam alienam. Vel non timebunt iudicia Dei,& futuram damnationem.Quinimmo firmauerunt ſibi ſermonem nequam, ideſt,quod ſe firmitet concluſerunt dicere tale,uel tale malum de immaculato.Vnde Dan.13. legitur,quòd illi duo presbyteri,qui uoluerunt commiſceri cum Suſana dixerunt ei. Commiſcere nobiſcum, aliàs dicemus, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hoc emiſeris puellas à te. Ecce quomodo iſti firmauerunt ſibi ſermonem nequam. Sequitur. Narrauerunt, ſupple,bona alijs de illis,quibus detrahere diſponebant, & hoc,ut cautius abſconderent laqueos, id eſt, deceptiones, & dolos ſuos dixerunt, ideſt, apud ſe cogitauerunt, quis uidebit eos. Credunt enim tales, quod nullus percipit malignitatem,& doloſitatem eorum.Cum tñ multi uiri prudentes,& zeloſi audiẽtes eos loqui bene intelligãt, quo pede incedãt

Inſuper, quod ad maximam malitiam pertinet, tales detractores ſcrutati ſunt iniquitates, ideſt, diligenter, & ſtudio, ſe inquiſierunt de uita, & moribus aliorum, qui ad eos nullo modo pertinent, & hoc totum, faciunt, ut habeant materiā de ipſis maledicendi. Et hoc ſunt ſimiles ſcarabæo, qui ſtercorā aſſiduè euertit. Hoc aūt q̄nq; fruſtra faciūt, ideo ſequit̄ defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. In hoc, ſcilicet, quod non inuenerunt in ſua ſcrutatione, & examinatione quod interdum faciunt de factis aliorum malum, quod optabant inuenire. Ecce, quàm luculenter propheta Dauid deſcribit malitiam, & doloſitatem detrahentium. Et ideo qui prudentes fuerint uitabunt cōſortia eorum, quia profecto pedes eorum, ideſt, affectus, & deſideria ad malum currunt & feſtinant, ut effundant ſanguinem. i. ut deſtruant bonam famam aliorum.

Sed quia teſte Gre. in prologo dialogorum exempla plus mouent, quàm uerba, ideo ad terrorem detrahentium ſatis conuenit ſubiungere aliqua exempla.

Primum igitur exemplum eſt de quodam maximo detractore religioſorum, atque eccleſiaſticorum. Hic ergo cū fuiſſet mortuus, poſt multos annos apertū eſt ſepulchrum eius & inuentum eſt corpus illius totaliter corruptum atq; in terram conuerſum, prȩter linguam eius, quàm ranȩ, & buffones inter ſe uoluētes rodere nō poterant. Et hoc in ſignū quòd illa lingua non erat digna redigi in terram pro eo, quò multos homines læſerat.

Secundum exemplum eſt de duobus ſociis clericis, quorum unus erat detractor peſſimus, adeo quòd nō poterat bene loqui de quocunque, in extremis ergo conſtitutus rogatur à ſocio ſuo, ut digetur ſibi manifeſtare ſtatum ſuum poſt mortem. At ille promitto, inquit, tibi, quòd ſi Deus ꝑmiſerit, apparebo tibi ante 30. dies Quod, & factum eſt, eo mortuo poſt paucos dies apparuit dicto ſocio totus niger, & totus igneus uidelicet, igne infernali intus, & foris. Ad cuius aſpectum alter cȩpit tremere. Nec certo immeritò. Nam tunc uoce rauca cœpit, ſocium ſuum alloqui, dicens. Heu ego ſum ille infœlix, quondam ſocius tuus, pro quo inaniter oras, quia ego ſum perpetuò damnatus. Nam cum agonizarē ad mortem, fui ductus coram

iudice totus tremens. Et ecce vidi multas animas ſole luci diores, manus extendentes ad iudicem contra me,& dicentes. Vindica nunc Domine ſanguinem noſtrum de illo mendace detractore,qui nos toties,& tam falsò diffamauit. Poſt hæc iudex terribili facie me intuens æternis ſupplicijs adiudicauit.

Tertium exemplum eſt de quodã ſacerdote,qui adeo deditus erat huic vitio,quòd quaſi omnibus detrahebat. Hic ergo moriens proprijs dentibus, linguam ſuam maliloquam laniauit,vt ſic Dei iudicio pàlam fieret,quantum malum illa maledicta lingua egiſſet. Et quidem iuſtè ſit factum eſt, vt ſic in eo impleretur illud Sapient. 11. Per quæ quis peccat,per hæc,& torquetur.Moneo ergo vos chariſſimi, vt abſtineatis vos à lingua detractoria, ne tandem quod Deus auertat,vobis contingat,ſicut prædictis.

DE LINGVA EXCVSATORIA. Cap VI.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli,& terræ, qa,ſupple.peccaui nimis locutione.* Matth. 11.

Poſtquam diffusè dictũ eſt de quarto peccato linguæ, quod dicitur lingua detractoria.Hic conſequenter, dicendum eſt de alio peccato eiuſdẽ linguę,quod incipit per E.& dr̃ lingua excuſatoria,à qua petebat liberari à dño,qui dicebat. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.Et de hac lingua tria principaliter videbuntur,ſecundum quod homines ſe excuſant vitiosè de tribus,videlicet,

De diuinorum præceptorum adimpletione,

De malorum operum incurſione.

De operum conſilii exercitatione.

Primo igitur multi ſe excuſant de diuinorum præceptorum adimpletione. Sunt enim, qui cum audiunt dominum præcipientem, & dicentem. Non mœchaberis. Exodi.20.dicunt. Durus eſt hic ſermo,&,quis poteſt illum capere. Idẽ de illo præcepto. Non periurabis in nomine meo Idẽ de illo.Non furtum facies.Itẽ de illo.Non mentiemini,

& ſic de aliis.Sed horum friuolam excuſationem paucis re probat Iohannes in ſua 1. canonica. c. 5. dicens. Mandata eius.ſ.Dei gratia nō ſunt.Hoc idem et atteſtatur ipſe Dñs. Deuter. 30.dicens.Mandatū,quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt,nec procul pòſitum,nec in cœlo ſitū,vt poſ ſis dicere.Quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere,vt defe rat illud ad nos? Nec trans mare poſitum,vt cauſetis,& dicas.Quis ex nobis poterit mare transfretare,& illud ad nos vſque deferre?Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo,& in corde tuo,vt facias illud. Hæc ibi. Illa ergo lingua vitioſa eſt plurimum,quæ ſe excuſat ab impletione præceptorum Dei,tanquam dicens Deū impoſſibile nobis præcepiſſe.Vnde vnumquemque taliter ſe excuſantem reprehendit Pſ. ſiue potius Spiritusſanctus per os,Pſ.dicens. Nunquid adhæret ſibi ſedes iniquitatis,id eſt,abundantia malitiæ;qui fingis laborem in præcepto,ſupple,diuino? Nullus ergo ſe excuſet præcepta Dei non ſeruare,ſed potius ſe accuſet,maxime cum dicat ipſe,Deus homo factus. Iugum meum ſuaue eſt,& onus meum leue.Matth.11.Propterea illi maledicuntur a Domino,qui tranſgrediuntur mandata,tam facilia,& tam leuia,dicente Pſal. Maledicti,qui declinant a mandatis tuis.Et Deute.27. Maledictus qui non permanet in ſermone legis huius,& dicet omnis populus.amen.

Secundò principaliter multi ſe excuſant de malorū operum incurſione.Dicunt enim aliqui. Non mirum,ſi multa mala cōmittimus,quia ad hoc multa incitamēta habemus, tam ab extrinſeco,quam ab intrinſico, ita vt non ſit homo ſuper terram,qui non peccet, vt habetur 3. Reg.8. Et Pſal. Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,non eſt,qui faciat bonum,&c.Item Prouerb.20. Quis poteſt dicere mūdum eſt cor meū,purus ſum a peccato.Ecce quomodo prona eſt ad ſui excuſationē humana peruerſitas,vt dicit Hierony.ſuper Hierem.Et vt dicit deuotus Bern.de duodecim gradibus humilitatis, multis modis fiunt excuſationes in peccatis. Qui enim ſe excuſat,aut dicit,non feci; aut ſi fatetur ſe feciſſe,dicit,feci,ſed bene feci, aut ſi malè,non tamen multum malè,nec mala intentione.Si verò de illo conuincitur,ſicut Adam, & Eua, tunc aliena ſuaſione ſe excuſare nititur.Hæc ille.

Circa

Circa hoc ergo notandum,quòd triplicitèr ſolent ſe excuſare homines ſuper peccatis,quæ ſolent,non niſi ipſis cõſentientibus,& uolentibus committere.

Primo enim aliqui ſe excuſant ſuper cœleſti conſtellatione,aut influentia,per quam fit,ut uelint,nolint, neceſſe ſit eos eſſe tales, ut aſſerunt.

Sed excuſatio talium ualde friuola eſt. Nam ut dicit B. Bonauent.2.ſenten.diſtinct.14.mores hominum cauſari a ſyderibus,poſſunt dupliciter intelligi. Aut neceſſariò, & ſufficienter,aut diſpoſitiuè,& contingenter.Si ſecundo modo intelligatur,tunc hoc habet ueritatem. Influunt enim corpora cœleſtia in corpora humana directè.Indirectè autem in uoluntatem humanam, pro quanto contingit animam rationalem pro ſtatu iſto coniungi corpori multis imperfectionibus ſubiecto.Et hoc eſt,quòd ſcribitur Sapiẽ.9. Corpus,quòd corrumpitur,aggrauat animam, & terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ.Propter quod clamabat Diuus ille Paulus.Rom.ſeptimo.dicẽs. Quis me liberabit de corpore mortis huius. Et pauloante. Video,inquit, aliã legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ. Nolo tamen dicere omnem motum inordinatum humani corporis cauſari diſpoſitiue à corporibus cœleſtibus; cum etiam ex ſe in ſtatu naturę corruptæ habeat ſuos motus.Si autẽ primo modo intelligatur mores hominis cauſari à ſyderibus,neceſſariò,& ſufficienter,tunc dicẽdum,quod hoc non ſolum falſum eſt,uerumetiam & hæreticum.Hoc autẽ probari poteſt multipliciter.

Primò quidem,quia eſt contra uerbum Domini dicentis Caim,& cuilibet homini ratione utenti. Subter te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius Gen.4.id eſt.In te eſt,ut cohibeas appetitum tuum, ſi uis,maximè cum nullus peccet, niſi uolens.

Secundò,quia ponere omnia opera humana neceſſariò procedere ab influentia ſyderum, ſiue liberum hominis arbitrium ab eiuſdem cogi, eſt auferre rationem meriti, & demeriti, & conſequenter premij, uel ſupplicij futuri.

Tertiò,quia hoc militat contra experientiã Videmus.n. frequenter duos,aut plures homines in eadem cõſtellatio-

ne,& loco conceptos,& datos. Etiam Vterinos, ſiue gemi-nos diuerſificari in morib. Et de hoc extat notiſſima hiſto-ria de Iacob,& Eſau ſimul conceptis,& natis, quorũ tamẽ unus fuit bonus,& electus,alter uero peſſimus, & reproba tus. Patet ergo,quòd ſydera mere contingenter,& non ne-ceſſariò influunt in appetitum ratione hominis,hinc dicit, ꝙ uir prudens dominabitur aſtris. Ex quibus omnib. con cluditur,ꝙ peccator non debet ſibi aſſumere excuſationem ſuper peccato ſuo ab influentia ſyderum.

Secundò aliqui ſe excuſant de peccatis ſuis ſuper Dei ꝓ uidentia,& diſpoſitione,dicentes,ꝙ ſi Deus uellet efficaci-ter ad hoc cooperari,nullus peccaret, & ꝑ conſequens nul lus damnaretur. Allegant autem pro ſe illud Prou. 21. Cor regis in manu domini,& quocunque uoluerit inclinabit illud.

Sed hanc excuſationem refellens Aug. in lib. de uera,& falſa pœnitentia.c. 16. dicit ſic. Sunt,qui defendunt culpam ſuam,in Dei prouidentiam illam retorquentes. Imputãtes Dei ordinationi,quod derelictum eſt uoluntati,& arbitrij libertati. Non enim ille ordinauit peccatum,qui nullum ta le relinquit impunitum. Ordinauit enim pęnã amantibus culpam. Hæc ille Inſuper clarè patet ex communi doctrina Theologorum,ꝙ Dei prouidentia,ſeu ordinatio,aut præ-ſcientia reb. non imponit neceſſitatẽ,ſed arbitrij relinquit libertatem, ut ſic homo merendi habeat occaſionem,ut di ctum eſt. Nempè Deus taliter res adminiſtrat,quòd eas ſe cundum proprios motus ire ſinit. Propter quod quædã gl. ſup. pſalte. pſal. 70. dicit,quòd malum eſt peccare,peius per ſeuerare,pernicioſius culpam ſuam defendere,pernicioſſi mum autem culpam ſuam in Deum refundere.

Tertiò aliqui excuſant ſe de peccatis ſuis,allegantes na turæ ſuæ fragilitatem,ut ſunt nonnulli carnales, & lubrici homines,qui ſoliti ſunt dicere, ꝙ libenter caſtè uiuerent, ſi poſſent,ſed Deus non fecit illis talem gratiam.

Sed hãc excuſationem tanquam inanem,& omnino fri-uolam refellit quædam gl. ſuper Eccl.c. 5. ita dicens. Ne di-cas te ex infirmitate carnis peccare,tanquam reflectens cul pam tuam in auctorem tuum. Hoc eſt enim declinare cor in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Item

Item Aug.de uera.& falſa pœn.c.16.dicit ſic.Nullus dicat Non mirum,ſi deditus ſum fornicationi,quia talis creatus ſum naturæ,& fragilitatis.Fragilitas enim non cogit,ut uoluntas committat criminaliá.Errat,qui ſic loquitur. Nam natura talis eſt,ut quiſque poſſit reſiſtere malo,cui ſe ſubijcit ex arbitrio.Hæc Aug.

Quartò aliqui ſe excuſant de peccatis ſuis allegãtes dæmonis in tentãdo aſtutiam,potẽtiam,& aſſiduitatem,Valde enim aſtutus eſt,ſeu callidus in tentando.In cuius figura legitur Gen.3.ꝙ ſerpens erat callidior cunctis animãtibus terræ,quæ fecerat dominus Deus.Itẽ eſt potẽtiſſimus. Iob.9.Si fortitudo quęritur,robuſtiſſimus eſt.Ideo quaſi aſſiduè tentat hominem,nõ ſolum in uigilia,uerum,quandoque in ſomnis,ut ſatis patet.

Sed hanc excuſationem tanquam friuolam paucis elimi nat Greg.dicens,quòd debilis eſt hoſtis,qui nõ uincit,niſi uolentem. Nam in uoluntate noſtra eſt conſentire,uel nõ conſentire tentationi dæmonis,quãtumcunque grauis ſit. Inſuper ex Dei magna gratia ſit,quòd ipſe dęmon nos nõ tentat,niſi quantum ſibi à domino permittitur iuxta illud 1.Cor.10.Fidelis Deus,qui nõ permittet uos tentari ſupra id,qđ poteſtis,ſed faciet,&c.Inſuper ipſe dominus mittit milites ſuos cœleſtes ad nos iuuandum contra tentationes dęmonum,qui ipſos arcent,ne tantum noceant,quantum nocere optãt.In cuius rei teſtimonium.Pſal.cũ ꝓmiſiſſet dicens.Angelis ſuis Deus mandauit de te,ut cuſtodiant, &c. addidit dicens.Super aſpidem,& baſiliſcum ambulabis, & conculculcabis leonem,& draconẽ.Patet ergo,quòd homo non habet materiam ſe excuſandi,ſi peccet.Quinimmo ſe excuſando ſuper peccato ſuo nonum addit peccatũ, & reatum,quia,ut dicit Greg.lib.4.Mora.c.23.Culpa , dũ defenditur,geminatur.Vnde ibidem exponens illud uerbum Eccle.21.Peccaſti,non adijcias,Proinde iterum,dicit,quod ille peccatum peccato adijcit,qui malè geſta defendit.ergo quilibet noſtrum pellat hanc grandem malitiam, ut uelit defendere ſuam culpam.Sed inſtanter roget dominum dicens.Non declines cor meum in uerba malitię ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Notandum tamen circa hoc,quòd etſi nõ debeamus de

ſendere propriã culpam,ſicut neque alienam,debemus tã men ſupportare ex charitate imperfectiones fratrum noſtrorum,& eos excuſare,quantum eſt nobis poſſibile.Sic enim nos admonet deuotus Bernard.ſuper Cant.ſermo.vn decimo.dicẽs.Noli iudicare proximum, ſed magis excuſa. Excuſa intentionem,ſi opus non potes,puta ignorantiam, puta ſurreptionem,puta caſum. Quòd ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat,ſuade nihilominus tibi,& dicito apud temetipſum. Vehemens fuit tentatio. Quid de me illa feciſſet,ſi ſic accepiſſet in me ſimiliter po teſtatem?Nota quomodo Chriſtus excuſauit Magdalenã. Luc.7.eo,ſcilicet,ꝙ Simon leproſus ſcãdalizabatur,de eò quòd ungebat ipſius Chriſti pedes.Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter multi ſe excuſant de operum conſi lij exercitatione.Sunt enim vltra præcepta,multa cõſilia, quæ non niſi à volentibus,& ſpontaneis adimpletur, quæ aliter uocantur opera ſupererogationis,ut ſunt ieiunia,de uotiones,peregrinationes uoluntariè aſſumptę. Dare ſua pauperibus,& ſequi Chriſtum,frequenter orare,ſæpe cõfi teri,& huiuſmodi.Sed profectò multi ſe excuſant ab execu tione talium operum,dicentes illis ſufficere, ſi modò impleant pręcepta,& quòd non ſunt ita perfecti, ut poſſint omnia facere.Contra quos loquens Greg.libro decimono no.Moral.cap.vigeſimoquinto dicit ſic.Omnes huius ſęcu li dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles.Nã pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt,& pro ſpe perpetua nec parum quidẽ in labo re ſubſiſtunt.Pro tẽporalibus lucris iniurias quaslibet tolerant,& ꝑ cœleſti mercede,uel tenuiſſimi uerbi ferre contumelias recuſant.Terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt.In oratione uerò coram Domino,uel unius horæ momento laſſantur,ſæpe nuditatem,deiectionem,famẽ pro acquirendis diuitijs,atque honoribus tolerant, & earum rerum ſe abſtinentia cruciant,atque adipiſcenda ter rena feſtinant.Superna autem labore ſe quærere tantò magis diſſimulant,quantò ea retribui tardius putant. Hæc Gregorius. Exercitemus ergo chariſſimi noſmetipſos in operibus ſanctis,quantum patitur humana fragilitas,quia

quanto plus illis intenderimus in præſenti fortitudinē nostram Domino cuſtodiētes, & non mundō, tātō plus remunerabitur in futuro.

DE LINGVA FALLACIOSA. Cap. VII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cęli, & terræ, quia ſupple, peccaui nimis locutione.]* Matt. 11.

Poſtquam dictum eſt de quinto peccato linguæ, quòd dicitur lingua excuſatoria, cōſequēter tractādum eſt de alio peccato linguæ, quòd incipit per F, quòd dicitur lingua fallacioſa. De quo loquitur ſapiens, Prouerb. 26. dic. Lingua fallax non amat ueritatem. Hac autem lingua fallacioſa utūtur multi homines, uidelicet,

Aduocati, & Iudices,
Iniqui teſtes,
Doloſi mercatores,
Virginum ſeductores,
Peruerſi detractores,
Vani promiſſores.

Primò igitur multi Aduocati, Procuratores, Iudices, Clientes, Promotores, Greffarij, Notarij, Tabelliones, ac ſimiles vtriſque curiæ ſæcularis, ſcilicet, & Eccleſiaſticæ officiarij ſæpe vtuntur lingua fallacioſa. Teſtes ſunt, qui habent cauſas coram talibus, aut qui egēt opera eorum. Nonne illi aduocati utuntur lingua fallacioſa, & deceptoria, qui dant intelligere ad eos recurrentibus, quòd habent bonū ius, & defenſabile, quantumcunque etiam illis conſtet de oppoſito? Nam nulla cauſa eſt tam iniuſta, quæ nō inueniat defenſorem. Nota de illo Aduocato, de quo ferebatur, quòd erat Aduocatus omnium materiarum ruinoſarum, & falſarum. Nonne etiam illi Iudices, ſiue ſubalterni, ſiue ſuperiores habent linguam multum fallacem, qui promittunt uexatis breuem expeditionem cauſarum ſuarum, cum tamen interdum differant per menſes, & annos plurimos ſententiæ, ſiue arreſti pronunciationem?

Nonne

Nonne ſimiliter dicta lingua fallacioſa utuntur illi Procu ratores,Sollicitatores,Conſiliatores,& ſimiles, qui dāt in telligere his,à quibus penſiones,& ſtipendia habent,quod fideliter,& diligenter inſudabunt negotijs eorum,tanquā proprijs,cum tamen plerunque oppoſitum faciāt quid di cam de illis,qui corrupti muneribus aperiunt parti aduer ſæ ſecreta partis,cuius iura tuenda ſuſceperunt?Nōne ta les ſunt uiri,pditores,duplices,fallaces,& iniqui.Quicūq; ergo habet cauſam,ſiue in curia eccleſiaſtica,ſiue ſeculari, aut ciuili merito debet rogare Dominum,dicēdo illud Pſ. Domine libera animam meam a labijs iniquis,& à lingna doloſa.

Secundo utuntur lingua fallacioſa teſtes iniqui,cū falſo,& ſcienter deponnnt contra ueritatem,& æquitatē,Plerique enim hominū cum adducuntur in teſtes, poſtpoſito dei timore,ſæpe deponunt contra cōſcientiam, forſan ſeducti,& ſubornati timore humano,uel munere,odio , uel amore,ita ut de talibus merito poſſit dici illud Iob.12.uos eſtis fabricatores mendacij .Nonne fabricatores mendacij fuerunt illi duo presbyteri iniqui,qui dixerūt pudicè Suſannæ.Si non conſenſeris nobis,dicemus contra te,ꝙ fuerit tecū iuuenis,& ob hanc cauſam emiſeris puellas à te? Daniel.13.Sed quia ſcriptū eſt Prou.21.ꝙ teſtis falſus non erit impunitus,ideo ī eodē capitulo deſcribitur punitiò ꝑ dictorum duorum falſorum teſtiū,Nonne etiā fabricatores mendacij fuerunt illi duo falſi teſtes,qui teſtificati sūt cōtra Chriſtum coram Caypha,dicentes.Audiuimus hūc dicētem,ego diſſoluam templum hoc manu factū , & poſt triduum aliud non manu factum ædificabo.Mar.15.

Tertiò utuntur lingua fallacioſa doloſi mercatores, ut potè,affirmantes etiam plerunque iuramento rem uenalē bonam,iuſtam,aut fidelem,cum tamen conſtet eis de oppoſito. Item aſſerentes tantum,uel tantum pro ea ſoluiſſe. Itē quod niſi intenderent facere gratiam his, quibus uendū t,aut ipſam non uenderent,aut charius uenderēt. In ꝗbus oībus mētita eſt iniquitas ſibi,Sed ò fallax mercator audi Pſalmiſtam interrogātem ſub his uerbis,& dicentem. Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguā doloſam.Quaſi dicat.Quem fructum habes, aut quā cōmoditatem

tatem,in ſic mentiendo. Forſan dices. Multam utilitatem temporalẽ inde percipio.Heu fatue, & inſenſate homo neſcis,quòd qui congregat diuitias lingua mendacij,uanus,& excors eſt,ideſt,ſine corde, & impingetur ad laqueos mortis,ſupple,æternæ. Prou.21.De quibus quidẽ laqueis ſcribitur in pſal.Laqueum parauerunt pedibus meis,& incuruauerunt aĩam meam.Et Matt. 8.Ligatis manibus,& pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Propter ergo fallacias,& abuſus,qui committi ſolent inter negotiandum, bonum eſt ſibi abſtinere à negociatione.Hinc pſalm dicebat, Quoniam non cognoui negotiationem,ſecũdum quod habent aliqui libri,introibo in potentias domini.Qui autem ſe dedicat,& implicat tali occupationi,exponit ſe periculo multorum peccatorum. Quia ut habetur de conſecr.di.5. qualitas,difficile eſt inter uendẽtis, & ementis cõmercium ſæpe non interuenire peccatum.

Quartò utuntur lingua fallacioſa uirginum ſeductores. Multi enim lubricitati dediti uidentes aliquã puellam formoſam,& elegantem,quæ forſan eſt de infima plebe, & de paupere regno ſolicitant eam de inhoneſtate,promittẽtes illi donaria plurima,ut ſic eam alliciãt.Item quòd eam ducent in ſponſam,cum tamen hoc nõ intendant, ſed ſolam adimpletionem uoluptatis ſuæ.Et quia multæ talium incautæ ſunt,ideo interdum de facili fallaciis talium ſeductorum credunt,& conſentiunt.Propter quòd Apo.Ephe.5.ſalubriter admonet tales uirgines dicens.Nemo uos ſeducat inanibus uerbis.Et notanter dicit Apoſt. inanibus uerbis. Tum quia plerunque tales non intendunt cum talibus filiabus contrahere, propter quod ſtatur iuramento eorũ in foro eccleſiaſtico, & potiſſimè, ubi eſt notabilis diſparitas conditionis inter eos.Tum quia,ut communiter tenent promiſſa,ſiue quo ad donaria,ſiue quo ad contractum. Vbi tamen filius regis promitteret contrahere cum filia pauperculi paſtoris cognoſceretq̃ue eam affectu maritali, tenet matrimonium inter eos indiſpenſabiliter. Sic enim vult lex diuina.Exo.22.dicens.Si ſeduxerit quis uirginem non dum deſponſatam,dormieritque cum ea,dotabit eã,& habebit eam uxorem.

Quintò utuntur lingua fallacioſa peruerſi detractores.

In hoc,ſcilicet, quòd frequenter ſolent præmittere aliqua laudabilia de illo, cui detrahere uolunt,ut ſic abſcondant prauam intentionem ſuam, & uenenum interius latens. pſ.Linguis ſuis dolosè agebant, uenenum aſpidum ſub labiis eorum.Item alibi.Lingua tua cõcinnabat dolos.cõcinnare nempe dolos eſt aliqua laudabilia ꝑmittere in dolo, de illo,cui quis detrahere ſatagit,ut dictũ eſt. Quib. ꝑmiſſis audacius diffundit uenenum ſuum,ideo ſequit̃. Sedens, ſup.ad menſam,ſiue ad commune colloquium, cũ aliis ad uerſus fratrem tuum loquebaris,& aduerſus filium matris tuæ,ideſt,Eccleſię,uel religionis,ſiue etiam matris carnalis ponebas ſcandalũ, ideſt, cum tuis detractionibus ſcandalizabis.Hæc feciſti,inquit,dominus detractori, & tacui, ſup. ad tempus Eſa.13.Tacui,ſemper ſilui,patiens fui.Sed profectò non ſemper tacebo. Quinimmo ueniet tp̃s,in quo,ut parturiens loquar,& hoc in die iudicij,ideo ſubdit pſal.ubi ſupra,dicens in perſona Domini.Arguam te,& ſtatuã contra faciem tuam. Durè,ſup.te increpando ſuper detractione tua.Intelligite ergo hæc uos,ſup.detractores,qui obliuiſcimini Deum,ne quando rapiat,ſcilicet, diabolus animas ueſtras,tum in iudicio particulari,tum in iudicio generali, & nõ ſit,qui eripiat,ſup.animas ueſtras de manu illius.Vnde,cum idem pſal.in illo pſal. Deus laudem meã ne tacueris primo præmiſiſſet piam querimoniam iuſti ad dñm de ſuo detractore dicens,quia os peccatoris,& os doloſi ſuper me apertum eſt,& poſt pauca ſubdidiſſet dicens.Cum iudicatur,exeat condemnatus,demum adiecit,ſic inquiens.Nõ ſit illi adiutor,ſup.detractori in finali Dei iudicio. Quinimmo omnes electi Dei, quibus in pręſenti detraxit,tunc aduerſabuntur ei petentes eius damnationem.Idem pſal. Videbunt recti,& lætabuntur,ſup.de iuſta damnatione detractoris,& omnis iniquitas,i.omnis iniquus detractor oppilabit os ſuum præ confuſione,ꝙ, ſup.in præſenti dilatauit ad detractionem. O igitur miſeri, & crudeles detractores non timetis iudicia Dei magna. Quis docebit uos fugere à uétura ira.Non legiſtis in pſal.quòd tunc loquetur ad uos ille tremendus iudex Chriſtus in ira ſua, & in furore ſuo conturbauit uos, tunc dicens unicuiq; ueſtrum ſupradictũ uerbum.Arguam te,& ſtatuam contra faciem tuam.Si hæc

igitur

igitur vultis vitare, neceſſe habetis primum vitare linguā fallacem detractionis iniuſtæ.

Sextò vtuntur linguā fallacioſa vani promiſſores, ſolent nēpe multi multa multis promittere, ſed rarò, aut nūquam adimplere. Iſti autem principaliter ſunt in triplici differentia. Primi ſunt votorum emiſſores. Sunt enim pleriq; in neceſſitate conſtituti faciles ad vouendū, qui poſtquam periculum euaſerunt, obliuiſcuntur promiſſionis Deo factę, atque beneficiorum eius. Et tales figurantur per Præpoſitū pincernarum domus regis Pharaonis, qui ſuccedentibus ꝓſperis oblitus eſt interpretis ſomniorum ſuorum, videlicet, Ioſeph, bene ergo de talibus loquitur pſ. dicens. Obliti ſunt Deū, qui ſaluauit, &c. Cum tamen dicat alibi. Vouete, & reddite. Secundi ſunt teſtamentorum ſuſceptores. Multi enim de facili aſſumunt curam teſtamentorum alienorū, qui tā ſunt valde negligentes in executione eorum. De quibus poteſt intelligi illud Pſalmi. Fideles habiti nō ſunt in teſtamēto eius, ſcilicet, teſtatoris, cui promiſerant ſe facturos oēm diligentiam poſſibilem. Sed profectò multi in hoc non inueniuntur fideles, ut ſunt illi, qui fortè nunquam exequuntur iniuncta teſtamenta, aut ſi exequuntur, non tamē citò. Aut ſi plenè, non tamē rectè, vt ſunt illi executores, qui cōmittunt miſſas dicendas pro defunctis, ſacerdotibus fortè minus caſtis, aut abundantibus, & beneficiatis. Tertij ſunt peccata ſua confitentes. Nam in confeſſione multi multa promittunt ſuis confeſſoribus ſe facturos, ſiue quo ad pęnitentiarum impoſitarum impletionem, ſiue quo ad peccatorum vitationem, ſiue quo ad inimicorum, & offenſorum recōciliationem. Sed nouit dominus, quàm vana, & inefficax ſit multorum talium promiſſio, & pollicitatio, ita vt cum ſequenti anno redeunt ad confeſſionem, pariter ſecum deferant priores pęnitentias non factas, &c. huiuſmodi. Et ſic patet de lingua fallacioſa, qua vtuntur ſex hominum genera, à qua nobis cauendum eſt, ſi optamus ſaluari.

DE LINGVA GLORIOSA. Cap. VIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terra. quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo dictum eſt de ſexto peccato linguę, quod dicitur lingua fallacioſa, conſequenter tractandum eſt de alio peccato linguæ, quod incipit per G. quod appellatur lingua glorioſa. De quo loquitur Pſal. Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam, i. magna de ipſo loquentem. Hac autem lingua glorioſa vtuntur hodie multi homines, & præcipuè.

Nobiles, Potentes,
Mundiales, Sapientes.

Primò igitur nobiles vtuntur lingua glorioſa. In hoc, ſcilicet, ꝙ ſemetipſos glorificant de generis ſui altitudine, & nobilitate. Dicẽtes illud Iohan.8. Semen Abrahæ ſumus, i. de magno genere deſcendimus. Solent enim tales frequenter alijs recitare genealogiam ſuam, de generatione in generationem, ne per obliuionem ſepeliatur. Inſuper ſolent in aulis ſuis publicis affigere ſcuta, ſeu arma prędeceſſorũ ſuorum, vt venientes agnoſcant nobilitatem ſuam. Alij autem ſcripturis chronicarum genus ſuum efferunt, ſeu efferri faciunt, etiam cum multis mẽdacijs. Solent enim moderni chronicarij ſuos multum extollere, duplicantes, aut triplicantes eorum præclara geſta, ſi qua geſſerunt tacẽdo de eorundem facinoribus, & prauis moribus. Econtrario autem de extraneis agunt, aut enim ipſorum egregia facinora pertrãſeunt, aut ſuccinctè, & diminutè illa trãſcurrunt. Si qua verò de illis nouerunt, quæ eorum famã, & gloriam lædant non relinquunt intacta. Quinimmo interdum illa ſuis mendacijs augent. Malum eſt ergo ad iactantiam ſeipſum aut ſuam nobilitatẽ glorioſam prędicare, maximè cũ dicat Apoſt.2.Cor.10. quòd non, qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Sed audi, qui de talibus dicat Pſa. Dixerunt, inquit, ſupple, nobiles huius

ſęculi

ſæculi.Linguam noſtram magnificabimus,ideſt,cũ lingua, noſtra noſmetipſos extollemus,labia noſtra à nobis ſunt ideſt,habemus auctoritatem dicendi,quęcunque uolueri mus.quis noſter dominus eſt,qui ſupple,audeat nos increpare,aut ſilentium imponere,quaſi nullus. Ecc.13. Diues locutus eſt,& omnes tacuerunt.Hos ergo reprehendit ſcriptura 1.Cor.1.dicens.Nolite multiplicare loqui ſublimia, uidelicet,de uobiſmetipſis gloriãtes.Sed amodò recedant uetera,ideſt,ueteres locutiones uanę,& de ore ueſtro,quia Deus ſcientiarum dominus eſt,& ideo optimè nouit ſuperbas,& glorioſas locutiones ueſtras.Propter quod meritò, debent recedere procul à uobis,ut amodò de talibus non loquamini.Ex his omnibus inferũtur correlaria ualde notanda.

Primum eſt tale.Nullus cuiuſcunque cõditionis,aut ſtatus exiſtat,debet ſe glorioſum prædicare propter ſe. Iſtud correlarium probatur per illud Prouerb.23.Laudet te alienus,& non os tuum,extraneus.& non labia tua.Et poeta. Nec te collaudes,nec te culpaueris ipſe.Hoc faciunt ſtulti, quos gloria uexat inanis.Et re uera ſolent reputari à uiris grauibus ſtulti,& glorioſi.Vnde vulgo dici ſolet:Talis eſt de confratria de Te Deum laudamus,uel Te glorioſus.Poteſt ergo cuilibet tali improperari iuſtè,quòd iniuſtè improperabant Iudęi Chriſto,dicentes.Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes,& teſtimoniũ tuum non eſt uerũ.Hinc Marcus Varro ad Athenienſem auditorem Multi,inquit,laudẽ admittunt,quoniam ipſi de ea prædicant.

Secundum correlarium eſt tale.De per acidens licet alicui bona de ſeipſo dicere,& alijs enarrare,ut per talẽ modum eos prouocet ad bonum.Iſtud patet ex uerbis Gre.ſuper Ezech.Hom.9.exponentis uerbum illud Iob.16. Ecce in cœlo teſtis meus,& dicentis.Iuſti,atque perfecti aliquãdo uirtutes ſuas prædicant,& bona, quæ diuinitus acceperunt narrant,non,ut ipſi apud hoĩes ſua oſtentatione ꝓficiãt,ſed ut eos,quibus prædicant,ſuo exẽplo ad uitã trahãt Vnde,& Paul.2.Cor.11.narrat,quoties fuſtibus cęſus fuerit,quoties lapidatus,quoties naufragium pertulit,quanta pro ueritate ſuſtinuit,quòd ad tertium cęlũ raptus, quòd in paradiſum ductus fuerit,& hoc totum,ut Corinthiorũ,

quibus

quibus ſcribit ſenſum, à falſis prędicatoribus auertat. Hæc ille. Patet ergo, quomodo in caſu licet alicui alijs narrare bona de deipſo, ſcilicet, ad eorum utilitatem. Addit etiam ibidē Greg. quòd ſic licet facere propter aliud, ſcilicet, ad ſpem eleuandam in ſeipſo. Et ad hoc propoſitum adducit uerba Iob dicētis. Oculus ſui cæcō, & pes claudo, pater erā pauperum, Eiuſdem 29. Sic enim, inquit, Grego. loquebāt ſanctus ille Iob, ut ad ſpem animū ſuum reduceret, ne oppreſſus uerbis vxoris ſuæ, & vulneribus Sathanæ in deſperationem caderet. Quod ergo bona ſua enumerat, non innoteſcere alijs, quaſi ex laude deſiderat, ſed ad ſpē animū reformat. Hæc ille.

Tertium correlariū eſt tale. Nullus debet ſeipſum iactare, neque glorioſum prędicare propter generis nobilitatē, aut claritatem. Iſtud patet euidenter ex uerbis Hieron. qui 3. par. epiſt. ſuarum epiſto. 22. ad Cellantiam ſcribens, dicit ſic. Fruſtra ſibi aliquis de generis nobilitate applaudit, cū uniuerſi patis honoris, & eiuſdem apud Deum ſint precij, qui uno Chriſti ſanguine ſunt redempti. Nec intereſt, qua quis conditione natus ſit, cum omnes in Chriſto ęquabiliter renaſcamur. Nā, & ſi obliuiſcimur, quia ex uno omnes generati ſumus, ſaltē id ſemper meminiſſe debemus, quia per unum omnes regeneramur, ſcilicet, Chriſtū. Hæc ille. Item Aug. ad fratres in eremo ſer. 48. qui intitulāt de cura animæ, ad idem propoſitum loquitur, dicens. O homo, cur te iactas de generis nobilitate. Nunquid omnium una eſt naſcendi conditio. Nunquid, & moriendi una concluſio. Quis nobiliūm unquam natus eſt ſine ſanguinis cruentatione. Nunquid nobilis ſimul cū paupere, dum naſcitur per eundem meatum tranſit. A regula mortis etiā nūquid parcitur nobili, aut diuiti. Hæc ille. Item Hiero. ubi ſupra. ad Cellantiam nobilem admonebat ad humilitatem, & ad prædictæ nobilitatis contemptum, dicens. Nulli unquā te de generis nobilitate præferas, nec obſcuriores quaſque, & humiliore loco natas mulieres te inferiores putes. Neſcit enim religio Chriſtiana perſonas accipere, nec cōditiones hominum, ſed animos inſpicit ſingulorum. Seruum, & nobilem de moribus pronūciat. Sola apud Deum libertas eſt non ſeruire peccatis. Sūma apud Deum in uitis nobilitas

Petro,

Petro,qui tamen piſcator,& pauper fuit. Quid in fœminis beata Maria illuſtrius fuit,quæ tamen ſponſa fabri deſcribitur. Sed illi piſcatori, & pauperi à Chriſto claues regni cœleſtis traduntur. Et ſpōſa fabri meruit eſſe mater illius, a quo ipſi claues datæ ſunt. Elegit.n.Deus ignobilia,& contemptibilia huius mundi,ut potentes,ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Hæc ille. Si ergo uitioſum ſit uiuentibus in ſęculo ſe efferre ex generis ſui nobilitate,multò magis hoc idem uituperabile eſt militantibus Chriſto ī clauſtro,præcipuè cum ſtatus religionis ſit ſtatus humilitatis,& abiectionis,in quo non eſt gloriandum,niſi in Domino,& in his,q̄ Dei ſunt,ita ut religioſus,quantūcunq; de alto genere deſcenderit,etiam ſi filius Regis, aut Imperatoris,meritò dicere ualeat illud Pſal. elegi abiectus eſſe in domo Dei mei.i.in clauſtro,magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.i.in palatiis,& aulis nobilium huius ſęculi. Et notanter dicit peccatorum, quia nobiles huius ſęculi ſolent plerunq; eſſe graues peccatores,ſiue ſuperbiēdo,aut inaniter gloriādo,ſiue ſe iactando,ſiue de ſe pręſumendo, & alios deprimendo, ſiue alias. Huius autem contrarium agunt illi religioſi, qui prodierunt ex parentibus nobilib. qui inde gloriantur,uolentes hac occaſione ſupportari,honorari,ac cæteris anteferri. Cum tamen frequēter ſint religioni minus utiles. Quod ſi contingat eos per fas, aut nefas in Priores,aut Abbates aſſumi, mox ambulant in magnis,& in mirabilibus ſupra ſe,ita ut de religione nihil ſibi retineant præter aliqualem formam habitus. Quod ſi ſup talibus abuſibus moneantur,aut redarguantur,dicunt ſibi talia licere propter honorem domus, ex qua prodierūt. Et ſic per hunc modum rigor regularis diſciplinæ, tā in ipſis, quàm in ſubditis eneruatur,infringitur,deſtruit. Patet ergo,quòd nullus debet ſe glorioſum prædicare propter generis ſui nobilitatem. Et ſic patet de primo.

Secūdò multi potentes, ſeu diuites huius ſeculi utūtur lingua glorioſa In hoc, ſcilicet,quòd ſe efferunt, & inaniter iactāt de abundātia diuitiarum ſuarum, narrātes aliis, quantas poſſeſſiones,redditus,materiā,uaſa argentata, nec non pecuniam promptam,& benè numeratam habeant,& ſic de ſimilibus. Et in hoc grauius cęteris offendunt nōnulli præ

li prælati, qui de patrimonio crucifixi facientes proprium, inaniter gloriantur dicẽtes tot, uel tot millia annui cenſus habere. Taliter autem gloriatus eſt de diuitijs ſuis rex Ezechias, de quo legitur 4. Reg. 24. quòd oſtendit Ambaſſiatoribus regis Babylonis, quos ad eum miſerat, omnes diuitias domus ſuæ, utpotè, domum aromatibus plenam. Itẽ aurũ, & argentum, atque pigmenta uaria. Inſuper domum uaſorum ſuorum, Et breuiter illis oſtendit omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis. At uero talis gloriatio uerſa eſt dicto Regi in grauem ruinam, ſecundum quòd prædixit illi propheta Eſaias dicens. Audi ſermonem Domini. Ecce dies uenient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & tranſportabuntur in Babylonem. Non remanebit quicquã ait Dominus. Hoc aũt in effectu impletũ eſt per Nabuchodonoſor Regẽ Babylonis, qui ſpoliauit ciuitatem Hieruſalem, templum Domini, atque domũ regiam, prout diffusè habetur 4. Reg. 24. Ecce quàm malũ, & quàm periculoſum eſt gloriari de diuitiis ſuis. Propter quod dicebat Hiere. 9. c. Nõ glorietur diuites in diuitiis ſuis. Propterea ad uerſus contrarium facientem inuehit. Augu. ad fratres in heremo ſermo, 28. qui intitulatur de cura animæ, ita dicens. O homo cur diuitiis te iactas. Ipſæ enim tibi potius inſidiæ ſunt quàm amicitię. Nam pauper ferè nunquam occidi quęrit. Diuiti uerò ſemper inſidiatur. Hæc ille. Nullus ergo debet ſe iactare de diuitiis.

Tertiò nonnulli ſapientes utuntur lingua glorioſa. Et huius generis ſunt illi, qui ſe iactant de ſapientia ſua, & ſenſu proprio. Item illi, qui ſe iactant de ſcripturis ſuis, & ſciẽtia. Item illi, qui ſe iactant de prædicationibus ſuis, & de ſequela populi, atque fama celebri, & huiuſmodi. Et tali lingua utebatur Caiphas, cum ait his, qui cõgregati erant aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Vos neſcitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Iohan. 11. Similiter tali lingua utebatur quidam dictus Elihu, de quo legitur Iob. 22. quòd prorumpit in hæc uerba iactatoria, dicens; Audite me. Ego enim oſtendam uobis ſapientiã meã. Omnia autem prædicta prohibet Hiere. 9. dicens. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. Cuius ratio eſt, quia etſi quis

ſapiens fuerit, non propterea ſaluus erit, niſi pariter bonã uitam duxerit. Quia ut habetur 1. Cor. 1. non multos ſapiẽtes ſed quę ſtulta ſunt, elegit Deus, ut confundat ſapiẽtes, ſicut patuit de indoctis Apoſtolis. Et certè ualde uituperabile eſt Chriſtianos gloriari, & iactare ſe de ſapiẽtia, aut ſciẽtia ſua, & ob hanc cauſam in componendis, & dictandis codicibus, aut libris operam dare, ut ſic nomen eorum diuulgetur per uniuerſum orbem. Secus autem cum hoc faciunt ad Dei honorem, & aliorum ædificationem. Nã iſtud ſecundum ex charitate procedit, dicente Apo. 1. Cor. 8. Charitas inquit, ædificat. Gloriam ergo ſuam non quęrebat diuus ille Plato, de quo refert commentator Aug. ſuper, li. 8. de ciuitate Dei. c. 5. dicens. quòd cõſuetudo ſua fuit libros ſuos intitulare nominibus magiſtrorũ ſuorum, uel eorum, qui magiſtros ſuos docuerant. Longè etiam à iactantia, & gloriatione erat ille philoſoſophus Phytagoras, de quo refert Auguſt. lib. 14. de ciui. Dei, c. 1. dicens, quòd non fuit uſus ſapientem ſe profiteri & eſſe, ſed potius philoſophum, id eſt, amatorem ſapientię ſe eſſe reſpõdit. A quo id nomen exortum, ita deinceps poſteris placuit, ut quãlibet de rebus ad ſapientiam pertinẽtibus doctrina quiſque, uel ſibi, uel aliis uideretur excellere, non niſi philoſophus uocaretur. Hæc ibi. Vos igitur ſapientes cauete uobis à lingua glorioſa. Et ut uerbis utar illius Annæ prophetiſſę matris, ſcilicet, Samuelis nolite multpilicare loqui ſublimia gloriantes. 1. Regum.

Quartò multi mundiales homines, & peccatis inuoluti utuntur lingua glorioſa. Cuiuſmodi ſunt illi, qui adeò deprauati ſunt, quòd lętantur, cùm maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis. De quibus loquitur ſcriptura. Eſa. 3. dicẽs. Peccatum ſuum, quaſi Sodoma prædicauerunt. Vnde particularius de talibus ſcribens Ambro. lib. de Apologia Dauid. c. 9. dicit ſic, plerique in ſuis lapſibus gloriantur, & putant etiã laudis eſſe, quæ criminis ſunt. Vt enim aliquis alienum coinquinauit thorum, & pudicę fœminæ expugnauit affectum, ſi uiduæ aliqua fraude mutauit propoſitum putat eſſe uirtutis. Similiter nonnulli circumuenire, ac fallere arbitrantur eſſe ſapientiæ. Alii gloriantur in nece hominis. Alii in latrociniis ex rapto uiuere; Et tales ſimiles,

ſunt cæci, qui cum ceciderint iactare ſe conſueuerunt, dicentes ſe non læſos. Sed utiq; multis animalibus deteriores ſunt æſtimandi, qui ſe in ſuis flagitiis iactant, & putant inſigne eſſe uirtutis, ubi lapſus eſt criminis. Hæc ille. Horũ igitur quemlibet reprehendens, Pſ. ait. Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate, tota die iniuſtitia cogitauit lingua tua, &c. Propterea deſtruet te Deus, & euellet te de præſenti ſęculo, & emigrabit te de tabernaculo tuo, id eſt, de domo tua, p mortẽ deputãdo te alteri tabernaculo, in quo requieſcũt miſeri damnati. Ecce finis malè gloriantium.

DE LINGVA HORTATORIA. Cap. IX.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth. 11.

Poſtquam in pręcedenti capitulo actũ eſt de ſeptimo peccato linguę, quòd dicitur lingua glorioſa, hic conſequenter agendum eſt de alio peccato linguę, quod incipit per H. quod dicitur lingua horatoria, quia ſ. quis hortat̃, & prouocat aliũ ad malum. De qua põt intelligi illud Prou. 10. Lingua prauorum peribit. Praui in propoſito dicuntur, quibus non ſufficit propria culpa, & dãnatio, niſi etiam ad idem hortẽtur inuitent, & attrahant alios. De hac itaque lingua hortatoria ad malum tria principaliter uidenda ſunt,

Veritas, Grauitas, Punibilitas,

Primò igitur uidendũ eſt de uarietate, & multiplicitate dictæ linguę hortatoriæ. Eſt ergo uaria, ſecundum, quod cõtingit homines prauos hortari alios uariis modis ad malũ uidelicet,

Ad ambitionem,
Ad conſpirationem,
Ad detractionem,
Ad uoluptatem,
Ad oppreſſionem,
Ad occiſionem.

Primò igitur maliuoſi, & ambitioſi homines hortantur alios ad ambitionem. Maxima enim in philoſophia naturali eſt, quòd unumquodq; natum eſt alterum facere tale, quale ipſum eſt. Qui ergo ambitioſi ſunt ſuo exemplo hortantur, & incitāt alios ad ambitionem, ſuperbi ad ſuperbiā, & præſumptoſi ad præſumptionem, dicente ſcriptura Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Taliter autē mutuò ſe hortabantur ad ambitionem homines poſt diluuium, cū dixerūt. Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrū, Gen. 11. Sunt enim plerique, qui cum uident ſe eleuatos in curiis principum, & magnatum, & habere gratiā apud eos, non ceſſant laborare, quouſque ſui cōſanguinei ibi recipiatur, & ſic magni uideantur, reijcientes inde, ſi poſſunt eos, qui eorum æſtimatione poſſent illis eſſe nocumento. Et de hoc extat aperta hiſtoria de Aman, qui uidens, quòd haberet optimam gratiā in palatio regis Aſſueri cœpit perſeq. Mardochæum, etiam eius mortem, & ſuorum procurando. Vnde in curiis principū unus dicit, regnaui, alter regnabo, alter regno, alter ſum ſine regno. Ex quo patet, quòd ibi maximè regnat ambitio. Vnde ibidem omnes ambitioſi exponunt ſe maximis periculis, & laboribus pro honoribus conſequendis, intantum, quòd ſi tertiam partem laborum facerent propter Deum, reportarent inde maximum meritum. Dant enim munera, celebrant egregia conuiuia, diſſimulant, adulantur, mentiuntur, & ſe nequiter humiliant quibuſcunque. Hinc Innocentius de uilitate humanę conditionis dicit ſic. Ambitioſus ſemper eſt pauidus, ſemper attētus, ne dicat, quod diſpliceat, humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtēdit, ſubſequitur, & obſequitur, cunctos honorat, uniuerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur. Hæc ille.

Secundò aliqui hortantur alios ad conſpirationem, & cōiurationem. Sic enim hortabātur ſe mutuò impij Iudæi aduerſus iuſtum Hieremiam, pro eo, ſcilicet, quòd reprehēderet eos de peccatis ſuis. Vnde & dicebāt. Venite, cogitemus contra Hieremiam cogitationes, Hierem. 18. Hæc etiam

lingua cõſpiratoria aduerſus iuſtum utuntur multi princi pes mali, q faciunt inter ſe multa pacta, proditiones, & monopolia, ut noceant uni tertio. De quibus dicitur, quòd q nocet uni nocet alteri. Hac etiam lingua utebantur malitioſi Iudæi aduerſus Chriſtum, de quibus dicitur Iohan. 5. q conſpirauerant aduerſus Chriſtum, ut ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Eſt autem huiuſmodi cõſpiratio graue peccatum in laicis, grauius in clericis, grauiſſimum autem in religioſis. Propter quod ſtatuitur pœna contra tales, ſecundum ius eccleſiaſticum, & ciuile. Et quidem de iure eccleſiaſtico ſcribitur 11. q. 1. conſpiratio, q clerici conſpirantes contra epiſcopum ſuum debent excommunicari. Et idem dicitur ibidẽ de monachis aduerſus Abbatem ſuum. Similiter, quo ad ius ciuile habetur. C. de mono. l. unica, quæ incipit. Iubemus. quòd ſi quis monopolium auſus fuerit exercere, propriis bonis expoliatus perpetuitate exilij damnetur. Item ibi ſtatuitur pęna pecuniaria 40. librarũ auri contra illos, qui inter ſe pactionantur, & conueniunt de taxandis preciis rerum uenialiũ ad libitum. Similiter idem ſtatuitur contra illos, qui alios iuramento conſtringunt, quòd neminem docebunt talem artem, niſi tantum det. Itẽ ibi reprobat cõuentionẽ artificum inter ſe ſtatuentium, nequis opus, quòd ſemel ab altero artifice inchoatum eſt, perficiat. Cuius tamen contrariũ multi artifices faciunt, ut dicit glo. Hæc autem incidentaliter dicta ſunt.

Tertiò aliqui hortantur alios ad detractionem. Cuiusmodi ſunt uiri curioſi, & exploratores uitæ alienæ, q alios ſolicitant, ut dicant eis audacter, quæ nouerunt de tali, vel tali uiro., aut muliere, dicẽte illud Hiere. 18. Venite percutiamus eum lingua. Et tales ſic ſolicitantes alios ad detractionem mortaliter peccant. Et fortè grauius, quàm qui ad eorum hortationem detrahunt. Dicit enim Paulus Ro. 1. q non ſolum illi digni ſunt morte, qui opera mala faciunt uerumetiam, q facientibus conſentiunt. Et regula iuris eſt, q agentes, ſcientes, & conſentientes pari pęna puniuntur. Commune enim prouerbium eſt, quòd tantum malũ operatur, qui tenet pedem, ſicut qui excoriat. Sed de hoc ſatis dictum eſt in præcedentibus, cum de detractione ageretur

uideli-

uidelicet.c. 5. ſub littera.F.

Quartò aliqui alios hortantur,& inuitant ad uoluptatē Et iſti ſunt in differentia ſecundum quòd duplex eſt uolu ptas mala.Prima quidem conſiſtit in cibis,& potibus.Secū da uerò in uenereis.Ad primam ergo uoluptatem ſe mutuò hortanī mundani,& praui homines,dicētes illud pſal. Venite,fruamur bonis,quæ ſunt,uino precioſo,& unguētis uos impleamus,& non prætereat nos flos temporis. Tale autē inuitatorium matutinarum diaboli cantāt capellani, & clerici eius,ſ.illi,qui ſurgentes de lecto intrant tabernam,& qui die feſto audiunt paruā miſſam,ut citò repleāt uentrem,& currāt ad tabernam. Cōtra quos ſcribit Eſa. 5.Veh,qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectādā,& potandum uſque ad ueſperā,ut uino æſtuetis.Tales ēt, q̄nq; aduocant hiſtriones,& mimos ad maius ſolatium,& ſimiliter,ut poſtquā bene epulati fuerint,ſurgant ludere.Ideo ſequiī in Eſa.ubi ſupra.Cithara,& Lyra,& Tympanum,& tibia,& uinum in conuiuijs ueſtris,& opus dn̄i non reſpicitis,id eſt ad eccleſias nō curritis,ut ibi dn̄o ſeruiatis. Ad ſecundam ēt uoluptatem,quæ conſiſtit in uenereis,ſe mutuo hortātur hi,qui cantant inuitatiorum diaboli,dicentes illud Sap.2.Venite coronemus nos roſis,antequā marceſcāt, i.fruamur flore iuuentutis noſtræ uacādo uoluptatibus uenereis,antequam ſeneſcamus.Nullū ſit pratū,qd̄ non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo ueſtrum exors ſit i.excluſus luxuriæ noſtrę,ſed omnibus cōis.Vbi q̄ reliquamus ſigna lætitię,q̄m hæc eſt pars noſtra,& hęc eſt ſors noſtra,& certè tales uoluptuoſi homines uera prædicūt,q̄a non habebunt lætitiam,niſi in præſenti.In futuro autē habebunt æternum luctum,& lamentum Luc.6.Veh uobis,q̄ ridetis nunc,quia plorabitis,& flebitis.

Quintò ſunt nōnulli,qui alios hortantur, & inuitāt ad opp̄ſſionē,ſupple,pauperū,ut ſunt tyrāni principes & dn̄i terreni circa ſubditā ſibi plebem.De quibus conqueritur dn̄s in pſal.dicēs.Deuorant plebem meā,ſicut eſcā panis. Tales aūt imitanī illū crudeliſſimū uirorū Pharaonē regē Aegypti,de quo ſcriptū eſt.Ecce populus filiorū Iſrael multus,& fortior nobis eſt.Venite ſapiēter opprimamus eum, ne forte multiplicet.Et ſi ingruerit contra nos bellum [illegible]

 datur

datur inimicis noſtris,expugnatiſque nobis egrediatur de terra.Hæc ibi.Certè chariſſimi,ſtirps Pharaonis nōdū extincta eſt, quinimmo ſunt adhuc mult Pharaones ſup terram,quales ſunt illi reges, & principes Chriſtiani , qui per uias obliquas,& iniquas extorquent pecuniam infinitam à ſubditis,ét abſque euidenti neceſſitate.Qđ, ut cōmodius, & diligētius fiat,deſtinant crudeles miniſtros ad leuādū dictā pecuniam.Quo fit,ut præ inopia plerīq; ſubditorū cogant alienam patriā petere , & in amaritudine cordis uitā ducere.Contra ergo tales tyrannos principes loquēs Au. de uerbis dñi.ſer.9.dicit ſic.Rēpublicā gerere criminoſum non eſt.Sed ideo agere Rempublicam,ut rem familiarē potius augeas,uidetur eſſe damnabile.Hæc ille. Summopere ergo tales cauere,& timere habent,ne Pharaonē ſequātur in præſenti in culpa,ſequantur pariter.& in futuro in pæna.Nam quos vna culpa.claudit,una etiam pœna tenebit.

Sextò ſunt quidam.qui alios hortantur , & inuitant ad occiſionē,& homicidiū perpetrādum,ſortè auaritia ducti, ſperantes inde conſequi aliq̃ commoditatem tēporalē,dicentes illud Mat.21.Venite,occidamus eum,& habebimus hæreditatē eius.Vbi aūt tales tm̄ facinus,nequeunt,aut nō audent in aperto facere,tūc in occulto ad hoc dant operā efficacem,ſiue per toxicum.ſiue per aliam uiam.Nam qui quęrunt mortem aliorum,nō eſt eis curę,quo genere mortis illi moriantur,dummodo moriantur.Tali aūt inuitatorio diaboli vtebātur illi quinque reges gentium,qui inſurrexerunt contra populum dñi,uolentes illum totaliter exterminare,hortantes ſe mutuò ad pugnam,& dicētes illud pſal.Venite,diſperdamus eos de gente,nō memoret nomē Iſrael ultra.Sed Deo pugnante pro filijs Iſrael factū eſt totum contrarium.Nam gentes interfectæ ſunt,i.gentiles,& filij Iſrael liberati,iō ſequit̄.Facilis,ſicut Madiā,& Syſare,ſicut Iabin in torrente Cyſon.Diſperierūt,ſup.pdicti in Endon facti ſunt,ut ſtercus terræ,&c.Patent ergo ſex genera hominum utentium lingua hortatoria ad malum,quorum inuitatorium ſummopere uitare debemus , quia perducit ad locum doloris,& triſtitiæ perpetuæ.

Secundò principaliter uidendū eſt de grauitate peccati linguæ hortatoriæ ad malū,Nā grauitas huius peccati oſtē-

ditur

ditur manifeſtè ex parte trium, uidelicet.

Dei, Beatorum, Actorum.

Primò quidē ex parte Dei, qui hoc malum ꝓhibet, cū cōmminatione pęnę æternæ dicens Mat. 9. q ſcandalizauerit unū de puſillis iſtis, qui in me credūt, expedit ei, ut ſuſpēdatur molla aſinaria in collo eius, & demergatˢ in ꝓfundū maris. Hoc āt pro tanto facit ad propoſitū, quia qui aliū hortatur ad malum, ipſum ſcandalizat. Itē Deus vult ut operemur bonū ad oēs, & ut procuremus uniuſcuiuſqꝫ ſalutem ꝑ poſſe noſtro, iuxta illud Eccl. 27. Vnicuiqꝫ mandauit Deus de proximo ſuo. Huius āt cōtrariū directè operatur, quicūque hortatur ꝓximum ſuum ad malum. Igiᵗ.

Secundo grauitas huius peccati oſtenditur ex parte beatorum. Ipſi. n. beati ſūmè affectant ſcđam ſtolam. i. gloriā corporū ſuorū Hoc āt nō fiet, niſi primò impleatur numerus ſaluandorū, iuxta illud Chriſti uerbū ad electos Apo. 6. Suſtinete adhuc tp̄s modicū, donec cōpleatˢ numerus fratrū ueſtrorū, qui āt alios hortatˢ ad peccatū, ſiue uerbo, ſiue facto, īpedit, & retardat, quātū in ſe eſt cōplementū ad cōſūmationem dicti numeri. Nā illi poſſent ſalui fieri, quos hortatˢ ad malū. Igiᵗ talis quodāmō derogat gloriæ beatorū. Quomodo ergo illos in patronos, & intercеſſores apud Deum poterit habere, quos tanto vult priuare gaudio. Certè non uideo. Quinimmo in fine dierum ſuorū ſancti Dei clamabunt uindictam coram domino contra eum.

Tertiò grauitas dicti peccati oſtenditur ex parte ipſorū actorū. Sunt multa peccata, quibus unus ſolus dānatur, ut ſūt potiſſimè peccata cordis. Sed ꝑ iſtud peccatū diabolus, ut i pluribus, lucratˢ ad minus duas animas, uidelicet. illius, qui tali hortationi cōſentit. Et cū q̄nq; cōtingat ſimul plures eidē hortanti conſentire, & allici ad malum, patet intētum. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidēdum eſt de punitione, ſeu grauitate pęnæ huius peccati. Nā etſi, qui alios alliciūt, & hortanˢ ad malū quōcunq; fiat nō ſēper puniānˢ in præſenti, nouerint tū ꝑ certo, ꝙ non euadent iudiciū dñi. Quinimmo i alio ſęculo duplici pœna puniēˢ, Primo q̄dē directè ꝑꝑ ꝓpriā culpā. Scđo uerū ꝑꝑ culpā aliorū, dicēte ꝓpheta ad dn̄m. Duplici cōtritione cōtere eos dñe deus nr̄. Hie. 17

Vide

Vnde de quolibet dãnato pp hoc uitium poteſt dici illud Eſa.40. Suſcepit de manu Domini duplicia, i. duplices pœnas pro oĩbus peccatis ſuis. Quia, ſcilicet, peccauit, & alios peccare fecit. Et Apo.18. Duplicate duplicia ſecundum opera eius. Expone ut prius. De hoc etiam multa extant exempla, & ſignãter de Arrio maximo hæreſiarca, de quo dicũt Doctores, quòd pœna eius nõdũ terminata eſt, nec totaliter terminabitur ante diem iudicij, cuius ratio eſt hæreſis ſua, quæ dogmatizauit diuerſas in Trinitate ſubſtantias, contra illud Io.10. Ego, & pater, unum ſumus. Inſup. negauit filium in diuinis coæternum patri, ut patet 24.q.3.quidam autem hæretici, talis, inquam, hæreſis nondum extincta eſt, ſed adhuc pullulat, uſq; ad iudicij diẽ apud aliquos qui eã pertinaciter defendunt. Et horum damnatio aggrauat damnationem hęreſiarchæ eorũ, uidelicet ipſius Arrij. Et idem dicendum eſt ſuo modo de cæteris damnatis. qui alios hortati ſunt ad culpam, & iſtud debet ualde terrere concubinarios, & ſignanter ſtupratores uirginum, q̃ poſtmodũ expoſuerunt ſe omni turpitudini, & omni trãſeũti, q̃ ſi ſtupratæ primò non fuiſſent, forſan fuiſſent caſtę, & pudicę vſque ad mortẽ. Nolite ergo chariſſimi, nolite alios languis ueſtris hortari ad malum, ſed potius ad bonum, ut ſic cooperatores ſalutis eorum eſſe poſſitis.

DE LINGVA IVRATORIA. Cap. X.

CONFITEOR *tibi Domine pater cęli, & terræ, quia ſupple, peccaui nimis locutiene.*] Matt.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo determinatum eſt de octauo peccato linguæ, quòd dicitur lingua hortatoria, hic conſequenter determinandum eſt de alio peccato eiuſdem linguæ, quod incipit per I, quod appellatur lingua iuratoria, de qua poteſt intelligi illud Pſal. Lingua mea calamus ſcribæ, uelociter ſcribẽtis. Sic enim poteſt dicere ille, qui eſt aſſuetus ad iurandũ. Nã cuiuslibet talis lingua uelociter mouetur ad iurandum, ſicut calamus ad ſcribendum.

De

De hac itaque lingua tria principaliter ſunt uidenda, quæ ſunt,

Diffinitionis, Conditionis,

Offenſionis.

Primò igitur uidendum eſt, quid ſit iuramentum. Poſſumus ergo ſic diffinire ipſum iuramẽtum. Iuramentum eſt aſſertio, uel negatio de aliquo licito poſſibili, & honeſto, ſacræ rei atteſtatione firmata. In hac autem diffinitione iuramenti tanguntur quatuor. Primum eſt modus cum dr̃ aſſertio, uel negatio. Qui quidem modus obſeruandus eſt ſecundum quod materiã requirit. Si enim ita ſit, aut creditur ita eſſe, tunc iurandum eſt ſic eſſe. Si uero nõ ita ſit, aut ſaltem non creditur, ita eſſe, tunc iurandum eſt, nõ ſic eſſe. Et hoc intellige, ubi expedit iurare, ut poſtea dicetur: nã ab eo quòd res eſt, uel non eſt, dicitur oratio uera, uel falſa, ut habetur 1. Periher. Secundum eſt materia, cum dicitur de aliquo licito poſſibili, Qui.n. iurat aliquod illicitum ſe facturũ, aut aliquid, quod nõ credit ſibi eſſe poſſibile ꝓ tpe, pro quo iurat, talis indiſcretè iurat, & per conſequens mortaliter peccat, ut poſtea dicetur. Tertiũ eſt qualitas illius, quod iuratur, cum ſubditur honeſto. Non.n. ſimpliciter nobis prohibetur iurare, ſed nobis permittitur in caſu iurare, dummodo materia ſit honeſta, utpote ſuper ueritate dicenda, aut huiuſmodi. Quartum eſt confirmatio. Nam iuramẽtum confirmatur, & redditur efficax, ſiue per inuocationẽ diuini nominis, ſiue cuiuſcunque rei ſacræ, & hoc capiendo rem ſacram, ſiue ſpecialiter, ut cũ iuratur ſuper ſacra euangelia, aut crucem, & huiuſmodi, ſiue generaliter, ut cum iuratur per cœlum, aut per terram.

Circa quod ſciendum eſt, ꝙ non eſt nobis ſimpliciter interdictum iurm̃, ſicut nobis ſimpliciter prohibetur blaſphemia, uel mendacium. Quinimmo poteſt iuramentũ in multis caſibus benè fieri, & eo utitur eccleſia circa diuerſas materias. Propter quod dicit Apo. Heb. 6 ꝙ omnis controuerſiæ finis ad confirmationem eſt iuramentum. Ac ſi dicat, ꝙ lites, & cõtrouerſiæ, quę ſunt inter homines debent terminari per iuramentum. Vnde Deuter. 2. Dominum Deum tuum timebis, & ipſi ſeruies, ac per nomen eius iurabis. Ex quo patet, quòd licitum eſt iurare in multis caſibus.

Primũs

Primus caſus eſt ad purgationem criminis. Verbi gratia. Aliquis eſt iniuſtè accuſatus, aut infamatus ab aliquib. malitioſis uiris, qui non uolunt ei bonum, nec honorem. Si ergo res uentiletur in iudicio, & ſentiat ſe innocentem, tunc licitè poteſt iurare, & præſertim, vbi inducitur a iudice, aut ubi ſtatur iuramento illius. Qui iurant debet, ſibi credi, niſi forſan contrarium poſſet per teſtes conuinci, ita enim dicitur 2.q.4.presbyter. Nam quilibet tenetur famam ſuam defendere, alias negligens famam ſuam crudelis eſt, ut notatur. 12.q.1.nolo. Propterea Sapiens Eccle. 41. unumquęque noſtrum admonet, dicés. Curã habe de bono nomine.

Secundus caſus eſt ad debitorum confirmationem. Et iſtud cõiter obſeruatur inter mercatores, quando, ſcilicet, unus pręſtat fidem alteri, dando ſibi manum, quòd ſoluet ſibi debitum, ſtatuto tempore inter eos. Nec quidem ſic iurans peccat, dummodo intendat implere iuramentum, & faciat ſuum poſſe ad hoc, quod adimpleat iuramentum, etiam dato, quod ipſum non impleat tempore aſſignato, & hoc quidem propter impoſſibilitatem. Debet dolere de eo ꝙ non poteſt ipſum implere cum propoſito aquitandi q̃tocius. Similiter ille, qui recipit a tali iuramentum, nõ peccat, dummodo credat eum eſſe ueracem in promiſſis. Propterea dicit Aug. de uerbis Apoſto. ſer. 23. ꝙ ille, qui exigit ab alio iurm̃, ſi neſcit alium falſum iuraturum, & ideo dicit ei: Iura mihi, ut ei fides fiat, non audeo dicere ibi eſſe peccatum, tamen, inquit, humana tentatio eſt. Hæc ille. Si uero credit eum peieraturum, tunc malè facit eum inducẽdo ad iurandum. Nam teſte Chry. Hom. 26. Melius eſt te pecuniam amittere, quàm illum peierando perire.

Nihilominus circa hanc materiã opus eſt tali diſtinctione. Aut enim ille, qui exigit iuramentum ab eo, qui ſolitus eſt peierare, eſt perſona publica, aut priuata. Si publica, ut potè, officialis, uel quicunque prælatus, tunc exigẽdo iuramentum, ſecundum ordinem iuris ab eo, quem credit peieraturum, non peccat, eò ꝙ utitur officio ſuo. Si aũt ſit perſona priuata, & tamen dubitat aliquo modo de ueritate loquentis, & hoc propter uarios euentus, propter quod ad maiorem certitudinem exigit ab eo iuramentum, etiam talis non peccat, ſicut ſolet communiter fieri inter mer-

ratores. Si autem ſcit, uel probabiliter credit illum falſum iuraturum, tunc mortaliter peccat, eò ꝙ dat illi occaſionẽ ruinæ. Propterea dicitur in decr. 22. q. 5. qui compulſus, ꝙ cogẽs hominem ad periurium, & ille, qui peierat, uterque reus eſt. Quicunque ergo recipit iuramentum ab eo, quem ſcit, aut credit falſum iuraturum, ſi ſit perſona priuata, tũc damnat animam ſuam cum anima illius, ut habetur, ubi ſu pra. c. ille. Item c. qui exigit. Inſuper, quicunque uidet aſſue tum peierare paratum ad iurandum, etiam ſua ſponte de bet eum cohibere à culpa. Quod ſi ſit filius, ſeruus, aut qcũ preſerue teum a culpa. Quod ſi ſit filius, ſeruus, aut quicun que ſubditus, qui paratus eſt ſic iurare, dẽt illi dicere ſupe rior O canis maſtine noli iurare, quia ſcio, ꝙ iurando peie rabis. Nec iurando propterea tibi credam, etiam ubi iurares mihi ſuper corpus Chriſti. Et ſic patet, & quãdo licitum eſt exigere iuramentum à peierante, & quando non.

Tertius caſus, in quo licitum eſt iurare, eſt, quando hoc fit ad tollendum omnem dubietatem. Verbi gratia. Sunt duo cõtendentes coram aliquo iudice pro aliqua poſſeſſio ne, utriq; dicẽtes illam eſſe ſuam. Sed, quia iura ſunt obſcu ra, iudex petit ab uno eorũ, ſi uelit ſtare iuramẽto alterius qui ſi dixerit, ꝙ ſic, in illo caſu põt exigere iuramentũ ab a lio, qui ẽt licitẽ põt iurare, q̃a, ut dicit Apo Heb. 6 Omnis controuerſię finis ad cõfirmationem eſt iuramentum. Et hu ius ratio aſſignatur. ff. de iureiuran. l. ſed, & ſi poſſeſſori, ubi dicitur, ꝙ iuſiurandum pro ueritate accipitur. Eadẽ etiam rõ aſſignat in iure canonico, ut patet 22. q. 7. q. 5. iuramẽti.

Quartus caſus eſt, cũ quis iurat cauſa promittendi fide litatem, ut potè, cum ſeruus iurat domino ſuo, q̃n eum reci pit famulum. Item cũ officiarius iurat principi, uel dño ſuo fidelitatem in officio ſuo. Tale ergo iuramentũm eſt licitũ, dummodo cadat ſuper debitam materiam. Et ſic patet de primo principali.

Secundo principaliter uidendum eſt de cõditionibus bo ni, & iuſti iuramenti. Pro quo notandum, ꝙ magiſter ſen ten. diſtinctio. 39. tertij allegans Hyeronim. aſſignat tres conditiones, quas debet habere iuramentum, antequam iu ſte fiat, quas quidem conditiones uocat comites, de quibus etiam habes 22. queſt. 1. Et iurabunt. Item eadem cauſa. 2. q. animaduer-

animaduertendum. Et ſimiliter extra de iureiuran. c. & ſi Chriſtus. Hi igitur comites ſunt.

Veritas, Iuſtitia,
Iudicium.

Primus igitur comes iuramenti licitè dicitur ueritate. Oportet enim omnem iurantem, uerum iurare, aut ſaltē quod credit eſſe uerum. Nam ſi homo iurat falſum, cum in tentione fallendi, iam efficitur periurus, maximè cum periurium non ſit aliud, quàm mendacium iuramento firmatum, ſecundum magiſtrum ſen. ubi ſupra. Circa quod notandum, quòd contingit iurare contra ueritatem tripliciter. Primò quidem iurādo uerum, quod creditur eſſe falſum. Secundò uerò, per oppoſitum iurando falſum, quod creditur eſſe uerum. Tertiò autem, iurando falsū, cum intentione fallendi. Et, qui ſic iurat uerè perierat, & eſt cēſendus perfectè periurus. Da exemplum de Petro, de quo legitur Matth. 26. q; cępit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominē Chriſtum, quem tamen optimè nouerat, & ideo propriè periurus fuit. Iſtud ergo eſt contra multos quibus nō ſufficit ſimpliciter, & nudè mentiri, niſi etiam ſuum mendacium iuramento confirmet. Ex prędictis ergo patet, quòd illę perſonę turpiter ſe decipiunt, quibus uidet licitum eſſe iurare falſum, aut negare uerum pro honore ſuo tuendo ſiue pro pace habenda, ſiue, ut quis ſe reddat indemnem. Exemplū de primò. Eſt aliqua mulier de qua eſt zelotipus uir eius, & forſan, non ſine cauſa. Vehementer enim ſuſpicatur propter certas coniecturas, & probabilitatēs, ſiue apparentias, quod non ſit ſibi fidelis, ſed quòd interdum ipſi quē agat cum tali, uel tali. Propter quod non poteſt de hoc diu ſilere, ſed improperat illi uitam ſuam. At illa uolens conſulere ſuo honori, iurat etiam execrando mirabiliter nunquam fidem ſibi præſtitam in die nuptiarum uiolaſſe. Exēplum de ſecundo. Eſt aliquis uir, quem uxor ſua habet ſuſpectum de incontinentia, nec forte abſq; ratione. Propter quod illa alloquitur eum, dicens. Bene uideo, quòd nō ſum ſatis pulchra pro uobis, & quòd adamatis talem, uel talem pluſquam me. Ille autem hoc audito timēs, ne fatendo ueritatem odiat eum uxor ſua, & quòd nunquam habebit pacem, neq; bonum cum ea, iurat firmiter ad modū unius

ſcoti

ſcoti,ut uulgo dici ſolet,q̃ nihil ẽ de hac re. Exẽplũ de ter tio,Eſt aliquis mercator q inter mercandum ſæpe iurat, ſi ue aſſerendo rem uenalem carius comparaſſe, quàm ſit a parte rei ſiue affirmando,quòd non dabit eam minori pre cio,quam tali,uel tali,cùm tamẽ intendat eum pro minori dare,priuſquam eam non uendat, & de facto,ita poſtmodũ facit.Sed ſic primò iurauerat, ut redderet ſe indemnẽ, ſiue ratione expenſarum ſuarum, ſiue aliàs. Nouerit ergo om nes prædicti,quòd non licet eis in prædictis caſibus iurare. Quinimmo periurij crimẽ incurrunt iurantes falſum ſciẽ ter,eò quòd non licet pro quacunq; cauſa,aut occaſione iu rare falſum.Nam,ut habetur 22.q.5. iuramenti.Hęc eſt in ſtitutio iuramẽti,ut omnis iurãs ad hoc iuret,ut quod eſt, loquatur.Et ſic patet de primo comite iuramenti.

Secundus comes iuramẽti dicitur iuſtitia.Oportet enim omnem licite iurare uolentem iuſtum, & licitum iurare. Nam, qui iurat aliquod iniuſtum,iniuſtè iurat,& per con ſequens mortaliter peccat.Multo autem grauius operatur huiuſmodi iuramentum obſeruando. Verbi gratia.Tu iura ſti,quòd nunquam parces tali,uel tali,nec nunquam loque ris, cum eo,nec ſimiliter te aliquando ſcienter reperies in eius ſocietate. Itẽ,quòd ubi poteris illi aduerſari,aut noce re,non te finges,& huiuſmodi.Eſt etiam aliquis concubina rius,qui iurauit probę ſuę,quòd nunquam relinquet eam uſque ad mortem,& ſimiliter illa itidem iurauit.Similiter eſt aliquis,qui iurauit alicui maleſactori,& forte complici in malo, quòd nunquam aliquid dicet de facto ſuo,etiam illi,qui poteſt prodeſſe,& non obeſſe,cum tamen uideat eũ perſeuerare in malo ſuo, & etiã forſan uergit in detrimen tum notabile reipublicæ. Omnes ergo taliter iurãtes illici tè iurant,eò quod iuramẽto ſuo deeſt iuſtitia, nec tenenẽ talia iuramenta,aut ſimilia ſeruare, ſed ſtatim infringere. Sic enim uolunt iura ciuilia,& eccleſiaſtica.Et quidem de primo ſcribitur in authent. de iuran.à moriente prǫſtito. l.ſed & ſi poſſeſſori,vbi dicitur,quod iuramentum prǫſtitũ contra bonos mores,nullum eſt.De ſecũdo uero dicit Iſid. lib.2. de ſynonimis, ſeu alias ſoliloquiorũ,& ſimiliter reci tatur.22.q.4.in malis. In malis,inquit,promiſſis reſcinda tur fides.In turpi uoto muta decretum. Quod incautè u

uiſti

uiſti, non faciat, impia eſt promiſſio, quę ſcelere impletur. Tale autem fuit iuramétum Herodis, de quo legitur Mar. 6. q iuſſit amputari caput Iohannis Baptiſtæ, ne ſcilicet, uiolaret iuſiurandum, quod fecerat ſalatrici puellæ. Super quo dicit Amb. lib. de officijs, q Herodes ſalatrici pmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe nempe eſt, quòd regnum pro ſaltatione promittatur. Crudele autem, quòd p rophetę mors pro iuriſiurādi religione donatur. Tale eſt iuramentum illorum, qui dicunt, q non poſſunt cum tali uel tali loqui, aut bibere, eo q iurauerunt ſę non uéturos ad eius ſocietatem ante annum, aut fortè quādiu vixerint. Et ſic de alijs, de quibus ſupra exéplificatum eſt. Eſt ergo regula generalis ſummè notanda circa hanc materiam, ui delicet, q quotieſcunq; iuramentum aliquod uergit in deteriorem exitum, tunc minimè obſeruandum eſt, ut notat 22. q. 3. David. Et huius ratio eſt, quia tunc deeſt ſibi prædictus comes iuſtitiæ. Item prædictus comes tunc deeſt iuramento, quādo quis iurat ſine neceſſitate, aut utilitate. Nā in his duobus caſibus licet iurare. Primo quidem propter neceſſitatem, ut cum ſuperior exigit à ſubdito iuramentum de ueritate dicenda ſup aliquo caſu dubio. Secundo uero propter utilitatem, ut cum præſtatur iuramentum p bono pacis, ſiue pro confirmanda promiſſione alicui facta. Aliàs autem non licet iurare, Et iſtud eſt cōtra illos, qui p nihilo pluries iurant, uel ſalté pro minima occaſione. Cōtra illud Domini præceptum Exod. 20. Non aſſumes nomé Dei tui in uanum.

Tertius comes iuſti iuramenti dicitur iudicium, ſupple, diſcretionis. Qui enim vult in iurando culpam euadere, non debet præcipitanter procedere, ſed cum magna, & lōga deliberatione conferendo in ſemetipſo de ueritate, p qua iurare debet. Hinc Augu. lib. de mendacio. Non dico non iurare, ſed non leuiter iurare. Adhibenda ergo eſt diſcretio in iurando. Aliàs, qui pcipitanter ſe exponit diſcrimini peccati, ſiue iurando per propoſitiones affirmatiuas. ſiue per negatiuas. Et ideo ſi ille, qui iuraturus eſt, petat inducias, ſiue dilationem deliberandi, iuſtus iudex debet illā ſibi aſſignare Et ideo ſi quis præcipitāter iuret falſum, cui poſtmodum forſan oſtéditur falſitas iuraméti ſui, ſi dicat.

Crede-

Credebam dicere uerũ,ſolet illi dici.Debuiſti prꝫuidere & prꝫcogitare,quid iuraturus eras.Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidendum eſt de offenſione iuramẽ ti.In quibus,ſcilicet,caſibus peccat homo iurando. Circa quòd ſciẽdum,quòd in tribus caſibus offendit homo Deũ iurando.

Primus caſus eſt,quando iurat falſum cũ intentione fallendi,& decipiẽdi proximũ ſuum.Sicut communiter faciunt mercatores,qui cum multis iuramentis decipiunt illos, q habent agere cum eis,da etiam exemplum de falſis teſtib. & qui ſcienter peierant,coram iudice falſum deponentes, forſan corrupti odio,uel amore,munere,aut timore. Nam omnes tales faciunt irreuerentiam diuino nomini.

Secundus caſus eſt,quando quis iurat ſe facturũ aliqđ illicitum.Sicut ſupra patuit de iuramento Herodis.Itẽ de hoc multa exempla poſita ſunt ſupra.Vnde Aug.ad Seuerũ epiſcopum ſcribens,& ſimiliter recitatur in dec.22.q 4.inter cętera dicit,ꝙ uelut homicida in extremo examine à iuſto iudice degradabitur,per quem ſacroſanctum Euãgelium ad iniuſtum illicitum teſtimonium adducitur.

Tertius caſus eſt,quando quis iurat,quod uerum eſt,& licitũ,ſed ſine cauſa ſufficienti,utpotè,cũ quis iurat,dicẽs. Per Deum uerum fuimus heri in tali loco, & fecimus bonum uultum.Item cum quis iurat,dicens. Per Deum talis habet melius uinum totius ciuitatis. Ego enim bene ſcio, quia de eo guſtaui.Item cum alius iurat,dicens.Per Deũ ego fui in tali foro,uel nũdinis,& bene feci factum meũ,& ſic de alijs.Omnes ergo tales,ac ſimiles iurantes quidem uerumet iã licitũ,quia tñ ſine cauſa ſufficienti iurant, peccant,ſaltem uenialiter ſecundum Ray.in ſumma ſua.Summum ergo remedium eſt omnino non iurare,niſi in caſib. cõceſſis,aliàs qui aſſueſcit ad iurãdum,frequenter peierat. Propterea Eccl.23.uos monet ſcriptura di.Iurationi non aſſueſcat os tuum,quia multi caſus in ea.

Quęritur circa hoc,utrum mercator,qui ꝓmiſit ſub iuramento illi,a quo habuit mercantiã,quòd ſoluet ſibi sũmam debitam die prꝫfixo,peccet mortaliter,ſi promiſſum nõteneat.Pro ſolutione huius dubij opus eſt uti tali diſtin

ctione. Aut enim taliter iurans uerisimiliter credebat, & ſperabat; quod poſſet ſoluere dictam ſummam in termino aſſignato, uel non credebat. Si credebat, & poſtea fecit debitum ſuum, ac totum ſuum poſſe, tūc nō peierat, eo ꝙ fecit, quod potuit. Modò Deus nō requirit ab homine, niſi quod poteſt. Manet tamen talis ſemper obligatus elapſo termino. Propter quod debet proponere, & intendere, ꝙ ſi occurrerit illi aliquando melior fortuna, ipſe omnino ſatiſfaciet. Nam ubi poſtea poſſet, & non ſolueret, iam piurus eſſet, eò quod debitum non eſt in eo extinctum totaliter, ſed tantum ſopitum ad tempus, ſup. melioris fortunæ. In quo quidē caſu ille, cui eſt debitor, ex quadam decēti pietate, & compaſſione debet ſibi prolongare tēpus ſolutionis. Qđ ubi propter Deum libēter fecerit, etiā piè credendū eſt, quod Deus prolongabit eidem tempus uitæ ad pænitentiā agēdā. Illi ergo ſunt ualde crudeles, & immiſericordes ad proximos ſuos, qui cum ſine diſpendio poſſunt ad tempus expectare debitores ſuos, quos etiam ad ſoluendū impotentes nouerunt, nihilominus ſine dilatione expirato termino faciūt eos intimare, & interdū in carcerem recludi. Præſertim, ubi ſunt obligati ꝑ corpus, quouſq; ſatis fecerint, etiam uſque ad nouiſſimum quadrātem. Propter quod oportet pauperes debitores accipere ad uſurā, aut poſſeſſiones ſuas modicas uili precio dare, ut ſe redimant. Sed nouerint, tales tyranni creditores, ꝙ eadem menſura remetietur eis, qua menſi ſunt alios, ut habetur Mat. 7. Et Iac. c. Iudiciū ſine miſericordia fiet, &c. Nā Angelus crudelis, i. diabolus mittetur cōtra eum, ſcilicet, in mortis articulo, ut habetur Prou. 17. qui tanquam executor, & tortior diuinæ iuſtitiæ detrudet eum in carcerem inferni. Si āt ille qui iurauit creditorem ſuo ſatisfacere ad certum terminū, & tempus, non credebat, nec ſperabat poſſe ſoluere, quando iurauit, tunc peierauit. Maximè cum primū nō ſit aliud quā iuramentū mendacio confirmatum. Iſte āt cōfirmauit ſuum mēdacium iuramento, ideo peierauit. Et ideo tutius eſt in talibus obligationibus, quę fiunt de futuro, addere. Si Deo placuerit, & potero, ergo ſatisfaciam uobis. Et ſic patet ad quæſitum, & per conſequens de tertio principali

DE-

DE LINGVA CANTIONARIA. Cap. XI.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth. 11.

Poſtquam in pręcedenti ca. dictum eſt de nono peccato linguæ, quod dicitur lingua iuratoria, hic conſequenter tractandum eſt de alio peccato eiuſdem linguæ, quod incipit per C. quod poteſt appellari lingua cantionaria, qua quis vtitur ad cantandum vana, & amatoria ad laſciuiam prouocãtia, de qua poteſt intelligi illud pſal Repletum eſt gaudio, ſupple, mũdano, & laſciuo, os noſtrum, & lingua noſtra exultatione. Iſta enim poſſunt eſſe verba hominũ mundanorum, ac mulierum cantationes amantium. Et de hac lingua cantionaria tria principaliter videbuntur, quæ ſunt.

Diſtinctionis, Offenſionis, Punitionis.

Primò igitur videndum eſt de diſtinctione cantionum, Pro quo notandum eſt, quòd ſunt multæ cantiones, & ſignanter, tres, videlicet.

Beatorum.
Eccleſiaſticorum,
Mundanorum.

Primò igĩt beati in cœlo habent ſuas cantiones, quæ nõ ſunt aliud, quam laus, & iubilatio, quàm inceſſanter die, ac nocte decantant Dño Deo, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venrus eſt. Apo. 5. Item eiuſdem 19 Audiui vocem de cœlo, ſicut citharedorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant, quaſi canticum nouum ante ſedem Dei. Hoc autẽ perfectè fiet poſt generalem omnium reſurrectionem, quãdo quidem electi reſument corpora ſua. Et tunc cantabũt Domino canticum nouum, ſcilicet, corporeum, qui prius tantum illi cantauerant canticum antiquum, ſcilicet, ſpirituale, Vnde de electis poſt diem iudicij loquens pſ. dicit. Exultabunt ſancti in gloria, lętabũtur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum. Vel dic, ꝙ tũc cantabunt ele-

cti canticum nouum,gratias,ſup. Deo agentes de eo,quod accederint ſecundam ſtolam,ideſt,corporum ſuorum vnionem,& glorificationem. Meritò autem talis cantus beatorum,hic vocatur cantio.Eſt enim cantio,ſeu cantilena cantus dulcis,lenis,& ſuauis ad lętitiam,& exultationem prouocans.Talis autem eſt cantus beatorum,& ſignanter poſt iudici diem. Nam eorum cantus nihil habebit aſperitatis, ſed dulcis erit,& ſuau s.Nota,ſi vis ſcire,quomodo electi cãtant vnam cantilenam toti trinitati.dicentes Gloria patri & filio,& Spiritui ſancto .Item aliam beatæ virgini, dicentes. Aue regina cœlorum,Aue domina Angelorũ. Salue radix ſancta,ex qua mũdo lux eſt orta.Gaude glorioſa ſuper omnes ſpecioſa.Vale valde decora,& huiuſmodi.Itẽ aliam cantionem cantant ad Apoſtolos, tanquam illi regratiãtes de eo,ꝙ plantauerunt,ſeu potius dilatauerunt fidẽ Catholicam per vniuerſum mũdum.Item aliam ad Martyres qui irrigauerũt totam eccleſiam ſanguine ſuo. Item aliam, ad eccleſiæ doctores ſacros,qui illuminauerunt ſanctam eccleſiam,& ſic de alijs.Et ſic patet de cantionibus beatorũ.

Secundò eccleſiaſtici habent ſuas cantiones,quę nõ ſunt aliud,quàm deuota diuini officij Decantatio,& ſolutio.Legitur enim 1.Para.6 ꝙ Dauid conſtituit cantores,qui cantarent coram Arca,ſiue Tabernaculo domini, donec ędificaret et Salomon filius eius domum domini in Hieruſalẽ. Et hi ſtant iuxta ordinẽ ſuum in miniſterio ſuo.Sic & multi reges,atque principes Catholici conſtrui fecerũt inſignes eccleſias,tam cathedrales , quàm collegiales,ibi deputãtes certum numerum clericorum Deo famulantium,illis deputantes ſtipendia,vt eorum ſuffragijs,& cantationibus iuuẽtur apud dominum.Idem practica de groſſis Abbatijs,prioratibus , & alijs locis . Veruntamen cantiones monachorum, ac quorumcunque religioſorum debẽt eſſe lugubres, piæ,atque lachrymoſæ,vt dicitur 16.q.1.Monachus.Monachus plangentis habet officium,qui,vel ſe,vel mundum lugeat.Matth.5.Beati,qui lugent,quoniam ipſi conſolabunt. hinc eſt, ꝙ ipſi monachi ſtatutis tẽporibus,& diebus habẽt preces,quas proſtrari,ac voce lugubri,& baſſa ſoluere ſoliti ſunt.Similiter nonnulli ſolent cantare cantilenas ad Dei, & ſanctorum eius honorem,vtpotè,de natiuitate Domini.

Item

Item de beata Virgine, ſimiliter de beata Barbara, aut huiuſmodi, & hoc laudabile eſt. Vnde Eccleſ. 47. legitur, quod admirabantur Turbæ in Cantilenis regis Salomonis.

Tertiò homines mundani habent ſuas cantiones, ſed fatuas, uitioſas, & damnabiles. Pro quo notandũ, quòd huiuſmodi Cantilenę, ſeu cãtiones ſunt in multiplici differẽtia. Nã quædam ſunt diffamatoriæ unius totius ſtatus, ut ſunt illæ, quas uiri infames cõponunt, & decantãt de uiris eccleſiaſticis, aut religioſis ad eorum infamiam, quę parũ differunt à libellis famoſis, quos iura reprobant. Aliæ uero ſunt in infamiam alicuius priuatæ perſonæ, uel etiam in officio publicò conſtitutæ. Et tales Cantilenas, forſan fecerant impij Iudæi de Chriſto, ut ſic ipſum infamarent cantantes huiuſmodi Cantilenas in tabernis, & publicis locis, ſecundũ quòd piè conqueritur idem Chriſtus in pſal. dicens: In me pſallebant, qui bibebant uinum. Super quo dicit glo. interlin. quòd in eum conuertitur cantus, qui prohibet uanos cantus. Dicit etiam de Lyra ſuper dicto paſſu, quòd factæ fuerunt Cantilenæ deriſoriæ de crucifixione Chriſti, tanq̃ de re inſolita, & notabili, & hoc in fauorem ſacerdotum, qui eius mortem procurauerunt, tanquam de falſo Propheta uolente regnare, & non potente, quæ quidem Cantilenæ decantabantur per tabernas. Et hoc eſt, ꝙ dicit pſal. in perſona Domini. In me pſallebant, qui bibebant uinum. Aliæ autem Cantilenæ ſunt contra bonos mores, ut ſunt illæ, quæ ſunt plenæ omni ſpurcitia, & vano amore, quæ, ut plurimum, in publicum decantari ſolent ab his, qui Choreas ducunt. In quibus etiam hoc malum eſt, quòd illę auidius audiuntur, & lætius cantantur, quæ turpiorem materiam continent. Et patet de triplici cantione, & per conſequens de primo principali.

Secundò principaliter uidendum eſt de offenſione linguæ cantionariæ. Pro quo notandum, quòd contingit offendere Deum per prædictam linguam cantionariam quadrupliciter, ſecundum quatuor genera cauſarum.

Primò quidẽ ratione cauſæ efficientis. Nã, qui decãtant hmõi uanus, & laſciuas cantiones non ſunt immunes à peccato. Secus autem de illis, quæ ſunt ad honorem Dei, aut ſanctorum eius, ſiue ẽt, quę ad eutrapeliã pertinẽt, & quæ

nihil,per quod offendatur Deus,aut proximus continent. Quòd ergo prim grauiter peccent,patet per hoc, qđ ſunt in cauſa omnium malorum, & diſſolutionum, quæ inde fiunt. Eſt enim regula generalis, quòd qui occaſionem dāni,dat damnum dediſſe videtur, ut notatur extra de iniuriis,& dam.da.c.vlt.

Secundò ex partæ cauſæ materialis. Nam,ut dictum eſt materia cantionũ mũdanarum,quaſi uniuerſaliter eſt materia fœda,& piarum aurium offenſiua. Vnde Aug.ſuper pſ. exponens illud verbum Cœli enarrant gloriā Dei,dicit.q aues quædā,utpotè,corui,merulæ,picæ,& huiuſmodi ſæpe ab hoībus docentur cantare,qđ neſciunt.Scienter aūt cātare non aui,ſed homini diuina uoluntate conceſſum eſt. Et multi,quàm mali,& luxurioſi,ſic cantant digna aurib.ſuis, & cordibus qđ nouimus,& dolemus.Eo enim peiores ſunt, qđ non poſſunt ignorare,quod cantāt. Sciunt.n.ſe cantare flagitia,& tamen cantant tanto libentius, quanto immundius, quoniam tanto ſe putant debere fieri lętiores,quāto fuerint lætiores.Hæc ille.Præterea idem Aug. 1 lib.de ciuitate Dei.c.31.refert,quòd poſtquā Carthago fuit p Romanos euerſa,illi dederunt ſe omni ſpurcitiæ. Propter quod inſtituerunt theatra, i loca publica in medio ciuitatis Romanæ,quæ ſic erant diſpoſita,ut omnes poſſent in eis ſedere,& ludos ipſos conſpicere.Et dicebantur huiuſmodi ludi ſcenici à ſcena.Erat autem ſcena,quædam domucula in medio atrij ſita, ſiue habitaculum cortinis clauſum. In quo cantebantur, & recitabantur carmina poetarum, omni ſpurcitia plena.Erant inſuper ibi mimi,& hiſtriones,latuati,ſaltantes,& effingē ex motibus corporis ea,quæ a poetis canebantur.Propterea effingebatur ibi turpia, & inhoneſtā,tam de diis,quàm de hominibus.Hęc ubi ſupra tam in textu,quàm in commento Et certe non minus diſſolutè agunt frequenter multi Chriſtiani. Nam pace data, unà cum abundantia rerum temporalium ſolent in pleriſque locis,& quod grauius eſt in feſtis præcipuis uiri, ac mulieres,iuuenes, & uirgines, ac ſenes cum iunioribus in unum conuenire. Quam quidem congregationem,atque Sathanæ conuenticulum vulgo appellant le carrogne Italicè. Quod quidem nomen, quid ſignificet, fateor me neſcire, niſi

niſi forſan ſit nomen alicuius Dæmonis,ob cuius reuerentiam prædicti illuc ſe transferunt. Quibus in vnum conuenientibus pœnè, infinite diſſolutiones fiunt, & cantilenæ,plurimæ, & variæ decantari ibi ſolent. Et breuiter illic plerumque reperire eſt,quicquid olim in prædictis ludis ſcenicis Romanorum adhuc gentilium, & idololatrarũ obſeruari ſolebat. Ex quibus omnibus patet,vnde primum ortum habuerunt cantiones mundanæ, & de quo in eis communiter tractetur,quia de materia vili,& abhominabili coram Deo,& Angelis,ac viris honeſtis. Ecce ergo,quomodo offenditur Deus per huiuſmodi cantiones, ex parte cauſæ materialis.

Tertiò idem patet ex parte cauſę formalis. Nam forma quæ in ſępe dictis cantionibus obſeruari ſolita eſt,vt pluri mum diſſoluta,effrenata,elata,cum fictione, & mutatione vocis,vt ſic magis demulceat aures audientium. Et in hoc ipſi canentes ſunt ſimiles ſyrenæ. De qua fabulosè narratur, quod ſit ſuperiori parte, qua ſupernatat aquis virgo. Pro parte autem inferiori,quę immergitur aquis,fertur eſſe piſcis. Tempore ergo ſereno ſolet ſuauiter cantare, & armoniam mirabilem formare. Ad cuius auditum nauigantes ſupra modum delectari nõ attendunt regimini nauis.Quinimmo tandem obdormiunt.Et tunc modica tempeſtate ſuſcitata in mari de facili periclitantur. Ita in propoſito mulieres ſuis cantionibus, & cantilenis, interdum adeo demulcent aures uirorum mundanorum, quod faciunt eos obdormire in ſuis peccatis,& tandem demerguntur per huiuſmodi ſyrenarum cantica, & carmina in profundum maris infernalis.

Quartò idem propoſitum oſtenditur ex parte cauſę finalis. Cantilenæ enim mundanæ ad hoc ordinantur, vt ut cor per immoderatam lętitiam diſſoluatur riſus diſſolutos generent,& ad turpia inuitent. Et de hoc extat aperta hiſtoria,quam ponit Titus Liuius lib. 1. decadis primæ,de Romulo conditore vrbis Romæ. Hic enim cum videret dictam ciuitatem non poſſe diu perſiſtere abſque propagatione, nec de facili ſui poſſent ex ciuitatibus circumuicinis vxores habere, eo quod tam ipſe, quàm ſui ſupra modum exoſi eſſent omnibus circumadiacentibus populis

lis induxit choreas publicas, & ludos. Ad hoc igitur ſpectaculum uenit omnis multitudo Sabinorum, cum liberis, atque coniugibus. Sed mox dato ſigno à Romulo. Romana iuuentus illecta cantionibus puellarum ſabinarum, diſcurrit ad eas capiendas, quas ſtuprauerunt, & tandem ſibi lege matrimoniali coniunxerunt. Patet ergo, quomodo offenditur Deus per cautiones quadrupliciter.

Tertiò principaliter uidendum eſt de punitione linguæ cantionariæ. Eſt ergo notandum, quòd huiuſmodi peccatum, & ſignanter cum cantantur baladiæ in infamiam alicuius, aut aliquorum, punitur triplici pęna, uidelicet,

Ciuili.
Eccleſiaſtica.
Aeterna.

Primò igitur pœna ciuili, de quo habes. C. de famoſis libellis. l. unica, quæ incipit. Si quis famoſum, ubi mandat Imperator Valentinianus, quòd ſi quis famoſum libellum de aliquo compoſuerit, ſi conuincatur, & non poſſit probare, quod ſcripſit, tali pœna plectendus eſt, uel uerius, ſicut accuſandus, puniendus eſſet, ut dicit gloſa. Similiter eadem pœna plectendus eſt, qui dictum libellum inuentum mox non corruperit, uel igni conſumpſerit, ſed, uidelicet, illum alijs manifeſtauerit. Grande ergo peccatum, eſt dictare libellum famoſum, ſiue baladiam in iniuriam alterius, ex quo mors pro illo infligitur.

Secundò tale peccatum punitur pœna eccleſiaſtica, de qua habes in decretis. 5. q. 1. qui in alterius, ubi mandat papa Adrianus, quòd ſi quis in alterius famam publicè ſcripturam, aut uerba contumelioſa conſcripſerit, & repertus ſcripturam non probauerit, flagelletur. Similiter, qui eam inuenerit, & non corruperit, eadem pœna puniatur, qua, & actor facti, ſed quid iuris, ſi confictor libelli famoſi ignoretur. Ad hoc prouidet ius eccleſiaſticam, ubi ſupra. cap. quidam maligni ſpiritus, vbi ponitur caſus de Caſtore notario Gregorij papæ, contra quem quidam plenus ſpiritu maligno ſcripſit libellum famoſum, ipſumque poſuit noctis tempore in loco publico ciuitatis. De

to ergo dicit Gregorius, quòd exeat, & publicè confiteatur peccatum ſuum. Quòd ſi non uelit exire, ideſt ſeipſum manifeſtare, tunc debet publicè denunciari, quòd quicunque hoc fecit, ſit priuatus ſacra communione. Quòd ſi adhuc latere præſumpſerit, debet anathematizari .i. excommunicari. Si uerò exire uoluerit, & probare, q̃ ſcripſit, tunc eſt audiendus, neq; in illo caſu currunt contra ipſum prædictæ pęnæ, ut dicitur ibidem. Similiter dominus Ant Florẽtinus in 3. parte ſummæ ſuæ, titulo 14 c.70. refert Alexandrum dediſſe bullam, quæ incipit. Ex alto. Item alia, quæ incipit. Non ſine multa, per quas declarat, ꝙ quicunque libellos famoſos in vulgari ſermone, nec non cantilenas, uel rithmos edere, uel detinere, uel publicare præſumunt in infamiam, & detractionem ſtatus ordinis fratrum predicatorum, aut aliorum, ſunt excommunicati, à qua excommunicatione non poſſunt abſolui, niſi perſonaliter Sedi Apoſtolicæ ſe præſentent. Hæc ibi.

Tertiò prædictum peccatum punitur pęna æterna. Nam de huiuſmodi cantionatoribus poteſt intelligi illud Iob 21. Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Cumque ibi fuerint, meritò dicere poterunt illud Thren. 5. Defecit gaudium cordis noſtri, uerſus eſt in luctum chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri, veh nobis, quia peccauimus. Tunc etiam illis inſultabunt dæmones, dicentes. Canite nobis unam cantionem, & ſaltabimus, & hoc eſt, quod ait pſal. in perſona talium, dicens. Illic, ſcilicet, in inferno interrogauerunt nos, ſupple, dæmones, qui illic captiuos duxerunt nos, uerba cãtionum. Et qui abduxerunt nos, ideſt, ſeduxerunt nos, ſupple, dęmones, dixerunt deriſoriè, & inſultatoriè. Hymnum cãtate nobis de canticis Syon, ideſt, de illis cantionibus, quas tam ſuauiter, & lætanter cantaſtis in mundo, cum illic eſſetis. Quibus reſpondere poterunt. Heu, quomodo cantabimus canticum domini .i. canticum lętitiæ in terra aliena .i. in hac terra miſeriæ, & tenebrarum, unde umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Iob 10. Ecce finis ad quem deducunt, cantiones mundanæ, fatuæ, & diſſolutæ, prout ſequens inſinuat exemplum.

Refert

Refert enim beatus Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus ad Aug. ſcribens, vt patet epiſtola ducenteſima ſexta eiuſdem Aug. de quodam nepote ſuo ætatis 18. annorum, qui multum deditus erat huiuſmodi vanitatibus cātionū, chorearum, & ludorum mundanorū. Eo igitur mortuo circa illam ętatem, vir Dei Cyrillus, qui nimio amore eum dilexerat, rogauit Dominum, vt dignaretur ei reuelare ſtatū illius. Et ecce ſubitò eo orante, ſtatim fœtor ortus eſt in camera, in qua orabat, quòd ipſum naribus ſuis tolerare non poterat. Cuius rei cauſam ignorans ſurſum eleuatis oculis vidit nepotem ſuum infœliciſſimum, cathenis, igneis circū ligatum, ex cuius naribus, & auribus, velut ex ardentiſſimis fornacibus, & ignibus flamma horribilis, & fętidiſſimā procedebat. Et alloquens auunculum ſuum ait. Sciat me eſſe nepotem tuū, qui ſum manſionibus tartareis perpetuò deputatus, eò quòd cantionibus, & huiuſmodi fatuitatibus ſupra modum fui delectatus, & inflammatus, & hæc dicens ſubitò diſparuit ab oculis vir Dei. Quo abeunte talis fętor in dicto loco remanſit, vt deinceps ibidem nullus auderet introire. Hæc ibi, nec certè ſoli illi peccant, qui dictas cantiones dictant, aut ſuauiter cantant, verumetiam qui in auditione illarum delectantur, ſicut ſequens exemplum declarat.

Legitur enim in Speculo exemplorum, quòd beatus Damianus habuit ſororem valde deuotam, & religioſam, quam contingit mori. Cumque poſt eius obitum pro ea oraret dictus frater ſuus Damianus, ſubitò apparuit illi, dicens, quòd erat adiudicata terribilibus pœnis purgatorij per quindecim dies. Cuius cauſam cum ille interrogaret, maximè, cum ipſa tam ſanctam vitam in præſenti duxiſſet reſpondiſſe fertur. Verum, inquit, frater chariſſime, cum vna dierū ſederem in camera mea ſola, audiui in proxima platea cantus chorizantium cum aliquali delectatione. Et quia de hoc non curaui, nec pœnitentiam egi, credens hoc eſſe parum, ideo adiudicata ſum ſtare in prædictis pœnis quindecim dierū ſpatio. Ideo frater chariſſime adiuua me apud Dominū tuis interceſſionibus. Patet ergo, quòd periculoſum eſt huiuſmodi cantilenas vanas, & mundanas curioſè audire, ſed multò grauius eſt tales decātare. Ideò ama-

dò

dò omnes,& ſinguli à talibus inſolentiis ſibi caueāt, ſi Deo placere deſiderant.

DE LINGVA LASCIVA. Cap. XII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo habitū eſt de decimo peccato linguæ, quòd dicitur lingua cantionaria. Hic conſequenter agendum eſt de alio peccato ipſius linguæ, quòd incipit p L, quòd quidem pec catum poteſt appellari lingua laſciua, de qua poteſt intelli gi illud Iob 20. Occidet, ſcilicet, hominem lingua uiperæ. Solet enim uipera laxare, & ſoluere linguam ſuam, ut ſic uenenum ſuum mortiferum extendat ad hominem;ita, & laſciuiæ dediti extendunt linguas ſuas ad loquendum tur-pia,& iniqua, ꝙ quæ offendunt pias aures, atque pudicas, & caſtas mētes. Vnde & laſciuia dicitur a laxo laxas, quòd idē eſt, quòd ſoluó ſoluis. De hac igitur lingua laſciua tria principaliter uidebūtur, ſecundum quod homines malitioſi laxant linguam ſuam ad hæc tria, uidelicet,

Ad adulandum,
Ad detrahendum,
Ad corrumpendum.

Primò igitur nonnulli laxant linguam ſuam ad adulandum, & ad blandè loquendum, ut ſic decipiant proximos ſuos. Et de talibus poteſt intelligi illud pſ. Linguis ſuis doloſe agebant, id eſt, malitioſè. Sed in quo. Certè, quia uene num aſpidum ſub labiis eorum. Nam adulatores habent quidem pulchra uerba in labiis ſuis. Sed profectò occultāt uenenum aſpidum prauæ intentionis ſub labiis ſuis, ideſt, in cordibus ſuis, eò quòd aliud habent in ore, & aliud in corde. Pſ. In corde, & corde locuti ſunt Et ideò tales meritò figurantur per Iahel vxorem Aber Cinęi. Nè de ea legitur Iud.4. quòd cum ad domum ſuam declinaſſet Syſara principes exercitus Iabin Regis Chananæorum, qui quidē Syſara fugiebat a facie Barach, qui erat dux exercitus filiorū

Iſrael

Iſrael, petiuiſſetque ab ea potum aquæ, eò quòd ualde ſitiret, illa dedit ei utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Quo dormiente illa infixit clauum in caput eius, & ſic eum interficit. Sic in propoſito, adulatores dant lac bonorum uerborum bibere illis, quibus machinantur malum, ſed ſimul infigunt clauum prauæ intentionis. Et de hoc habemus hiſtoriam Matth. 22. ubi legitur, ꝙ Phariſæi miſerunt miniſtros ad Chriſtum, qui dixerunt ei Magiſter, ſcimus, quia uerax es, & viã Dei, &c. Sequitut. Dic nobis, quid tibi uidetur. Licet tributum dari, &c. Ecce quomodo illi laxabant linguam ſuam ad adulandum. Veruntamen prauè intendebant, quia ſic Chriſtum interrogabant, ut eum caperent in ſermone, ut habetur ibidem. Propterea de quolibet adulatore poteſt dici illud pſal. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Sed quia de hoc multa dicta ſunt ſuperius, ſ. Secunda parte huius ſecundi Tractatus Cap. II. ideo pertranſeo.

Secundò principaliter multi laxant linguam ſuam ad detrahendum, nunc ad eccleſiaſticos, nunc ad prælatos, & officiarios publicos, nunc ad religioſos, nunc ad extraneos, nũc ad propinquos, etiam affines, & conſanguineos, & huiuſmodi, ita ut dicat Hierony. 3. par. epiſt. ſuarum, epiſt. 22. ad Cellantiam ſcribens, quòd pauci admodum ſunt, qui huic uitio renuncient. Raróque inuenies, qui ita uitam ſuam irreprehenſibilem exhibere uelint, ut hic non libenter reprehendant alienam. Tanta inſuper huius mali libido mentes hominum inuaſit, ut etiam qui procul ab aliis uitiis receſſerunt; in iſtud tamen, quaſi in extremum diaboli laqueũ, incidant. Hæc ille.

Notandum eſt autem, ꝙ inter ſic laxantes habenas ſuas ad obloquendum de aliis, cæteris grauius peccant tria hominum genera.

Primi ſunt, qui detrahunt de ſtatu eccleſiaſticorum, ac religioſorum, quos tamen præ cæteris honorare debent, tũ propter officij, aut ſtatus dignitatem, tum propter neceſſitatem, quia tales perſonæ ſunt per neceſſariæ huic mundo, tum propter ordinationem eius, qui talibus loquitur, dicens. Qui uos audit, me audit. Qui uos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10. Propterea Teleſphorus Papa, prout recitatur in de-

in decretis.1.q.5.ſacerdotes.dicit ſic.Sacerdotes, qui proprio ore corpus domini conficiunt,ab omnibus ſunt obediendi,& timendi,non dilacerandi,aut detrahendi, quia à quibus ſe dñi populus benedici,ſaluari,& inſtrui cupit,nullatenus eos debet arguere,nec vulgus ī eorũ accuſationes ſuſcipi.Hæc ibi.Verum inter eccleſiaſticos multi diſſolutã ducunt uitam,ſed non propterea de ipſis detrahendũ eſt, quin potius orandum,ut Deus dignetur eos emendare,& quantum fieri poteſt,ipſorum ſcelera occultanda ſunt,exẽplo illius ſereniſſimi imperatoris Conſtantini.De quo legitur in decr,diſt.96.ſcripturis,ꝙ ſolitus erat dicere. Verè ſi proprijs oculis uidiſſem ſacerdotem Dei,aut aliquẽ eorũ, qui in monachali habitu circumamicti ſunt,peccantẽ, clamidem meam expoliarem,& cooperirem eũ,ne ab aliquo uideretur.Vnde de eo legitur in hiſtoria eccleſiaſtica, qđ cum ſibi fuiſſent oblatę accuſationes,etiam ſcripto,& hoc contra epiſcopos,libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem epiſcopos,qui accuſati fuerant,conuocãs in eorũ cõſpectu libellos,quos acceperat,incẽdit dicens.Ite, & inter uos cauſas veſtras diſponite,quia dignũ nõ eſt, ut iudicemus Deos.hęc ibi propterea Exod.17.pręcipit dominus dicens.Dijs non detrahes,ideſt,ſacerdotibus,ut exponitur. 11.q.1.ſacerdotibus.

Secundi ſunt,qui detrahunt de maioribus ſuis,& prælatis.Graue enim eſt detrahere de eccleſiaſticis,ut dictũ eſt, ſed multo grauius eſt detrahere de prælatis. In cuius figuram Exodi.11.præcepit dominus dicens.Omnis, qui tetigerit montẽ,morte moriatur.Vnde Nume.12.legitur, qđ cum Maria detraxiſſet fratri ſuo Moyſi propter uxorem,ꝗ duxerat Aethiopiſſam,iratus eſt cõtra eam dñs,& percuſſit eam lepra.Sed profectò hoc cõe,& uſitatũ malum habent ſubditi,ꝙ de facili laxant linguam ſuam ad detrahendum de ſuperiorib.ſuis,forſan dicentes,quòd non bene regunt, quòd nimis rigidi ſunt aliquibus,& nimis benigni alijs,nonnunquam etiam interdum eos de his, quæ non licet homini loqui.Et ideo à talibus,etiam quamuis ſint de minoribus monaſterijs,ſibi habent cauere prælati.Dicit enim Plin.in natur.hiſto.lib.8.ca.10.de elephante,ꝙ quamuis corpore, & fortitudine polleat ſupra cætera animalia,tamẽ ualde timet.

met mures,ne,ſcilicet,ſibi appropinquantes,corrodant plã tam pedum ſuorum, & ſic inhabilis redatur ad ambulandum,itá in propoſito nullus eſt tam magnus, nec tam ſanctus,aut perfectus,qui non debeat timere oblocutiones,& uituperationes ſubditorum, aut infimarum perſonarum, Propter quod de prælatis poteſt dici illud pſ.Sagittæ paruulorum,ideſt, & ſubditorum, & cõtemptibiliũ perſonarũ detractiones factæ ſunt plagæ eorum.ſ.prælatorum,& maiorum,qui quandoque grauiter uulnerantur in fama & honore à uilibus perſonis

Tertii, qui inter cæteros grauiter peccant laxando habenas ad detrahendum, de aliis ſunt illi qui detrahunt de ſuis conſanguineis, parentibus, & amicis, forſan, quia non condeſcenderunt deſideriis,& petitionibus ſuis,etiam malis,& iniuſtis.Propter quod latrant contra eos conquerentes, & dicentes quòd nunquam benè fecerunt alicui de ſanguine ſuo.Item quòd ſunt auari,uſurarii,& cupidi,& quòd non ſatis haberẽt de toto mundo, atque his ſimilia euomere non uerentur contra natales ſuos.Propter quod quicũque ſic à talibus detrahitur,meritò poteſt dicere illud Pſa. Pro eo,ut me diligerent detrahebãt mihi,ergo autem orabam,ſupple,pro eorum ſalute, & emendatione.Inſuper poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.Patet ergo,quomodo nonnuli laxant linguam ſuam ad detrahendum, & ſignanter de tribus generibus perſonarum.

Tertiò principaliter aliqui laxant linguam ſuam ad corrumpendum, ut ſunt illi qui dant aliis ſcienter conſilium malè agendi. Item quales ſunt illi qui alios inuitant ad malum,utpote,ad ludos prohibitos,ad ebrietates ſectãdas ad monopolia,& ſimilia.Item quales ſunt illi,qui cũ multis promiſſionibus, & blandis ſermonibus laborant ſeducere pudicas, & caſtas puellas aut mulierẽ nuptas. Corumpunt inquit,Apo.1. Cor 15.bonos mores colloquia praua. Da exemplum de leproſo,qui ſi de prope alloquatur aliquẽ paruulum,de facili ipſum inficiet,& corrumpet,per hoc, ſcilicet,quòd inficit aerem inter medium. Si etiam illi,qui laxant linguam ſuam ad turpia, quodammodo inficiunt aerem,& perſonas. Propter quòd Apo.Ephe. 5.prohibet huiuſmo-

iuſmodi turpia,& laſciua uerba,dicens.Fornicatio,aut omnis immunditia,ideſt,quæcunque ſpecies luxuriæ, aut turpitudo,ideſt,turpia verba,aut ſtultiloquium,ut ſunt blanda amore carnali plena,& ad laſciuiam prouocantia,ſcurrilitas,ut ſunt verba carnalia ad immoderatum riſum puocantia non nominet in vobis, deinde idem Apoſt. vbi ſupra admonet bonas,& caſtas mulieres,ut ſibi a talibus uerbis pariter,& perſonis lubricis caueant,dicens. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis,ut ſunt ſtultiloquia, ſiue bládę locutiones,ſiue multę promiſſiones,ſiue ſimilia,& notanter Apo uocat prædicta inania uerba.Tum quia ſunt de re,& materia inani,& uana,atque inutili.Tum quia frequenter ſic loquentes,& promittentes aliud habent in ore,& aliud in corde,Pſal.In corde,& corde locuti ſunt.Hoc autem euidenter uidemus in illis,qui ut abutantur,& fruantur concubitu alicuius puellę,pmittunt,quòd illam ducēt in ſpõſam.Cumq; eam corruperint,dimittunt eam, & cum alia contrahunt. Qui ſi ſuper ad inſtantiam puellæ citentur,iurant,quòd nunquam eam cognouerunt affectu maritali. Ecce quomodo ſeducunt uiri lubrici honeſtas uirgines inanibus uerbis.Ex quibus omnibus infero, ꝙ lingua laſciua eſt ualde periculoſa,& ideo uitanda.

DE LINGVA MENDOSA. Cap. XIII.

CONFITEOR *tibi Domine pater cœli, & terræ,quia,ſupple, peccaui nimis locutione.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo tractatum eſt de undecimo peccato linguæ.quòd dicitur lingua laſciua.Hic conſequenter determinãdum eſt de alio peccato eiuſdem linguæ, quod incipit per M,quod appellatur lingua Mendoſa ,de qua põt intelligi illud pſal.Dilexerunt eum,ſcilicet, Deũ nomine uani in ore ſuo,id eſt,in exterioribus uerbis prætenderũt ſigna diuinæ dilectionis, & lingua ſua mentiti ſunt ei, eo quòd tales non ſic habent in mente, prout prætendunt ore.

De

De hac itaque lingua mẽdoſa tria principaliter ſunt ui-denda,quæ ſunt,

Diffinitionis, Conditionis,
Offenſionis.

Primò igitur uidendum eſt de diffinitione mẽdacij. Diffinit,ergo ipſum mendacium Augu.lib.de mendacio,ita dicens.Mendacium eſt falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi. Vnde mendacium à mente deriuatur, eò ꝙ qui mentitur,loquitur contra,id,quod in mente, ſeu corde tenet.Ex prædicta ergo diffinitione mendacij, quã etiam refert Magiſt.ſenten.diſtinct.38.tertij,patet,quòd duo ſunt, quæ conſtituunt mendacium formaliter,& propriè ſumptũ,uidelicet,falſitatis expreſſio,& intẽtio fallendi, ꝙ eſt loqui cõtra id,ꝙ eſt in mente.Et in illo conſiſtit formalis ratio mendacij.Propter quod ſemper ibi eſt peccatũ, etiã dato,quòd qui loquitur,dicat uerum.Verbi gratia,aliquis interrogatus dicit Petrum eſſe in domo,quẽ tamẽ ibi non credit eſſe.Sed à parte rei ibi eſt talis,ſic reſpondens utique peccat,quia contra mentem loquitur.Vnde glo.ord.ſuper illo uerbo pſal.Labia doloſa in corde,& corde locuti ſunt,dicit,ꝙ ubi eſt duplex cor,ſic,ſcilicet,quòd aliud dicitur,& aliud intenditur,ibi eſt mendaciũ.Nã ut dicit Aug. de uerbis Apoſt.ſermo.27.Intereſt,quemadmodum uerbũ ꝓcedat ex animo.Ream enim linguam non facit,niſi mẽs rea.Et ibi dat exemplum de illo,qui crederet, ꝙ non pluit, & tamen à parte rei pluit,ſi talis dicat pluit,in illo caſu mẽdax eſt.Hæc ille.Et per oppoſitum,ſi quis dicat aliquid eſſe falſum,credens tamen illud eſſe uerum,non propriè mẽtitur,niſi materialiter,nec eſt reus mendacij,niſi ꝓpter negligentiam inquirendi ueritatem in conſiderãdo,ſi uerum ſit,quod dicit,& præcipuè in rebus alicuius importantiæ, uel ubi damnum,aut ſcandalum ſequi poteſt, mendacium ergo quantum ad materiale importat falſitatis expreſſionẽ,q̃ quidem expreſſio non ſolum fit uerbis,uerũetiã operibus,& ſignis.Vnde dicit Ambro.in ſermo. De dominica, de Abraham,& ſimiliter recitatur in decre.22.q.5.cauete, quòd non ſolum mendacium conſiſtit in uerbis, uerũetiã in ſimulatis operibus,mendacium namque eſt ſe Chriſtianum dicere,& opera Chriſti non facere. Mendacium eſt ſe

profiteri

profiteri epiſcopũ, ſacerdotẽ, uel clericum,& cõtraria hic ordini operari. Hæc ibi. Et ſic patet de primo principali.

Secundò principaliter uidendũ eſt de diſtinctione,& pluralitate mendacii. Pro quo notandum cõformiter ad ſacros doctores, prout d. Huſè habetur tert'o ſent. diſt. 38. Item in decre. 22. q. 2. primi, quòd triplex eſt mendacium in genere, uidelicet,

Perniciofum. Iocoſum,
Officioſum.

Primum igitur mẽdacium uocat̃ pernicioſum. Et iſtud ſemper eſt mortale peccatum, ideo pernicioſum dicitur.

Huiuſmodi autem mendacium tribus modis committitur, prout etiam declarat B. Thom. 22 q. 110. art. 2.

Primò quidem committit̃ in doctrina Chriſtiana, utpotè ſi quis diceret Chriſtum non eſſe natum de Maria Virgine. Item ſi quis ſcienter impugnaret ſacrã ſcripturã. Item ſi quis diceret aliquid contra bonos mores, utpotè, ꝙ fornicatio nõ eſſet mortale peccatum, aut ſimile de uſura. Item ſi qs dogmatizaret omnes Chriſtianos in die iudicij fore ſaluandos. Item de paruulis Chriſtianorum non baptizatis,& huiuſmodi Hæc.n.omnia mendacia ſunt directè contra ſacrã ſcripturã,& per cõſequens mortalia ſunt,& pernicioſa.

Secundò mendacium pernicioſum committitur, cũ quis in iudicio mentitur, damnificando proximũ, & iſtud mẽdacium principaliter inuoluit falſos,& fabricatoris teſtes. Sic enim mentiti sũt illi duo presbyteri inueterati dierũ malorum, qui falsò, accuſauerunt pudicam, & caſtam Suſanã. Dan. 13. Idem de illis duobus falſis teſtibus, qui depoſuerũt falſum teſtimonium contra Chriſtum corã Caypha. Mat. 26. Inſuper iſtud mendacium inuoluit illos peſſimos uiros qui in iudicio, ſiue alibi denegãt aliis debita ſua. Nota ad hoc propoſitum hiſtoriam in legenda beati Nicolai de illo Chriſtiano, qui denegauit corã iudice pecuniam, quã mutuo acceperat à quodam iudæo.

Tertiò mendacium pernicioſum committitur, cum quis mentitur contra famam alterius. Et hoc modo mentita eſt uxor Putipharis, qui infamauit falsè caſtiſſimum illum Ioſeph, dicẽs, ꝙ uoluerat eã opprimere, quod omnino falſum erat. Gen. 39. hoc modo etiam mentiti ſunt impii Iudæi, ad

uerſus Chriſtum ſummã ueritatem,& ſignanter Scribæ,& Phariſęi, utpotè,dicentes eum peccatorẽ mendacem uora cem,publicanorum,& peccatorum amatorem,ſeductorem populi, demoniacum, blaſphemum prohibentem tributa dari Cæſari,gentis ſubuerſorem, & multa ſimilia, ut patet in multis locis ſacrorũ Euangeliorum.Similiter hoc modò mentiti ſunt quidam Athenienſes, qui de Paulo dixerunt. Nouorum dęmoniorum annunciator uidetur eſſe homo iſte.Act.16. Vnde tales tenetur ſub pœna æternæ damnationis ad reſtitutionem fſamę alterius,quòd tamẽ raro,aut nunquam facere uolunt Patet ergo,quomodo mendacium pernicioſum,ſeu mortale committitur tribus modis.

Secundum mendacium dicitur iocoſum, quod,ſ. delectat,& fit ſocialiter,aut ſolatii modo,nõ reſpectu cuiuſcũq; rei malę ſed ſolum reſpectu rei iocoſæ Nec tamen tale mẽdacium eſt abſque peccato,ſed tamen de per ſe, non eſt niſi ueniale peccatum.Poſſet autem eſſe mortale peccatum de per accidens,uidelicet, ratione ſcandali, uel cuiuſcunque damni inde ſequentis. Da exemplum de taliter mentiente cui forſan dicit aliquis .Tace,quia ſcandelizas tales ,& tale hic præſentis.Ipſe uerò non ſolum non tacet uerumetiam peramplius laxat habenas ad taliter mentiendum.Tales ergo de per accidens mortaliter peccant.Committitur autẽ tale mendacium duobus modis.

Primò,quidem cum quis mentitur ſola libidine mentiẽdi, ſeu ẽt alium taliter fallendi.Et taliter ſepę mentiunt illi,qui quadam priuata familiaritate ſibi inuicem iũguntur ut ſi quis alteri,qui fortè alias eum in ſimili fefellit,diceret uadatis ad talem locum,ubi quęritur pro uobis;hoc autem dicit,ut eum priuet bono prandio,vel huiuſmodi.

Secundo committitur cũ quis mentitur cupiditate placendi aliis & eos delectandi. Sicut accidit in illis, qui cum mendaciis ſuis prouocarent ad riſum unum aceruum lapidum, ut uulgò dici ſolẽt.Da etiã exemplum de illo,qui uidens alium triſtem, melancholicum , dicit aliquam facetiam quæ tamen non caret mendacio. Hoc autem facit, ut ſic eum recreet,& reueletã nimia triſtitia.

Tertium mendacium dicitur officioſum,quòd prodeſt alicui. Cõmittitur autem huiuſmodi mẽdacium ex quadã

pietate

pietate ad vtilitatem proximi. Hoc autem poteſt fieri tripliciter, ſecundum q aliquis poteſt prodeſſe proximo ſuo per ſuum mendacium ad conſeruandum tria bona in eo.

Primò quidem ad conſeruandum uitam eius. Verbi gratia. Aliquis habens gladium euaginatum, & totus furioſus quærit alium interficere, currens poſt eum per unam uiam Tu autem uidens, & uolens obuiare tanto diſcrimini, dicis illi, q ille quem quærit, per aliam viā declinauit. At ille tibi credens dimittit uiam inceptam, & ſe diuertit ad aliam. Sicque ſaluas vita proximi per mendaciū tuum officioſum quod nō licet. Et de hoc hiſtoriam habes in legenda B. Barbaræ de quodam paſtore ouium, qui mentitus Dioſcoro patri eius quærenti eam occidere. Talis .n. benè egit in hoc, q uoluit ſaluare vitam innocentis puellæ. Sed tñ ſibi non licuit ppea mentiri. Quinimmo potius debuiſſet permittere illam milleſies occidi, ſi fieri potuiſſet, quàm ſemel mentiri. Eſt enim maxima apud Theologos, & iuriſtas, quod non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Tale etiam fuit mendacium obſtetricum Ægypti. Exod. 1. Et tamen tale mendaciū culpæ leuioris, quod tamen uiri perfecti ſummoperè fugiunt, ne animæ ſuæ noceant, dum nituntur præſtare uitam carni alienæ, quanquam hoc ipſum peccati genus facillimè credatur relaxari, vt dicit Grego. lib. 8. Moralium. cap. 2.

Secūdò quis mētiendo pōt prodeſſe proximo ſuo ad cōſeruandū honeſtatem illius. Verbi gratia. Aliquis malus ribaldus obuiat alicui pulchræ mulieri, quæ eſt in comitatu alicuius honeſti uiri. Dictus ergo ribaldus vult eam opprimere. Quod alter videns dicit eā eſſe ſuam vxorem, & hoc dicit, vt conſeruet honeſtatem illius. Quo audito alter uadit viam ſuam. Hoc enim mendacium etiam leue eſt, maximè cum nulli noceat. & alicui proſit, & taliter mētiri cōſuluit Abrahā vxori ſuæ Saræ, cum dixit ei. Dic quæſo, quod ſoror mea es, vt benè mihi ſit ob gratiam tui. Nam ſi dixeris, quod vxor mea es, me interficient Aegyptij, & te reſeruabunt. Gene. 12.

Tertiò quis mentiendo poteſt prodeſſe proximo ſuo ad conſeruandum ſubſtantiam eius temporalem. Verbi gratia. Tranſit aliquis ſcholaris rendens Pariſius ſtudij gra-

tia habens ſuper ſe pecuniam bonam. Superueniunt autẽ aliqui latrunculi, uolens eum ſpoliare, aut forſan occidere, quod attendentes uiri probi concomitantes eum dicunt prioribus. Vos laboratis in uanum, nam iſte ſcholaris adeo pauper eſt, quòd demus ſibi expenſas gratis, quamuis ergo tales bonum intendant, medium tamen nõ eſt debitũ, quia ut dicit Aug. ſuper pſal. Pſalmus 5. exponendo illud uerbũ. Perdes omnes, qui loquũtur mendacium. Vir perfectus, & ſpiritualis non debet mentiri pro iſta temporali uita, aut ſubſtantia ſiue ſua ſit, ſiue alterius. Sed forſan dices tibi licere mentiri ſaltem in illis caſibus, in quibus mendacium tuum nemini obeſt, & alicui prodeſt. Certè hoc tibi negat Aug qui in Enchirid. c. 21. dat talẽ inſtãtiam. Poſſumus inquit iurando aliquando alicui prodeſſe, præſertim ſi pauper cui damus non ſentit incommodũ, & diues cui clã tollimus non ſentit commodum, nec tamen ideo tale furtum quiſquam dixit non eſſe peccatum. Dat etiam conſequenter, ibidem aliam inſtantiam, dicens, Poſſumus adulterãdo alicui prodeſſe, utpotè, ſi aliqua niſi ei conſentiatur appareat amando moritura, etſi uixerit pœnitendo purgabitur nec tamen ideo tale peccatum negabitur adulterium. Hæc Auguſt. ubi ſupra. Patet ergo in nullo caſu licere mentiri, quamuis in multis caſibus occultanda ſit ueritas. Et ideo grauiter illi ſe decipiunt, qui ob conſeruandam uitam propriam, aut alienam, ſiue famam, aut ſecretum, ſiue quodcunque ſimile credunt ſibi licere mentiri, ſicut ille de quo loquitur ſequens hiſtoria.

Refert enim Dom. Ant. in chronica ſua. part. i. tit. 10. c. 5. §. 11. de quodam puero Romano, qui dicebatur Papyrus, quem pater ſolebat manu ducere ad Conciſtorum Senatorũ. Quadam igitur die ualde importunè ſollicitatur à matre, ut illi diceret, quid tandiu in conciſtorio tractaretur. Cui cum prudenter reſpondiſſet, ꝙ non licebat reuelare ſecretum tantorum uirorum, ac ſapientem, tandem dicta mater cœpit minari ſibi uirgam. At ille, uelut totus tenellus hoc timens dixit, quòd ibi tractabitur, quid magis expediret, uel uirum unum duas habere uxores, uel è conuerſo. Illa autem quam primum hoc audiuit non ſiluit, ſed cucurrit ad ſodales ſuas Romanas dominas, illis narrans propo-

ſitum,

ſitum. Propter quæ noua illa in craſtinum ſimul adierunt conciſtorium inſtanter poſtulantes, ut potius diffiniretur, q̃ una mulier poſſit duos uiros ſimul habere, q̃ econuerſo. Ad quæ uerba totus obſtupet Senatus, atque unde proceſſiſſent, interrogat. Mater igitur Papyrij cauſam aperit. Tandem dictis dominabus Romanis auditis, ſed non exauditis, ſtatuerunt Senatores de cętero nõ introducere paruulos, cum patribus in conciſtorio, Papyrio tñ dempto quẽ laudauerunt ex fictione ſua. Hæc ubi ſupra. Talis ergo paruulus laudatur, non quidem de mendacio, ſed de affectu pio, quia, ſ. noluit ſecretum Senatorũ reuelare. Hoc etiam modo laudantur obſtetrices regis Pharaonis, quæ uſæ ſunt mendacio, ut ſaluarent uitam paruulorum mulierum Hebrearum. Exod. 1.

Infertur ergo ex omnibus dictis, q̃ omne mẽdacium uitioſum eſt, tanquam habens in ſe inuolutam malitiã etiã inſeparabiliter. Nihilominus non oĩa mendacia ſunt eiuſdem grauitatis, ſed aliqua mortalia, & aliqua uenialia, ut oſtenſum eſt. Inſuper inter ea, quę ſunt uenialia, aliquod mendacium eſt grauius, aliud leuius. Vnde Aug. in Enchir. c. 17. poſtquam poſuit iſtam quæſtionem, utrum, ſ. ad officium hominis iuſti pertineat aliquando mentiri, tandem reſoluit, dicens. Mihi uidetur peccatum eſſe, quidem omne mendacium, ſed multum intereſſe quo animo, & quibus de rebus quiſque mentiatur. Non enim ille ſic peccat, qui conſulendi, quomodo ille, qui nocendi uoluntate mentitur. Nec tantum nocet, qui uiatorem mentiendo in aduerſum iter mittit, quantum is, qui uiam uitæ mendacio fallente deprauat. Hęc ille. Et ſimiliter recitatur in decretis 22. q. 2. mihi autem. Patet ergo intentum, & per conſequens de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidẽdum eſt de offenſione, ſeu grauitate mendacij, & ſignanter, quòd dicitur pernicioſum. Huius ergo mendacij grauitas oſtenditur propter multa, uidelicet, quia

Deo contrariatur,
Proximo iniuriatur,
Proprio actori aduerſatur,
Diabolum imitatur,

A cęlo excluditur,
Ad infernum demergitur.

Primò igitur dico, quòd mendacium Deo contrariatur. Deus enim eſt ipſamet ueritas per eſſentiam Iohan.9. Ego ſum uia, ueritas, & vita. Quemadmodum ipſe veritaté ſum mè diligit, dicente. pſal. Ecce ueritatem dilexiſti. Ita ſummè mendacium odit cum auctore ſuo. Propterea Iac.3. nos ad monet ipſe Iacobus, dicẽs. Nolite mendaces fieri aduerſus ueritatem. Meritò ergo homo mendax poteſt clamare ad dominum, & dicere illud Iob.7. Peccaui, ſcilicet, mẽtiendo, & contra ueritatem loquẽdo. Quid igitur faciam tibi ò cu ſtos hominum. Quare poſuiſti me, ideſt, poni permiſiſti cõ trarium tibi, & factus ſum mihimet ipſi grauis. Cur nõ tol lis peccatum meum, ſup. per gratiam, & miſericordiã tuã illud mihi remittendo, & quare nõ aufers iniquitaté meã, ideſt, mendacium meum quod eſt iniquum. Ratio aũt qua re hoc poſtulo, eſt, quia ſcio in breui me moriturũ. Ideo ſe quitur. Ecce nunc in puluere dormiã, ſupple, per morté, & ſi mane, ideſt, i die reſurrectionis generalis, quę fiet mane, iuxta illud pſal. in matutino interficiebam oẽs peccatores terræ, me quęſieris per reſurrectionem corporalem, nõ ſub ſiſtam, ſ. per uitam gratiæ, aut glorię, & ſic patet quomodo mendacium contrariatur Deo. Vnde Prouer.6. ubi enumerantur illa ſeptem, quæ ſummè odit Deus, computatur lingua mendax. Et eiuſdem 12. dicitur. abominatio eſt Domino mendacium.

Secundò mendacium proximo iniuriatur. Nam per mẽ dacium homo homini fidem non ſeruat, quinimmo ipſum decipit defraudat, & fallit. Cũ tamen dicat Apo. Col.3. Nolite mentiri inuicem, i. uno conſenſu, ut ſolent multi mercatores facere, qui fabricant ad inuicem mendacium, dicentes. Dicamus hanc rem uenalem tantum nobis conſtitiſſe, uel tanto precio eam comparaſſe, & hoc, ut eam charius uẽ dant, etiam notabiliter excedendo latitudinem iuſti precij. Propter quod talibus meritò poteſt dici, & improperari il lud Iob.13. Vos eſtis fabricatores mendacij, ſed dicunt mercatores. Certè pater, ſi non parum mentiretur uendendo mercãtias, moreremur fame. Quinimmo neceſſe eſt nos frẽ quenter iurare, & periurare, ſicut & cæteri faciunt. Sed tali

bus

bus reſpondetur, ꝙ hoc totum facit praua eorum conſuetudo. Nam ſi homines eſſent aſſueti de plano dicere ueritatē, & in uno uerbo taxare ualorem, ſeu preciū rei uenalis, ita bene, & forſan melius illis crederent homines, ſicut cū ſuis infinitis mendacijs iuramentis, & periurijs.

Vnde legitur in dialogo Cæſarij, quòd fuerūt Coloniæ duo mercatores ditiſſimi, q̄ ad uerbum cuiuſdā prędicatoris uoluerunt omnino abſtinere ab huiuſmodi mēdacijs, & iuramentis in uendendo, & emēdo, atque ꝑ annū ſic abſtinuerunt. Hi ergo anno reuoluto redierunt ad dictū ꝑdicatorem plangentes ſe, quòd nihil amplius lucrabātur, ex quo, ſcilicet, cęperant ſimplici uerbo uēdere, quos ille hortatus eſt ad perſeuerantiam: Mira res, nam nō multo poſt cęperunt homines eos frequētare, etiam plus cęteris ſuæ artis. Factiq́ue ſunt in breui duplo ditiores, quā prius, ita ut & ipſi de hoc mirarentur. Reuerſiq́ue ſunt ad dictū bonum ꝑdicatorē gratias illi referentes, de tam bono, & ſalubri conſilio, per quod liberati eſſent ab illa praua cōſuetudine, & à multis peccatis, inſuper in rebus ſecundis multū ditati, Vade, & tu fac ſimiliter. Sed, proh dolor, pauci admodum mercatores uolunt prædictus imitari. Quin immo, ut dicit Chryſo. ſuper Matth. in opere imperfecto, Homi. 35. & recitatur in decre. diſt. 38. eijciens, mendacium ꝓcipuè regnat in mercatoribus, mercator enim ſine mendacio, & periurio nullus eſſe poteſt, Hæc ibi.

Tertiò mēdacium proprio auctori aduerſatˀ in hoc, ſcilicet, quòd homo mentiendo loquitur contra conſcientiā. Vnde mentiri eſt contra mētem ire, ſimiliter aduerſatˀ auctori ſuo, quo ad temporalia bona. Facit enim, ut homini mēdaci de facili non credatur. Propter quod, ſi cupit aliq̄d ſibi mutuari uſque ad præfixum tempus, quodcunque ſit illud, rarò inuenit mutuantē, eò quòd commune eſt eum mentiri ſibi mutuantibus, nec uerax inuenitˀ in promiſſis. Et hoc eſt, quod ait Iſid. de ſummo bono lib. 2. ca. 30. Mēdaces, inquit, faciunt, ut nec eis uera dicentibus credantˀ. Reddit enim ſæpe hominem multa falſitas, & mendoſitas etiā in ueritate ſuſpectum Hæc ille.

Quartò mendacium diabolum imitatur. De ipſo enim diabolo ſcribitur Iohan. 8. quòd mendax eſt, & pater eius,

ideſt,primus inuentor mendacij.Nam primum mendaciũ fuit pronunciatum a dæmone in ſpecie ſerpentis apparẽte primis parentibus in Paradiſo terreſtri,quando, ſcilicet,uenit eos tentare,ut de ligno uetito comederent Cũque Eua reſpondiſſet,abſit,quòd comedamus de huiuſmodi ligno,ne fortè moriamur,ait dęmon.Nequaquã morie mini,ſed quamprimum de illo comederitis,eritis ſicut dij, ſcientes bonum,& malum Gene.3.Ecce quomodo diabolus primò adinuenit mendacium.Vnde etiam ex tunc non ceſſauit inducere homines ad mendacium.

In cuius rei ſignũ refert beatus Amb.ſuper pſal. Beati maculati.Serm.12.quòd cum Propheta Eſaias in carcere cuſtodiret,& durè tractaretur,apparuit ei diabolus dicẽs. Dic,quòd non à Domino locutus es,quæ dixiſti, & omnium mentes in te mutabo,ut qui tibi indignantur abſolutionẽ conferant.At uerò ille gratius iudicauit pro ueritate pati ſupplicium,quã ꝑ adulatione beneficiũ.Hæc ille.

Quintò mendacium à cœlo excluditur.Regnat enim ibi ſumma ueritas,quæ non ſecum patitur mendaciũ, nec ſimiliter illic ſinit intrare mendaces,quia,ut habetur Apo. Non intrabit in illam,ſcilicet,cœleſtem Hieruſalẽ aliquid coinquinatum,aut mendacium.In cuius rei ſignum Dominus mendaces filios alienos appellat,dicẽs in pſal.Filij alieni,ſup.à regno cęleſti mentiti ſunt mihi.Dicunt ergo homines mendaces filij alieni,eò quòd à Deo repudiant tãquã ſpurij,& per conſequens,tanquam nullum ius habentes in hęreditate patris cœleſtis Sequitur in pſal.filij alieni, idẽ qui prius inueterati ſunt,ideſt,in peccato ſuo inueterantur.& habituantur,quia mendaciũ,ſi aſſueſiat,mox uertitur in conſuetudinem,adeò q; de cętero,non niſi cũ graui difficultate poteſt homo ab illo reſilire.Nã,ut habetur Prou. 10.Suauis eſt homini panis mendacij,ſequit & claudicaue runt,ſup.homines mendaces à ſemitis.Quærunt enim tales,ſemper uias obliquas falſitatis,& palliationis, nec incedere uolũt per uiam rectam,& regiam ueritatis.pſal.Filij hominũ uſquequo graui corde,ſupple,exiſtis,ut qd diligitis uanitatẽ,& q̃ritis mendaciũ,non dicit quæritis ueritatem,ſed mendacium,& ideo ueritatem illam ſummã,quæ Deus eſt,nõ inueniẽt,ſed ab eą tandẽ perpetuò excludent

Sextò

Sextò mendacium tandem ad infernum demergitur cũ actoribus ſuis,pſal.Perdes tu,ſup.Deus omnes,qui loquũtur mendacium,ſup.pernicioſum,& mortale,Aliàs ſi generaliter deberet intelligi,de quolibet mendacio nullus ſaluaretur,ſed omnes perderentur,quia teſte eodem pſal.in alio paſſu Omnis homo mendax.Simile enim attrahit ſibi ſimile.Et quia mendaces ſunt ſimiles dęmonibus,q. ſũmè ſunt mendaces,ideo finaliter debẽt ad eos trahi,& cũ eis ĩ inferno ꝑpetuò cruciari.Propterea de talibus loquẽs Iohan.Apo.21.dicit,quòd omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagnum ignis,& ſulphuris. Hoc autem intellige,ut prius,uidelicet,de mendacio pernicioſe,& nõ iocoſo,aut ueniali,quod ſolum obligat ad pœnam temporalẽ, ſiue in præſenti,ſiue in futuro.Donet autem nobis ille, q. eſt ipſa ſumma ueritas taliter uitare mẽdacium, & loqui ueritatem ad proximos noſtros,ut ſic ꝑuenire mereamur ad cœleſtẽ gloriam,Ad quam nos perducat,qui in trinitate perfecta uiuit,& regnat.Amen.

TRACTATVS SECVNDI TERTIA PARS.

IN QVA CONFORMITER AD MATERIAM, quæ tãgitur in Confiteor, agitur de peccato operis. Cap. Primum.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,& terrę quia, ſupple ,peccaui nimis opere.*] Matth.11. Poſtquam in pręcedẽti parte,quæ eſt ſecũda huius ſecundi tractatus determinatũ eſt de peccato locutionis,tam in generali, quã in particulari cõſequẽter in hac tertia parte eiuſdẽ tractatus agendũ eſt de peccato operis.Et hoc dupliciter.Primo quidem in generali.Secundò uerò in ſpeciali in ſequẽti cap.In generali ergo tractando de peccato operis poſſunt moueri aliqua dubia.Primum eſt,utrum ſit aliquod peccatum operis.

Secun-

Secundum eſt. Quare ſpecialiter prohibetur peccatum operis.

Tertium eſt. Vtrum peccatum operis addat ſuper peccatum cordis.

Primum igitur dubium eſt. Vtrum ſit aliquod peccatũ operis. Pro ſolutione huius dubij ponam tres ueritates.

Prima igitur ueritas. Capiendo opus generaliter, prout ſe extendit ad omnem actum poſitiuum, omne peccatũ cõmiſſionis poteſt uocari peccatum operis, ſiue conſiſtat in actu interiori tantũ ſiue in actu exteriori coniũcto actui interiori malo. Cõſtat enim, ꝙ oĩs ꝑpetratio mali eſt aliqđ opus, ſiue hmõi mali ꝑpetratio cõſiſtat interius tãtũ, ſiue ẽt prodat exterius. Vnde ſolet à Theologis diſtingui opus, uidelicet, in opus operans, & in opus operatũ. Vbi ꝑ opus operans intelligitur omnis actus interior uoluntatis, ſiue ſit electus ſiue imperatus. Opus autem operatũ deſignat ipsũ actũ exteriorẽ imperatũ ab interiori. Verbi gratia Olim in circũciſione opus operans erat actus interior, quo adultus uolebat ſe ſubmittere legi antiquæ, q̃ hoc ꝑcipiebat, vel erat bonus actus, ſiue fides in parẽtibus, & hoc quo ad paruulos. Actus ãt exterior, erat actualis applicatio ipſius circunciſionis. Similiter in nouo teſtamento, quo ad ſacramentum baptiſmi poſſumus idem dicere, & reperire ſuo modo.

Secunda ueritas. Capiendo opus ſpecialiter, & ſecundũ uſitatum loquendi modum, peccatum operis, dicĩ actus malus, prout differt à peccato cordis, & oris, vt eſt furtũ, homicidium, adulterium, & ſimilia.

Ad cuius euidentiam notandum, ꝙ peccatum cõmiſſionis diuiditur in peccatum cogitationis, locutionis, & operationis, quæ quidẽ diuiſio tripliciter patet, uidelicet, auctoritate, ratione, ſimilitudine. Primò quidẽ auctoritate Hieron. ſuper Ezechie. dicentis. Tria ſunt peccatorũ genera, quibus humanum genus ſubiacet. Aut enim cogitatione, aut ſermone, aut operatione peccauimus. Similiter Auguſtinus dicit, quòd peccatum eſt dictum, ecce peccatum oris, uel factum, ecce peccatum operis, uel concupitum, ecce peccatum cordis contra legem Dei. Ecce formalis ratio peccati. Secundò ratione. Nam iſta diuiſio aſ-

ſigna-

ſignatur ſecundum gradus,quibus fit proceſſus ad complementum peccati. Qui quidem gradus attenduntur ſecundum quod ſecundus actus includit primum,& tertius ſecũdum.Verbi gratia. Primus gradus ſuper quem addunt alij eſt uoluntas interior, ſcilicet, peccatum cordis. Secundus huic additus,& qui etiam ipſum primum exprimit eſt peccatum locutionis. Nam uoces ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima paſſionum,ut habetur 1.Periher. Tertius gradus eſt peccatum operis,tanquam complementum,& conſummatio omnium prędictorum. Tertiò idẽ probatur triplici ſimilitudine,videlicet,artificiali,naturali,morali.Primò q. dem ſimilitudine artificialis,uidelicet,domus, in qua ſunt tria,uidelicet,fundamentum,tanquam principium,erectio parietum,tanquam medium:tectum,vt complementũ domus.Secundò uerò ſimilitudine naturali,ſ.generationis animalis,in qua ſunt tria.Nam primò cor generatur. Secundò ſequitur membrorum productio, & diſtenſio.Tertiò tãquam complementum totius corporis bruti, uel hominis ſubſequitur formatio. Tertiò autem ſimilitudine morali, videlicet,hominis iracundi, q primò turbatur in corde,ex eo,ſ.q appetit vindictã.Secundò in uerba contumelioſa ꝓrumpit.Tertiò in opera,& facta iniurioſa procedit, utpote percutiendo,uel huiuſmodi.

Tertia ueritas.Neceſſe eſt ponere peccatum operis. Cũ enim peccatum nõ ſit aliud,quàm præuaricatio legis ęternæ,& cęleſtium inobedientia mandatorũ, ut vult Amb.li. de Paradiſo.c.8.inter mandata autem cęleſtia, ſeu diuina, aliqua ſunt,quæ prohibent actum exteriorem,ſiue opus exterius malũ,conſequens eſt ponere peccatum operis.Et ſic patet de primo dubio,& p conſequẽs de primo principali.

Secundum dubium eſt.Cur ſpecialiter prohibetur peccatum operis.Nunquid non ſufficiebat prohibere peccatum cordis,ſeu malã concupiſcentiã à qua,& ſine qua actus exterior non dicitur malus? Cur ergo, poſtquam dictũ eſt à domino,non concupiſces uxorem proximi tui,& ſimiliter, non concupiſces rem proximi tui, ab eodem,additum eſt. Nõ mechaberis, & ſimiliter,non furtum facies,ut habetur Exo.20.Cur ergo ita factum eſt,ut diſtinctis pręceptis ꝓhiberetur actus interior,& exterior malus.

Reſpon-

Reſpondeo ad hoc poteſt dici, quod ita oportuit fieri propter conditionem populi,cui dabantur præcepta decalogi. Erat enim pro maiori parte populus durus,groſſus,& ruſticalis,qui paruam æſtimationē faciebat de peccato cordis, ſiue de concupiſcentia uxoris alienæ,ſiue de deſiderio ſubſtantiæ alienæ.Et quamuis lex hoc prohiberet,quia tamen tranſgreſſores non puniebat, ſed punitionem remittebat ad dominum, ideo opus fuit ponere duo præcepta prohibentia actum exteriorem malum. Hæc, ſcilicet. Non mechaberis. Non furtum facies, etiam ſtatuendo pœnam contra tranſgreſſores huiuſmodi præceptorum. Per hoc enim differt lex diuina ab humana, quia lex humana ſolū iudicat de exterioribus,uidelicet, de peccatis oris, & operis,non autem de peccatis cordis. Lex autem diuina iudicat de peccatis occultis, ideſt, de peccatis cordis, & oſtendit illa eſſe punienda. Quia, ut dicit Chryſoſto. & recitatur. 22. quæſt iuramenti. Deus non ex operibus tantum iudicat, ſed ex cogitationibus, & ex corde. Cuius ratio aſſignatur 1.Reg.16. cum dicitur. Homines uident,quæ foris apparent: Deus autem intuetur cor. Hinc eſt,quòd cōmuniter ſolet dici in ſchola Theologiæ, quòd lex uetus cohibebat manum, non animum, non quidem ad hūc ſenſum,quòd non prohiberet peccata cordis, ut patet ſpecialiter in prædictis duobus præceptis de non cōcupiſcendo uxorem,aut rem proximi ſui,ſed ad hūc ſenſum, quia non puniebat pœna,temporali,aut corporali peccata cordis,aut malas concupiſcentias, quemadmodum puniebat peccata operis prohibita per alia præcepta. Secus autē de lege gratiæ, quæ omnia peccata punit,etiam quantumcūque occulta,ſaltem in ſacramentali confeſſione.Et ideo, ut dicit Aug.bona eſt lex,ſcilicet,gratiæ,quæ dum concupiſcentiam prohibet,omne malum prohibet. Sed forſan contra prædicta obiicies,& dices,quod in aliis pceptis negatiuis non alio præcepto prohibetur actus interior, & alio actus exterior.Cur ergo potius iſtud obſeruatur, circa duo prędicta præcepta,quàm circa illud. Non occides,cui non additur.Non concupiſces mortem innocentis.Ad hoc reſpōdetur,quod ratio huius eſt,eò quod concupiſcentia magis trahit ad duo prædicta,ſcilicet,ad cōcupiſcendum uxorem

rem proximi ſui,aut ſubſtantiam eius, quàm ad alia.Vnde Pſalm.Concupierunt concupiſcentiá in deſerto,id eſt,duarum rerum,ſcilicet,gulę,& luxuriæ, vt patuit de Moabitis. Et ſic patet ad ſecundum dubium.

Tertium dubium eſt tale.Vtrum peccatum operis addat aliquam ſpecialem rationem vitij,& culpabilitat s,ſiue malitiæ vltra peccatū cordis. Hoc eſt quærere ſub alijs,& vſitatis terminis,& verbis.Vtrum actus exterior addat aliquā malitiam ſupra actum interiorem malum.Ad hoc dubium reſpondet beatus Thom.1.2.q.12.ar.4.Item 4.ſent.diſt.40. ar.3.diſt.quod in actu exteriori bono,vel malo pōt eſſe duplex bonitas,vel malitia, una quidem principalis,& eſſentialis,quæ attenditur ex fine principaliter intento ad actu interiori. Et quãtum ad hoc actus exterior,nihil addit bonitatis,vel malitiæ ſuper actum interiorem,niſi forſan contingat actum interiorem per exteriorem intēdi.Sunt enim aliqui actus exteriores,qui propter uehementē delectationem nati ſunt intendere actum interiorem , ſicut patet de actualiter fornicante , cuius voluntas magis inflammatur, & intenditur,quam prius. Alia autem bonitas.vel malitia pōt reperiri in actu exteriori ex parte materię,circa quam verſatur,& ex parte circunſtantiarum debitarum. Et tunc addit aliquam bonitatem , vel malitiam accidentalem, tamen,ſupra actum interiorem illi correſpondentem. Exemplum de actu exteriori bono,ſicut actualis perpeſſio mortis propter Chriſtum, cui correſpondet Aureola tanquam præmium accidentale,quæ non debetur ſoli actui interiori etiam quantumcunque intenſo, Exemplum de actu exteriori malo,ſicut de actualiter fornicante, qui per hoc amittit irreparabiliter aureolam virginitatis,quam tamen non ſic amittit per ſolam volitionem fornicandi. Patet ergo ad quæſitum,& per conſequens de peccato operis in generali dicta ſufficiant.

DE MANV FVRATORIA. *Cap.* II.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis opere.*] Matth. 11.

Poſtquam dictum eſt in generali de peccato operis, conſequenter de eodem dicendũ eſt in particulari. Vnde tractabimus de aliquibus ſpeciebus illius,& ſignanter per quas ſæpius contingit homines peccare.Huiuſmodi autem ſpecies deſcribemus ſub nomine manuum. In primo igitur loco loquendũ eſt de manu furatoria,de qua poteſt intelligi illud uerbum Apoſtoli,Ephe.4. Qui furabatur,iam nõ furetur,ſed magis operetur manibus ſuis. Fur autem uidetur operari manibus alienis,inquãtum accipit lucrum operis aliorum. Hæc autem manus habet quinque digitos, ſecũdum quod ſunt quinque genera hominum communiter furtum cõmitentium, capiendo tamen furtũ generaliter, ut ſe extendit ad rapinam, & quamcunque iniuſtam poſſeſſionem rei alienæ,Hi ergo digiti uocantur his nominibus.ſcilicet,

Iniuſtæ præſcriptionis,
Inuentorum retentionis,
Domeſticæ habitationis.
Depoſitorum abuſionis,
Beneficiorum perceptionis.

Primus igitur digitus manus furatoriæ uocatur iniuſtæ præſcriptionis.Et cum hoc digito committunt furtum quicunque illegitimè præſcribunt aliquam poſſeſſionem, domum,agrum, vineam,vel ſimile. Voco autem illegitimam præſcriptionem,quæ fit mala fide, & conſcientia reclamante.Nam ut habetur de reg.iu.li.6.Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.

Pro quo notandum ſecundum Ray.in ſumma ſua,quod præſcriptio eſt acquiſitio dominij, per cõtinuationem poſſeſſionis per ſpacium temporis à lege diffiniti. Sic enim notatur.C.de long.tempo.præſcrip.l.1.quæ incipit.Mala fide. Tempus autem à lege diffinitum ad præſcribendũ eſt xx.

annorum,vt habetur,vbi ſupra, lege ſequenti,quæ incipit, præſtat. Quod quidem tẽpus currit tam inter abſentes, q̃ præſentes,vt dicit glo. ibidem. Nihilominus idem Ray. & ſimiliter Hoſt. dicunt, quòd ad præſcribendum inter præſentes ſufficit tempus decem annorum.Inter autem abſentes requiritur tempus viginti annorum. Et hoc loquendo de præſcriptione longi temporis.Sed quo ad præſcriptionẽ longiſſimi temporis requiritur ſpacium triginta annorum, vel quadraginta, vt notatur in decre.16.q.3.per plura capitula. Et ſimiliter extra de præſcriptionibus ca. ſanctorum. Hoc tamen intelligitur de præſcriptione currente contra laicos,& priuatas perſonas.Nam contra eccleſiam non poteſt præſcribi,nec à laico,nec ab alia eccleſia,niſi ſpacio quadraginta annorum. Contra verò eccleſiam Romanam requiritur ſpacium centum annorum,vt notatur 16.quæſtione 3.nemo.

Ad maiorem autem euidentiam huius materiæ notandum conformiter ad Dominum Anto.florentinum in ſumma ſua.2.par.ti.1.c.15.§.7.quòd ad legitimam præſcriptionem quatuor requiruntur.

Primum eſt continuatio temporis per tempus diffinitum à lege, vt dictum eſt, quod ſi fuerit interruptum, tunc præſcriptionem inualidat.

Secundum eſt bona fides,ideſt,quòd reci piens rẽ,quam præſcribit credat tradentem eſſe verum Dominum illius, vel ſaltem habere ius alienandi. Hæc autem bona fides requiritur per totum tempus præſcriptionis, vt patet extra de præſcriptionibus cap.vigilanti.Item 34.q.2.ſi virgo.Sed quid iuris,ſi poſſidẽs vſque ad tempus præſcriptionis ſemper fuerit poſſeſſor bonæ fidei,quo expirato incipiat habere malam fidem,fortè quia videt verum hęredem poſſeſſionis,quam occupat rediјſſe.Nunquid in hoc caſu tenetur ipſam rem reſtituere vero Domino illius? Videtur,quòd ſic. Peccatum enim nõ dimittitur, niſi ablatum reſtituatur,vt notatur 24.q.6.ſi res.Talis autem per caſum benè videt,q̃ res non eſt ſua,ſed huius,qui eſt verus hęres.Igitur.Reſpondeo,hæc difficultas mouetur in glo.ſuper illo c.vigilanti,extra de præſcri.vbi pro reſolutione dicitur,& benè,quòd cõditor canonis, vel legis ciuilis potuit licitè inducere hanc

præſcri-

præſcriptionem in odium negligentium, nec ille, de quo dictum eſt, tenetur reddere rē poſſeſſam domino illius, quia non eſt amplius dominus illius: Amiſit enim dominium, & proprietatem ſuam per negligentiam ſuam, eò ꝙ nō reclamauit infra tempus præſcriptionis. Et ideo, ne res maneāt abſque poſſeſſore, & per conſequens reddantur infructuosè poſſunt alijs aſſignari, ubi non apparet, quis ſit earū dominus. Nihilominus in certis caſibus præſcriptio eſt inualida etiam expirato tempore 20. aut 30. ſeu 40. annorum, ut potè, ſi dominus rei toto illo tempore pēdente fuiſſet occupatus in bello pro principe ſuo, aut fortè in carcere detentus, aut quia fortè hoſtes occupabant patriam. Nam ut habetur 16. q. 3. prima actione. Et ſimiliter extra de præſcriptio. c. ex tranſmiſſa, tēpore hoſtilitatis pręſcriptio nō currit. Tertium quod requiritur ad iuſtam præſcriptionē eſt iuſtus titulus. Iuſtus autem titulus, dicitur omnis, per quē ſolet acquiri uerum dominium in aliqua re. Quartū eſt, ꝙ res non ſit uitioſa, dicit̄ autem tunc res uitioſa, quando eſt furtiua, uel ui poſſeſſa. Nam talem rem non ſolum fur, aut raptor, ſed nec ullus alius, quamuis ab eis emerit, uel aliàs bona fide acceperit præſcribere poteſt, uel uſucapere. Concurrentibus ergo quatuor prædictis cōditionibus firmiter credēdum eſt præſcriptionem ualere, & uerum ius pręſcribenti attribuere, tam in foro exteriori, quàm interiori, ita ut amodò poſſit talis cum bona conſcientia poſſidere rem præſcriptam ſecundum Hoſtien. & Iohan. Andr. & fermè ſecundum omnes, qui de hoc aliquid ſcripſerunt. Conſtat enim, ꝙ iure humano diſtinctę ſunt poſſeſſiones, & res appropriatæ, ut habetur in decre. diſt. 8. quo iure. Ius autē humanū ſic diſponit, ꝙ illud, quod prius erat unius efficiatur alterius iure præſcriptionis. Si quis uerò habet ſuper hoc cōſcientiā ſcrupuloſam debet eam deponere ad conſilium uiri ſapientis. Quod ſi dicat, ſe non poſſe illam deponere, reſtituat rem præſcriptam, & nullo modo eam teneat contra conſcientiam, quia omne, quod fit contra conſcientiam ędificat ad gehennam, ut notatur 28. q. 1. omnes. Patet ergo, ex his omnibus, ꝙ quicunque, iniuſtè præſcribit, iniuſtè detinet alienum, & per conſequens furtū committit, largè loquendo de furto, atque tenetur ad reſtitutionem.

Secundus digitus manus ſuratoriȩ uocatur inuentorum re tentionis. Verum apud Hier. retentio inuentorum uocatur rapina, ut patet 14. q. 5. multi, ubi introducuntur eius uerba, dicentis. Sciant hoc uitium ſimile eſſe rapinȩ, ſi quis inuenta non reddiderit, Idem uult Aug. ut patet, ubi ſupra. c. Si quid inueniſti. Si quid, inquit, Aug. inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſti, feciſti, quia plus non inueniſti. Apud autem legiſtas dicta rerum inuẽtio uocatur furtum, ut §. de furtis. l. falſus. Melius autem uocatur furtum, quàm rapina, ut ſatis patet. Sed placuit Hier. atque Auguſt. eam uacare rapinam extenſo nomine rapinæ ad furtum, ſiue capiendo rapinam pro omni illicita uſurpatione rei alienæ.

Ad maiorem autem euidẽtiam huius materiæ notandũ. conformiter ad dominum Ant. 2. parte ſummæ ſuæ tit. 1. c. 15. §. 2. ꝙ res inuentæ aut fuerũt de propinquo in bonis alicuius, nec habẽtur pro derelictis. Aut ab antiquo, ut theſauri. Aut nũquam, ut gẽmæ in littore maris inuẽtę. Si primò modò, tũc, qui tales res inuenit, & ſibi eas retinet, atque appropriat, iniuſtè agit, atque mortaliter peccat. Præſertim ſi ſint res alicuius notabilis ualoris, nec habentur pro derelictis, & ideo tenetur huiuſmodi bona reſtituere illi cuius ſunt. Quod ſi ignoretur cuius ſint determinatẽ tunc faciat publicè denunciare in eccleſia, ut in loco publico. talium rerum inuentionem. Et quòd quicũque dederit fidele ſignum, ſiue qui ſufficienter probauerit ea ſibi pertinere, ſibi reſtituentur. Quod poſt talem ſufficientem denunciationem publicam non reperiatur, cuius ſint, tunc debent pauperibus erogari, niſi ipſe inuentor eſſe multum paup. Nam in illo caſu talis inuentor poſſet tales ſibi retinere, & hoc cum licentia Epiſcopi, aut confeſſoris ſui idonei. Cuius idoneus in hoc comprobabitur ſi non petat partem dictorum bonorum. Sunt enim nonnulli confeſſores, adeo auari, & indiſcreti, quòd in tali caſu de facili diſpenſant cum confitente, ut ſibi retineat huiuſmodi bona pro neceſſitatibus ſuis, quauis forſan non ſit notabiliter egens, dũ modo det illis partem, fortè intuitu miſſarũ dicendarũ, aut hmôi. Quo fit, ut cadant in ipſum laqueum, à quo ſe liberare dicunt talium rerum inuentores. Si autem hmôi res in

uentæ,nunquam fuerunt in bonis alicuius, uel ſi ſic,hoc tamen ab antiquo,ita ut de hoc nulla extet memoria,ſicut patet de theſauris ab antiquo ſub terra occultatis,quorũ nullus eſt poſſeſſor,tunc huiuſmodi res conceduntur primò occupanti ſecundum beatum Thom.2.2.q.66.ar.5.ad ſecundum.Et idem,inquit,iudicium eſt de lapillis,& gemmis, q̃ inueniuntur in littore maris.Dicit etiam Anton. ubi ſupra idem eſſe iudicium de piſcibus maris,& ſimiliter de auibus non domeſticis.Nihilominus ſecundum leges ciuiles inuentor talium rerum tenetur dare medietatem domino agri,ſi eas in alieno agro inuenerit. In cuius rei confirmationem legitur Matth.13.in parabola de inuentore theſauri abſcõditi in agro,ꝙ emit agrum illum,quaſi ut haberet plenum ius poſſidendi totum theſaurum·Petrus autem de Pal.in 4. ſenten.diſtin.15.dicit,quòd ſecundum leges ciuiles, qui inuenit theſaurum in agro ſuo,totum eſt ſuum. Si autem in agro alieno,medietas eſt domini,& medietas inuẽtoris.De conſuetudine autem theſaurus ubicunque inuẽtus eſt principis. Hoc autem intelligitur de theſauro antiquo,cuius nõ extat memoria.Hæc ille. Patet ergo,quid ſit dicendum circa rerum inuentionem. Item quando ibi committitur furtum,& quando non.

Tertius digitus manus furatorię, dicitur domeſticæ habitationis.Nam frequenter domeſtici furtum committũt, cuiuſmodi ſunt.

Fratres,
Vxores,
Filij familias,
Serui, & ancillæ.

Primò igitur fratres vterini interdũ mutuo ſe defraudãt & furtum committunt.Hoc autem præcipue accidit,ubi cõtingit duos,aut plures fratres carnales in unum habitare, & unam communem burſam facere,quemadmodum ſolitum erat fieri adhuc uiuente patre, & domum regente. In dicto enim caſu interdum contingit, quòd unus frater non tenet bonã fidelitatem alteri,ſed trahit ad ſe occultè,quicquid poteſt,non intendens facere fratrem ſuum in talibus bonis participem. Quemadmodum ergo ille mercator, qui aſſociauit alium in lucro,& damno, furtum committit,

ſi quid

ſi quid notabile retineat,in quo non uelit alium participē fieri ,ita in propoſito. Et ideo talis tenetur ad reſtitutionē fiendam fratri ſuo de omni damno. Et idem iudicium eſt de uxoribus dictorum fratrum.Vnde propter hanc cauſā & fraudē ſæpe oriuntur rixæ,irę,diſcordię,& partialitates inter fratres,ita ut tandem oporteat eos ab inuicem ſeparari,Cum tamen,dicat pſal.Ecce quàm bonum,& quàm iocūdum habitare fratres in unum.

Secundò uxores freqnenter furtum committunt,quādo ſcilicet,occultè,& contra uoluntatem ſuorum uirorū dant de pecunia, uel aliis rebus eorum in notabili quantitate,ſiue ſuis conſanguineis,ſiue aliis. Notabili dico, ſiue ſecundum ſe,ſiue ſecundum proportionem ſubſtantiæ uirorum ſuorum. Quod enim diuiti eſt modicum, pauperi eſt multum.Et idem iudicium eſt, quando ipſæ mulieres inuitis maritis multa expendunt in ludis,fuſis, ac uanitatibus cæteris, item quando theſaurizat neſcientibus uiris ſuis, licet tamen uxori aliquid reſeruare per modum prouidentiæ,tam pro ſe,quàm pro familia ſua,quando ſcilicet, uidet uirum ſuum prodigum ,& diſſipatorem bonorum domus ſuæ.

Sed pro ampliori elucidatione præſentis materiæ mouebuntur aliqua dubia,

Primum igitur dubium eſt. Vtrū uxor poſſit facere eleemoſynam inuito marito abſq; nota furti. Pro ſolutione huius dubii notandum eſt,quòd uxor poteſt habere triplicia bona, uidelicet, dotalia, paraſernalia, ex arte propria. Nec eſt pro nunc queſtio de bonis uiri ſui,quia ſatis cōſtat, quòd illa non ſunt eius. Nec ſimiliter eſt quęſtio de bonis cōmunibus .i. quæ acquiſita ſunt ex quo ſunt ſimul matrimonialiter iuncta,quia talium bonorū diſpenſatio principaliter ptinet ad maritū. Primò igitur loquēdo de bonis dotalibus:ideſt,quę data ſunt uxori in dotē ,quādo primò fuit coniuncta uiro,& hoc ad ſupplendum onera matrimonii, ipſa non poteſt liberè,& inuito uiro de illis diſponere, ſiue de illis eleemoſynam faciendo,ſiue alias.Similiter nec uir eius poteſt talia bona ea inuita dare,uendere, permutare,ſeu quouis modò diſtrahere,aut alienare.Vnde multi uiri exoſas habent ſuas uxores,eò quòd illis nolunt in præ-

dictis conſentire. In ipſis tamen uxoribus eſt conſentire uel non conſentire. Caueant tamen, ne de facili conſentiant,& preſertim, ubi uident uiros ſuos dilapidare ſubſtãtiam ſuam. Nam multę conſenſerunt, quę poſtea grauiter pœnituerunt.

Secundò loquendo de bonis paraſernalibus, quæ, ſcilicet, accidunt, & aduenìunt uxori iam maritatæ, & pręter dotem, ut ſunt ſucceſſiones hæreditariæ legata, uel quęcunque dona illi facta de huiuſmodi bonis poſſunt ipſæ uxores ad nutum diſponere, niſi obſtet conſuetudo patriæ in oppoſitum, ut dicit Dominus Antoninus.

Tertiò loquendo de bonis, quæ acquirit uxor per artem ſuam, ſiue ſuendo, ſiue filando, ſiue lanificando. ſiue contra aliquas ægritudines medelam prębendo, & ſic de alijs operibus lucroſis,quæ poteſt uxor commodè exercere ultra gubernationem domus, de talibus poſſunt uxores eleemoſynam facere inconſultis uiris.Poſſunt etiam talia notabiliter dare proprijs cauſis,iuxta ſuam diſcretionem dummodo familia domus conuenienter aliundè ſuſtentetur.

Præter hæc autem addit Dominns Anton.ſecũda parte ſum.ſuæ,titul. Primo capitulo decimo quinto.§. primò ꝙ de pane,& de uino, & de huiuſmodi minutis eleemoſynis ſuper quas communiter uiri ſolent dare poteſtatem ſuis uxoribus, aut ſaltem tolerare, & approbare tacendo, poſſunt tali licitè erogare pauperibus,nedum uxores uerum etiam filij familias ſerui, & ancillæ. Nam eo ipſo, quòd talia à uiris non prohibentur,nec uxoris nec famulis concedi uidentur, dummodo moderatè fiant, quinimmo, ſi aliquando uiri prohibuiſſent,utpotè, dicendo. Non placet mihi, quòd ultra detis eleemoſynam, quia ſumus ſatis pauperes,talis prohibitio piè interpretanda eſt, ut ſcilicet, intendant prohibere eleemoſynas à tanto,ſed nõ à toto. Vbi uerò prohiberent à toto, & ſimpliciter, & pro cauſa rationabili,quæ poteſt eſſe rerum inopia, & familiæ multitudo,cui primò eſt prouidendum, tunc non debent uxores eleemoſynam facere inuitis maritis, etiam de bonis utrique communibus,utpotè, quæ acquiſierunt,

ex quo ſunt ſimul, eò quòd diſpoſitio talium bonorum principaliter reſidet apud uirum. ubi autem ſola auaritia induceret uirum ad faciendum prædictam prohibitionem, cum ſit diues ſatis, tunc uxor poſſet, occultè tamen ad euitandum litigium uiri, facere moderatas eleemoſynas de huiuſmodi bonis, ſibi, & uiro communibus. Et de hoc extat notabilis hiſtoria, primò Regum uigeſimo quinto, de Abigail vxore Nabal, quæ uidens domui ſuæ imminere grande periculum, propter reſponſum uiri ſui, negantis panes ſeruis Dauid ipſa ſecretè copiam uictualium miſit per ſeruos ſuos ad dictum regem Dauid, & bene illi fuit. Cum his autem omnibus ſtat, quòd uxor in extrema neceſſitate poteſt, & debet ſubuenire neceſſitatem patienti, etiam contra uoluntatem mariti ſui, dummodo tamen ipſe, ex hoc non incurrat notabile detrimentum ſui ſtatus, ut enim dicit Ambro. libr. de offic. & recitatur in decre. diſtinct. 86. non ſatis. Grandis culpa eſt, ſi te ſciente fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, & famē tolerare erumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcit. Hæc ille. Et ſic patet ad primum dubium.

Secundum dubium eſt qualiter uxor, quæ furtum commiſit, ſe debeat liberare, & acquitate reſponſio. Aut enim talis mulier commiſit tale furtum ante contractum matrimonium. Aut poſt contractum. Si ante adhuc diſtinguendum eſt, quia, uel attulit rem furatam, ſecum cum intrauit matrimonium, uel iam conſumpta erat. Si primum, tunc tenetur eam ſtatim reddere. Si iam conſumpta eſt, debet ſatisfacere de bonis ſuis paraphernalibus, ſi qua habet, vel de lucro ſuo. Nullo modo autem de bonis ſui uiri, niſi forſan ipſe conſentiat, poteſt etiam probabiliter dici, quòd poteſt ſatisfacere de bonis, quæ ſimul acquiſiuit cum uiro ſuo à tempore, quo eſt cum eo, dummodo non ſequatur notabile detrimentum in domo familias, dummodo etiam non habeat parafernalia, nec ſit lucroſa. Si uerò fuerit res furata ante matrimonium, poſt contractum matrimoniū conſumpta, participante marito, & ſciente, atque conſentiente, tunc tenetur ſatisfacere de bonis cōmunibus, ſecūdū, veram æſtimationē ēt contradicente uiro, nec ualet, ꝙ aliqui

dicunt, quòd mulier nō habet adminiſtrationem huiuſmo di bonorum communium,ſed uir.Hoc enim uerum eſt regulariter,& de communi lege.Fallit tamen in aliquibus caſibus,& ſignanter,ubi uir non uult,nec curat talia bona iuſtè adminiſtrare, ſecundum quòd tenetur,& obligatur pro loco,& tempore. Et ſic patet,quid ſit dicendum ad dubiū.

Tertium dubium eſt de muliere adultera ſupponēte falſum hæredem ſuo uiro,& quē nutrit ad expenſas uiri ſui, nunquid furtum committit. Reſponſio. Dicendum ad hūc caſum,qui fortè ſæpe contingit,quòd quicquid dicta mulier expendit de bonis uiri ſui, in ſuſtentationem dicti ſpurij furtum committit. A fortiori autem iniuſtè agit,ſi permittat,quòd ſuccedat in bonis mobilibus, ſeu immobilibus patris putatiui in damnum ueri hæredis.Et ideo dicta mulier tenetur ad reſtitutionem poſſibilem omnis intereſſe,quod patitur uerus hæres in dicto caſu.Pro maxima ergo tenendum eſt,quòd talis mulier debet laborare omni uia poſſibili, & licita, ut hæres non fraudetur hæreditate paterna. Cautè tamen in hoc facto procedere debet. Nā ſimpliciter reuelare ipſum factum uiro ſuo, uel ſpurio non expedit,ꝑter mala,& inconuenientia multa,quæ inde ſequi poſſent. Sed de hoc fortè latius tractabitur in quarto tractatu.

Quartū dubium eſt de matre habentes plures filios,utrū ſcilicet,committat furtum plus dotando unum, quam reliquos,ſiue in uita,ſiue in mortis articulo conſtituta.Ad hoc dubium reſpondetur,quòd ſic,præſertim,ſi hoc notabiliter fiat. Et idem dicendum de patre. Hoc autem probatur ex uerbis Amb.in Hexameron.lib.5.c.18. Quis docuit,niſi homo filios abdicare,quis reperit tantā in amicitiam patrū iniuriā? Quis inter natura fraternæ, cōſortia fratres impares fecit,unius diuitis filij diuiſa ſorte ceduntur. Alius totius paternæ ſortis adſcriptionib.dotatur.Alius opulentæ hæreditatis deplorat exhauſtam,atque inopem portionem. Nū quid natura diuiſit merita filiorū:ex pari omnibus tribuit, quod ad naſcendi, atque uiuendi poſſint habere ſubſtātiā. Quibus ergo communiter dediſtis eſſe,quod nati ſunt,non debetis his inuidere,ut unus ſolus abundet, alij autem eſuriant.Hæc ille.Patet ergo, quòd illi parentes grauiter peccant, qui pro ſolo beneplacito ſuo plus notabiliter ditant

unum

unum,aut plures de filijs ſuis,quàm reliquos,& præſertim vbi dicti filij non ſunt in culpa.Secus autem,ubi interueniret eorum culpa,aut,quia fortè aliqui plus laborauerunt in re domeſtica,quàm cæteri,qui forſan ſemper hinc inde uagati ſunt inhoneſtè uiuentes,& à parentibus,tanquam à thurcis,quicquid potuerunt rapientes.Patet ergo,quomodo contingit uxores furtũ committere, quamuis hoc non credant.Sed error talis ipſas non excuſat.

Tertio filij familias frequēter furtum committunt.Hoc autē fit,quoties auferunt de bonis parentũ notabiliter cõtra ipſorum uoluntatem. Quod ſi cohęredes habent, tunc poſt mortem parentum obligantur illis pro illa portione, quæ contingebat illis,de bonis taliter ablatis , niſi forſan prius obtinuerint remiſſionem ſuper his ab eiſdem parentibus,dum adhuc uiuerent.Hoc igitur malè attendunt illi filij,qui videntes patrem,aut matrem morti ꝓpinquo eos derelinquunt,& ad arcas,& buffeta currunt.inde rapientes aurum,& argentum monetatum,& non monetatum.Item litteras obligatorias, iocalia, & ſimilia. Sciant ergo filij,& filiæ,quod nullum ius habent de præſenti ſuper bonis parentum,adhuc uiuentium,niſi,quod debent ali . Et in hoc ſunt ſimiles ſeruo,& hòc eſt,quod loquitur Ap.Gal. 4.dicens,quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo,cum ſit dominus omnium,ſupple,futurus,ut exponit glo.interli.

Quarto ſerui,& ancillæ plerumque furtum cõmittunt & hoc multipliciter.Primo quidem occultè deferendo uictualia ad parentes ſuos,cũ tamen non notabiliter egeāt, Quibus etiam egentibus non propterea debent eis ſuccurrere de ſubſtantia aliena,inuitis dominis ſuis,niſi forsā in extrema neceſſitate.Secundo dicendo neceſſaria domus,vtpotè,cibaria,& ſimilia tanti conſtitiſſe,ſibi retinentes, qđ plus eſt.Tertiò res dominorum ſuorum proprijs uſibus appropriando,ſiue inter manus alienas deponendo.Quarto precium rerum uenalium ſibi retinendo, ſiue in toto, ſiue in parte . His itaque modis,atque pluribus alijs ſibi notis furtum cõmittunt multi ſerui,& ancillæ.Ita, ut pauci inter eos fideles inueniantur.Sed dicunt multi ſerui,& ancillæ.dominus meus eſt ſatis diues ad habēdum neceſſi

tates ſuas, vel filiorũ ſuorum, & ideo bene poſſum hoc habere. Et tales in hoc ſunt ſimiles illi, qui furabatur capitegium, quo tegebatur imago beatæ Virginis dicens, quod filius ſuus erat ſatis diues ad dandum ſibi unum nouum. Patet ergo, quòd non excuſantur. Et generaliter quicunque utitur re depoſita inuito deponent, furtum committit ut patet. C. de poſiti. uel contracti. l. ſi depoſiti. Patet ergo de furto domeſticè habitantium.

Quartus digitus manus furatoriæ dicitur depoſitorum abuſionis. Qui enim ad proprios uſus, uel utilitates cõuertit, & applicat rem apud ſe per alium depoſitam, furtum committit, & preſertim, ſi uſus talis rei ſit conſumptio illius, ſicut patet de veſte: excuſatur tamen talis a furto, in duobus caſibus.

Primus eſt, quando utitur tali re, cum uoluntate deponentis. Secundus eſt, quando hoc ad utilitatem eiuſdem deponentis conſtat enim, quòd ueſtes diu conſeruatæ in arca de facili a uermibus conſumuntur. Quæ ſi interdum deferatur, & aeri exponantur à dictis uermibus pręſeruantur. Sed quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. Idem autem iudicium eſt de pignore, cum, ſcilicet. quis uſus eſt pignore accepto ad propriam uoluntatem, & contra pignoranti uoluntatem, niſi forſan eſſet talis res, cuius uſus, ſine precio ſolet concedi inter amicos, ſicut commodatio libri. Item ſimile iudicium eſt de commodato. Nam ſi alicui commodatum fuerit aliquid ad certum uſum, & ipſe ad aliud eſt uſus furtum committit. Verbi gratia. Alicui equus eſt commodatus, ut uadat ad ſex leucas gratia uiſitandi parentes, & ipſe ducit eum ad 30. uel 40. leucas, ſicut ſolet frequenter fieri, poſſet tamen talis excuſari à furto, quando ratione amicitiæ poneret ſpem in ratihabitione apud dominum equi. Et nota, quòd in omnibus prædictis caſibus cadit ſatiſfactio de damno illato domino rei, cuius alter abuſus eſt.

Addendum eſt autem ad prædicta, ꝙ in locatione alicuius rei poteſt contingere non quidem propriè furtum, ſed iniuſtitia, & grauis culpa, & hoc multipliciter ſecundũ varietatem rei locatæ.

Primo quidem cum ſciẽter locatur res uitioſa ꝓ bona

&

& maximè ignoranti uitium rei. Puta domus ruinoſa. uel equus claudicans,ſeu aliàs defectuoſus. Nam, qui hoc ſcienter facit, iniuſtè facit, & mortaliter peccat. Et ſi inde ſecutum eſt notabile damnum conductori, locator tenetur ad ſatisfactionem de omni damno ſubſecuto, & præſertim ubi tale uitium ignorabatur à conductore, & merito debuit ignorari. Secus ubi non debuit ignorari, ſicut patet de equo cæco, uel monoculo, cuius defectus, & vitium eſt patens. Circa quod ſciẽdum, ꝙ circa hmôi equos contingunt duplices defectus, primi ſunt, qui mox ad occulum apparent, ſicut cæcitas, claudicatio, debilitas, & huiuſmodi. Et tales non eſt neceſſe locatorem, aut uenditorem manifeſtare. Alij ſunt quaſi occulti, & qui non apparent, niſi tempore & loco, ſicut patet de equis politis, & rotundis ad modum ſtophi, ſiue pomi, qui prima fronte uidetur habiles ad uſus, pro quibus locantur, ſiue ad trahendũ currũ, ſiue ad portandum uecturã, ſiue ad equitandum, & huiuſmodi. Sed cum exponutur labori, & uſui, pro quo conducuntur in breui apparet eorum uitium, quia, aut ſuccumbunt oneri, aut ceſpitant in periculum ſeſſoris, aut ad umbrandumi, ſiue ad motum foliorum arborum notabiliter mouentur in periculum ſeſſoris, aut ſunt adeo arreſtati, ꝙ nec freno, nec flagellis, nec calcaribus cõpelli poſſũt ad ambulandum, & ſic de alijs. Et tunc quicunque ſcienter locat huiuſmodi equos prauam iniuſtitiam committit. Inſup tenetur ad omne intereſſe conductoris, quod patitur ex tali vitio & occaſione, & hoc ad arbitrium iudicis, aut boni uiri. Si uerò locans ignorabat talem defectum nõ tenetur ad intereſſe, niſi fortè fidem fecerit, ꝙ talis equus eſſet utilis & propitius ad uſus pro quibus locabatur.

Secundò contingit iniuſtitiam fieri in locatione rei, quãdo repetitur ante terminum, pro quo fuerat locata. Da exemplum de equo, qui fuerat locatus pro decem diebus, & repetitur per locatorem die ſexto. Item da exemplum de domo, quę fuerat locata ad triennium, & repetitur a conductore per locatorem poſt primum annum. Idem dic de agro, prato, uinea, & huiuſmodi, Circa tamen locationem domus notandum ſecundum Dominum Anto. 2. parte ſummæ ſuæ titu. 1. c. 15. §. 6. ubi allegat Goſ. quòd

locator

locator licitè poteſt expellere conductorem, de domo ſua in quatuor caſibus. Primus eſt, ſi talis domus locata poſt modum ſit ſibi neceſſaria, utpotè, quia poſt locationem, domus, quã inhabitabat, caſu deſtructa eſt, aut ſi poſtea duxit uxorem, propter quod oportet eum habere ampliorem locum ad inhabitandum. Secundus caſus eſt, ſi domus habet neceſſitatem reparationis, quod intelligendũ eſt de neceſſitate orta poſt locationem. In his duobus caſibus remittẽda eſt penſio pro rata temporis. Tertius caſus eſt ſi conductor peruersè, & inhoneſtè conuerſetur in domo, utputa ſi proſtibulum, aut impudicas fœminas ibi teneat. Sic enim ſtatuitur in aut. de leno. §. ſancimus. In hoc tamen caſu, ſicut, & in duobus præcedentibus dominus tenetur remittere de penſione pro rata temporis. Quartus caſus eſt, quando inquilinus, i. conductor non ſoluit per bienniũ, uel etiã quando malè tractat rem ſibi locatã, in quo quidem caſu tenetur ad ſatisfactionem.

Tertiò contingit iniuſtitiam fieri, quando pro re locata plus exigitur, quàm debebatur, ſicut facere ſolent cauti, & malitioſi uiri. Sunt enim nonnulli locatores equorum, curruum, & huiuſmodi rerũ, qui in fraudem dicunt cõductoribus, accipite equum meum, aut currũ, aut ſimile, & poſtquam feceritis negotia ueſtra, bene conueniemus de pcio locationis. Cumq; ibi deuentum fuerit, volunt, ꝙ ſtet uerbo eorum, quo ad prętium locationis. Cũ tamen ſint iniuſti moderatores precij, & ſalarij. Ob quam cauſam ſępe ſuſcitantur iurgia, opprobria, lites, contentiones, iniuriæ, iræ, rixę, proceſſus corã iudice, & ſimilia. Quæ omnia poterãt uitari, ſi ante factum fuiſſet facta conuentio de precio inter locatorem, & conductorem. Sunt, & alij, qui poſtquam locauerunt operas ſuas aliquibus ſub certo precio, uolant. quòd augeatur eis precium, aut totum relinquunt. Da exẽplum de uectoribus mercium de ciuitate in ciuitatem, uel de una regione in aliam, ſiue hoc fiat nauigio, ſiue per terram. Sunt etiam alij cæteris peiores, utputa, qui conuenerunt de uectura aliquarum rerum, cũ aliquibus hominib. ſub certo precio, qui ratione ſecuritatis, ut dicunt, uolunt, quòd illis anticipetur media pars precij. Qua recepta, aut nihil omnino faciunt, aut tardè, aut diminute de omnibus

quæ

quæ promiſerant. Bene ergo loquitur Pſ. cum ait. Diminutæ ſunt ueritates a filijs hominum. Vana locuti ſunt unuſquiſq; ad proximũ ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt. Patet ergo, quàm multipliciter committitur iniuſtitia in locatione rerum. Et ſic patet de quarto principali.

Quintus digitus manus furatoriæ dicitur beneficiorũ perceptionis. Nam illi eccleſiaſtici beneficiati, qui patrimonium crucifixi expendunt in illicitos uſus, utputa, in mulieribus, & fructibus uentris, ſimiliter in pompis, & uanitatibus ſeculi, omnes tales poſſunt fures appellari. Auferunt enim quodammodo rem alienam, pro quanto ea, quæ deberent diſtribuere in uſus pios, diſtribuunt, & expẽdunt in uſus impios. Abſit tamen hoc malum a me, ut de omnibus loqui uelim. Contra ergo tales fures inuehit Bernard. epiſtola 13. ad Henricum Senonenſem archiepiſcopum, ſcribens in hunc modum: Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt. Dicite pontifices in freno, quid facit aurum. Nunquid aurum a freno repellit frigus, ſiue eſuriem? Nobis frigore, & fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, uel in perticis extenſa, uel in manticis plicata? Noſtrum eſt, quod effunditis, nobis crudeliter extrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos enim Dei plaſmatio, & nos ſanguine Chriſti redempti ſumus. Nos ergo fratres ueſtri uidete, quale ſit de fraterna portione paſcere oculos ueſtros, uita noſtra cedit uobis in ſuperfluas copias. Noſtris neceſſitatibus ſubtrahitur, quicquid accedit uanitatibus ueſtris. Duo enim mala de une radice prodeunt cupiditatis, dum, & uos uanitando peritis, & nos ſpoliando perimitis. Iumenta gradiuntur onuſta gemmis, & noſtra non curatis crura nuda caligulis, anuli, cathenulæ, tintinabula, & clauatæ quædam corrigiæ, multaque talia tam ſpecioſa coloribus, quàm precioſa ponderibus mulorum dependent ceruicibus, fratrum autem lateribus, nec ſemicincta miſerantes apponitis. Huc accedit, quòd hæc omnia, nec negociationis ſtudio, nec proprio manuum exercitio uobis elaboraſtis, ſed nec iure hæreditario poſſidetis, niſi fortè, & uos in corde ueſtro dixeritis. Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Hæc ille. Inſuper idem Bernard. ſcribens ad

quen-

quędam canonicum Lugdunemſem epiſtola.2. dicit ſic, conceditur tibi clerice,ut ſi bene deſeruias eccleſiæ,de altario uiuas,non autem, ut de altario luxurieris, aut, ut de altario ſuperbias, ſiue, ut inde tibi compares frena aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata, uaria griſeaque pellicea collo, & manibus ornatu purpureo diuerſificata. Denique quicquid præter neceſſarium uictum,ac ſimplicem ueſtitum de altario retines tuum non eſt,rapina eſt,ſacrilegium eſt. Hæc ille.

Patet ergo, quod multi clerici beneficiati furtum committunt,& hoc tripliciter.Primò quidem intrando ad eccleſiaſtica beneficia,quos ad hoc non incitat amor Dei,ſed cupiditas nummi. Io. 10. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium,id eſt,propter Chriſtum ad curam animarum ille fur eſt, & latro. Secundo uerò illicitè retinendo, ſup. fructus beneficiorum ſuorum. Nam ſecundum antiqua iura huiuſmodi fructus debent trifariè diuidi,ita ſcilicet,ꝙ una pars cedat ad utilitatem eccleſiæ,altera diſtribuatur in pios uſus,tertia autem cedat in ſortem miniſtri,ad ſuam ſuſtentationem.Hodie tamen hæc partitio committitur conſcientijs clericorũ beneficiatorum,Et de hoc fortè alias amplior ſermo fiet cum agetur de reſtitutionibus.Tertiò autem beneficio non deſeruiendo,& nihilominus fructus uoluptuosè conſumendo,ſiue etiam ſecundum aliquos neceſſariis uſibus applicãdo.Hoc autem perſuaderi poteſt tali exemplo ſi enim alicui agricolæ pararetur pecunia,ut in agro laboraret,& ipſe acciperet talem pecuniam, negligeret tamen laborare cæcus eſt qui non diceret talem furem,& latronem. Sic autem eſt in propoſito. Nam eccleſiaſticis dantur pingues prouentus decimæ,& oblationes,ut laborent in eccleſia,cuius titulo percipiunt huiuſmodi fructus.Vbi ergo percipiunt tales fructus, nec tamen deſeruire uolunt ſaltem omni legitimo impedimento ceſſante reputandi ſunt fures, & latrones. Ex quo poſſumus inferre, quòd ſunt hodie multi fures in eccleeſia Chriſti, quia multi clerici abſentãt ſe a ſuis beneficiis, abſque cauſa rationabili, confitentes in baculo arundineo permiſſionis, & tollerationis ſuperiorum prælatorum,qui hoc permittunt propter emendã, quã recipiunt ratione huiuſmodi abſentię. Sed ualde timẽ

dum

dum eſt, ne tam permittentes, quam permiſſi arguantur ſe uerè à ſummo illo paſtore Ieſu Chriſto.

DE MANV MERCATORIA. Cap. III.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę quia, ſupple, peccaui nimis opere.*] Matth. 11.

Poſtquam in pręcedenti ca. dictum eſt de manu furatoria, hic cõſequenter tractandũ eſt de manu mercatoria, quæ meritò ſequitur ad manum furatoriam, eò quòd mercatores frequenter multas fraudes committunt, quæ ęquipolent furtis. De qua quidem manu poteſt intęlligi illud Eſa. 1. Manus ueſtrę ſanguine plenæ ſunt, id eſt, peccatis, & hoc propter abuſus, qui inter mercatores contingere, & adinueniri ſolent. Manus iſta habet quinque digitos, qui ſignificant quinque malas circunſtantias, propter quas ars mercaturę, quæ ſecũdum ſe eſt licita, redditur, & efficitur uitioſa, & illicita. Prædicti itaque quinque digiti poſſunt appellari his quinque nominibus, uidelicet.

Cupiditatis.
Deceptionis.
Iurationis.
Interdictionis.
Inuolutionis.

Primus igitur digitus manus mercatoriæ dicitur cupiditatis. Pro quo notandum, quòd mercantia poteſt exerceri tribus de cauſis.

Primò quidem propter communem utilitatem, ut, ſcilicet, prouideatur reipublicæ de neceſſariis. Nulla enim regio, nulla ciuitas, nulla domus, tam diues eſt, quæ aliquo non egeat. Et ideo dicit Ariſtotel. 6. Politicorum. quòd neceſſe eſt in omni ciuitate aliquid uendi, & aliquid emi. Quod ideo fecit Deus tum ad hominum humiliationem, tum ad humanam occupationem, tum ad contrahendam inter homines mutuam amicitiam, quę maximè procuratur per hoc, quòd homines diſcurrunt hinc inde, ſi-

ue nauigio,ſiue alias ad comparandum,quę ſibi deſunt,& neceſſaria ſunt.Cum ergo quis exercet artem mercãtiæ ut ſubueniat reipublicæ,ſiue afferendo uina,& blada de foris, ſiue lanam,ferrũ,ſtannũ,cuprum, ſiue quodcunque aliud, talis laudabiliter agit.Sed quis eſt,qui,ſcilicet,hoc principaliter intendat,& non potius commoditatem propriam, & laudabimus eum. Nam fermè omnes mercatores quærunt quæ ſua ſunt,& non quæ communitatis, niſi forſan ſecundariò.Dicit tamen beatus Tho.2.2.q.77.ar.4.quod ille, q. negotiatur propter publicam utilitatem,ne,ſcilicet,res neceſſariæ ad vitam deſint patriæ,poteſt lucrum expetere,nõ quaſi finem,ſed quaſi ſtipendium laboris ſui.

Secundò mercatura poteſt exerceri propter propriã neceſſitatem ſubleuandam,ut,ſcilicet,negotiator cum labore ſuo pariter,& induſtria poſſit ſibi,& familiæ ſuę ꝓuidere. Nam ut dicit beatus Tho.ubi ſupra.Tunc negociatio eſt licita,ſi ſit ad finem honeſtum,uel neceſſarium,ſicut cum aliquis lucrum moderatum,quod negotiando quęrit,ordinat ad domus ſuæ ſuſtentationem, uel etiam ad indigentium, & piorum locorum ſubuentionem. Finis enim honeſtus, eſt indigentium ſubuentio. Finis uerò neceſſarius, eſt ſui, & ſuorum ſuſtentatio.

Tertiò mercatura poteſt exerceri propter cupiditatem, ſic, ſcilicet,quòd,nec communitas, nec propria neceſſitas, ſed tantum ardens auaritia,& habẽdi cupiditas inducat hominem ad negotiãdum,& hoc ualde uitioſum eſt. Maxima enim topica eſt,quòd cuius finis malus, ipſum quoq; malũ eſt. Si ergo finis negociatoris ſit principaliter cupiditas, & auaritia,quæ eſt radix omnium malorũ,ut habetur 1.Thi. 6.conſequens eſt dicere, quòd ipſa negociatio mala erit in caſu illo.Videant ergo, & conſiderent apud ſe illi mercatores,qui ultimum,& principalem finem ſuum ponunt in lucro temporali ſolum intendentes augere diuitias ſuas in infinitum,& ſibi ad ſuperfluitatem reſeruare, inquanto periculo animarum ſuarum viuunt,tales autem ſunt in triplici differentia.

Primi enim ſunt, qui præueniunt alios in emendo,ut cæteri capiant ab eis,etiam ad nutum ipſorum,alias citius ꝑmitterent mercantias corrumpi,quàm pro iuſto precio eas diſtri-

diſtribuerẽt cæteris. Sic enim agere ſolent groſſi, & potentes mercatores in nundinis publicis, ſimiliter in portibus maris, ubi ſolent applicari naue onuſtæ mercantijs. Et de talibus debet intelligi illud uerbum Chryſo. ſuper Matth. Homil. 35. ubi exponens illud Matth. 21 Eiecit Chriſtus vẽdentes, & ementes de templo, & ſimiliter recitatur in decr. diſt. 86. eiiciens, dicit ſic. Qui comparat rem aliquam, ut ipſam limitatam, & integram uendendo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eiicitur. Hæc ille. Nam ipſo facto talis auarus mercator eſt extra templum eccleſiæ militantis merito, & tandem ponetur extra templum eccleſiæ triũphantis numero. Secus autẽ, vbi res meliorata eſt inter manus emptoris, uel ubi fecit aliquos ſumptus ratione illius, aut ibi repente precium rerum immutatum eſt. Hoc tamẽ non preuidebat, quando ipſam rem primò emit. Nec ſuæ primę intentionis erat talem rem ſtatim reuendere, ſed potius ad tempus conſeruare. Talis enim uidetur excuſari à peccato, ſi in talibus caſibus plus vẽdat rem, quàm emerit.

Secundi ſunt, qui emunt triticũ, uinum, & cętera uictualia, etiam in maxima copia, ut oporteat eos aliena horrea, & cellaria occupare, ut ſi inducant rerum inopiam in republica, ſeu communitate, & tandem vendant merces ſuæ chariſſimo precio, quas uili precio prius emerant. Vnde contra unumquemque talem inuenit Amb. lib. 3. de offi. ita d. Cur ad fraudem conuertis naturæ induſtriam, & indulgentiam, cur inuides uiſibus hominum publicos partus? Cur populis minuis abundantiam? Cur affectas inopiam, ambis frumentorum indigentiam, alimentorũ penuriam? Partus uberis ſoli ingemiſcis. Fles publicam fertilitatem; horrea frugum plena deploras. Exploras, quando ſterilior ſit prouentus, quando exilior partus. Votis tuis gaudes maledictũ arſiſſe, ut cuique nihil naſceretur. Tunc meſſem tuam veniſſe lætaris. Tunc tibi de omnium miſeria congeris opes, hãc tu induſtriam uocas. Hanc diligentiam nominas, quę tamẽ calliditatis uerſutia, & quæ fraudis aſtutia eſt, latrocinium hoc, an fęnus appellem? Hæc ille. Hi itaque auari mercatores deteriores ſunt illo diuite auaro, qui ut legitur Luc. 12 dicebat. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc cõgregabo omnia, quæ nata ſunt mihi. Sed multi auari mer-

catores non ſolum congregant, quæ nata ſunt in proprio agro, uerumetiam, quæ nata ſunt in pluribus agris alienis, vt ſic inducant ſterelitatem, & rerum inopiam ſuper terrã, ut ſic euacuantes granaria ſua impleant ſua marſupia. Sed nouerint tales, quòd ſic congregando res ſecundas congregant pariter iniquitatem ſibi. Propter quod dicit pſalm. melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Et ideo uos mercatores diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, ſcilicet, per immoderatum amorem.

Tertij mercatores exercentes mercaturam, propter cupiditatem, & lucrum ſunt illi, qui inter ſe cõueniunt, quod non dabunt merces ſuas, niſi pro tali precio, nec ſimiliter ement merces aliorum, niſi pro tali precio. Caſus eſt talis. Applicuit Rothomagi aliqua nauis de partibus longinquis onuſta, & plena certis mercibus ualde neceſſariis Rothomagenſibus, & uicinis eorum. Quo audito groſſi mercatores dictæ ciuitatis in unum conueniunt, & de hoc conferũt, tandem concludunt, quòd unus præcedat ad tentandũ, & qui tantum, & non plus offerat. Deinde alter uenit, quaſi nihil ſciens de primò, qui minus offert, & conſequenter cęteri. Quo fit, ut pauperes forenſes cogantur uili precio, & cũ damno notabil dare merces ſuas. Sed hunc abuſum, & calliditatem reprobant iura ciuilia, ut patet. C. de monopollis l. unica, quæ incipit. Iubemus, ubi ſummariè, dicitur, quòd conuentiones mercatorum, & ſimiliter artificum in unum cõcludentium, ne quis eorum minori precio ab eis taxatores ſuas vendat, uel ne unum ędificium, per unũ inchoatũ, per aliũ perfici poſſit, ſunt à iure reprobatæ, & certis pęnis ſubiectę, uidelicet. 40. librarum auri. Similiter in glo. ſuper eodem paſſu reprobatur ritus illorum artificium, qui nolũt docere artem ſuam alios, niſi dent tantum. Sed profectò, tam prædicta lex, quàm glo. malè practicantur, ut ſatis cõſtat. Et ideo rectores reipublicæ deberent tales, iuxta exigẽtiam culparum ſuarum egregiè punire maximè cum ſint nociui reipublicæ. Inſuper ſunt ſępe in cauſa, ꝙ mercatores forenſes petunt, alibi alias urbes, apud quas melius faciunt factum ſuum. Et hoc in dies ad oculum euenire uidemus.

Secũdus digitus manus mercatorię dicitur deceptionis. Solent enim ferme omnes mercatores uti multis, & uariis

cautelis,

cauteIis,& deceptionibus.Sed de multis, tãtum loquamur de paucis,quæ sũt apud eos mag:s uſitatę. Solẽt ergo multi mercatores alios decipere quatuor modis,uidelicet.

In ſubſtantia, Quantitate, Qualitate, Tempore.

Primò quidem in ſubſtantia,ut cum uenditur una res minoris ualoris ,p,alia,& hoc ,ppter al:quã ſimilitudinẽ, quam habent inter ſe,quamuis tamen à parte rei multũ diſtent.Da exemplum de uẽd ente ãnulum cupreum deauratum pro annulo aureo,uel ſtagneum deargẽtatũ pro argẽteo,idẽ dic de cuppa,de calice,& huiuſmodi Et idem iudicium eſt de monetis,quando ſciuntur eſſe tales, quæ tamen dantur ignorantibus fraudem, pro bonis.Vnde talem abuſum reprobant leges imperiales,ut patet.ff.de pignor. actio.l.elegan ter.§.qui reprobos,ubi dicitur, quod reprobata pecunia nõ liberat ſoluentem.Nec ualet cõmunis excuſatio talium dicentium,quòd receperunt talem petiam auri,uel argenti pro bona.Propter quod videtur eis,quòd ſimiliter poſſunt eam alteri dare,& ſic ille alteri.Quamuis enim habeam plenam actionem in eum,qui me fefellit,nõ tamen propterea ſequitur,quòd propter abſentiã eius debeam retorquere iniuriam mihi per eum illatam in alium omnino innocentem , & qui nunquam mihi nocuit.Aliàs vnus puniretur pro peccato alterius.Quantum etiam ad ſubſtantiam rei illi mercatores proximos ſuos decipiũt, q uendunt unum lapidem non precioſum pro precioſo, aut precioſum pro precio alterius,cuius tamen uirtus naturalis eſt multo maioris ualoris.Idem dic de illis,qui uendũt uinum limphatum pro puro,iuxta illud Eſa.1.Vinum tuũ mixtum eſt aqua,ubi alia tranſlatio habet,caupones tui uinum aquæ miſcent,alij autem miſcent ſiceram de piris cõfectam cum uino albo.Alij uero permiſcent uinum debile, & parui ualoris cum uino forti.& tunc ipſum ſic mixtum uendunt pro precio puri uini,fortis,& precioſi, pſal.Inclinauit ex hoc in hoc.Alij autem permiſcent certas res ſibi notiſſimas,quibus redditur uinum acutius,aut fumoſius,ſiue fortius ĩ æſtimatione bibentium,& ſic de alijs adinuentionibus tabernariorum.Et quod deterius eſt,cum bibitores conqueruntur de fraude,illi ſolent iurare ſub maximis

ſacramentis uinum eſſe purum,& merum.Propter quod dicit ſapiens,Eccleſiaſt.26. Non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. Item quantum ad ſubſtantiam rei, fraudem committunt multi apothecarij, dantes unum pro alio,vel ſpecies antiquas,in quibus nihil,aut parum eſt ſubſtantiæ, & virtutis pro bonis. Adeo,quòd poſtquam medici ordinauerunt aliquam receptam alicui patienti, quæ illi in nullo profuit,cum hoc audiunt,admirantur dicentes, quòd non eſt homo tã robuſtus in ciuitate, qui cum ſumptione talis potus,aut medicinæ nõ debuiſſet ire ad cellam,& purgare vẽtrem. Sed profectò tota culpa eſt in apothecario, q̃ reus uidetur eſſe homicidij, ſi contingat patiẽtem ob defectum receptæ non bonæ,& quæ pro bona datur,mori.

Secundò ſolẽt mercatores filios decipere,quantũ ad quãtitatem rei uenalis,& hoc tripliciter,ſecundũ quod contingit uenales res aliquando uendi in numero, aliquando in pondere, aliquando in menſura.

Primò igitur mercatores poſsũt alios decipere in numero,ut puta, dãdo minorem numerum,quam deceat,& hoc quo ad res,quæ ſolẽt uendi ad numerum.ut nuces,oua,pira,poma,& ſimilia.Emptores etiam,qui in talibus numeris circumueniũt uendentes, aut qui euidenter uident,q̃ uenditores ſeipſos per inaduertentiam decipiunt,ſunt uerácitér deceptores,& ad reſtitutionem de eo, quòd plus eſt,tenentur,præſertim ſi exceſſus ſit notabilis,& alicuius importantiæ.Secus de modico,niſi per tale modicũ intenderent, damnũ inferre proximo, aut ſe inde ditiores facere. Idem dic de fraude, quæ cõmittitur in comparatione pecuniæ.

Secundò in pondere,& hoc quãtum ad res uenales,quæ ſolent uendi ad pondus, in quibus,qui uendit cum minori pondere,quàm debeat, vtpotè dando undecim vncias,pro duodecim,ſiue butyri,ſiue caſei,lanæ,fili,ſpecierum,aut huiuſmodi, fraudem committit. Et in hoc ſpecialiter delinquunt illi,qui habent diuerſa pondera,ſcilicet,graue,& leue,cũ graui ementes,& cum leui uendentes. Contra quos clamat ſcriptura Deu.25.dicẽs. Nõ habebitis in ſacculo diuerſa põdera maius,& minus,quia abominabatur dñs eũ, qui facit hæc.Item Prou.20.Abominatio apud Deũ põdus, & pondus,& ſtatera doloſa non eſt bona,i.mala,& iniuſta.

Tertiò

Tertiò in menſura,& hoc quo ad res,quę ſolent vendi cū certa menſura,ſicut communiter fit de panno,tela, & ſimilibus.In quibus qui dat minorem menſuram,quàm debeat, vtpotè vndecim ulnas pro duodecim, uel aliquid ſimile fraudem committit. Idem dic de illis,qui habent diuerſas vlnas,ſcilicet, maiorem,& minorem,& cum maiore ementes, & cum minori vendentes. Idem dic de cauponibus, ſeu tabernarijs,qui habent falſas menſuras, uel ſi iuſtas,nō tamē eas implent.Idem dic de molendinarijs,qui cum falſa,& iniuſta menſura accipiunt tributum ſuper tritico, aut grano, quod molitur in eorum molendinis. Idem dic de lanificib. qui faciunt trahere pānos ultra debitum artis, qui poſtmodum notabiliter reſtringuntur. Idem dic de illis,qui quadā ſubtilitate manuum,& digitorum trahunt pannos,cum eos vendunt,qui cum deferuntur ſutori,inueniuntur multò minorem menſuram habentes. Quicūque ergo faciunt prædictas fraudes,aut ſimiles,grauiter delinquunt, maximè cum faciunt contra Dei ordinationem, qui, vt habetur Sap. 11. omnia in numero,pondere,& menſura diſpoſuit. Vnde & tales tenentur ſatisfacere damnum paſſis, præſertim ſi ſit aliquid notabile,vt dictum eſt,quòd ſi parum,detur pauperibus,ſaltem in æquiualenti. Hinc eſt,quòd mercatores ſolent eſſe ſatis dediti operibus pietatis.

Tertiò ſolent mercatores alios,quibus vendunt, decipere in qualitate,& hoc multipliciter,ſiue varijs modis,ſecundum quòd contingit eos vendere res varias.

Pirmò igitur apothecarij ſolent vti deceptione in hoc, ſcilicet, quòd dant ſpecies corruptas,& antiquas,pro bonis, & recentibus.

Secundò boucherij,ſeu carnifices in hoc, quòd dant carnes pro carnibus infectas pro ſanis, ſicut patet de porcis corruptis,& ſimiliter antiquas pro recentibus, & nouellis. Item apud eos omnis vacca eſt bos,omnis ouis aries, & omnis ſus porcus.

Tertiò ſartores in hoc,ſcilicet, quòd dant corium debile pro bono, & durabili. Vnde apud eos omnis bos eſt vacca. Scindunt etiam corium ſuum, non omnino ſecundum veram diuiſionem eius, ſed magis de biez gallicè, vt appareat magis ſpiſſum. Item arte,& induſtria faciunt ipſum intume

ſcere,vt appareat fortius,ſed poſtquam fuerit modico tem pore applicatum hnmanis vſibus, mox diſſipatur,deſtruit, & in fruſtra cadit. Quartò,piſtores in hoc,quod faciunt pa nem intumeſcere,ut maior appareat,cum tamen ſæpe cadat à ſuo debito pondere.Item quandoque vendunt panem de frumento corrupto pro bono pane. Quintò,vendentes carnes aſſatas, aut bullitas paſtillos, aut ſimilia, quandoque reſeruata de vno die in alterum. Quæ vt reddantur magis venalia,exponuntur iterum igni, non ſine nocumento ſanitatis comedentium,vt in pluribus, & præſertim eorum,qui ſunt teneræ,& delicatæ cõplexionis. Sextò,ponẽtes pãnos, ant birreta ſub forti præſſura, vt magis polita,& precioſa vi deantur. His itaque modis, necnon penè infinitis alijs ſo ét aſturi mercatores proximos ſuos decipere non ſine graui ia ctura propriæ ſalutis ſecundum magis,& minus,prout nocumentum in qualitate rei uenalis,eſt maius,aut minus.

Quurtò ſolent mercatores alios decipere quantum ad tẽ pus. In hoc,ſcilicet, ꝙ nõ ſoluunt creditoribus ſuis tẽpore & die debito,aut per eoſdẽ pręfixo,& aſſignato,cum tamen poſſint, ſed ſola eorum auaritia eſt in cauſa tarditatis pędi ctæ.In quo quidem facto directè agunt contra illud domini præceptum.Leuit.19.nõ morabitur opus,ideſt merces mercenarij tui apud te vſque mane.Item Prouerb.3.Non dicas amico tuo,vade,reuertere cras,cũ ſtatim poſſis dare.Et quã to illi,quibus,ſunt mercatores debitores, ſunt pauperiores, & magis indigentes,tanto grauius peccant in differendo ſolutionem.Vnde Matth.20.Legitur,quòd dominus vineæ cũ ſero factum eſſet, dixit procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedem,ſcilicet, ſecundũ conuentionem factã. Illi ergo grauiter peccant,qui,faciũt pauperes languere poſt mercedem ſuam,& qui remittunt eos ad diem feſtum dicẽ tes. Reuertamini ad me dominica die, vel tali die feſto, & ego ſatisfaciam vobis. Nam per hoc omittunt frequenter diuina,nec poſſunt pauperes ſtatuto tempore facere prouiſionem victualium. Propter quam cauſam coguntur emere in die feſto,& charius,quàm alio die, quo victualia publicè, & copioſè exponuntur venditioni.

Quæritur,ſi mercator, qui promiſit ſoluere debita ſtatu to tempore, mortaliter peccet in non ſoluendo. Reſponſio eſt

eſt,talis,aut quando fecit talem promiſſionem intendebat, & ſperabat poſſe facere talem ſolutionem,aut nõ.Si primũ ſuppoſito,ꝙ fecerit debitũ ſuũ,& ꝙ per eum non ſteterit, ꝙ ſolutionem ſtatuto tempore non compleuerit,tunc non peccat. Debet tamen venire ad alium,& petere inducias, quas ille non debet denegare,præcipue ſi non urgeatur neceſſitate.Nec tamẽ propter impoſſibilitatem ſolutionis ad diem ſtatutum eſt extincta obligatio,ſed magis ſopita,uide licet,ad alium terminũ aſſignandum.Et ſi arguatur, quòd talis peccet mortaliter in non ſoluendo, in termino præfixo,quia,ſcilicet,tranſgreditur promiſſionem factam,etiam forte iuramento confirmatam,ad hoc reſpõdetur, ꝙ in tali obligatione erat iſta conditio implicitè contenta,ſi potero aut ſi dilatio mihi data non fuerit. Vbi ergo eſt,pro tunc impotens ad ſoluendum,ſuel etiam ubi alter prolongat ſibi tempus,talis non peccat,ſi non ſoluat tempore ſtatuto. Si autem ſic non intendebat,qñ fecit promiſſionem, ex tũc mortaliter peccauit,tanquam unus abuſor,& deceptor, & ideo non mirum ſi talis trahatur ad iudicium,& compellatur ad condignam ſatisfactionem,unà cum emenda ad pœnam ſuæ negligentiæ.Quia,ut habetur de reg.iu.lib.6. Mora ſua cuilibet eſt nociua,& ſic patet ad quæſitum. Et per conſequens de ſecundo principali.

Tertius digitus manus mercatoriæ dicitur iurationis. Solent enim ferè omnes mercatores implicari multis iuramentis,ita,ut dicat Leo Papa,& recitatur in decr.de pœ. diſtinct.5.Qualitas,quòd difficile eſt, inter ementis,& uendentis commercium non interuenire peccatum,ſupple,iuramenti incauti,& periurij,uno dicente. Per Deũ ego non dabo pro minori precio, altero uerò dicente.Per Deũ ego non dabo tm̃,& tamen ſœpe oppoſitum faciunt.Vnde,& tales mercatores ſic aſſueti iurare in mercando,interdum ditantur,frequenter tamen iuſto iudicio ad pauperiem tandem deducuntur,quia,ut dicit Chryſoſt.ſuper Mat.in opere imperfecto.hom.35.talium ſubſtantia,aut ipſis uiuentibus peritura eſt,aut a malis hæredibus diſſipanda, aut ad extraneos,& inimicos hæreditas uentura eſt.Non.n.poteſt ad bonũ proficere, quod congregatũ eſt male. Deinde dat talem ſimilitudinẽ,dicens. Quemadmodum,ſi triticũ cer-

nas in cribro dum hùc,& illuc iactas grana,paulatim cadūt deorſum,& in cribro nihil remanet niſi ſtercus ſolum, ſic, & ſubſtantia negotiatorum,dum toties uadunt, & ueniūt, inter emptionē,& uenditionem minuitur , & tandem ipſis nihil remanet,niſi peccatum ſolum.Hæc illæ.Ecōtrario autem,qui mercantur iuſtè,& abſque iuramentis,ditantur tē poraliter,ſpiritualiter,& æternaliter Ad quod facit exemplum prius recitatum, uidelicet,ſecūda parte huius ſecundi tractatus c.13.

Quartus digitus manus mercatoriæ dicitur interdictio nis.Pro quo notandum,quòd & ſi prędicta ars ſit licita, & multum neceſſaria reipublicę,poteſt tamen reddi uitioſa, & mala , quoties eſt interdicta . Interdicitur autem multis de cauſis, uidelicet, ratione .

Temporis, Loci, Perſonæ.

Primò igitur ratione temporis.Triplici enim lege prohibetur mercatura in die feſto,eo.ſ.ꝙ in tali die ſolum uacandum eſt diuinis.Primò igitur lege diuina,de qua Exod.20. Non facias omnes opus,ſupple,ſeruile in die ſabbati.Conſtat autem,ꝙ mercari ad opus ſeruile pertinet.Licet tamē in die feſto emere victualia, & prǫſertim , quæ nō poſſunt conſeruari,uſq; in alterum diem. Secundò lege eccleſiaſtica,ut patet extra de feriis.c.1.quod incipit omnes dies,ubi ſic dicitur . Omnes dies dominicos à ueſpera in ueſperam cum omni ueneratione decernimus obſeruari, & ab oī illicito opere abſtinere,ut mercatū in eis minimè fiat. Et ſimile iudicium eſt de feſtis,quę præcipiuntur ab eccleſia obſeruari,ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter,ſicut patet de illis, q̄ ſtatuuntur ab epiſcopis in ſuis diœceſibus,ut patet in eadē rub.c.conqueſtus.Tertio.l.ciuili,ut patet.C.de feriis.l. dies dominicus,ubi ſic dicitur.Dies dominicus ſit à contractib. alienus.Et idem habetur in eadem rub. l. omnes iudi. Hoc etiam facto oſtendit Chriſtus, qui bis legitur eieciſſe uendentes,& ementes de templo,potiſſimè in die feſto,ut patet Io.2.& Matth.21.

Quæritur circa hoc,utrū, illi mercatores,mortaliter peccent,qui in die feſto frequentant nundinas.Nam ſatis conſtat multas nundinas cęlebrari in die feſto , utpotè , in die B.Iohan.Baptiſt.Mariæ Magdalenæ,Sanctæ Crucis,Sancti

Mi-

Michaelis, Nicolai, Martini, & huiuſmodi, Ad hoc dubium ſufficienter reſpondit dominus Petrus de Pa.in 4.ſen.diſt. 16.q.2.ubi primò dicit, ꝙ diebus dominicis, & feſtis nullibi eſt mercandum. Deinde ſubdit ex priuilegio, & diſpenſatione papę poſſunt nūdinę teneri dominicis diebus. Nam quāuis ſecundum eum ſanctificare ſabbatum ſit morale, quantum ad hoc, ꝙ Deo uacetur, & quantum ad hoc eſt indiſpēſabile, ſicut, &c. præcepta moralia tñ, ꝙ tali tempore, & taliter uacetur Deo eſt de iure humano, & per conſequens diſpenſabile. Ex quo concluditur, ꝙ ubi ſunt nundinæ in die dominico, aut alio die feſto Papa ſciēte, & diſſimulante, nec reclamante. Non eſt peccatum tunc ibi mercari, dummodo illic uadens non perdat miſſam. Qui autem toto die feſto ſedent in foro, ſicut in die feriali non audientes miſſam, nō excuſantur peccato. Nota tñ, ꝙ predictus doctor ſpecificat dictum ſuū ibidē de illis, qui per totam hebdomadā ad forum cōmodè ire non poſſunt. Itē loquitur tātum de illis qui pro neceſſariis emēdis, uel uendendis uadunt ad forum in die feſto, tales ergo excuſat à peccato. Dicit tñ dñs Ant. in ſum. ſua. parte 2.ti.1.c.16.§.2. allegādo dictum de Pa. in 4. ꝙ ex quo prelati eccleſiæ ſiciut, & tolerant nundinas, quæ fiunt dieb. feſtiuis auditis diuinis, non quidem cauſa auaritiæ.i. congregādi ad ſuperfluitatem, ſed aliquo fine honeſto ſ. ad prouidēdum ex lucro ſuæ neceſſitati, & familiæ, uel ad dandū pauperibus, poſſunt tales excuſari, ex quo eis permitittur. Secus autem, ſi huiſmodi nundinæ eſſent prohibitæ ſub pœna excommunicationis, ut huinſmodi. Et ſic patet ad dubium.

Secundò ars mercatoria interdicitur ratione loci. Non eñ licet negociari in eccleſia, aut cimiterio, quia ſic agendo ſit magna irreuerentib. loco ſacro, & per conſequens Deo, ad cuius honorem conſecrantur, & dedicantur dicta loca. Et ideo in ſignum huius dicit uēdentes, & ementes de templo, dicens. Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Io.2. Propterea extra de immunitate eccleſiarum c. decet domum Dei, dicitur, ꝙ mercatura in eccleſiis, aut cimiteriis fieri nō debet. Et huius ratio aſſignatur. C. de his qui ad eccleſiā confugiunt. l. denunciamus ubi dicitur, ꝙ eccleſia non eſt locus conuenticulorum, ſe coadunatio-

num hominũ,ſiue tumultus, cõclamationis atq; ſeditionis modò mercatores faciunt magnum tumultum, & clamorẽ ualidum,ideo in eccleſia mercari non debent.Inſuper ſi hoc eis liceret,poſſent ſuis clamoribus impedire diuinũ officiũ deuotiones,& orationes Chriſti fidelium.Sed quid de mulieribus ibi uendentibus cãdelas.Reſpondet Dominus Anto.ubi ſupra,ꝙ clerici,uel religioſi,qui hoc permittũt,principaliter,ut ſic ſatisfaciunt deuotioni fideliũ,qui ſolent huiuſmodi candelas accendere ad Dei, & ſanctorum eius honorem,poſſunt à peccato excuſari. Si autem principaliter hoc permittunt propter cupiditatem,aut lucrum,non poſſunt à peccato excuſari.

Tertiò ars mercatoria interdicitur ratione perſonę.Sũt enim aliquæ perſonæ inhabiles ad negotiandũ, ut ſunt clerici,ſtrictius aũt religioſi, ut patet extra,ne clerici,uel monachi per totum,ubi non ſolum negotiatio,ſed plura negocia ibi ponuntur illis omnibus interdicta. Dicit enim Au.& recitatur in decretis diſtin.88.fornicarii,quòd negociari aliquando licet, aliquando non licet. Antequam ſis clericus, licet.Poſtquam uerò effectus es clericus,nõ licet.Cuius rationem aſſignat beatus Tho.2.2 q 60.c.4.dicens, quòd clerici nõ ſolum debent abſtinere à malis,uerumetiam ab his quæ habent ſpeciem mali.Negotiatio autem quamuis ſecũdum ſe non ſit mala,habet tamẽ ſpeciem mali.Tum primò quia negociatio eſt ordinata ad lucrũ temporale, cuius clerici,& præcipuè religioſi debent eſſe cõtemptores.Propter quod dicit Hiero.& recitatur in decre.ubi ſupra.c.negociatorem.Negociatorem clericum,quaſi quandam peſtem fuge. Tum ſecundò propter frequentia negociatorum uitia. Nam difficulter negotiator exuitur à peccatis labiorum, ut habetur Eccl.27.Clericus autem ſumoperè debet uitare uitia,& occaſiones peccandi.Tum tertiò,q̃a negociatio nimis implicat mentẽ curis ſæcularibus,& per conſequẽs retrahit à ſpiritualibus.Propter quod Apoſtolus 1.Thi.2. loquitur dicẽs.Nemo militans Deo implicat ſe,ſupple,de iure negociis ſæcularibus,vt ei placeat.& cætera.Licet tamẽ eis uti mercatura ĩ emẽdo uitę neceſſaria.Itẽ licet illis uẽdere fructus proprię poſſeſſionis,aut beneficiorum ſuorũ.Item,ſecũdum Dominum Antoninum, ubi ſupra licet

eis

eis emere certa inſtrumenta,& materias, & inde artificialia facere,honeſta tamen ei,congrua ſuo ſtatui. Et poſtmodum illa uendere,dummodo exercendo tales artes non dimittāt diuina. Sed profectò ſunt nonnulli clerici, qui ſunt mercatores publici, & notorij, ſicut patet de illis, qui habent domos extra urbes, quæ gallicè uocantur meteries,in quibus faciunt nutriri multitudinem boum,& pecudum. Alij autem emunt lanas pauperum agricolarum uili precio, quas poſtmodum charè uendunt.Idem etiam faciunt de uino,& frumento,quando talia uili precio comparantur. Alij uerò tenent publicas tabernas, ſed ne de hoc conueniantur in iudicio aduocant ad ſe fratrem,uel nepotem,ut cooperiāt iniquitatem ſuam, & cupiditatē uelamine & præſentia fratris, & nepotis, cum tamen emant uinum, & quicquid neceſſe eſt communi tabernæ,aut ſaltem dant pecuniam, atq; illis redditur ratio de miſſis,& receptis. Modò,qui per alterum facit,perinde eſt,ac ſi faciat per ſeipſum, ut habetur de reg. iur.lib.6.

Alij denique cæteris grauius delinquunt, qui,ſcilicet, aſſumuntur in publicos procuratores nobilium, & dominorum temporalium contra omnem diſpoſitionem iuris diuini,eccleſiaſtici,ac ciuilis.Et de iure quidem diuino id patuit ex uerbis Apoſt.dicentis. Nemo militans,&c. Dicit etiam Saluator contra tales loquens. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Matth.6. De iure autem Eccleſiaſtico liquidè patet in multis paſſibus,utpotè, diſtin.75. peruenit, ubi ſic legitur. Peruenit ad ſanctam Synodum,quia de his,qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam aliorum poſſeſſionum conductiones, & cauſas ſecularium ſuſcipiunt,& a ſacris officijs ſe per deſidiam ſeparant. ad domos autem ſecularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ cauſa ſuſcipiunt.Deinde reprobatur talis abuſus ſub pœna ſuſpenſionis. Eximuntur tamen in dicto capitulo nonnulli caſus pij, in quibus conceditur eccleſiaſticis, ut poſſint eſſe ſecularium perſonarum procuratores.Item 21.q.3.peruenit. repetuntur, quaſi eadem uerba,& eadem ſententia,ſicut prius. Idem etiam prohibetur extra, ne clerici, uel monachi ſecularibus negocijs ſe immiſceant capitulo primo, quod incipit. multa.

Item

Item c.ſacerdotibus.Super quo dicit gl. quòd poſtquam ta les fuerint ter moniti,nec deſtiterint, ſunt tanquam excom municati vitandi.De iure verò ciuili patet.C.de epi.& cler. l.placet.vbi imperator mandat ne clerici ſint aduocati, aut procuratores in cauſis ſecularibus, niſi in cauſis proprijs, aut pro collegio ſuo. Et iſta lex eſt canonizata, extra de poſtulando. c.1. quod incipit clerici.;Patet ergo, quòd non licet clericis,aut religioſis mercari. Et ſic patet de quarto principali.

Quintus digitus prędictæ manus mercatoriæ dicitur inuolutionis: habet.n. quandoq; ars mercaturæ inuolutã malitiam,vtpotè,cum quis mercatur cũ pecunia furata,& quę reſtitutioni eſt obnoxia. Item cum quis vult negociari, & quaſi vẽdere ſpiritualia,aut emere. Et talis negociator fuit Simon Magus, de quo legitur Act.8.quòd cum vidiſſet, q̄ per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritusſanctus,obtulit eiſdem Apoſtolis pecuniam,dicens:Date,& mihi hanc poteſtatem,vt cuicunque impoſuero manus, accipiant Spiritum ſanctum.Sperabat enim, quòd benè ſe recompenſaret. Ad quem Petrus. Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Ecce peſſimus mercator, quem multi ſimoniaci imitantur.Practica.

Pro quo notandum, quod triplex eſt genus negociorum primum eſt,quòd eſt de ſe,& propria natura malũ,vtpotè, inuolutam habens malitiam, ſicut eſt negociari in materia ſimoniæ, aut vſuræ. Vnde de ſimoniacis ſpecialiter loquens Ambro.& recitatur in decre.1.q.1.reperiuntur, dicit ſic. Reperiuntur quamplurimi negociatione muneris velle mercari gratiam Spiritusſancti. Talis ergo mercatura eſt ſimpliciter interdicta,tanquam de ſe mala. Secundum genus negociorum eſt illud,quòd non eſt de ſe malum,tamen, vt in pluribus,homines vtuntur ipſo ad malum,vt facere taxillos,chartas,fucos, & huiuſmodi. Similiter,& ſuperfluum ornatum veſtium.Et a taliũ emptione,uenditione,& factione debet quilibet abſtinere, & generaliter abſtinendum eſt ab omnibus illis, quorum vſus communiter eſt ad mortale peccatum,vt dicit Dominus Anto.2.parte ſummæ ſuæ,titu. 1.c.16.§.2.Et ſic,inquit,intelligendum eſt, quod dicit Innocen.

cen.in c.fratres,de pœn.diſt.5.Falſa pœnitentia eſt,cum pę nitens ab officio negociali actu non recedit,quod ſine peccatis agi non poteſt. Item ad eundem ſenſum intelligendū eſt illud,quòd dicit Grego.lib.homiliarium.homi.24. & ſimiliter recitatur de pœnit.diſt.5. negotium. ubi ait. Sunt pleraq; negotia,quæ ſine peccatis exhiberi, aut uix,aut nullatenus poſſunt. Quę ergo ad peccatum implicant,ad hæc neceſſe eſt,ut poſt conuerſionem,animus non recurrat.Tertium genus negotiorum eſt illud,quod eſt de ſe honeſtum, licitum, & utile humanis uiſibus, ut facere pannos, telas, calceos,birretà,& huiuſmodi.Et tunc loquendo de tali negociatione,dicimus,quòd eſt licita perſonis laicis pro loco, & tempore.Patet ergo,quando ars mercaturę habent inuolutam malitiam,& quando non. Studeant ergo uiri ad hoc dediti, debitè eam exercere,ſi regnum cœlorum uelint tandem mercari.

DE MANV VSVRARIA.
Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis opere.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti ca.dictum eſt de manu mercatoria,conſequenter tractandū eſt de manu vſuraria,quæ meritò ſequitur ad pręcedētem,eò,ſcilicet, quòd inter omnes homines mūdi,frequentius mercatores vſuram committunt,nunc apertam,nūc palliatam.Et de prædicta manu vſuraria rectè pòteſt intelligi illud Thren.1.Manum ſuam miſit hoſtis,ideſt homo uſuras exercens ad omnia deſiderabilia eius, ſcilicet illius,cui mutuat ad uſuram.Hoc autem maximè fit,quando uidet,quòd ille,cui mutuauit,habet bonā hæreditatem, quā optat facere ſuam.Propter quod non petit uſuras,ſed ſcienter permittit plures annos tranſire. Et tunc cum uiderit pauperem multis debitis inuolutum , facit tranſire hæreditatem eius per decretum. Ecce quomodo ſuis cautelis vſurarius mittit manum ad omnia deſiderabilia illius,

cui

cui mutuauit ad uſuram. Habet autem hæc manus vſuraria quinque digitos, qui ſunt quinque modi vſitati, quibus ſolet uſura committi, uidelicet.

Impignorando,
Deponendo,
Vendendo,
Cambiendo,
Pactionando.

Primus igitur digitus manus vſurariæ uocatur impignorationis. Verbi gratia. Venit Sortes in neceſſitate conſtitutus ad Platonem diuitem, ſolitum tamen dare ad uſuram. Expoſita ergo neceſſitate ex parte Sortis, & imp'orato auxilio, quia ſortè Plato eſt compater eius, reſpondet ſibi ſub paucis, ꝙ libenter iuuabit eũ intuitu compaternitatis. Nihilominùs, quia neſcitur, quis ſit uicturus, aut quis moriturus, petit pro aſſecuratione ſua, quòd Sortes tradat illi aliquod pignus, ſiue rei mobilis, ut ueſtimentum, equum, uaccas, oues, & huiuſmodi, res quarũ capiet interim uſum, aut fructum, aut etiam rei immobilis, ut vineam, pratum, hortum, campum, & ſimilia, ex quibus interim, ſicut de aliis capiet fructum, ſiue lucrum non computando in ſortę. Quin immo tempore ſolutionis pecuniæ mutuatæ totum repetet, uſque ad ultimum quadrantem. Conſtat autem, ꝙ talis mutuans, & recipiens rem mobilem, aut immobilem, cum fructu illius in pignus eſt uerus uſurarius. Ab hac tamẽ generalitate excipitur caſus, in quo gener accipit a ſocero ſuo aliquam poſſeſſionem in pignus, quouſque receperit ab eo dotem promiſſam uxori ſuæ. Qui quidem caſus cõceditur, tanquam licitus propter onera matrimonij ſuſtinenda, ut habetur extra de uſu. c. ſalubriter. Ad idem eſt ius ciuile, ut patet C. de iu. do. l. pro oneribus. Extra autem hunc caſum, qui percipit fructus pignoris, nec eos deducit in ſortẽ. i. in diminutionem pecuniæ datæ veram vſuram committit, ut expreſſè patet extra de vſu. c. 1. quod incipit, plures clericorum, ubi ſic dicitur. Si quis alicuius poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie, uel conditione in pignus acceperit, ſi ſortem ſuam deductis expenſis de fructibus iam perceperit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Hęc ibi. Eadẽ ſentẽtia habetur c. ſeq. quod incipit, qm̃. Sed profectò multi fa-

ti faciunt contrarium,& ſignanter nobiles,ac viduæ mulieres potentes,necnon,& quidam eccleſiaſtici beneficiati,ſiue aliàs,vndecunque locupletati,& pecunioſi.Tales nēpe perſonæ videntes,ꝙ non poſſunt publicè mercari,vidētes parte ex altera,ꝙ pecunia in arca repoſita, nihil vtilitatis illis affert,eam libenter mutuant oībus venientibus;dūmodo ſint potentes ſoluere,atq; per modum ſecuritatis,vt dicūt ꝙ accipiunt in pignus aliquam poſſeſſionem,ēt maioris valoris, quàm ſit pecunia mutuata;quo fit, vt ſemper percipiāt fructus dictæ poſſeſſionis, quouſque receperint pecuniam datam, nihil defalcantes ratione fructuum perceptorum de dicta poſſeſſione. Quod omnino iniquum eſt,& vſurarium,vt patet ex præcedentibus.

2 Secundus digitus manus vſurariæ dicitur depoſitionis. Hæc autem fit, cum quis deponit pecuniam apud mercatorem, vel campſorem, vt vtatur ea, ſaluo tñ capitali ſuo, & cum intentione principaliter aliquid percipiendi ultra ſortem, quamuis illa pactio fiat ſuper hoc inter eos, mutuò tamen ſe intelligunt. Talis ergo depoſitio ſimpliciter eſt uſuraria, maximè cum ſola intentio, aut ſpes lucri faciat hominem vſurarium,ut patet 14.q.4.ſi fœneraueris,ubi dicitur,ꝙ ſi mutuo dederis pecuniā tuam alicui homini,a quo expectes,pluſquam dediſti,ſiue pecuniam,ſiue triticum,ſiue uinū,aut oleum,ſiue quodlibet aliud,fęnerator es,& in hoc imdrobandus,non laudandus,hæc ibi.Et ſunt uerba Aug.ſuper Pſalteriū,Pſ.35.Vnde qui mutuat cum intētione,& ſpe aliquid lucrandi,& recipiendi,ultra ſortem, dato ēt,qđ nihil recipiat,tenetur tñ de hoc penitere,& confiteri,tanq̄ de mortali,ꝙ ſi quis aliquid receperit,tenet̄ illud reſtituere dāti,niſi forſan ſibi poſtea remittat merè gratis,& liberè. Vbi uerò qs mutuat alteri principaliter pp Deū, aut amicitiā, quā habet ad eū,& non pp tpalem cōmoditatem,& ille,cui mutuat ex ſua mera liberalitate,ut gratus,& nō principaliter pp mutuū aliquid ſibi donat,declarās ei, quod liberè illud donat, uſura nō eſt, eò ꝙ mutuās nullo modo intendebat tale lucrū. Nō,n.ut dicūt doctores, talis eſt factus deterioris cōditionis ex tali mutuo grato,q̄ ſi nō mutuaſſet,ſed ſi nō mutuaſſet,utiq; recipere potuiſſet ab illo, cui mutuat, aliquod donum gratuitum,ergo etiam poſt

Eſt autem notandum circa hoc ſecundum donrinum Anto. quòd ſola principalis intentio in mutuando facit uſurã, & non ſecundaria. Dicitur autem in propoſito principalis, & primaria intentio, cum quis magis mouetur ad mutuandum propter lucrum, quod ſperat, quàm propter aliud. Dicitur uera intentio ſecundaria, cum quis ſperat ſibi aliquid dari ab eo, cui mutuauit ex ſua mera liberalitate, ita, ſ. ꝙ da tum non mouet eum ad mutuandum, ſed magis beneuolentia, intantum, quòd etiam ſi nõ crederet ſibi dari ultra ſortem, adhuc tamen mutuaret. Da exemplum de ſimonia in ordine ad temporale. Nam principalis ſpes, & intentio ad temporale inducit ſimoniam in collatione ſpiritualium, nõ autem intentio ſecundaria uerbi gratia. Licet collatori beneficij conferre beneficium alicui, quia idoneus eſt, ſecundariò autem, quia conſanguineus, aut quia obſequioſus, ita etiam in propoſito in materia uſuræ.

Addit etiam Dominus Anto. 2. par. ſuæ ſummæ, tit. 1. c. 7. §. ꝙ non ſolum principalis intentio ad lucrum in principio mutuationis habita induti, uerumetiam poſtea habiti. Verbi gratia. Aliquis hodie mutuat proximo ſuo merè gratuito, & ex charitate. Poſt menſem uerò mutat intẽtionem, & incipit habere propoſitum, ꝙ niſi ſperaret aliquam commoditatem ex tali lucro, ſtatim repeteret rem mutuatam, talis eſt uſurarius mentalis, uel etiam pone, quòd talis poſt mẽſem, uel annum repetat ſuum, alter autem rogat eum, ut dignetur adhuc expectare uſque ad tale, uel tale tempus, & ꝙ non erit ingratus apud eum. In hoc caſu ſi talis det inducias principaliter propter ſpem lucri, aut doni promiſſi in generali eſt cenſendus uſurarius. Et breuiter ex quo ſperat aliquid vltra ſortem, etiã dato, ꝙ alter nihil promittat, quicquid ultra huiuſmodi ſortem recepit, tenetur reſtituere, quã tumcunque ſponte detur. Poſſet tamen huiuſmodi datum retinere, quando alter diceret ſibi in hunc modum. Ego do uobis hoc, uel hoc merè gratis, & per modum doni, & volo, ꝙ ſit veſtrum. Nam in tali caſu poſſet tale donum ſibi retinere. Haberet tamen pœnitere, & confiteri de priore intentione ſiniſtra, quæ erit vſuraria. Quod ſi mutuans ſcit, uel probabiliter credit, ꝙ alter non dederit tale donum merè liberè, nec merè voluntariè, ſed forſan, ne reputetur ingratus,

vel

uel ꝙ alias ipſe mutuãs nõ eſſet paratus ſibi ſuccurrere in neceſſitate ſua,ſi non aliquid det ultra ſortem,tunc peccat recipiendo huiuſmodi oblatum,& ad reſtitutionē tenetur ſecundum eundem Anton.ubi ſupra.Et ſic patet de ſecundo digito.

Tertius digitus manus uſurariæ,dicitur uenditionis, & emptionis.Nam,cum quis uendit merces ſuas ultra iuſtum precium ſolum ratione dilationis temporis in ſoluẽdo precium,tunc uſura eſt manifeſta.Hoc tamen intelligitur, niſi talis intenderet dictas merces ſeruare in futurum,quando ſcilicet,communiter plus ualent,& maximè ſi ſperat ueriſimiliter éas plus udituras.Quilibet enim rationabiliter poteſt ſe reddere indemnem.Tutius tamen eſſet tali in prædicto caſu uendere merces ſuas pro illo precio, pro quo ſimiles dabũtur in tempore,pro quo intẽdebat eas ſeruare.Da exemplum de illo,qui uendit vinum,aut bladũ in feſto B. Martini pro precio,quod curret in feſto B.Iohan.Bap.ita ꝙ ſi plus ualeat tunc,quàm tempore uenditionis plus dabit. Si minus,etiam minus dabit.Talis enim contractus eſt iuſtus,& licitus,ut patet extra de uſuris c.in ciuitate.Itẽ ca. nauiganti.Si uerò ſic apponeretur in contractu,ſi plus ualebit,plus dabitis.Si minus,nihilominus tantum dabitis,quãtum tunc ualet,tunc uſura eſt,eò ꝙ taliter uendens ponit ſe in tuto,& aliũ in periculo.Modò regula generalis ĩ hac materia eſt,quòd quotieſcũq; quis ponit ſe in tuto,& aliũ, cum quo contrahit,in periculo,tunc uſura eſt.

Et quia fermè omnes mercatores plus ſoliti ſunt uendere merces ſuas,quando uendunt ad credentiam,quàm ubi habent pecuniam promptam,ideo pro pace , & ſecuritate conſcientiarum huiuſmodi mercatorum eſt notandũ conformiter ad doctores,de hoc loquentes,quòd ualor rerum uenalium non conſiſtit in diuiſibili,ſed in quadam altitudine,iuxta ęſtimationem hominum prudentium,& peritorum in tali arte.Vnde dominus Anto.in 3.parte ſummæ ſuæ,titu.1.cap.8.§.aſſignat très gradus contentos in latitudine iuſti precij rerum uenalium.Primus dicitur pius . Secundus diſcretus.Tertius rigidus.Primus gradus eſt precij minoris.Secũdus mediocris.Tertius maioris.Verbi gratia. Sint tres petię pãni eiuſdem bonitatis,coloris,laboris, arti

ficij

ficij,atque expenſæ,circa quas iuſti æſtimatores uario modo ſe habẽt,uno dicente,quòd quælibet ualet decẽ libras, alio dicente,quòd decẽ cum media, alio autem dicente,ꝙ quęlibet benè ualet undecim libras. Sed hoc eſt ad maius, & iſte gradus poteſt dici gradus rigidus, qua æſtimatione facta,ueniũt tres mercatores gratia emendi,prædictas tres petias panni,quorum unús habet pecuniam promptam,alter non,ſed petit dilationẽ,uſque ad medium annum.Tertius ſimiliter non habet pecuniam promptam, petens dilationem,& terminum ad ſoluendum,uſque ad annũ.In iſto igitur caſu,qui communiter currit inter mercatores,uẽditor licitè poterit uendere primam petiam panni ſui primo precio decem librarum,Secundò precio maiori,ſcilicet,decem librarum , & Sol.10 . Tertio autem precio adhuc maiori,uidelicet,undecim librarum,ꝙ uocatur precium rigidum.Et quamuis faciat gratiam primo,gratiam quidẽ in hoc,ꝙ uendit ſibi pannum,conformiter ad gradum pium, non propterea ſequitur,quòd debeat facere conſimilẽ gratiam ſecundo,aut tertio.Sufficit enim,quòd nemini faciat iniuſtitiam.Et ſi arguatur in oppoſitum,quòd iſte plus uẽdit ſecundo,& tertio ratione temporis,& per conſequens eſt uſurarius.

Reſpondetur,ꝙ tempus poteſt eſſe occaſio,ꝙ plus uendit ſecundò,quàm primo,ſimiliter tertio , quàm ſecundò, excuſatur tamen à peccato ꝓpter duo.Primò quidẽ,quia non excedit latitudinem iuſti precij.Secundò uerò,quia fortè cõſiderat apud ſe,quòd ſi haberet pecuniã promptã, illa plus poſſet illi prodeſſe,quàm ille aſcenſus pecuniæ,q̃ petit ſibi dandam ad terminum præfixum,qui quidem aſcenſus ſemper eſt infra latitudinem iuſti precij,ut ſuppoſitum eſt.Patet ergo,ꝙ licet uendere rem ſuam ubi minus, & alteri plus,abſque uſura,dummodo ſtetur ſemper infra latitudinem iuſti precij. Quod ſi contingat aliquem uẽditorem excedere huiuſmodi latitudinem iuſti precij,tũc ꝓ uſurario habendus eſt.

Similiter ex parte emptoris poteſt eſſe uſura,quandoq; ſcilicet emit rem uenalem minus iuſto precio,eò quòd anticipat tempus ſolutionis precij,antequam recipiat mercẽ, Da exemplũ de illo,qui emit triticum in ianuario recipiẽdum

dum poſt meſſem,uidelicet,in Auguſto. Et idē caſus poteſt poni de uino.Item de lana,& huiuſmodi. Quicunque ergo uult diminuere de iuſto precio rei uenalis,eo quòd anticipat ſolutionem, priuſquam rem recipiat,uſuram cōmittit ex contractu.Poſſet tamen talis excuſari omnino à culpa, ſi ex tali anticipationem reportaret damnum.Verbi gratia Eſt aliquis mercator pannorum,qui in toto habet centum libras in burſa,cum quibus mercatur, & mercari intendit. Veriſimiliter autem æſtimat,quòd induſtriosè exponendo dictam pecuniam in pannis emendis lucrabitur decimam partem, prout frequenter fecit. Si ergo iſto caſu poſito aliquis agricola uenit ad eum rogans, ut emat ab eo bladum pro centum francis, recipiendum tamen poſt meſſem, pōt emens,cum eo pactionari de minori precio bladi,quam ualeat,ſiue tempore quo dat pecuniam. ſiue tempore quo eſt recepturus bladum,& hoc totum,ut ſe reddat indēnem.Caueat tamen ſibi a larga conſcientia,& ne ſub palliatione dāni committat uſuram,ut pleriq; facere ſolent, allegantes excuſationes,in peccatis,quas non recipit,nec approbat dominus,qui intuetur corda ſingulorum. Reſolutoriè ergo tenendum eſt in materia iſta, quòd ille, qui emit aliquam mercem recipiendam in futurum, pro qua anticipat precium ſolutionis, debet regulariter illam emere pro precio quod currit tempore emptionis,aut,quod curret tp̄e ſolutionis,uel quod æſtimatur communiter eas tunc ualituras, quamuis cum quadam latitudine,utpote,uno dicēte,quòd æſtimat bucellum bladi ualiturum tres ſolidos poſt Auguſtum,altero, quòd bene poterit aſcendere ad tres ſolidos, cum medio.In hoc caſu emptor, qui anticipat pecuniam, poteſt emere bucellum bladi tribus ſolidis. Quòd ſi minus emat,tunc peccat, & eſt uſurarius cenſendus, quia diſcedit ultra medium iuſti precij, quod taxatur ſecundum æſtimationem uirorum peritorum. Quod ſi ille emptor dicat, quòd æſtimat bladum minus ualiturum poſt meſſem,utpotè, duos ſolidos, proter quod non uult plus dare,nam mentita eſt iniquitas ſibi,quia quicquid dicat ore,aliter tamen æſtimat in corde. Sed ideo ſic loquitur, ut emat futurum bladum iuxta ſuam uoluntatem, & non ſecundum æquitatem. Nec debet eſſe eſtimator hm̄oi rei,

ſed potius debet ſe referre iudicio peritorum in arte illa. Patet ergo de tertio digito.

Quartus digitus manus uſurariæ, uocatur campſionis, quo utuntur campſores. Pro quo notandum, quòd cambia poſſunt fieri tripliciter.

Primò quidem ſic. Campſor cambiendo ſcutum recipit pro campſione tres denarios. Quæritur, vtrum ibi committatur uſura Pro ſolutione opus eſt tali diſtinctione uti. Aut enim talis cãpſor eſt publicus campſor, aut priuatus. Si publicus, utpote, qui currit de nundinis ad nundinas, & qui totum tempus, uel maximam partem expendit in talibus diſcurſib. ſiue in propria perſona, ſiue per famulos ſuos, tũc uſuram nõ committit, ſi aliquid expendit, aut recipit ratione cambij facti, dummodo moderatum ſalarium petat. Nec talis quærit fructum de pecunia ſua, quæ de ſe eſt ſterilis, & non fructificans, quia ſic eſſet uſurarius, ſi haberet reſpectum ad pecuniam in ſe. Quęrit ergo fructum de labore ſuo, & intereſſe. Habet enim talis opus aſſumere multos labores, & multas ſolicitudines pro congregandis monetis. Item habet facere hac de cauſa multas expenſas, locare domos, tenere famulos. Interdum etiam exponere ſe periculis latronum. Non eſt autem decens, ut hæc omnia cadant ſuper humeros ſuos, nullam recompenſam recepturus. Quinimmo expenſarum, laboris, & itineris ratio eſt habenda, ut habetur extra de uoto, & uoti, redemptione c. magnæ. Patet ergo, quòd talis publicus campſor poteſt moderatum ſalarium expetere ꝓ laborib. ſuis. Nihilominus poteſt ĩ huiuſmodi cambiis committi peccatum multipliciter, nõ ſolum, cum hæc fit ex auaritia, ſed ẽt cum dãtur monetæ falſæ, uel inciſæ, uel diminutæ, uel ẽt cũ campſor nimis capit. Quantum autem debeat capere, non eſt a iure determinatum, ſed ſtandum eſt cõſuetudini patriarum. Si autem campſor ſit perſona priuata, uoco in propoſito perſonam priuatam, quæ non exercet ordinariè, neque ratione uocationis ſuæ prædictam artem, ſed alteram, & quæ nullas miſias facit pro congregandis monetis, tunc ũr mihi, quòd talis perſona peccat mortaliter, ſi aliquid exigat, etiam turonum pro huiuſmodi cãbio. Ex quo infero, q̃ tabernarij, & publici mercatores peccant mortaliter, quando

do pro cambio vnius ſcuti,aut plurium aliquid exigũt,maximã cum præeligant,aurum,quàm monetam albam,eò quod facilius portant aurum,cum uadunt extra, gratia cõparãdi uina,uel ſimilia,quàm monetã.Tales ergo sũt cenſendi uſurarij,& ad reſtitutionem tenentur.

Secundò cambia ſic fiunt.Aliquis clericus mittit Romã, uel uadit in propria perſona,cauſa impetrandi aliquã diſpẽſationẽ.Sed propter pericula uiarum ponit pecuniã ſuã ad banchum in hunc modum.Tradit enim cẽtum ducatos bãchario Pariſien. vt recipiat Romę nonaginta uirtute ſchedulę, quàm ille ſcribit alteri cãpſori Romæ exiſtẽti. Quęritur,ſi iſte contractus ſit uſurarius,nec ne. Rñdetur, quod eſt licitus.Non enim in hoc caſu uendit pecunia,quæ eſt inuẽdibilis,ſed illud,quod plus datur,quàm recipitur,datur ratione periculi,quod aſſumit ſuper ſe bancharius.Nã ſi pecunia deperdatur in uia,ipſe tenetur proprijs expenſis addere ſummam,de qua reſpondet,integram.& bene numeratum Romæ.Item illud plus cedit in ſuſtentationem miniſtrorum,& ſalariorum illis debiturum ; quos quidem miniſtros neceſſe eſt omnem talem campſorem habere.Inſuper oportet eum locare domum , & multas expenſas facere.Et ideo , quantum ad hoc uidetur eſſe ſimile iudicium de eo, ſicut de campſore publico alicuius ciuitatis,de quo ſupra immediatè dictum eſt, quòd poteſt rationabiliter aliquid recipere ratione cambij facti.Conſtat enim quòd nullus tenetur fruſtra , ſeu gratis operas ſuas,aut propriũ ſudorem ponere in aliorum utilitatem . Quinimmo ratione talium poſt mercedem expetere , moderatam tamen . Sicut ergo mercator transferens merces de patria in patriam poteſt eas plus uendere,quàm emerit , quàmuis in nullo ſint melioratæ , ſed tantum ratione expenſarum factarum, & periculorum,quibus ſe ſubiecit , ut dicit beatus Tho.2.2.q.67.ar.4.ita in ꝓpoſito.Inſuper fortè moneta,quã dat talis clericus banchario,plus ualet Pariſius,quàm Romæ,ſicut patet de ſcutis,aut moneta alba. Et ideo ratione illius plus iuſte facit bancharius illos decem aureos ſuos.

Tertiò cambia ſic fiunt.Aliquis habens multam pecuniã audita magiſtros monetæ,quòd indubiè monetę declama

buntur, uel ad minus precium ponentur, & hoc in breui, & præſertim monetæ extraneæ. Quo audito uenit ad bāchariū iſta ignorantem, dicens ei. Ego habeo mille florenos, quorum quilibet ualet uiginti ſolidos Pariſienſes. Parum illis indigeo pro præſenti, & ideo ſi uultis eos recipere pro tali precio, & mihi reſpondere de tanto precio, quoties illo repetiero, ecce gratis illos uobis mutuo, ſiue præſto. Campſor autem inſcius futuri euentus illos cum gratiarum actione recipit. Poſt quindecim autem dies dicta moneta declamatur, ponitur ad decimum octauum ſolidorum Pariſienſium. Quæritur, utrum iſte contractus ſit licitus. Reſpondetur, quòd ibi eſt uſura mentalis. Conſtat enim, quòd ille diues fecit talem mutuationem in fraudem uſurarum, ut, ſcilicet, nihil perderet in moneta ſua, & quod totum damnum conuerteretur ſuper dorſum campſoris. Sed quia, iudex in foro exteriori non iudicat de intentione, quæ in eo latet, ideo coget campſorem ad reddēdum mutuāti 20. ſolidos Pariſiēſes, pro quolibet floreno. Secus autem, ſi fuiſſet appoſitum in contractu, ſiue mutuo, ut redderetur moneta pro moneta, florenus pro floreno, ſcutum pro ſcuto. Tunc. n. ſufficeret reddere mille florenos pro mille. Si uerò probatur, ꝙ mutuās non facit talem mutuationē in fraudem uſurarum, ſed potius bona fide, & quaſi credēs facere gratiā cāpſori, adhuc non uidetur, ꝙ campſor teneatur poſt declamationē monetarum reddere 20. ſolidos Pariſienſes pro floreno. Tum quia ipſos non recipit niſi quaſi per modum depoſiti. Tū, quia æquè benè fuiſſet diminutū pretium dictorū florenorum inter manus mutuantis, ſicut cāpſoris, maximè cū nō intenderet eos exponere mercantiæ, aut aliis uſibus licitis. Quòd ſi ſic, tunc eſſet habendus reſpectus circa hoc. Inſuper ſi florenus aſcendiſſet ad 22. ſolidos Pariſiēſes, campſor non ſatisfaceret mutuanti, uolendo illi reſtituere florenos pro precio, quod currebat tēpore mutui, ſeu depoſiti, ſed teneretur aurum pro auro reddere, aut 22. ſolidos Pariſiē. Maximè cum ſcribatur de regulis iuris li. 6. quòd nemo debet locupletari cum alterius iactura. Igitur à ſimili, ſi ualor diminuatur, hoc debet redundare in caput mutuantis, & non campſoris. Secus autem eſſet dicendum, ſi mutuās

dicerer

diceret campſori. Ecce mutuo uobis mille libras quandiu mihi placuerit, non exprimendo petias. Nam in tali caſu campſor teneretur reſtituere mille libras. Hæc ſint probabiliter dicta.

Quintus digitus manus uſurariæ uocatur pactionis. Nã quotieſcunq; init pactum inter duos ſuper re de ſe ſterili, & quæ nõ fructificat, ſi ratione mutuæ communicationis illius aliquod lucrum inde exigitur, aut ſperatur, uſura eſt manifeſta, ſicut clarè patet de his, quæ u u diſtrahuntur, ut pecunia numerata, uel quæ uſu conſumuntur, ſicut ſunt uictualia. Propter quod dicunt doctores, ꝙ uſura eſt lucrum principaliter ex mutuo intentum. Vnde ſi mutuo tibi centum ſcuta hoc pacto, ut aliquid recipiam a te ultra dictam ſummam, ſiue in pecunia, ſiue in quocunq; alio, ꝙ mihi cõmoditatem affert, ipſo facto ſum uſurarius ſic pactionãdo. Similiter ſi mutuo tibi centum bucellos bladi, uel decem modia uini, aut ciceris, & ſic de alijs, quæ ipſo facto uſu cõſumuntur, & plus à te exquiro, quàm ualeat ipſum capitale uſuram committo, ſiue illud ſit eſca, ſiue birretum, ſiue bõbix de ueluto, ſiue aliud. Propterea Amb. li. de Thobia. cap. 14. & ſimiliter recitatur in decre. 14. q. 3. plerique. dicit ſic. Plerique refugientes prȩcepta legis, cum dederint pecuniã negotiatoribus, non in pecunia uſuras exigunt, ſed de mercibus eorum, tanquam uſurarum emolumenta percipiunt. Sed talis audiant, quid lex dicat Deuter. 23. Non exiges, inquit dominus, a fratre tuo uſuram pecuniæ, & uſuram eſcarum, & uſuram omnium rerũ, quas fȩnerau eris fratri tuo. Eſca igitur uſura eſt, & ueſtis uſura eſt, & quodcunq; ſorte acceſſerit, uſura eſt Quod uelis nomen imponas, uſura eſt. Hæc ille. Hec igitur attendant illi, qui reddunt ſe difficiles ad mutuandum, quouſq; ſemel, aut plures fuerint ægregiè epulati ad expenſas eorum, quibus mutuant, & qui dicunt apertè. Si uelitis, ꝙ ego mutuam uobis ſummam, quàm petitis; uos ſoluetis hoc ſcotum, uel dabitis mihi unũ bonum prandium, aut huiuſmodi. In mutuo ergo debet ceſſare omnis pactio tpalis remunerationis. Licet tñ bene mutuãti ex charitate ſperare remuneratioñe æternam, ſicut, & cuilibet bene operãti, dicente pſ. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. Cum homine

ergo non eſt fenerādum,ideſt,lucrum expectandum ex mu tuo,ſed bene cum Deo. Et hoc modo cum Deo fœnerantur viri miſericordes,& pij ad pauperes. Quia,vt dicit Leo Papa,& recitatur in de.diſt.46.45.quod incipit. Sicut non fœnus,hoc ſolum aſpicere,& exercere debemus, vt quod hoc miſericorditer tribuimus,à Domino,qui multipliciter,& ī perpetuum māſura tribuit recipere valeamus. Hæc ibi. Patet ergo de quocunque digito manus uſurariæ.

Pro ampliori autē elucidatione huius materiæ,& per q̄ infiniti homines deſcendunt in abyſſum inferni,mouentur quinque dubia,tanquam quinque digiti in manu vſuraria.

Primum igitur dubium eſt,ſi liceat diuiti dare triticum alicui agricolæ ad ſeminādum in agro ſuo ad medietatem, ſicut communiter fieri ſolet. Reſpōdetur,quòd ſic,dummodo agricola non plus cæteris paribus grauetur ex parte ſua in cultiuando terram, habito etiam cum hoc reſpectu, qđ ager eſt ſuus,quàm grauetur ille,qui tribuit ſemen. Si tamē dans ſemen vellet ſuum capitale ſemper eſſe ſaluū,quacunque fortuna ſuperueniente,& hoc participare in lucro,tūc eſſet vſura manifeſta. Et idem iudiciū eſt de diuite, qui cōmittit pecuniam ſuam,quantū ad damnum,& lucrum gal.a perte,& a gaine tali,alicui mercatori eūti ſuper mare, ſiue aliàs. Ex quo eū talis ex natura,& uirtute cōtractus ſe ſubijcit fortunæ,ſiue bonæ,ſiue malæ, nō eſt cenſendus vllo pacto vſurarius. Sed pōt licitè percipere partem lucri,ſi quod fuerit,deductis tamen expenſis factis,ſiue in nauigando,ſiue in mercando, & huiuſmodi. Si uerò vellet eſſe ſocius in lucro,& non in damno,tunc eſſet verus vſurarius. Sic enim ſentiunt leges imperiales,ut patet.ff.pro ſocio.l.ſi non fuerint,vbi dicitur,quòd illa ſocietas eſt illicita, tanquam uſuraria,in qua quis vult eſſe ſocius in lucro, & non in dāno. Nec valet friuola excuſatio talium dicentium,ꝙ exponunt pecuniam ſuam periculo. Frequenter enim,inquiunt,compertum eſt, quòd mercatores quibus in ſimili caſu fuerant gratis mutuatæ pecuniæ defecerunt ſoluere,ſiue quia totū perdiderant ſuper mare,ſiue aliàs. In quibus caſibus illi,q mutuauerant illis pecunias,totum perdiderunt. Conſtat.n. ꝙ ſi tales dubitarent de periculo non deponerent pecuniā ſuam apud tales. Tenentur ergo tales talia lucra reſtituere

non

non obſtante, quòd illi depoſitum cum huiuſmodi pecunia ſint multum lucrati. Nam lucrum debet attribui non pecuniæ, alias pecuniam arca recōdita lucraretur, & fructū faceret, ſed induſtriæ mercatori, cuius etiam periculo ſubſtabat huiuſmodi pecunia.

Secūdum dubium eſt. Vtrum ſit uſura mutuare antiquū frumentū pro nouo. Et idem quæri poteſt de uino, oleo, & cæteris, quæ uetuſtate minus ualere ſolent. Reſponſio, hæc mutuatio triplici reſpectu fieri pōt. Primò quidem ut fiat gratis illi, cui mutuatur triticum, uel ſimile. Et tūc eſt opus maximę charitatis pręſertim cū triticum ante meſſem ſoleat plus ualere, quā pōt meſsē. Secundò uerò ut mutuans ſe conſeruet indemnem ſine tamen iactura proximi. Verbi gratia. Videt talis, quòd blada antiqua incipiūt putreſcere, propter quod exponit ſuū adhuc ſanū, uel ſaltem nō notabiliter deterioratum omni poſcenti cum cōditione recipiēdi nouum poſt meſſem. Et hoc licet, dummodo tale triticū uetus tantum æſtimetur ſecundum rectam æſtimationem quātum, & nouum, quòd tamen adhuc futurum eſt. Tertiò autem, ut melius recipiat. Et tunc ſi hoc principaliter intēdunt mutuans male intendit & uſuram committit ſecundū dominum Ant. in ſumma ſua, & Hoſt. in ſumma ſua. Et reuera ſic principaliter intendunt, ut in pluribus, qui ſe de tali mutuatione intromittunt. Sunt etiam inter eos qui pauperibus mutuant triticum uetus chariori precio quam uēdatur in foro publico, tali pacto, quòd illis ſatisfiet in tritico recēti, quod uili precio appreciari uolunt, ut ſic plus habeant. Verbi gratia. Vendunt ſuum uetus quinque ſoldis, & appreciantur nouum, quo illis ſatisfiet, tribus ſoldis, aut ſex albis, cum tamē ueriſimile ſit ualiturum quatuor ſolidis, aut plus. Non ergo ſatis eſt talibus dare triticum uetus pro recenti meliori, niſi etiam apprecientur ipſum uili precio, ad quod nō eſt ueriſimile, quod debeat deſcendere. Quo fit, ut pro duabus bucellis tritici, recipiant tres, uel plus. In quo quidem contractu comittitur grauiſſima uſura, etiam dupliciter. Primò quidem dando uile, & recipiendo precioſum, ſcilicet, triticum nouum. Secundò uerò in falſa, & diminuta ęſtimatione tritici recentis. Alij autē nō parum à prioribus diſſimiles tradunt triticum uiticolis uo-

lentes ſolui in uino poſt uindemias. Et tales duplici fraude, ſeu uſura utuntur.

Prima eſt, quia, aut tradunt triticum parum, & debile pro precio boni, aut ſi dant bonum uendũt, & æſtimant ipſum charius, quàm ſimile, quod uenditur in foro.

Secunda fraus eſt, quia ratione anticipationis temporis uolũt uili precio æſtimare uinum, ita ut uelint habere modium pro tribus libris, qui tamen mille contra unum ualebit quinque libras, aut plus. Cæcus eſt autem, qui nõ uidet, in prędictis caſibus grauiſſimam, & apertiſſimam uſuram, committi. Et idem iudicium de uendentibus pannum, lardum, & ſimilia uiticolis, aut agricolis, qui uendunt, quantũ uolunt, & ſimiliter appreciantur bladum, ut uinum, quod forte eſt, quantum uolunt. Et ſic patet ad dubium.

Tertiũ dubium eſt. Vtrũ ſit uſura tradere oues, aut boues, capras, iumenta, uel ſimilia ad ſocietatem. Pro reſponſione ad dubium notandum, quòd animalia poſſunt tradi multiplieiter. Primò quidem per modum cuſtodiæ, puta, cum dantur centum oues, uel 20. boues, cũ certa mercede, ut ducat eas ad paſcua. Et tunc ſi dominus animalium retinet ſibi periculum dũmodo non appareat, quòd paſtor fuerit occaſio periculi per ſuam negligentiam, talis contractus eſt iuſtus. Sed ſi in omni euentu imputet periculum dictorum animalium paſtori, ſiue cuſtodi, huiuſmodi contractus eſt iuſtus. Poterãt .n. talia animalia pati multiplex periculum inter manus Domini illorũ ſicut & inter manus cuſtodis. Et ideo non omne periculum poteſt ſibi iuſtè imputari. Secundo modo poſſunt animalia tradi per modũ mutui, puta, cũ quis tradit alicui ruſtico 22. uel. 40. capita animaliũ cũ pacto q capitale ſuũ ſẽp ſit ſaluũ tã in numero quã in ualore. Nihilominus uult habere partem lucri, tam uitulis, quàm de lacte, & huiuſmodi, & tunc eſt uera uſura, eò quòd ponit ſe in tuto, & alium in periculo. Tertio modo poſſunt tradi animalia per modum ſocietatis, vtpotè, aliquis diues dat alicui ruſtico cẽtum oues tali pacto, quòd ruſticus nihil habebit de ouib. uel de uelleribus earum, quoſque trades receperit totum ſuum capitale, ſiue in ſe, ſiue in ualore. Verbi gratia. Quãdo faciunt talem cõtractum, fit eſtimatio de precio ouium quę tunc

traduntur

tradunt,& diues repetit totum illud precium,antequã,ru ſticus aliquid percipiat.Et tunc dicendum ſecundum mul tos,qđ iſte contractus eſt uſurarius,uel ſaltem multũ iniquus,eſt ergo regula generalis in materia iſta,quòd quotieſcunque lucrum eſt,commune,etiam damnũ debet eſſe cõmune,& ecõuerſo.Vbi autem unus ex natura cõtractus eſt melioris conditionis,quàm alter,tunc ibi habet uſura locum.Licet ergo diuiti tradere animalia ſua pauperi,ſiue ruſtico,in hunc modum.Ecce chariſſime trado tibi 22.uaccas,uel centum oues ad medietatem uſque ad tres annos. Quibus expiratis retraham ad me primò capitale meum. Deinde diuidemus inter nos in ęquales portiones lucrum. Et quia mors poteſt currere ſuper animalia.ſicut ſuper homines,iõ ſi ſine culpa tua,ſed caſu fortuito mortuæ fuerit aliquæ de uaccis meis,uel ouibus uolo portare partẽ dãni,ſicut & tu.Si uerò tua culpa perierint,ſuper te ſolũ erit & mihi ſatisfacies de tali damno.Tutius tamen eſt ad euitãdũ omnem notam uſuræ,ut diues in prædicto caſu,quãdo,ſcilicet,animalia ſuà moriũtur fortuito inter manus ruſtici portet totum damnum,maximè cum ſint adhuc ſuæ, & quæ etiam æquè bene poterant mori in domo ſua,ſicut in domo ruſtici.Tunc enim nullum periculum erit de uſura.Nam ex quo vult rehabere ſuuum capitale,debet etiã in ſe ſubire periculum,& damnum totum,quod poteſt huiuſmodi animalibus fortuitu accidere.

Quartum dubium eſt,utrum ille contractus ſit uſurarius,cũ,ſcilicet,quis uendit agrum ſuum,aut pratũ alicui ſub certo precio,hac tamen conditione adiecta, ꝙ refundendo pecuniam infra decem,uel uiginti annos rehabebit agrum ſuum. Quod ſi infra præfixum tempus dictam pecuniam non refuderit,tunc tranſibit in titulum ꝑpetuæ uenditionis. Et idem quæri poteſt de illo. qui cum certa ſumma pecuniæ emit ab aliquo certum cenſum annuum tali tamen pacto,quòd infra præfixum,& inter eos limitatum tempus poterit recipiens ſe liberum reddere refundẽdo prædictam ſummam,ſin aliàs expirato termino trãſibit in titulum perpetui cenſus, Pro ſolutione horum dubiorum,atque ſimiliũ opus eſt uti tali diſtinctione, Aut enim taliter mutuans dat iuſtum precium, aut minus iuſtum.

Si primum,nūc talis contractus eſt licitus. Quinimmò fit in magnam libertatem pecuniam recipientis, qui poteſt ſe abſoluere a tali tributo,infra prætaxatum tempus. In hoc enim caſu vendens redditus ſuper ſe, aut hæreditatem ſuā eſt melioris conditionis ex natura contractus,quàm emēs, eò quòd poteſt ſe abſoluere,quoties poterit,& voluerit in fra præfixum tempus,alter autē,quacunque etiam neceſſi tate ſuperueniente non poteſt cōpellere priorem ad refun dendū pecuniam datam,eo,ſcilicet,quod tranſtulit à ſe dominium illius, ſed tātum poteſt eum compellere ad annuū cenſum. Quod ergo talis venditio ex natura contractus nō ſit vſuraria,patet. Nam in veteri teſtamento iſta cōditio facultatis reemēdi redditus obſeruabatur, vt patet. Leui. 25. Non enim tūc temporis poterant poſſeſſiones uendi vltra annum Iubileū præter domos,quæ poterant perpetuò uēdi,vt habetur ibidē. Inſuper, vt dicit Gerſon in tractatu de contractibus,contractus nō eſt propterea illegitimus,dum propter libertatem redēptionis rei venditæ ipſa res minori precio uenditur,vel emitur. Hoc autē ſic probat. Quia dū quis vendit cenſum ſuper domum,uel fundum cum pacto reemptionis non uendit totum ius,quod habet in re ſua ſi cut facit ille, qui uendit rem ſuam perpetuò. Huiuſmodi autem ius quod retinet,vt, ſcilicet,poſſit rem ſuā reemere & ad ſe ex toto retrahere infra tale, uel tale tempus refun dēdo pecuniam receptam poteſt precio æſtimari,quòd pa tet ſic. Quia ſi emptor uēdat huiuſmodi rem vni tertio cū tali obligatione,vtpotè,dicendo. Ego habui hanc rem à tali,uel tali,tamen pacto,quòd teneor eam illi integram reſti tuere,ſi modò refundat mihi pecuniam datam infra talem terminum,ille,qui tertiò emit, minus precium offerret,ut docet cōis practica. Ex quo patet, ꝙ talis obligatio reuenditionis poteſt pretio extimari. Sequitur ergo intentū prin cipale,ſcilicet,quòd talis cōtractus ſic factus eſt licitus. Nec certè ibi eſt mutuum,ſed uera emptio,& venditio. Propter ꝙ emptor facit ueraciter, & iuſtè fructus ſuos. Hæc enim omnia ſunt de mēte domini Cancellaris Gerſonis in paſſu preallegato. Hoc idem etiam tenet dominus Anto. in ſum ma ſua parte ſecūda,tit. 1. c. 8. §. 8. ubi ad idē allegat tres famoſos Doctores iuris Canonici,uidelicet, Ray. & Hoſt. Ber

Hoc

Hoc idem ſimiliter tenet Gabriel in 4.ſen. Nihilominus, vt dicit idem Ant. prædictus contractus poteſt reddi illicitus, quando, ſcilicet, fit in fraudem uſurarum. Tunc autem præſumitur fieri in fraudem uſurarum, quando precium datũ eſt modicũ reſpectu ualoris rei, quæ emitur. Item ſi ponatur in pacto, quòd aliquid plus reſtituatur, quam fuerit preciũ datum. Item & tertiò ſi emptor conſueuit exercere uſuras. Sed ſi emptor intendit realiter emere talem cenſum, & dat iuſtum precium, dat tamen uenditori facultatem, & libertatem reemendi huiuſmodi cenſum, ſiue prædiũ, aut domũ, uel aliquid ſimile, quod tamen potius uellet ſibi remanere, tũc non eſt uſura. Si autem dat precium minus iuſtum, ſaltem notabiliter, tunc præſumitur de uſura. Notanter autẽ addo minus iuſtũ notabiliter, quia, ut dictum eſt, poteſt diminui aliquid de cõmuni precio pp libertatem reemptionis. Videant ergo multæ Eccleſiæ Cathedrales, & Collegiales, Abbatiales, & Priores, uideãt nobiles, diuites, ac ſimiles, qui emunt tales redditus Hipoteticos, quaſi uili precio, aut ſaltem ad medietatem precij ſoliti dari pro redditu perpetuo, utpotè, recipientes decem annui cenſus, ubi tamen nõ perciperent, niſi quinque, ſi cenſus eſſet perpetuus ex natura contractus, uideant, inquam, tales, ſi non notabiliter diminuant de iuſto precio in redditu hipothetico, ideſt, cõditionato, in quo, ſcilicet, additur conditio de reemendo, & ſe liberando, atq; abſoluendo ab huiuſmodi cõtractu, & cenſu ſiue ad tẽpus, ſiue quoties opportunitas occurrerit. Poſsũt tamen tales a peccato excuſari propter communem cõſuetudinem patriæ. Vnde in Francia dici ſolet, ꝙ taxatio Regis eſt dare centum pro decem annui cenſus in redditu currente. Et dicitur redditus currens, qui non eſt immobilitatus, ſeu perpetuus, ſed ad tẽpus, ſcilicet quouſq; refundãtur denarij accepti, & dati. Et ſic patet diffuſè ad quartũ dubiũ.

Quintum dubium eſt. Vtrum liceat emere cenſus ad tempus, utpotè, ad uitam unius, aut duorum, ſiue pluriũ. Verbi gratia. Eſt aliquis habens multam pecuniam, ſed nullas poſſeſſiones. Et quia pecunia poteſt de facili perdi. Ideo uenit ad quandam Abbatiam, ſeu ad aliquam priuatam pſonam, ſciſcitans, ſi uelit recipere talem, uel talem ſummã denariorũ cum obligatione faciendi ſibi, quandiu uixerit,

talem

talem redditum. Quo moriente ēt ſimul redditus morieť. Pōt ēt in cōtractu adiungere filium ſuum, pariter, & filium filij ſui. Ad hoc dubium reſpondetur conformiter ad D. Anto. ubi ſupra. §. 15. & ſimiliter ad Gabrielem in 53. ſen. ꝙ talis contractus non eſt uſurarius ex natura ſua. Qui. n. dat talem pecuniam, trāsfert a ſe dñium illius, & proprietatē, & emit ab alio ius percipiendi tm̄, uel tm̄, quādiu uixerit, uel filius eius poſt eum, ſiue illud ꝙ recipi debet, ſit pecunia, ſiue bladū, ſiue uinum, uel ſimile. Ille tñ. qui emit redditus ad uitam ſuam certo precio, debet rōnabiliter plus dare, ſi uelit tales redditus currere uita comite filij ſui, & ſic deſcēdēdo de gñatione in gñationem. Et nota, ꝙ talis cenſus uocatur cenſus ad tps incertum. Incertum eſt. n. quādiu ſit uicturus ille, qui emit, & idem iudicium eſt de filio eius, ſimiliter de filio filij, ꝙ aūt liceat emere tales redditus, pōt multipliciter probari. Primò quidem ſic. Licet emere cēſus perpetuos, ut ab oībus conceditur, & in dies practicatur. Ergo ēt idem licet de cenſibus ad tps, interueniente conſenſu mutuo partium. Secundò ſic. Aliquis pōt emere fundū alicuius, uel domum ad uitam ſuam tantum, uel ſuam, & filij ſui, & ſic deſcendendo. Ergo ēt pōt emere cenſum in dicto fundo conſtitutum, ſiue ad uitam ſuam tantum, ſiue filiorū ſuorum. Tertiò ſic Habens hortum uel uineam pt eam alteri uēdere, quādiu ille alter uiuet. Ergo ēt in propoſito. Et ſi dicatur, quòd in tali contractu plus recipiť, quàm detur, & per conſequens non ſeruatur ibi rō iuſtitiæ commutatiuę. Reſpondetur, ꝙ cōſequentia non ualet. Tū primò, quia non eſt ſemper uerum, ꝙ plus recipiatur, quàm detur. Nā qui hodie dedit cētū pro decē ad uitā, pōt cras mori, & ita nihil percipiet de redditu aſſignato. Nec tñ recipiēs ꝑdicta centum, tenetur illa reſtituere hæredibus, ſeu dare pauperibus, ſed pōt licite illa ſibi retinere. Tum ſecūdò, quia ſi iſta rō aliquid ualeret, ita benè militaret contra illos, q emunt redditus perpetuos, ſicut cōtra illos, de quibus eſt quæſtio. Tum tertiò, quia non eſt uerum, quòd plus recipiať, q̄ deť quantum ad illud, quod per talem pecuniam emitur. Nō. n. emuntur per illa centum decem percipienda per annos ſingulos, ſed emitur ius percipiēdi illa decem. Huiuſmodi aūt ius eſt appreciabile, cū non ſit infiniti ualoris. Appreciatur

autem

autem ſecundum humanum æſtimationẽ. Tunc ergo æſti matur cenſus æqualis pecuniæ datę, uel mercedi, q̃n uendens cenſum ſecundum communem curſum pôt cõſeq̃ tã tã utilitatem ex precio dato, quantam alter ex re recepta, ſiue talis res ſit pecunia, ſiue bladum, ſiue uinum, uel ſimi le. Verbi gratia. Emo à te decem libras annui cenſus, ſiue ad tp̃s, ſiue ꝑpetuò pro tali precio. In hoc caſu tu æſtimas ꝙ illud, quod à me recipis, tantum tibi proderit, quãtũ mi hi proderit, id qđ à te sũ recepturus ꝑ annos ſingulos, q a fortè ex tali pecunia, quam à me recipis, emes alium fundũ tibi utiliorem, q̃ forte ſit mihi perceptio illorũ decẽ ꝑ an nos ſingulos. Vel fortè intendis pecuniã à me receptã ex pendere in mercantijs, prædijs, ædificijs, & huiuſmodi, quę æſtimas tantũ tibi utilia, quantũ æſtimas damnosũ mihi dare decẽ per annos ſingulos, uel ad uitam. Patet ergo ex dictis, quòd licet emere cenſum, ſiue perp etuũ, ſiue ad ui tam, uel uitas, ſeu tempus, & ne quis de hoc amodò dubi tet, ſuper hoc ꝓuidit ſedes Apoſtolica, ut patet in duabus extrauagantibus, quarum una eſt Martini V. quæ incipit Hodie ſiquidẽ literas noſtras conceſſimus, altera autẽ eſt Calixti Tertij, quæ incipit. Hodie litteras conceſſimus. In quibus decretalibus expreſsè declaratur, quòd tales con tractus ſunt liciti, & iuri communi conformes. Nec condi tio, ſiue facultas reemendi redditus pro uoto, & beneplaci to ementis appoſita uitiat contractum, dummodo obſer uentur cætera ad iuſtitiam requiſita, ut patuit in ſolutio ne præcedentis dubij. Et ſic patet de quinque dubijs circa uſuram.

Sed quia nonnulli hominum inueniũtur habere ſex di gitos in manu, ſicut legitur, 2. Reg. 21. de quodã uiro excel ſo, qui ſenos in manibus & pedibus habebat digitos, i. 24. in toto, ideo ſextum dubium, tanquam ſextum digitũ ad dam in prædicta manu uſuraria, quod eſt tale.

Vtrum Plato emens à Sorte ſchedulam pecuniariam eſt infra annum, uel decennium ſoluendum, quã tamen emit pro minori precio q̃ contineat, eo quòd dat pecuniam in promptu, ſit cenſendus uſurarius. Pro reſponſione opus eſt uti tali diſtinctione. Aut enim debitum eſt certum, & benè aſſignatum, aut incertum, & dubium. Si primum

iterum

iterum diſtinguendum eſt ex parte emētis. Aut enim ex tali præuentione ſolutionis patitur ipſe emens damnum, uel non patitur. Si ergo debitum eſt benè aſſignatum, nihilominus emens ipſum inde patitur damnum, ut potè, quia priuat ſe pecunia ſua, quàm poſiturus erat in mercantijs, in quibus ſperabat lucrum, tunc licitè poteſt emere dictam ſchedulam pro minori precio, quàm contineat, & hoc, ut ſe reddit indemnem. Poteſt ergo eam emere tantum minus, quantum nunc eſt ſuum intereſſe, aut quantum verè æſtimatur; item quantum eſt futurus labor rehabendi Si autem dictus emens nullum patiatur damnum ex tali præuētione, tunc committit manifeſtam vſuram, ſi vult diminuère precium, ſolum propter hoc, quòd anticipat tempus ſolutionis. Et idem iudicium eſt de illo, qui tenetur alteri ad certam ſummam ſoluendam infra annum, ita, quòd totus annus currit ad ſoluendum. Hic ergo, ſicut & præcedens cōmittit uſuram, ſi ratione anticipationis ſolutionis, quam poteſt facere ſine ſui detrimento, uelit aliquid diminuere de debito, ut dictum eſt in præcedentibus. Si uerò debitum non eſt benè aſſignatum, ut potè, quia debitor eſt pauper, uel manus proceſſiuus, à quo nihil poteſt haberi, niſi per rigorem iuris, aut, quia mutauit patriam, tunc poteſt Plato iuſtè minus emere dictam ſchedulam, quàm ſit ſumma in ea contenta, tum propter ſolutionis incertitudinem tum propter labores aſſumendos in proſecutione repetitionis debiti. Circa hoc tamen increpandi ſunt multi.

Primi ſunt illi, qui tales ſchedulas emunt, quaſi in uindictam, ut ſcilicet, noceant debitoribus iactantes ſe, & dicentes, quòd facient eos benè uenire ad iube.

Secundi ſunt illi, qui de tali negocio faciunt plenum opus, qui interdum emunt huiuſmodi ſchedulas, quaſi pro una petia panni, & poſtmodum abſque miſericordia uexant pauperes debitores, quouſque ſoluerint ultimum quadrantem.

Tertij ſunt illi, qui utuntur falſis litteris, ſiue inſtrumētis. Quandoque enim contingit debitores ſoluere, & ſatisfacere creditoribus ſuis, & per negligentiam ſuam derelinquere proprias ſchedulas obligatorias in manibus eorum. Quo fit, ut interdum multū uexentur, ſiue ab ipſis, ſiue hæ-

redibus,aut aliis, quibus tales ſchedulas tradunt, aut uendunt intantum,ut idem debitum bis ſoluere cogantur. Quod ſi ſcienter,& malitioſè fiat, eſt maxima iniquitas. Secus autem ſi per puram ignorantiam, & cum bona conſcientia. Et ſic patet diffusè ad dubium ſextum,& per conſequens de uſura ex parte actoris.

Sed circa materiam iſtam quærunt nonnulli. Vtrum ille,qui recipit ad uſuram, & qui inducit uſurarium ad præſtandum ſibi ad uſuram,peccet mortaliter. Videtur prima fronte, quòd ſic, quia inducit eum ad peccandum. Modò qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe uidetur, ut habetur extra de iniuriis,& damno dato.cap.ſi culpa.Inſuper Paulus Rom.1.dicit,quòd digni ſunt morte, nō ſolum qui faciunt peccata, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Ille autem,qui mutuò accipit pecuniam ſub uſuris,conſentit uſurario in ſuo peccato,igitur. Pro reſponſione ponam talem diſtinctionē.Ille qui accipit ad uſuram,aut indiget, aut non indiget.Si primò,tunc non peccat ullo modo, ſed utitur peccato alterius ad utilitatem, & bonum ſuum, qđ licitum eſt.ut dicit B.Tho.2.2.q.83.art.4.Quod probat per hoc,ꝙ Deus utitur omnibus peccatis ad aliquod bonum.Ipſe enim ex quolibet malo elicit aliquod bonū,ut dicit Augu.in Enchi.c.10.Quamuis ergo ſecundum eundem B.Th. ubi ſupra,non licet aliquem inducere ad mutuandum ſub uſura,licet tamen ab eo,qui paratus eſt facere, & qui exercet uſuras mutuò accipere propter aliquod bonum, ut eſt ſubuētio ſuę neceſſitatis,uel alterius. Hoc autem intelligitur non tantum de neceſſitate abſoluta,uerumetiam de neceſſitate utilitatis,quam quis conſequitur agendo negocia ſua,utpotè mercando,aut artem ſuam exercendo. Ex quo patet,ꝙ mercator motus iuſta neceſſitate,& qui nō habet, unde decenter uiuat,niſi ex mercatione, ſi petat mutuū ab uſurario,quem optimè nouit,aliàs nō præſtaturū pecuniā niſi cum uſura,nō peccat,ſi ad eum recurrat,maximè,ſi nō poſſit alium inuenire,qui gratis ei mutuet. Si ergo ille,qui accipit ad uſuram non indiget, ſed ideo accipit,ut diuitias in immenſam congreget,aut ut ludis, & uanitatibus ſęculi peramplius uacet,talis mortaliter peccat.Ex quo patet, ꝙ illi mercatores,qui abſque mercatione habēt, unde decen-

ter uiuant, mortaliter peccant, ſi ad vſurarios recurrant, ut cum pecunia ab eis recepta ſub uſura ſuperflua congregēt, ſperātes magis lucrari ex pecunia accepta ſub vſuris, quàm ſit damnum, quòd patientur de uſura ſoluta, & idem iudicium eſt de illis nobilibus, qui uidētes aliquem feudum venalem ipſum emunt. Et quia non ſemper habent pecuniā promptam, recurrunt ad bancharios, a quibus recipiūt mutuum ſub uſura. Tales enim mortaliter peccāt, maximè cū poſſint decenter uiuere abſque tali feudo. Secus tamen eſſet dicendum ſi haberent plures filios, & unicum feudum, & ideo volunt ſecundum emere, ut illis melius prouideāt pro futuro. Vel etiam ſi dictum feudum in manu aliena ſit talibus nobilibus multum nociuum, in manu uerò propria magnam commoditatem illis afferret. Idem etiam dicendum de ruſtico, accipiente mutuum ſub uſura, ut emat aliquam poſſeſſionem. Reſolutoriè ergo tenendum eſt in hac materia, quòd ille, qui accipit mutuum ſub uſura propter neceſſitatem abſolutā, uel iuſtam, excuſatur à peccato. Nō autem qui hoc facit, ut ſuperfluè congreget, & addat domū ad domum, agrum ad agrum, pratum ad pratum, uineam ad uineam, & feudum ad feudum. Quinimmo omnis talis peccat mortaliter, ut bene probant auctoritates ſuperius allegatæ. Et ſic patet ad dubium, & per conſequens de tota manu uſuraria cum ſuis digitis.

DE MANV SIMONIACA. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę quia, ſupple, peccaui nimis opere.*] Matth. 11.

Poſtquam in prçcedenti ca. dictum eſt de manu vſuraria, hic conſequenter tractandū eſt de manu ſimoniaca, de qua poteſt intelligi illud 3. Reg. 13. Quicunque uolebat, implebat manum ſuam, ſupple, pecunia, & fiebat ſacerdos. Congruè autem hęc manus ſequitur ad manum uſurariam, eò quòd utraq; iniuſtum recipit. In hoc tamen differunt, quia quòd recipit manus vſuraria, debet reſtituere illi, a quo accepit. Nā uſu

rarius

tarius nõ uerè pęnitet, niſi uſuras reſtituat, ut habetur 13. q.4. quid dicam. Item c.cã.q.6.ſi res. Quod uerò recipit manus ſimoniaca, nec ſibi retinere debet, nec illi reſtituere, a quo accepit, eò ꝙ habetur. 1.q 1. placuit, pecunia ſimoniacę data anathema eſt danti, & anathema recipienti.

Habet autem hæc manus ſimoniaca qu nque digitos qui ſunt,

Diffinitionis,
Commiſſionis,
Grauitatis,
Ingreſſionis,
Punitionis.

Primus igitur digitus dictæ manus ſimoniacę uocatus diffinitionis. Quęritur ergo, quid ſit ſimonia. Ad hoc reſpõdet beatus Tho. 2.2.q.c.art.1. dicens, ꝙ ſimonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi, uel uẽdendi aliquid ſpirituale, uel ſpirituali annexum. Quam quidem diffinitionem declarans Dominus Ant. Floren. in ſecunda parte ſummæ ſuæ, ti.1.c.5.§.1. dicit, ꝙ cum dicitur ſimonia eſt ſtultioſa uoluntas ibi ponitur uoluntas non pro potentia, ſed pro actu eius. Conſtat enim, ꝙ omne peccatum committitur per actum uolũtatis, & in eo completiuè conſiſtit. Item dicitur ſtudioſa, i. deliberata. Ex quo patet, ꝙ quis per ſolam uoluntatem deliberatam efficitur ſimoniacus quo ad Deum. Talis tamen ſimonia mentalis non punitur in foro eccleſiæ, quæ nõ iudicat de occultis, niſi procedant ad extra. Reſtat ergo ꝙ a ſolo Deo puniatur, qui iudicat æquæ perfęctè de occultis, ſicut de apertis, & manifeſtis. Item noĩe emptionis, & uendi tionis in propoſito intelligit̃ omnis contractus circa ſpiritualia, qui non fit gratis. Excipitur tamen contractus permutationis, qui eſt licitus ſeruatis debitis circunſtantijs. Deinde iuxta illud aliquid ſpirituale notandum ſecũdum doctores theologos, ꝙ aliquid dicitur ſpirituale tripliciter. Primò quidem eſſentialiter, & intrinſecè, ut gratia, & uirtutes. Secundò uerò cauſaliter, ut, ſacramẽta nouæ legis, quę cauſant gratiam. Tertiò autem actualiter, ut orare, prædicare, inſtruere, & ſic de alijs actibus ſpiritualibus. Similiter, iuxta illud, uel ſpũali annexum, notandum, ꝙ aliquid dicitur ſpirituali annexũ dupliciter. Vno modo, ſicut ex ſpiri-

tualibus dependens, vt habere eccleſiaſtica beneficia. Hoc enim dicitur ſpirituali annexum, eò quòd non cõpetit, niſi habenti beneficium clericale. Alio modo dicitur ſpirituali annexum, quia ad ſpiritualia ordinatur ad præſentandum clericos ad beneficia eccleſiaſtica. Hoc modo etiam vaſa ſacra, quæ ordinantur ad vſum ſacramentorum poſſunt dici ſpiritualibus annexa. Patet ergo explanatio prædictæ diffinitionis manus ſymoniacæ.

Secundus digitus manus ſimoniacæ dicitur commiſſionis. Committitur enim ſimonia tribus modis, ſecundum quod poteſt alicui offerri triplex munus ad obtinendum eccleſiaſticum beneficiũ, ſiue quodcunq; ſpũale, videlicet, munus.

Ab obſequio,
A manu, A lingua.

Primò igitur committitur ſimonia ratione muneris ab obſequio. Eſt autem munus ab obſequio ſecundum Grego. Homil. 4. ſubiectio indebitè impenſa. Sed pro maiori declaratione huius muneris ponam talem diſtinctionem conformiter ad dominum Anto. Floren. in ſum. ſua, par. 2. tit. 1. c. 5. §. 5. Aut enim obſequium impenſum eſt corporale, & illicitum, aut corporale de ſe licitum: Aut ſpirituale. Si obſequium, eſt corporale & illicitum, vt quia ſeruio epiſcopo, vel alicui alteri prælato in faciendis vſuris, mercantijs, lenocinijs, & huiuſmodi, tunc ſeruiens in talibus pro beneficio habendo, vel quocunque alio ſpirituali ſimoniam committit, & ſimiliter ille, qui propter talem obſequium confert beneficium eccleſiaſticum. Et ſimile iudicium eſt, quando quis hac intentione ſeruit alicui prælato ad vtilitatem conſanguineorum ſuorum, vel patrimonij ſui, patet 1. q. 3. Hoc idem etiam dicit beatus Tho. 2. q. c. art. 5. in ſol. ad primum. Si autem obſequium ſit de ſe honeſtum, vel ad ſpiritualia ordinatum, vtpotè, quia laborat pro vtilitate eccleſiæ eundo Romam, vel quia ſeruit prælato in officio aduocandi, ſeu procurãdi, & huiuſmodi, tunc ſi prælatus talis cõferat aliquod beneficium eccleſiaſticum, non peccat, dummodo tria concurrant. Primum eſt idoneitas ex parte ſuſcipientis beneficium. Secundum eſt, quòd non interuenerit pactio. Tertium eſt, quòd non habeatur principaliter reſpectus ad obſequiũ impenſum, quia vbi interuenit pacti, &

& ſimiliter,ubi principaliter habetur reſpectus ad ſeruitiũ receptum,tunc committitur ſimonia. Non autem,ubi habetur reſpectus ad idoneitatem. Inſuper, ut dicit Gregorius in regiſtro, eccleſiaſticis dignitatibus deſeruientes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Similiter ſi obſequiũ quod eſt merè ſpirituale,ſit annexum,ſiue impoſitum beneficio,tunc indubitanter ſecundum iuriſtas poteſt conferri beneficium cum pacto,ita,ſcilicet, quòd ſuſcipiens beneficium promittat obſequium illi annexum,ſicut patet de capellania,quæ confertur alicui cum tali pacto, ꝙ celebrabit in ea, uel celebrari faciet certum numerum miſſarum.Idem etiam patet de præbenda doctorali, cui eſt annexum officium lecturæ.

Queritur,ſi clericus ſeruiens in licitis,& honeſtis alicui epiſcopo in ſpe futuræ retributionis ſit ſimoniacus,& an licitè poſſit tenere beneficium, quod ſic recipit. Reſponſio, diſtinguendum eſt de tali clerico,quia,aut ſeruit principaliter ad hunc finem,& fortè cum pacto, & promiſſione tali epiſcopo, aut minus principaliter, & ceſſante omni pacto. Si primum,tunc eſt uerus ſimoniacus,& tenetur ad reſignationem beneficij ratione pacti.Vbi autem pactum non interuenit, quamuis principalis eius intentio feratur ad beneficium obtinẽdum,peccat quidem mortaliter,& eſt ſimoniacus mentalis, non tamẽ tenetur ad reſignationem beneficij ſic adepti ſecundũ Richar. Si uerò talis clericus ſeruiat epiſcopo minus principaliter propter ſpem beneficij obtinendi,ſimoniam non cõmittit recipiendo beneficium, nec in hoc peccat,niſi plus ponatur.Idem dic ſuo modo de epiſcopo conferente illi beneficium. Idem ſimiliter eſt dicendum de clerico ſeruiente alicui domino temporali habenti plura beneficia in ſua præſentatione.Iniuſtè tamen agunt plerique prælati,& temporales Domini,qui capellanis ſuis nulla ſtipendia conferunt præter uictum, pollicentes,quia tempore,& loco erunt memores eorũ, & quòd non ponent ipſos extra domos eorum abſq; prouiſione eccleſiaſtici beneficij. Sed talis modus agendi non caret labe ſimoniæ. Inſuper tales capellani frequenter fraudantur à deſiderijs ſuis,& ſpe uana. Tum quia quandoque domini eorum citò, & inſperatè moriuntur. Tum quia modica occaſione

habita, turpiter expelluntur. Tum quia etſi diu famulentur dominis ſuis, tandem remanent in puris, & nudis, eò, quòd filij nobilium,& potentum il'is præferuntur in præſentatione, aut collatione beneficiorum. Propter quod quidā pauper capellanus, quia talia fuerat expertus metricè ſcripſit,dicens.Mos eſt prælatis dare præbendas bene natis, aut bene nummatis,uel eorum ſanguine natis,ergo prębendæ non dicuntur,ſed emendæ.

Secūdò committitur ſimonia ratione muneris a manu. Munus autem a manu eſt pecunia ſecundum Greg.ubi ſupra,largè tamen ſumendo pecuniam,ſcilicet,pro rebus mobilibus, quæ temporaliter poſſidentur, ut notatur 1.q.3.ꝑ totum. Vbi notandum ſecundum Durandum in quarto,ꝙ munus a manu,uel eſt tale,& tantum, quòd præſumitur inclinare affectū ad collationem rei ſpiritualis,ꝑpter ipſum, & tūc præſumitur ſimonia,uel hoc tam paruum eſt, quòd non præſumitur inclinare affectum ad collationem rei ſpiritualis,& tunc non eſt ſimonia.Hoc tamen uerum eſt,quo ad iudicium eccleſiæ,ꝗ hoc præſumit ex exterioribus.Quo autem ad Deū, & conſcientiā ſemper eſt ſimonia, quoties, ſcilicet,propter quodcunque temporale,etiam quantumcūque paruum,datur ſpirituale. Quòd ſi hoc faciat cum pacto,tunc eſt ſimonia realis.Si uerò ſine pacto,tunc eſt ſimonia mentalis,quę per pœnitentiam aboletur.Secus autem, ubi temporale datuř merè gratis, & nō habito reſpectu ad ſpirituale. Tunc autem præſumitur temporale non dari gratis,quando datur inſtante neceſſitate,uel cum uacat beneficium, & præſertim, quando minus eſt notabile,uel ēt quando offertur ab eo,qui antea nuſquam uiſus fuerat aliquid offerre.Iſta enim exteriora ſunt indicia corrupta,& ſimoniacæ intentionis.

Aduertendum tamen ſecundum dominum Anto.2. parte ſummæ ſuæ, tit.1.c.4.§.2 quòd pecunia poteſt licitè dari, & recipi pro re ſpirituali,& ſine nota ſimoniæ quinque modis,uidelicet,ratione

Præmiationis, Suſtentationis,
Prouocationis,
Punitionis,
Vitandæ vexationis.

Primò

Primò igitur ratione præmiationis, quod ſic patet. Qui enim uult conſequ remiſſioné peccatorum, debet, ſi poteſt dare eleemoſynas pauperibus, iuxta conſilium datum regi Nabuchodonoſor Dan.4. Peccata tua eleemoſynis redime. Et ſimiliter de pœn.diſt.1.medicina d c t Ambro. Peccatis tuis venundatus eſt, ſci icet, d abolo, redime te pecunia tua. Inſuper diuites debent dare tépora ia, ſi cupiunt habere cœleſtia, iuxta illud Chriſti uerbum Luc.16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant, &c.

Secundò pecunia poteſt dari pro re ſpirituali ratione ſuſtentationis. Et hoc modo ſacerdos pro miſſa, quam dicit licitè poteſt recipere ſex albos monetę currentis in Francia. Non quidem ſic, ꝙ illam pecuniam accipiat pro conſecratione, ſeu cõfectione Euchariſt ę, vel pro orationibus, quas dicit, quaſi precium tal um rerum ſpiri ual um, ſed tanquã ſtipendium ſuæ ſuſtentationis, iuxta illud verbum Aug. Accipiant ſacerdotes ſuſtentationem ſuæ neceſſitatis à populo mercedem verò ſuæ miniſtrationis à Deo.

Tertiò ratione prouocationis. Et hoc modo dantur eleemoſynæ pauperibus, vt inducantur ad orandum pro benefactoribus ſuis. Non autem ad emendum orationes, vigilias, pſaltéria, & huiuſmodi. Vnde Sapiens Eccl.39.ait. Abſcondes eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te, ideſt, inducet pauperem ad orandum pro te.

Quartò ratione punitionis. Et hoc modo in abſolutione ab excommunicatione exigitur pecunia, non quidem ex ipſa abſolutione in ſe, quia hoc eſſet ſimoniacum, ſed in pœnam excommunicati. Similiter in ſacramentali confeſſione, & abſolutione ſolet quandoque confitenti imponi aliquam eleemoſyna pecuniaria danda in pios vſus in pœnã delictorum confeſſorum. Debent tamen Domini confeſſores circa hoc cautè, & prudenter ſe habere, ſic, ſcilicet, quòd conſtet confitentibus, quòd non imponunt eis talem pœnitentiam pecuniariam, vt cædat ad eorum vtilitatem, ſiue ſint miſſæ, ſiue eleemoſynæ, ſiue reſtitutiones, aut ſimilia.

Quintò ratione redimendæ vexationis. Et hoc modo licet illi, qui habet ius ad aliquod beneficiũ, pecunia redime

re vexationem ſibi iniuſtè. Non tamen hoc ſibi licet, antequam acquiratur ſibi ius ad huiuſmodi beneficium, ſeu dignitatem eccleſiaſticam. Aliàs eſſet verus ſimoniacus.

Tertiò committitur ſimonia ratione muneris a lingua ut cum alicui confertur beneficium, nõ habito reſpectu ad idoneitatem, neque ad uitæ meritum, ſed ad præces, quas magnæ pſonæ, aut dictæ, aut quibus collator ſe cognoſcit obnoxium, pro eo faciunt. Pro quo notãdum, quòd preces quas quis facit apud alium pro beneficio obtinendo, aut fiunt pro ſe, aut pro alio. Si pro ſe, iterum diſtinguendũ eſt ex parte beneficij, quia, aut fiunt pro beneficio, cui eſt anexa cura animarum, aut pro ſimplici. Si primum tũc eſt ſimonia, ſecundum beatum Thom. 2.2. q. 1. art. 5. in ſolu. ad tertium, etiam quantumcunquè aliàs eſſet dignus, quia eo ipſo, quòd ſe ingerit, præſumptuoſus, & ambitioſus uidetur, & per conſequens indignus, ut dicit idem doctor, vbi ſupra. Multo magis autem talis eſt ſimoniacus, ſi aliàs eſt indignus, puta, quia illiteratus, vel fornicator notorius, aut huiuſmodi. Si autem, quis porrigat preces pro ſeipſo, pro beneficio ſimplici, & indigeat, nec eſt eo indignus propter aliquod impedimentum, non eſt ſimoniacus, nec peccat ſecundum beatũ Tho. ubi ſupra, quòd ſi non indigeat, peccat, eò quòd aufert ſuſtentationem, & prouiſionem alicuius pauperis, & indigentis clerici. Multo magis autem peccat, ſi ſit indignus. Sed nunquid poteſt aliquis porrigere preces pro ſeip o, ut ordinetur in presbyteru in Reſpondetur, quòd ſic, dũmodo ſit dignus, & non ſit religioſus, Nam cum religioſus non habeat proprium uelle, non debet de ſeipſo diſponere, ſed ſuam promotionem ad ſacros ordines debet relinquere in manu, & diſpoſitione ſui prælati, ut patet extra de tem. ordi. c. ad aures. Si uerò preces porrigantur pro alio, ut porriguntur, pro digno, aut pro indigno. Si primum, tunc non commititur ſimonia. Quinimmo tales preces ſunt laudabiles, niſi aliud ponatur, dicit tamen beatus Tho. ubi ſupra, ꝙ dato, ꝙ preces fiat pro digno, poteſt tamẽ eſſe ſimonia, ſi non attendãt ad meritũ perſonæ, ſed ad fauorem humanum, & rogantium. Si ſecundum, tunc committitur ſimonia, ſecũdum omnes doctores. Ad quod ẽt facit. c. ordi. 1. q. 1. Ex quo patet, ꝙ epiſcopus ad

nullius

nullius inſtantiam, etiam cuiuſcunq; dignitatis,aut auctoritatis extet,debet dare beneficium indigno, & quẽ ſcit eſſe talem,etiam dato,ꝙ ſint preces armatæ, ꝙ ſi ſecus fecerit,ſimoniam incurrit,& dupliciter peccat. Primò quidẽ ꝓuidendo beneficio de inſufficienti. Secundò uerò hoc agendo ex humano fauore,quod ſimoniacum eſt. In tali ergo caſu debet magis Deo obedire,quàm hominibus. Patet ergo quõ committitur ſimonia tripliciter, ſecundum ꝙ collator beneficij poteſt principaliter induci ad conferendum alicui aliquod beneficium propter munus ab obſequio,aut a manu,aut à lingua.

Tertius digitus manus ſimoniacæ dicitur grauitatis. Nã grauitas huius peccati per hoc manifeſtè oſtenditur, quia eſt contra legem triplicem,ſcilicet,naturalem,diuinam, & eccleſiaſticam.

Primò igitur eſt contra legem naturalem,de qua Th.4. Quòd ab alio oderis tibi fieri,uide, ne tu aliquando alteri facias. Sic eſt autem,ꝙ prælatus dans beneficium ſimoniacè alteri,ſi eſſet in loco eius, uellet ſibi gratis conferri. Igitur & ipſe gratis beneficium, & quæcunque ſpiritualia conferre debet.

Secundò eſt cõtra legem diuinam,de qua Matt.10. Gratis accepiſtis,gratis date. Super quo dicit gl.ord. ꝙ Chriſtus per illa uerba condemnat perfidiam ſimoniacę hęreſeos. de iure ergo diuino eſt, quòd pro ſpiritualibus actib. & pro adminiſtratione ſacramentorum,& prædicatione,atque conſimilibus nihil accipiatur,quaſi precium. Vnde Petrus Simoni mago,à quo ſimonia dicta eſt, dixit. Actuũ.8. Pecunia tua tecum ſit in perditionem,quoniam donũ Dei ſcilicet,gratiam ſanitatum,& miraculorum,exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et quia papa eſt ſubditus legi naturali,& diuinæ,ut cæteri homines,ideo illa opinio eſt erronea, quæ dicit,ꝙ in ſummum pontificem nõ cadit ſimonia, ut dicit B.Th.in 4.ſent.diſt. 25. Si ergo Papa pro aliquo ſpirituali munus accipit, ſimoniã committit,ſicut & cæteri homines. Et quamuis res eccleſiæ ſint aliquo modò Papæ,non tamẽ ſunt eius omnibus modis habendi,ſicut illud, quod habet ad manum. Vnde ſi recipiat pecuniam pro aliqua re ſpirituali,ſiue talis pecunia ſit de redditibus eccleſiæ,ſiue offe-

ratur ab aliquo laico de bonis ſuis, non caret uitio ſimoniæ. In Papa ergo poteſt cadere peccatū ſimoniæ, quo ad Deū. Hoc tamen uerum eſt, ꝙ non incurrit penas iuris poſitiui, cui non ſubeſt. Da exemplum de excommunicatione, quā non incurrit percutiendo clericum, quamuis peccet mortaliter, ſi malitioſè ipſum percutiat.

Tertiò ſimonia eſt contra legem eccleſiaſticam, & humanam, ſicut patet in decretis. 1. quæſt. 1. quaſi per totum. Item in 5. libro decretalium ponitur unus ſpecialis titulus de ſimonia, vbi multa dicuntur in reprobationem uitij ſimoniæ. Inſuper lex ciuilis reprobat eandem ſimoniā. Vnde. ff. de re iudicata. l. ſacra loca. dicitur, quòd ſpiritualia non cadunt ſub æſtimatione. Idem etiam habetur. ff. de contrahenda emptione. l. hanc legem. Patet ergo grauitas huius peccati.

Quartus digitus prædictæ manus ſimoniacæ dicitur ingreſſionis. Simonia enim hodie nō dormit, ſed uigilat, quærens, quem deuoret, ingrediens domos muratas, & non muratas, ciuitates, caſtra, eccleſias, & quæcūque loca ſacra. Specialiter autem hæc peſtifera ſimonia ingreditur domos tripliciter, videlicet,

Epiſcoporum, Clauſtralium,
Clericorum.

Primò igitur ingreditur domos, & cubilia epiſcoporum & ſupra hoc autem fit dupliciter, uidelicet, occultè, & apertè. Primò quidem occultè, & quaſi ſub ſpecie urbanitatis, & amicitiæ, ſicut patet de illis, qui laborant habere gratiā, & amicitiam prælatorum, ut ſic poſſint ab eis conſequi aliqđ beneficium, ſiue pro ſe, ſiue pro ſuis, propter quod frequenter eos uiſitant, ſed non propter Ieſum tantum. Aliquando etiam mittunt ad eos encenia, & diuerſa munera, uel mutuant pecuniam, & tunc tenent eos, quaſi ligatos, ita, ut ipſi prælati non audeant illis denegare beneficium quādo ipſum, ſiue pro ſe, ſiue pro ſuis petunt, quia ergo tales non audent offerre pecuniam ſub titulo doni, eò quòd hoc eſſet turpe, ideo eam offerunt ſub modo mutui, quæ tamen in rei ueritate datur ab illis, qui promoueri cupiunt, quaſi precium. Sed nouerint tales, quòd ſi ſic adepti fuerint beneficium ſimplex, uel compoſitum, nunquam intrabunt

cœleſtę

cœleſtę regnum, niſi ipſum purè, & ſimpliciter reſignauerint, & de ſimonia ſua pęnitentiam egerint. Secundò ſimonia quandoq; apertè ingreditur domos epiſcoporum, quod fit, quando iuſtitiam, quam gratis facere tenentur, charè uendunt. Hoc autem patet, quando à prædicatoribus indulgentiarum, aut portitoribus reliquiarum, ſeu denunciatoribus certarum confraternitatum magnam pecuniam recipiunt, priuſquā litteras, & mādata uagandi per ſuas diœceſes concedant. In hoc partem magnam recipientes de omnibus mēdaciis, quæ tales dicturi ſunt. Quorum abuſus ſimoniacus, ſic oſtendi poteſt, & probari. Si enim iuſtum ſit & licitum, ꝙ ſic uadant, gratis uadant. Si uero illicitum ꝑꝑ infinita mendacia, deceptiones, & falſitates, quas loquuntur, & ſeminant, nullo modo ire permittantur. Turpe ergò eſt, & grandis ſimonia, ꝙ domini epiſcopi, qui ſunt in tanta dignitate conſtituti, & qui per Dei grām habent, unde abūde, & lautè uiuant, ſint participes lucri talium biliſtrinorū, & infamiū perſonarum. Hoc tñ malè aduertit quidam magnus prælatus in Francia, qui adhuc uitam agit in humanis de quo fertur, ꝙ nūquam dat mandatū talibus quæſtorib, pro quo ad minus non habeat prę manibus 20. ſcuta aurea boni ponderis. Quem ad hoc non compelli egeſtas, maximè cum præſit eccleſię, & diœceſi ualde abundanti ſibi, & præter hoc occupat quinque eccleſias abbatiales. Ecce, quo modo ſimonia ingreditur domos epiſcoporum.

Secundò ipſa ſimonia ingreditur domos clauſtralium, & præſertim monachorum, ac monialium facientum pactum ſuper recipiendo, cum tamen ſimoniacum ſit aliquid exigere, uel accipere, quaſi precium, prò ingreſſu religioni. Sponte tamen poſſunt oblata, quantacunque ſint, recipere, dummodo non interueniat aliqua corrupta intentio. Et in hoc concordant omnes doctores, tam Theologi, quàm alij. Et hoc idem expreſſè continetur 1. quęſt. 2. ſicut epiſcopū. Item ibidem. c. quàm pio. Licet tamen aliquem facilius in monaſterio recipere, propter deuotionem, quàm oſtendit ſe habere ad ipſum monaſterium largas eleemoſynas illi faciendo. Sicut econuerſo licitum eſt aliquem prouocare ad deuotionē monaſterij propter temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad ingreſſum monaſterij, quamuis non ſit

licitum

licitum aliquid dare,uel accipere pro ingreſſu monaſterij, quaſi precium,ut dicit B.Thom.2.2. q.100.ar.3.in ſolu. ad quartum.

Circa quod notandum,quòd illud temporale,quod datur,non debet eſſe principale motiuum, propter quod concedatur, vel quæratur religionis ingreſſus, quia tunc eſſet ſimonia. Poteſt tamen eſſe minus principale motiuum, & inductiuum.

Quæritur autem circa hoc, utrum liceat facere pactum de temporalibus ad uolentes ingredi religionem in monaſterio tenui,& quod uix poteſt ſuſtentare ſuos. Reſponſio. Circa hoc diuerſi diuerſa ſentiunt, ut refert Dom. Anton. in 2.par.ſummæ ſuæ.ti.1.cap.5.§.17.Reſolutoriè tamen tenendum eſt,quòd prætextu paupertatis, aut cuiuſcunq; alterius cauſæ,non licet facere pactum pro ingreſſu cuiuſcunque religionis.Sic enim cauetur 1.q.2.quam pio. ubi dicitur. Ceſſet omnis pactio, ceſſet omnis conuentio, accedat gratis,&c.Et ideo ad euitandum omnem notam ſimoniæ, iure cautum eſt,ne in monaſteriis monialium reddituatarũ aliquę recipiantur ultra facultatem locorum, prout habetur de ſtatu regularium.c.periculoſo.lib.6. ubi ſic dicitur. Diſtrictius inhibemus,ne in monaſteriis ordinum non mendicantium mulierum de cętero aliquę recipiãtur in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis, uel prouentibus abſque penuria ſuſtentari. Quòd ſi ſecus factum fuerit,irritum decernimus. Hæc ibi. Quid ergo iuris, cum aliqua puella vult ingredi aliquod monaſterium reddituatum,q; habet ſuum numerum monialium, quẽ q̃dẽ numerum ſuſtentare præcisè poteſt, & non ultra. Ad hoc optimum conſilium dant periti iuriſtę, quales ſunt Rayn. Hoſtien.& Io.And.dicentes,quòd dictę moniales reddituatæ,& ſimiliter religioſi reddituati poſſunt hęc uerba, uel ſimilia dicere uolenti monaſterium eorum intrare.Nos libẽter,& gratis recipimus te ad conſortium noſtrum ſpirituale.Veruntamen cum bona noſtra exigua ſint,nec ſufficiant nobis,& tibi;affer tecum,unde poſſis uiuere,uel ſic,prouideas tibi,unde uiuas,ne cogamur mendicare propter te.Et tũnc ſecundum prædictos Doctores,ſi ingrediens tale monaſterium bona ſua ſecum afferat,ſiue in toto,ſiue in parte

quia

quia fortè magna ſunt,& multa,nõ committitur ſimonia dummodo hoc non dicatur in fraudem,ſicut plerique faciunt,dummodo etiam hoc ſine pacto fiat.Alij autẽ dicũt ſic eſſe reſpondendum uolenti ingredi tale monaſterium. Non poſſumus te recipere,quia ſumus ita pauperes, quod ſiue penuria non poſſemus uiuere,ſi augeremus numerũ noſtrum.Sed ſi haberes,unde uiueres,& tecum apportares libenter te reciperemus.Tunc ſecundum iſtos, ſi tales non plus dicant,non committunt ſimoniam.Eſſet autem ſimonia,ſi dicerent.Oportet,quòd afferas tecum tantũ , uel tãtum,aliàs non recipiemus te,quia eſſet iam facere pactũ, & forum,Hoc tamen intelligitur,quando propter temporalia principaliter mouerentur ad talem receptionẽ. Nec ſufficit dicere. Nõ poſſumus commodè uiuere augẽdo numerum noſtrum ad euitandum notam ſimoniæ, ſed oportet ueraciter dicere.Non poſſemus ſic augendo numerum noſtrum,etiam de unica perſona,abſque penuria uiuere,i. abſque indigentia,& neceſſitate rei familiaris.

Ex his ergo omnibus poſſumus inferre duo correlaria cõformiter ad Dom̃.Anto,ubi ſupra.

Primum eſt,quòd nulla pactio de temporalibus debet interuenire pro ingreſſu religionis,etiam dato, ꝙ monaſterium ſit tenue. Et hæc eſt communior,& tutior opinio.

Secundum correlarium eſt,quòd ſi monaſteriũ ſit abũdans,nullus ſimpliciter debet eſſe tractatus de temporalib. in receptione.Iſtud autem eſt contra communem abuſum, quia quantò monaſterium eſt abundantius, tantò monachę uolunt habere maiores dotes,& plura ſunt exponẽda, ita ut dicant parentes frequenter,quòd habuiſſent meliorũ forum,ſi tradidiſſent filiam ſuam nuptui,quàm eã ponẽ deo in tali monaſterio. Scio enim monaſterium monialiũ habens fermè octo mille libras annui cẽſus,apud quod nulla recipitur, etiam ſi clareret miraculis,niſi ſecum afferat ad minus duodecim libras Pariſien.annui cenſus, quãdiu uixerit,præter grauiſſimos sũptus fieri ſolitos in receptione,& profeſſione, tum in uictu,& prandijs regijs,tũ in ueſtitu,& ſuppellectili pompoſa,atque iocalibus argenteis,& huiuſmodi.Et præter hæc poſt deceſſum cuiuslibet ibi receptæ de cẽſu ſuo remanent quadraginta ſolidi Pariſie ad.

perpetuã commoditatem dicti monaſterij, niſi forſan redimantur precio 40. librarum Pariſien. Noui etiam famoſum monaſterium monachorum in Normandia cuius redditus aſcenderunt ultra 20. milia de quo didici à uiro timorato dicti cœnobij, quòd uix aliquis ibi recipitur in habitũ, ꝓ quo non fiant expenſæ grauiſſime, ut pote, aſcendentes ad centum libras, aut ultra. Interdum etiam ſolẽt in talibus offerri munuſcula officiarijs monaſterijs, ſiue par gladiorũ cũ precij, ſiue birreta, aut ſimilia, tanquam iura eorum, & ſic de multis alijs corruptionibus, quæ non carent labe ſimoniæ, ita ut uix reperiatur domus clauſtralis, & ꝑſertim reddituata, & non reformata, quæ ſe abſcondat à calore eius, ſcilicet, peſtiferę ſimoniæ.

2 Notandum tamen circa materiam iſtam cõformiter ad Hoſtien. quod ſi aliqua puella eſt gratis recepta ad religionem, cuius parentes poſt receptionem, tanquam ingrati, nihil volunt dare monaſterio, cũ tamẽ ſit tenue, poſſunt moniales agere cõtra patrem pro alimẽtis filiæ. Quòd ſi mortuus eſt pater, poſſunt agere ad partẽ ſuæ hæreditatis. Nõ enim poteſt priuari portione ſua legitima propter ingreſſum religionis, niſi ipſa ſpõte iuri ſuo renunciaſſe, ut patet 19. q. 3. c. ſi qua mulier. Si autem nullum fiat pactũ, ſed taxatum eſt, quãtum ingrediens dare debeat pro ingreſſu ad religionem, & cum ſecũdum hoc datur ſimonia eſt, & talis taxatio reprobatur ſecundum eundem Hoſtien. Et idem iudicium eſt, ſi fiat pactum de ſeruanda conſuetudine. Idẽ ẽt ſi gratis recipiatur, & poſtmodum compellatur ad ſeruandum cõſuetudinem. Patet ergo, quomodo ſimonia ingreditur domos clauſtralium.

Tertiò ſimonia ingreditur domos clericorũ, ideſt, eccleſiaſticorum. Pro quo notandum, quòd tales ſolent committere ſimoniam tripliciter, uidelicet,

1 In ſuſceptione ordinum,
2 In adminiſtratione ſacramentorum,
3 In exequijs mortuorum.

Primo igitur ſolent quandoque clerici ſimoniã cõmittere in ſuſceptione ſuorum ordinum, tam maiorum, quàm minorum. Et hoc iterum tripliciter. Primo quidem faciẽdo ſe ordinari nõ modò propter Ieſum tantum, ſed ꝓp beneficium

ficium cõſequendũ,ſi tamen ly propter dicat cauſam principalem.Secus autem,ſic dicat cauſam minus principalem. Sicut enim ſimonia realis eſt, cum quis principaliter faciti ſe ordinari ,ppter beneficiũ promiſſum,ita etiam ſimonia mentalis eſt,cum quis hoc facit hac principali intentione, ut aſſequatur beneficium.Maximè cum Dei honor,& animæ ſuæ ſalus vnumquemque ad ſacros ordines allicere debeat,& attrahere.Secundo ordinandi incurrunt ſimoniam in hoc,ſcilicet, quod faciunt per gregia cõuiuia,& interdi offerunt munera,aut ſaltem patres eorum, qui illis ſcientibus,& non contradicentibus, decanis ruralibus, aut alijs, ad hoc deputatis,qui faciũt inquiſitiam de uita,& moribus eorũ,vt tales ſileãt,ſi quid ſiniſtri de illis audiũt,nec ſic impediant à promotione ſua.Et hæc ſimia ſimiliter inuoluit dictos decanos cũ eis.Tertiò pdicti incurrunt ſimoniã quo ad titulum ſuum.Sunt enim quandoque ordinandi de paupere regno,& ſine titulo.Et qa nullus eſt ordinãdus abſq; titulo,aut beneficio, ideo tales quãdoq; ſolẽt rogare auunculos ſuos,aut quoſcunq; alios,vt velint eos titulare ſimul promittentes,quòd nunquam aliquid ab eis exigent ratione huiuſmodi tituli . Quinimò faciunt interdum illis,qui tãtiam ſub aliquo colore,& palliatione de tali titulo. Hoc enim ſimoniacum eſt,vt poteſt trahi ex capi,per tuas extra de ſimonia.

Secundò ſolent clerici committere ſimoniam in adminiſtratione ſacramentorum. Hoc.n. generale eſt in quolibet ſacramento, quòd gratis adminiſtrari debet. Quæ tamen ſponte offeruntur,licitè poſſunt recipi.Ex quo patet,quod pro benedictione nuptiarũ nihil debet exigi,vt notatur extra de ſimonia.c.cum in eccleſiæ. Similiter pro baptiſmo,vt patet 1.q.baptizandis.Similiter,neque pro confirmatione, aut extrema unctione licet aliquid exigere,ſed ſponte oblata licitè recipi poſſunt,ut dictũ eſt. Eſt enim generaliter notandum circa materiam iſtam cõformiter ad B. Thom. ſecunda ſecundæ.q.c.arc.2.in ſolu.ad quartum,quod ſi pro adminiſtratione ſacramẽtorum recipiantur quædam ſtipẽdia per conſuetudinem approbatam, non eſt ſimonia, & præcipuè,qñ quis voluntariè ſoluit.In his tñ ſolicite eſt cauẽdũ ab eo,qđ habet ſpeciẽ ſimoniæ,vel cupiditatis,dicẽte

Apo.1.Theſſa.5.ab omni ſpecie mala abſtinete vos, ſimiliter pro collatione, ſeu adminiſtratione ſacramenti altaris non licet aliquid exigere,vel ex pacto,ſeu quaſi preciũ aliquod dare,vt notatur 1.q.1.Dictum. vbi etiam cõcluditur, quòd gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donari debent.

Quęritur autem circa hoc.Vtrum liceat aliquid exigere pro celebratione Miſſæ.Reſponſio,ab omnibus conceditur, quòd nihil licet ęxigere ante celebrationem, ſeu de hoc pactum facere. Nam circa diuina omnis pactio interdicitur ſub pœna ſimoniæ, vt patet 1.q.2.quàm pio; ſimiliter neq; poſt celebrationem Miſſæ,licet aliquid exigere tãquã precium illius,ſicut neque dare, aliàs incurritur ſimonia. Sed per modum ſumptus,hoc licet,conſiderata tamen qualitate perſonæ.Et ideo circa hoc diſtinguendum eſt.Quia aut ſacerdos tenetur celebrare ratione beneficij, ſicut patet de Curato,qui tenetur ad Miſſam parochialem dominicis, & feſtis.Aut non tenetur,ſicut patet de ſimplici ſacerdote,qui nemini obligatur ratione beneficij. Qui quamuis interdũ teneatur celebrare ratione ſuſcepti ordinis, poteſt tãmen applicare ſuffragium Miſſæ, cuicunque uoluerit,ſiue uiuo, ſiue defuncto.Si ergo ſacerdos tenetnr celebrare Miſſam ratione ſuſcepti beneficij,tunc ſi aliquid exigat,ſimoniã committit,ut patet 1.q.3.uendentes.Si uerò nõ tenetur,& deficit ei ſumptus,poteſt licitè accipere pecuniam, ut notatur 1.q.1.iudices. Quòd ſi ſumptus ſufficiẽtes habeat,nec tenetur celebrare Miſſam die illo,aut debet gratis celebrare,aut ceſſare,aliàs uidetur celebrari ex auaritia,& turpis quęſtus eſt,uel ſaltem habet ſpeciem mali,quamuis fortè nõ incurrat ſimoniam,eò ꝙ non debet ſuis ſtipendijs militare.Iſtud autem tangit multos curatos, habitantes in magnis ciuitatibus,tradentes beneficia ſua ad formam. Et tales ſunt in triplici differentia.

Primi ſunt,qui deſeruiunt beneficijs alienis.Et tales uiuunt in maximo periculo animarum ſuarum,quaſi plus curantes oues alienas,quàm proprias.Sed profectò,ut uerius loquar,non eſt illis curæ de proprijs,aut alienis ouibus,ſed tantum de lana.

Secundi ſunt, qui efficiuntur Capellani ordinarij nobilium

lium diuitum,ac potentum,ita vt non vacet dies in hebdomada, in qua non habeant Miſſam aſſignatam, hodie pro Sorte,cras pro Platone,& huiuſmodi. Et vt competentius manu teneant tales perſonas,reddunt ſe, quaſi ſeruos illarum,vocantes eos magiſtros,& magiſtras.

Alij autem turpius agenter,quaſi mendicant Miſſas, & currunt poſt funera, qui frequenter bibunt cum Curatis, aut Vicarijs, vt vocentur de primis, cum lucrum occurrerit. Quia ſi hoc vituperabile, & ſimoniacũ iudicatur in ſimplici ſacerdote, nullam prouiſionem habente, quantò magis in ſacerdote beneficiato,& habente,vnde ſufficienter viueret? Vnde frequenter poſt deceſſum talium inueniuntur theſauri multi in buffetis,& arcis eorum, quos rapiunt hæredes,aut alij, qui parum curant de animabus eorum.

Quæritur conſequenter circa hoc. Vtrum liceat facere pactum de pecunia danda pro anniuerſario celebrando. Ad hoc reſpondet Rich.in 4.ſen.ͩiſtin.25.dicit, quòd non. Si tamen ex deuotione detur alicui eccleſię certa pecunia, eccleſia tenetur pro illis celebrare,pro quibus datur,ſecundum ꝙ pro beneficio recepto videt ſe magis obligatã.Hæc ille.Addit autem Dom.Ant.2.par.tit.1.c.5.§.16.dicens, ꝙ ſæculares,qui dant,vel dimittunt per teſtamentum certam quantitatem pecuniæ pro miſſis,ſeu anniuerſarijs fiendis, innitentes conſuetudini patrię,quaſi volentes emere dicta anniuerſaria,videtur, quòd piè ſit interpretandum factum eorum.propter eorum ſimplicitatem,ſcilicet,ꝙ dant talem pecuniam per modum eleemoſynæ.Sunt tamen admonendi de hoc, vt ne dent tanquam precium Miſſæ. Dicit etiam Pet.de Palu.in 4.diſt.25.quòd de huiuſmodi anniuerſariis dicendum eſt,ſicut de præbendis,ꝙ ſcilicet,ſunt in ſuſtentationem vitæ clericorum,vt recipiẽtes ipſa obligentur ad faciendum illud,pro qua inſtituta ſunt, ſicut canonicus ad horas canonicas.

Quæritur & tertiò,vtrum liceat aliquid exigere pro audientia confeſſionis.Reſpondetur breuiter,ꝙ non,vt patet 1.q.1.quicquid voluntariè, tamen oblata poſſunt licitè recipi,vt habetur in eodem cap. Circa hoc autẽ notãdę ſunt quatuor veritates.

Prima eſt ſacerdotes,ꝗ audiunt cõfeſſiones principaliter inten-

intendentes lucrum temporale, magis quã ſpiritualε,etiã ſi nihil petant, nihilominus committunt ſimoniam mentalem. Ex quo infertur,quod illi ſacerdotes, qui curũt ad eccleſias,in quibus audiunt eſſe generale indultum, ſiue propè, ſiue longè diſtent, non ſunt immunes à prędicta ſimonia mentali. Nam conſcientiæ eorum teſtimonium illis reddunt, quòd non propter . Ieſum principaliter illic ſe conferunt . Vnde, & illic applicantes interdum contendunt de locis. Secunda ueritas, ſacerdotes exigentes pecuniam pro audientia confeſſionum, aliàs nõ audituri incidunt in ſimoniam realem etiam ab eccleſia puniẽda,ſicut probari poteſt per c.quã pio.1.q.2.Tertia ueritas,ſacerdotes pręferentes diuities pauperibus,in adminiſtrationes ſacramẽti confeſſionis,ſi hoc principaliter faciãt propter ſpem maioris lucri,committunt ſimoniam mentalem. Quarta ueritas,ſacerdotes parochiales nolentes ſubditis dare licentiã adeundi alium cõfeſſorem,niſi primùm illis tantum dederint,quantum ſi illis fuiſſent cofeſſi, committunt apertam ſimoniam,ut ſunt illi, qui talibus ſolent dicere . Soluatis mihi primò ueſtram confeſſionem, & poſtmodum abite, quò uultis

Tertiò ſolent clerici committere ſimoniam in exequij defunctorum,& hoc tripliciter.

Primò quidem in ſuſcipiẽdo onus certi numeri miſſarũ dicendarum ad intentionem defuncti. Sed,quia ſentiunt ſe aliunde obligatos,aut quia fortè uolunt omni die celebrare dicentes, ꝙ non ſunt gallis uillani, qui cantant omni hora,ideo,uel non ſoluunt ex integro dictum numerum miſſarum in fraudem pauperum animarum, aut ſi ſoluunt hoc tamen eſt per alios ſimplices, & pauperes ſacerdotes, quibus uix dant tres albos pro miſſa, cum tamen recipiat ſex,ſecundum conſuetudinem Franciæ. In quo quidem facto manifeſtè comittunt ſimoniam, uel mihi dicant,quo iure retinet mediam partem pecuniæ.

Secundò ſolent clerici,& ſignanter curati committere ſimoniam,circa exequias defunctorum uolentes artare hæredes,aut executores ipſorum defunctorum ad certum numerum cereorum, & tanti ponderis , & hoc totum ad ſuam utilitatem plangentes diminutionem, huiuſmodi

lumi

lum narium. Inſuper multi eorum, quo ad eos, qui elegerūt ſepeliri apud pdicatores, aut minores, uolunt, q primū cadauer deferatur ad eccleſiam parochialem, & fiat ibi repręſentatio, & tunc accipiunt omnia luminaria. Inſuper uoluit hodie introducere hanc cōſuetudinem, ut fiat tale ſeruitium in eccleſijs eorum pro defuncto; qui elegit alibi ſepeliri, ac ſi fuiſſet in eccleſia parochiali inhumatus, cū tamen iuxta tenorem clementinę de ſepulturis, c. dudū. debeant eſſe contenti quarta portione oblationum, quę in loco ſepulturæ fiunt. Multi etiam Capellani, & ſimplices clerici tonſurati petunt iura ſua. In quo quidem facto apertè uidemus prophetiā impletam, quæ dicit, quòd à minore, uſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. Hie. 6.

Tertiò prædicti ſolēt committere ſimoniam pactionantes cum illis, qui eligunt ſepeliri infra eccleſiam, cum tamē ſepultura uendi non poſſit, accipiendo tamen ſepulturam ipſam terram benedictā, in qua defunctus ſepelitur, ſiue ſit eccleſia, ſiue cimiteriū. Reſolutoriè ergo tenēdum eſt ī materia iſta, quòd pro exequijs mortuorum nō debet fieri pactum, nec aliquid debet exigi. Sed hoc uerum eſt, quod piæ conſuetudines debent obſeruari, ut notatur extra de ſimonia. cap. ad noſtram. Item in glo. ſuper cap. ſuam nobis eo. tit. dicitur, quòd licitum eſt ſacerdoti aliquid recipere pro exequijs, ſi illi ſumptus deſunt. Nec, ut ibi dicitur, eſt inconueniens, quod clericus locet operas ſuas, cum non habeat, unde uiuat. Sed ſacerdos, qui ex officio ſuo ad hoc tenetur, & qui habet uictum ſuum, ſuis ſumptibus tenetur ſpiritualia miniſtrare ſuis ſubditis, ut habetur de conſec. diſtin. 1. ſufficiat. Si tamen conſuetudo eſt, quòd aliquid detur in exequijs defunctorum, & conſimilibus, licet ſacerdoti non detur actio ad hoc petendum, poteſt tamen populus cogi ad obſeruandam honeſtam conſuetudinem, ut notatur extra de ſimonia, cap. ad apoſtolicam, ubi Innocent. III. prohibet prauas exactiones fieri circa exequias defunctorum, & ſimul præcipit pias conſuetudines obſeruari, ad quas, inquit, compeſcantur per Epiſcopum loci, quia nituntur eas immutare. Patet ergo diffuſè de quarto digito manus ſimoniacæ, qui dicitur ingreſſionis. In quo, prout potuimus, oſtēdimus qualiter domina ſimonia ingreditur domos Epi-

ſcoporum religioſorum, atque clericorum. Qui ſi cauti fue rint, claudent illi ingreſſum, ne eiſdem claudatur cęlum, & aperiatur infernus.

Quintus digitus manus ſimoniacæ dicitur punitionis. Circa quod ſciendum, quòd hæc uitia ſimoniæ multipliciter puniuntur, uidelicet,

Spiritualiter.
Temporaliter.
Corporaliter.
Æternaliter.

Primò quidem ſpiritualiter, & hæc pœna iterum eſt triplex. Prima eſt excommunicationis, quæ ut dicit Ant. inducta eſt per extrauagantes, quoad quaſdam ſimonias. Verum tamen nullam extrauagantem allegat in particulari. Nihilominus de hoc eſt expreſſus textus. 1. q. 1. qui ſtudet, ubi mandat Grego. Nazanzenus ſimoniacum omnibus modis à communione abſcindi. Secunda pœna ſpiritualis dicitur ſuſpenſionis. Nam omnis ſimoniacus, eſt ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinum, prout diffusè tracta. Dom. Anto. 3. parte ſummę ſuę. ti. 27. c. 2. uide ibi. Tertia pœna ſpiritualis dicitur depoſitionis, & infamiæ. Nā ſi conſtiterit in iudicio de aliquo, quod ſit ſimoniacus, tunc debet deponi, & infamis reputari, ut patet 1. q. 1. ſi quis epiſcopus, & in pluribus aliis capitulis ibi ſequentibus. Item 15. q. 3. ſanæ. quo fit ut talis amodò non poſſit adduci in teſtem, in iudicio, ut patet extra de ſi. c. ſi dominus.

Secundò iſtud uitium punitur corporaliter. Et de hoc hiſtoriam habemus 3. Reg. 5. de Giezi, de quo ibi legitur, ꝙ cum exegiſſet pecuniam à Naamā Syro, ꝑꝑ ſanitatem receptam a lepra ſua per Eliſæum prophetā magiſtrum ipſius, Giezi ad imprecationē ipſius Eliſæi percuſſus eſt lepra cū omni poſteritate ſua. Et nota, ꝙ ab iſto Giezi incepit ſimonia, quo ad uetus teſtamentū ſicut & à Simone mago, quo ad nouum teſtamentum. Itē hæc pæna corporalis inuoluit illos patronos, uel collatores beneficiorum, qui hoc ſimoniacè agūt, aut qui huiuſmodi beneficia indignis conferūt, in cuius figurā legitur 1. Paral. 13. ꝙ Oza mortuus eſt, eo ꝙ impoſuiſſet arcam domini portandam bobus laſciuientibus. Applicatio eſt facilis.

Ter-

Tertiò hoc vitium quandoq; punitur temporaliter,ſicut ſequens declarat hiſtoria.Refert enim beatus Cyrillus Hieroſo.epiſcopus,prout continetur in fine epiſtolarum beati Aug.ꝙ in quodam monaſterio monialium talis erat conſuetudo,ut nulla ibi reciperetur,niſi ſecum afferret certam pecuniæ ſummam.Erat aũt in monaſterio quædam ſanctimonialis annoſa,& uirtutibus plena,quæ hmõi uitiũ plurimũ abhorrebat. Cunq; hæc quadã die orationi uacaret,illi affuit beatus Hiero.præcipiens eidem,ut ad abbatiſſam iret,& eã admoneret, vt a dicta ſimonia abſtineret cũ cęteris monialibus ſuis. Sin aliàs grauis ira Dei ſuper monaſterium citò deſcenderet.His itaq; dictis,diſparuit uiſio. Mane igitur facto dicta ſanctimonialis, hæc nota facit abbatiſſæ, & toti monaſterio,& hoc ſemel,bis,ter,ſed ſemper deridetur,& fatua reputatur,poſt dies igitur decem iterũ ea orante affuit beatus Hiero.præcipiens,ut iterum rediret ad ſorores ſuas, & illis nũtiaret ex parte domini, vt abſtineant à dicta labe. Illa facit,quæ iubet uir ſanctus,qui pauloante diem clauſerat extremũ.Sed neq; ſic ſępe admonitę pænitere uoluerũt. Quinimmo eam minis,& cachinnis repulerũt.Poſt hæc igitur,illa admonita diuinitus limites monaſterij egreditur,& ecce mox totũ monaſterium corruit, atq; omnes moniales opprimuntur.Ecce,quomodo ſimonia punit̃ temporaliter.

Quartò iſtud uitiũ punitur æternaliter,ſicut,& quodlibet peccatum mortale, ſicut ſequens declarat exemplum. Legitur enim in chronica Imperatorũ Romanorum, & recitatur in ſumma prædicãtium tit.de ſimonia, de Conrado Imperatore,ꝙ cum eſſet puer,& luderet cum quodam clerico,qui habebat fiſtulã argenteã, promiſit ei epiſcopatũ, qñ eſſet Imperator ꝓ illa fiſtula. Quod quidẽ promiſſum poſt modũ impleuit,cum.ſ.iam factus eſſet imperator. Sed non multo poſt iuſto Dei iudicio cõtingit ipſum imperatorẽ in quãdam infirmitatem labi, & iacere per triduum ad inſtar mortui. Quo facto poſt triduũ,dicto ẽpo,& clericis multis præſentibus circa feretrum,dictus imperator reuixit, & cæpit loqui.Inter quæ verba primò ẽpm prædictum ẽpatu de facto priuauit, aſſerẽs ſe ferè fuiſſe damnatum propter illã mercationem, dicens, per totum illud triduum dæmones ſuper ſe ignem per ipſam fiſtulam ſufflaſſe. De quo igne

dicitur Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui libenter munera accipiunt. Ecce, quomodo ſimoniaci puniũtur æternaliter. In cuius etiam ſignũ Chriſtus diecrit uẽdentes & ementes de templo Salomonis. Mat. 21. & Iohan. 2. Dans per hoc intelligere ſimoniacos eijcendos de templo cęleſti. Vnde de quolibet ſimoniaco poteſt intelligi illud Eſaię. 26. In terra ſanctorum iniqua geſſit, non uidebit gloriam Dei. Ne ergo priuemur tanta Dei gloria, debemus ſummopere abſtinere à manų ſimoniaca.

DE MANV LVSORIA. Cap. I.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę quia, ſupple, peccaui nimis opere.*]. Matth. 11.

Poſtquam in pręcedenti cap. dictum eſt de manu ſimoniaca, quę multos deijcit ĩ abyſſum. Hic conſequenter agendũ eſt de manu luſoria, quæ meritò ſequit̃ ad pręcedentem manum ſimoniacorum, quia cõmuniter uiri ſimoniaci, & abundantes beneficijs, ſiue per fas, aut nefas uacat ludis. De hic igitur manu poteſt intelligi illud Mich. 2. Contra dominum eſt manus eorum. Et bene dicitur de manu ludentiũ, ꝙ eſt cõtra dominum, quia inter ludendum ad decios, & chartas ſepę offenditur dñs, utpotè, per iuramenta, & periuria, & blaſphemias, & execrabilia uerba, per mẽdacia, & ſimilia. In hac igitur manu luſoria ſunt quinque digiti, qui poſſunt his nominibus deſignari, uidelicet,

Permiſſionis.
Prohibitionis.
Offenſionis.
Reſtitutionis. Punitionis.

Primus igitur digitus manus luſoriæ dicitur permiſſionis hoc eſt dicere, ꝙ ſunt aliqui ludi permiſſi ad humanã creationem. Interdum enim fatigantur, & debilitantur uires humani corporis, etiã in bono opere. Propter, qđ, ut aliqua conſolatione exteriori recreentur, & per conſequẽs roborentur, & fortificentur in bono opere, permiſſi ſunt ali-

qui

qui ludi liciti, qui ſunt inuenti ad leuamen laboris, ad ſolamen honeſtatis, & ad recreationem uitæ humanę. Nā, ut dicit Aug. 2. muſicæ, decet ſapiētem interdū remittere aciem à rebus agendis intētam. Hæc autē remiſſio animi à rebus agendis, fit per ludicra uerba ſic facta. Ex quo concluditur, ꝙ ad ſapientem, & uirtuoſum pertinet interdum talibus ludis uti. Propter quod etiam philoſophus ponit ueritatē eutrapeliæ, quæ conſiſtit circa ludos honeſtos, quam nos poſſumus appellare iocūditatem. Nam, & talibus ludis interdū uacaſſe referuntur uiri ſancti, graues, & ſapiētes. Et ad hoc ponit exemplum Caſſianus lib. 7. collationum patrum, de beato Iohanne Euangeliſta, qui cū aui in manu luſiſſe legitur. Similiter in Vitis Patrum, ꝙ beatus Anto. cuidam ruſtico obloquenti, de quodam eremita, eò quòd uacaret interdum ludo honeſte, ait. Trahas arcū tuum ſemper extētum. Cui ille. Nō faciam, quia ſic citò deſtrueretur, niſi laxaretur. Sic, inquit pater Anto. caro infirma humana non poteſt ſemper in eodem feruore permanere neque durare, Vnde etiam ad hoc ponit exemplum Senec. libro de tranquillitate animi, de agris fertilibus, quos, inquit, citò exhauriret nunquam intermiſſa fęcunditas. Sic etiam hominū labor aſſiduus citò exhauriret, & nimis fatigaret ſpiritum humanum, niſi aliquando interueniret aliqua conſolatio corporalis. Propter quod ait poeta Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis, & quia labor animę ſiue ſpiritus, qui conſiſtit in contemplatione eſt magis fatigatiuus, & debilitatiuus, pro quanto tunc homo magis à ſenſibilibus eleuatur, quàm labor corporis, in quo non eſt talis eleuatio à ſenſibilibus, hinc eſt, ꝙ uiri contemplatiui, & litteris dediti, maximè indigent talibus ludis honeſtis, & recreatiuis, ut ſic anima aliquam quietem capiat in tali delectatione, & hoc eſt, quod philoſophus 4. Ethicorum dicit, ꝙ in huius uitæ conuerſatione, quædam requies cum ludo habetur. Ex quibus omnibus concluditur, quòd oportet interdū aliquibus talibus ludis uti.

Notandum tamen conformiter ad beatum Thom. 22 q. 168. art. 2. quòd circa huiuſmodi ludos tria ſunt præcipue cauenda.

Primū eſt, ꝙ ꝑdicta delectatio nō quęrat in aliqbus opera-

 tionibus

tionibus,vel verbis turpibus,aut nociuis. Nam vt dicit Tullius lib.1.de officijs,vnum genus iocandi eſt illiberale,petulans,flagitioſum,obſcœnū. Qui ergo vult veram eutrapeliā exercere, debet prouidere, quòd ludus ſuus non ſit contra Dei honorem.Item,quòd nullus inde meritò ſcandalizari poſſit,aut fama alicuius lædi. Ex quo patet,ꝙ illi leues homines,qui in ludis ſuis,ex dictis,nihil aliud intendunt, nec ponderant,niſi,vt alios ridere faciant, non curantes,ſi aliquem per dicta ſua contriſtent,vel lædāt, non ſunt dicendi eutrapeli,ſed diſſoluti,& vitioſi. Sic enim eos nominat Philoſophus 4.Ethico.Et de vnoquoq; talium loquitur Salua. Prou.26.dicens.Fraudulenter nocet amico ſuo,& cum comprehenſus fuerit,dicet,ludens feci.

Secundum cauendum in huiuſmodi ludis eſt ſuperfluitas,ne,ſcilicet,nimis frequententur, aut continuentur, ſed tantum tempore,& loco.Taliter ergo exerceantur,ne totaliter animæ grauitas reſoluatur. Vnde Ambr.1.de officijs. Caueamus,ne dū animum relaxare volumus, omnem harmoniam ſoluamus,quaſi cōcentum quendam bonorū operum.Et vt Tullius dicit,vbi ſupra,ſicut pueris non omnem ludendi licentiam damus,ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena,ſic in ipſo ioco aliquid probi ingenij eluceat. Iſtud autem eſt contra illos,qui toto die ludunt ad pilam,& tota nocte ad ſcaccos,vel huiuſmodi.

Tertium cauendum in talibus ludis eſt perſonæ indecētia. Non enim omnes omnia decent,ſed aliqua aliquibus, & alia alijs.Nam ludi honeſti ſunt inuenti ſecundum decētiam ſtatus vniuſcuiuſque. Vtpotè,paruulis ludus troci.Iuuenibus ludus pilæ,iactus pali,vel lapidis. Item curſitatio. Viris ludus ſcaccorum, qui quidem ludus etiam clericis nō eſt interdictus,dummodo ſecrete ludant pro vitando ſcandalo.Lætas facerem puellas,ſi dicerē illis licere choreas ducere. Sed de hoc forte aliquid dicemus in præſenti c. Alius ergo ludus conuenit clericis,alius laicis, alius religioſis, & clauſtralibus,alius ſæcularibus,alius nobilibus,alius ruſticis,& ſimplicibus,alius prælatis, alius ſubditis, alius militibus,& armigeris,alius agricolis,alius ſenibus, alius iuuenibus,alius viris,alius mulieribus. Fingit Eſopus fabulam de aſino,& catulo,quòd aſinus conſiderans catulum ocio-

ſum mirabiliter gratum,& acceptum domino ſuo, eò qd quoties dominus domũ redibat catulus ei occurrebat,pedibus,cauda,uoce,ore,lingua, & omnibus modis,quibus poterat illi applaudens.Viſum eſt ergo bonum aſino effigiare catulum,& ſic domini ſui gratiã promereri. Domino ergo de rure redeunti occurrit aſinus,& cum impetu pedes ſuos anteriores humeris illius alliſit,& clamore ualido rudere cępit.Dominus autẽ turbatus,& territus auxiliũ famulorũ conuocat,qui aſinum ualidiſſimè fuſtigatum confuſibiliter à domino abegerunt.Ad propoſitum,multi ſunt, q putãt, quòd eos deceat omnis ludus,& tamen in rei ueritate diſplicẽt, ubi ſe putant placituros.Debet ergo ludens cõſiderare perſonæ ſuæ conditionem,ſtatum,& honeſtatem,ut nihil attendant,quod eum,uel ſtatum ſuum non deceat. Ex quo patet,quòd nullo modo decet clericos prouocationes, vel meretricia,geſtu,habitu, uel loquela effigiare,ne ſcilicet,homines ſuſpicentur eos in talibus delectari.Similiter diſſolutę ſaltationes eos nõ decent, ſicut neq; chorizationes.Et q clericis dicĩ,ſuo modo ab honeſtis puellis, & mulieribus cauendum eſt.Vnde talẽ honeſtatem bene ſeruauerat illa uirgo caſtiſſima dicta Sarra filia Raguelis,quę dicebat.Nunquam cum ludentibus miſcui me,neque cũ his, q in leuitate ambulant,participem me feci.Patet ergo, q ludi debent congruere ſtatui,perſonæ,ſimiliter tempori,& loco,& ſic de alijs debitis circunſtantijs.Quod ſi ſic fiat, licitè exerceri poterunt.Propter quod concludit B.Th.ubi ſupra,quòd circa ludos poteſt eſſe aliqua uirtus moralis,quã philoſophus eutrapeliam nominat.Et dicitur quis eutrapelus à bona conuerſatione,quia,ſcilicet,ſcit bene conuertere aliqua dicta,uel facta in ſolatium, ſicut patet de homine faceto.

Secundus digitus manus luſoriæ dicitur prohibitionis. Sicut enim ſunt aliqui ludi permiſſi, ut dictum eſt,ita etiã ſunt aliqui prohibiti, quia mali,ut ſunt illi ludi, qui inuenti ſunt & uiſitantur ad cupiditatem,uoluptatem,aut ad alterius partis damnum,ſicut torneamentorum,haſtiludiorũ,alearum,ita tamen,quòd ſub nomine alearum cõprehẽdatur omnis ludus,q̃ innititur fortunæ. Nam omnis talis ludus prohibetur propter cupiditatem,fraudem,mẽdacia

iuramenta,& temporis amiſſionem. De illius autem generali prohibitione habetur in decretis. diſtinct.25.epiſcopus,ubi huiuſmodi ludus interdicitur,tam clericis, quã laicis. Clericus quidẽ ſub pęna depoſitionis à beneficijs ſuis. Laicis uerò ſub pœna excommunicationis. Loquitur tamẽ illud decretum de aſſuetis,& qui de hoc faciũt plenũ opus, quod notatur per hoc,quòd dicit deſeruiens. Specialius autem prohibetur clericis,ſicut patet extra de uita, & honeſtate clericorum c.clerici officia,ubi non ſolum illis prohibetur talis ludus, uerumetiam illis interdicitur intereſſe ludẽtibus. Similiter in auctenticis de ſanctis epiſcopis.§.interdicimus,ſic dicit̃ Clericis, nec participes erunt ludẽtib. nec inſpectores ludi. Similiter de tali prohibitione habet̃. ff.de aleatoribus per totum. Nec certè mirum,ſi ludus aleę prohibeatur Chriſtianis,cum etiam legatur prohibitus Sarracenis. Nam Auicẽna,qui fuit gentilis.lib.10.philoſophię ſuæ.c.5.dicit,quòd ad faciendum rempublicam bonam, & bene ordinatam debent ocioſitates in ciuitatibus prohiberi,ſic,ſcilicet,quòd nullus ſit in ciuitate inutilis, ſed quod quilibet habeat aliquem ſtatum,aut exercitium laudabile, ut ab unoquoque ꝓueniat aliqua utilitas ciuitati. Et ideo, inquit,prohiberi debent aleatores,& luctatores. Si autem talia ſtatuta ordinauerunt Sarraceni in ſuis ciuitatibus, quãto magis Chriſtiani principes, & communitatũ rectores illa obſeruare debẽt. Sed,proh dolor,hodie quilibet impunè uacat aleis,& ludis prohibitis,& hoc ideo,quia maiores, & populi rectores communiter ſunt in hoc magis defectuoſi. Modò turpe eſt doctori,cum culpa redarguit ipſum ut Cato dicit. Sed dicunt huiuſmodi luſores ſuam culpam defendẽtes. Ex quo pecunia noſtra eſt,& placet partibus ſic ludere,& ſic perdere,quare peccamus,maximè cũ nulli iniuriam faciamus? Quibus reſpondet̃, quod in his,q̃ prohibita ſunt non ſufficit partiũ concordia,& conſenſus, ſicut apertè patet de luxuriantibus. Inſuper ipſi iniuriantur hæredibus ſuis,inaniter,& prodigè cõſumentes bona, quæ ad eos peruenire dẽberent. Et ideo friuola eſt eorum excuſatio,& allegatio in peccatis.

Tertius digitus manus luſorię dicitur offenſionis. Rarò enim,aut nunquam reperies actum malum,in quo tã mul-

tipliciter offendatur Deus, aut proximus, ſicut per ludum aleæ, ſub quo quidem ludo comprehenditur, & intelligitur ludus chartarum, & deciorum, qui innituntur fortunæ. Secus autem de ludo ſcaccorum, qui innititur induſtriæ. Dominus autem Anton. in ſecunda parte ſummæ ſuæ, titulo primo, capitulo trigeſimotertio. §. quinto. dicit, quòd ſicut in vno decio ſunt viginti vnum puncta nigra, ſic etiam contingit committere 21. peccata in dicto ludo, vtpotè, ex illo procedentia. Veruntamen breuitatis gratia tantum de ſex dicemus cum aliqua ampliatione, & practica.

Primum igitur peccatum ex ludo alearum procedẽs eſt temporis amiſſio. Non enim parua culpa eſt tempus inaniter conſumere, & ſignanter, quando hoc ducitur in conſuetudinem, quamuis pauci de hoc faciant ſibi conſcientiam. Vnde Sen. ad Lucillum epiſtola 1. Quem, inquit, mihi dabis, qui aliquod precium tempori ponat, qui diem æſtimet, qui intelligat ſe continuè mori. Similiter Bernar. lib. de perfecta conuerſione regularium. capitu. 45. dicit ſic. Nihil precioſius tempore, ſed heu nihil hodie vilius æſtimatur. Tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, nemo ſibi non redditus momenta perijſſe cauſatur. Dicit etiam idem Bernar. quòd ſicut capillus de capite noſtro nõ peribit, ſic nec momentum temporis peribit, de quo non oporteat reddere rationem. Propter quod Apoſt. Gal. 6. nos admonet dicens. Dum tempus habemus operemur bonum. Aut verò miſer luſor tempus, quod deberet expendere in Dei ſeruitio, & pœnitentiam agendo, expendit in diaboli obſequio, vacando per diem, & interdum per totam noctem etiam die feſto, & non feſto maledicto ludo aleæ. Et hoc eſt, quod illi improperat Ioan. Apocalyp. 2. dicens. Dedit illi Deus tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere.

Secundum peccatum ex alea procedens eſt temporalis ſubſtantiæ diſſipatio. Frequenter enim tales aleatores deueniunt ad ægeſtatem. In hoc deſignati per filium prodigum, de quo legitur Lucæ 15. quòd diſſipauit ſubſtãtiam ſuam. O quot ſunt hodie adoleſcentes illi ſimiles, q̃ in prædictis fatuitatibus conſumũt ſubſtantiam ſuam, & interdum alienam

ſtam, vtpotè parentum, uel magiſtrorum, quibus ſeruiunt, à quibus furantur, ut vacent ludo. Sunt etiam nonnulli fatuelli iuuenes, filij potentum, & diuitum, qui uidentes, quod non poſſunt habere pecuniam à parentibus ad nutum ſuum, vt vacent ludis, accedunt interdum ad vſurarios accipientes ab eis multam pecuniam ad vſuram, quam dimittunt currere vſque ad obitum patris, & tunc tam propter principale, quàm propter cenſum non ſolutum, Gallicè les erritages, hæreditas paterna quantumcunque magna in toto, vel in parte tranſit ad manus extraneorum. Alij autem vili precio, dummodo habeant pecuniam promptam: vendunt vitacomite parentum, prata, vineas, ſiluas, & ſimilia, quæ poſſunt illis contingere poſt mortem ipſorum parentum. Quo fit, vt tales, quandoque poſt obitum eorundem parentum ad maximam inopiam deueniãt. Propter quod quidam de numero talium ſcripſit in carmine, dicens.

Diues eram dudum,
Sed tria me fecerunt nudum,
Alea, vina, venus,
Tribus his factus ſum egenus.

Notanter autem prædictus addidit alea, vina, & venus, quia communiter tales aleatores poſt ludum, & quandoq; inter ludendum ingurgitant ſe vino, ac ſi gratis daretur à tabernarijs. Similiter plerunque ſectantur luxuriam. Hæc autem vitia maxime exequuntur, cũ vident ſe lucratos eſſe, quia ſicut male acquiſierunt pecuniam, ita eam male expendunt.

Tertium peccatum procedens ex alea, eſt lucrãdi ardẽs volitio, quilibet enim colludentium cupit, & affectat lucrari. Propter quod frequenter mutuò decipiunt, vtpotè, falſos taxillos, aut chartas ſubmittẽdo. Et tunc reputãdi ſunt, tanquam fures, & latrones, & reſtituere tenentur, quod ſic acquirunt illi, quàm ſi fraudulenter deceperint. Sed dicũt tales, quòd hæc eſt practica, & ſubtilitas ludi, & quòd illi, qui ſic perdunt, debent ſibijpſis imputare damnum ſuum, eò quòd nòn benè aduertunt ad ludum. Quibus dicendũ eſt, quòd hæc eſt ſubtilitas diaboli, qui procurat tales fraudes in aggrauationem damnationis animarum illorũ, qui fraudibus, & ſubtilitatibus vtunt̃, tales etiam quandoque,

Deo iuſtè permittente,& diabolo procurante,Inueniunt alios luſores, qui ſimili fraude utuntur ad eos, dicente ſcriptura.Eſa.33.Veh,qui prædaris,nonne,& ipſe prædaberis?

Quartum peccatum eſt inuidiæ cõcomitatio.Qui enim in tali ludo perdit,& videt burſam ſuam euacuari,burſam autem aliorum repleri auro,& argento, incipit ludentibus inuidere,deſiderans in corde ſuo,quod ipſi perdant. Cumque tota eius pecunia exhauſta fuerit,adhuc aſſiſtit ludentibus non ſine inuidia torquente cor eius. Et in hoc efficitur quodammodo ſimlis lupo,qui cum uidet prædam ſuam ab eo auferri per diligentem ſuccurſum paſtoris,aut canum: tunc reſpicit retro plangens talem ablationèm.

Sic in propoſito,&c.

Quintum peccatum eſt multorum malorum incurſio. Nam cum aleatores uident ſe perdere pecuniam ſuã,ſimul perdunt patientiam prorumpentes in uerba iniurioſa contra uincentes.Quandoq; etiam poſt uerba ſequũtur verbera,ẽt homicidia. Et de hoc nõ eſt opus alio teſtimonio,q̃ facti euidentia.Solent.n.tales frequenter mẽtiri,& quod deterius eſt,ſuum mendacium iuro confirmare,vtpote dicentes per Deum,per corpus Chriſti,& per ſanctam Mariam,& ſimilia;ego habeo tot puncta. Alius aũt iurat cõtrariũ,& ſic inſurgunt inter eos contentiones,rixæ,contumeliæ,opprobria blaſphemiæ,& multa uerba inordinata.Ita ut vix enumerari poſſint malo,quæ ſequũtur ex tali ludo.Nec eſt ſilẽdum, ꝙ in nullo alio exercitio tam frequenter blaſphematur pijſſimus Ieſus Chriſtus,ſimul cum tota curia cœleſti,ſicut in exercitio ludi alearum.Et de hoc multa extãt exempla notiſſima,vtpotè,ꝙ aliquando à uiris,& fœminis timoratis fuerit viſus Chriſtus forma paruuli infantuli inter taliter ludẽtes, qui uidebatur per quaslibet ludẽtium blaſphemias vulnerari, & cruorem emittere.

Sextum malum eſt feſtorum,& ſacrorum dierum uiolatio.Nam tales luſores ſolent plus Dominicis diebus, & feſtis etiam præcipuis operam dare tali exercitio,quàm alijs diebus,in quibus fortè oportet eos operari,non attẽdentes illud Domini præceptum.Exo.20.Memento,vt diem ſabbati ſanctifices.Certè multò grauius eſt talibus ludis intendere die feſto,cum infinitis blaſphemijs,periurjs, iuramentis,

mēdacijs,fraudibus,& huiuſmodi,quàm ob neceſſitatē colligere modica ligna in die Sabbati.Et tamē colligens ligna in die Sabbati propter neceſſitatem mādatur à Domino lapidari,ut patet Num.15.Quid igitur fiet de talibus luſoribus,de quibus meritò poteſt conqueri dominus, & dicere illud Eſa.52. Iugiter tota die nomen meum blaſphemat. Præmittit autem quædā uerba propheta,ante prædicta.dicēs,dominatores eius,ſcilicet,populi Chriani iniquè agūt, tū quia non puniunt tales inſolentes, & blaſphemos aleatores,qui tamē ægrè,& durè puniūt male dicentes de principe terreno,tum quia ipſi frequenter ſunt primi,qui dant operam talibus ludis.Et cum quæritur pro eis, reſpondent eorum famuli ad hoc inſtructi,ꝙ dormiunt.Vnde accidit, ꝙ me ſemel prædicante per Quadrageſimam in quodā oppido maiores dicti oppidi non interfuerūt ſermoni poſtmeridiano dominicæ quartæ.Super quo admiratus,ſtatim finito ſermone declinaui ad quandam domum,mihi ſatis familiarem nāſciſcitaturus de cauſa,& ſi aliquid ſiniſtri cōtigiſſet Domino domus,qui alijs diebus ſatis benè frequētauerat ſermones noſtros.Et ecce me ingrediente domū inueni dominos meos ad menſam ſedentes,& libros regum reuoluentes.Super quo exceſſu ualde obſtupui.Similiter, & illi non minus obſtupuerunt præ confuſione ſua,rogātes,ut non ſcandalizarem eos in ſermone. Ecce ergo quō dominatores populi Chriſtiani iniquè agūt,tam in ordine ad alios luſores,q̄ in ordinē ad ſeipſos. Et breuiter huiuſmodi luſores, ut habeant maius tempus ad ludendum, in die feſto negligūt diuina,utpotè miſſas,ueſperas,ꝑdicationes,& orationes,niſi fortè orent,ut Deus faciat eos uincere. Sed, ut dicit Chryſoſto.in quadam homi.neſcit diuina iuſtitia patrocinium dare facinori,ſeu criminibus.Patet ergo, quàm multipliciter offendatur Deus,pariter,& proximus per ludum alearum.Et ſic patet de tertio digito.

Quartus digitus manus luſoriæ uocatur reſtitutionis. Circa quòd quæritur,utrum acquiſitum in alea ſit neceſſariò reſtituendum,circa hoc ſunt duæ opiniones contrariæ. primam tenet Bonauentu.4.ſenten. diſtinctio.19.dicens. quòd ſic acquiſitum eſt de neceſſitate ſalutis reſtituendū, aut in pios uſus conuertendum.Et ratio eius eſt,quia talis

ludus

ludus eſt reprobatus iure eccleſiaſtico, ut patet in decre.di ſtinct.25.epiſcopus,ubi etiam additur pœna depoſitionis, quò ad eccleſiaſticos,& clericos, & excõmunicationis quò ad laicos.Ex quo patet,q talis ludus eſt peccatum mortale maximè cum nullus debeat excommunicari,niſi ꝑ mortali peccato.Hoc tamen modificat Dom.Anto.2.par.ſummæ ſuę.ti.1.c.13.§.3.dicens,hoc eſſe uerum,quando quis ludit ex cupiditate,tanquam ex principali motiuo,& ad acquirẽdum aliquid notabile,ſi poſſit.Nã ludere quid modicũ, ut pueri faciunt,vel ob recreationem,& moderatè,nõ uidetur mortale.Ad cuius cõfirmationem facit, q lex ciuilis dicit, ſcilicet,quòd id,quod in conuiuio veſcendi cauſa ponitur, in eam rem familiam ludere permittitur.ff.de aleatorib.l. quod in conuiuio.Item talis ludus eſt reprobatus iure ciuili,vt patet,ubi ſupra.l.ſolent,ubi expreſsè dicitur, q leges vetant in pecunia ludere,niſi forſan in ludo,qui fit ad exercitium corporis,& ibi exemplificatur de ludo pilæ,& haſtiludij.Et ſic patet de prima opinione.

Secunda opinio eſt Beati Thom.2.2.q.32.artic. ultimo. in ſolutio.ad ſecundum;qui dicit,q refert loqui de illis, q ſubduntur legibus imperialibus,& de aliis. Nam qui talibus legibus ſubduntur illi qui lucrantur,huiuſmodi ludo, tenẽtur ad reſtitutionẽ,niſi forte,inquit,contraria conſuetudo prꝗualeat, aut niſi qs lucratus ſit ab eo,qui traxit eũ ad ludum.In quo caſu non tenetur reſtituere,eò quòd ille, qui amiſit non eſt dignus recipere,nec poteſt tale lucrũ licitè retinere,tali iure poſitiuo durante. Et ideo dẽt in hoc caſu de hoc eleemoſynam facere.De cæteris autem,qui nõ ſubduntur legibus imperialibus;conſtat, quòd prædictum ius ciuile non obligat eos,hæc Beatus Thomas,qui videtur ex uerbis innuere,quòd illi,qui non ſubduntur legibus imperialibus,vt Galli ſi lucrantur in ludo aleæ,non tenentur lucrum reſtituere illi, à quo lucrati ſunt, dummodo fraudem nõ commiſerint,nec inuoluntarium ad ludum traxerint,nec ſimiliter ab eo,qui rem ſuam alienare non potuit lucrati fuerint,ut eſt pupillus,religioſus,mentecaptus,prodigus,& ſimiles.Nã in iſtis trib.caſib.debet fieri reſtitutio, ſiue illi,qui perdidit,ſiue aliis.Sed præter hoc caſus lucrãs, nõ tenetur reſtituere,nec ſimiliter in pios vſus diſtribuere,

quòd

quod lucratus eſt,quinimmo poteſt tale, quid licitè ſibi retinere,quamuis peccauerit acquirendo . Et ita uidetur eſſe ſimile iudicium in propoſito, ſicut de acquiſito per lenocinium,& meretricium.Nam etſi meretrix turpiter acquirat non tamen turpiter accipit,ſecundum Augu.Sed poteſt lucrum ſibi licitè retinere,aut inde eleemoſynam facere,vt dicit beatus Tho. vbi ſupra. in corpore articuli. poteſt etiam dari exemplum de negociante die feſto, vel in loco ſacro, qui etſi peccet negotiando, non tamen peccat preci um negotiationis recipiendo.Huius etiam opinionis eſt Magiſter Alexander de Ales 4.parte.1.q.86.artic.ubi dicit, quod ex quo pactum interuenit inter partes,quod quidem pactum placet utrique parti,ſimiliter,& obligatio condicti,tunc,q̃ lucrãtur ſine fraude, & aliis prius poſitis,non tenetur reſtituere. Nec tali eſt abſolutionis beneficium denegandum, vbi non uellet reſtituere. Dicit tamen Magiſter Gabriel in ſuo quarto ſenten. quòd pro ſecuriori, talis eſt admonendus, ut reſtituat,uel in pios uſus diſtribuat.

Circa aũt materiam iſtam poſſunt moueri aliqua dubia.

Primum igitur tale eſt.Vtrum ludus ſcaccorũ ſit clericis licitus.Reſpondetur,quòd ſic,aliquibus conditionibus ſuppoſitis.Prima eſt,quòd tales ludant cauſa recreationis, & non ex cupiditate, neque pro pecunia,quia tunc notarent ſe ſuſpectos de cupiditate. Secunda eſt,quòd non palam ludant propter uitandum ſcandalum. Tertia, quòd non ſint aſſidui in tali ludo,neque ordinarij, ſed tantum pro loco, & tpe,circa hmõi ludum uacent. Quarta,ꝙ non omittant tpe debito intereſſe diuinis, ut liberius vacent tali exercicio. Quinta,ꝙ non ludant cum perſonis inhoneſtis,aut ſuſpectis,neque etiam cum mulieribus,quantumcunq; honeſtis,eò quòd non decet eos habere tam priuatam, & familiarẽ conuerſationẽ cum eis, ut patet extra de cohabitatione clericorum,ac mulierum in pluribus capitulis. Sexta, ꝙ abſtineant inter ludendum ab ira, iuramento, mendacio, fraude,& huiuſmodi.Legitur tamen in Vincentio hiſtoriali lib.6.cap.52.quòd Petrus Damianus Epiſcop. Floren. q. ſolum interfuerat ludo ſcaccorum,impoſuit durã pœnitẽtiam,uidelicet,tria pſalteria.Item lotionem pedum 12.pauperum,cum certa elemoſyna,cuilibet porrigenda. Quam

qui-

quidem pęnitentiam dictus epiſcopus libēter acceptauit.

Secundum dubium eſt. Vtrum inſpectores ludi prohibiti, utpotè, alearum, peccent mortaliter. Ad hoc reſpondendum eſt per diſtinctionem, aut enim tales pręſtant cauſam ludo, ſiue inducendo, ſiue pecunias mutuādo, ſiue aliis modis, & tunc dicitur, quod peccant mortaliter. Aut non præſtant cauſam, & tunc tantum videntur peccare uenialiter. Eſt tamen ualde periculoſum aſſiſtere tali ludo, quia de facili inducit, & allicit in conſenſum. Item propter mala, quæ ibi committi ſolent. Specialiter autem prohibetur, & interdicitur clericis, ne talibus ludis prohibitis interſint, tum propter nimiam diſtractionem, tum propter ſcandalum, tū propter curioſitatem. Vnde extra de uita, & honeſt. cleri. c. clerici officia. ſic dicitur. Clerici ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Similiter in auth. de ſanctis epiſcopis. §. interdicimus. ꝓhibetur clericis, ne ſint inſpectores talium ludorum, qui innituntur fortunæ.

Tertium dubium eſt. Vtrum hoſpites, & ſimiles, qui pręſtant talibus luſoribus domum, cameram, candelam, chartas, taxillos, &c. ſine quibus non luderent, peccent mortaliter. Reſpondetur breuiter, quòd ſic, eò quòd omnes tales cōſentiunt peccato ludentium. Modò Apoſtolus dicit Roman. 1. quòd non ſolum digni ſunt morte, qui talia agunt, uerumetiam, qui facientibus conſentiunt. Vnde de talibus poteſt dici illud Pſal. Nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum, ideſt, in præſentia hoſpitum uidentium, & non contradicentium perpetrant huiuſmodi luſores nequitias, & peccata ſua multa.

Quartum dubium eſt. Vtrum illi, qui faciunt, & uendūt decios, chartas, & ſimilia inſtrumenta, peccent mortaliter. Pro ſolutione huius dubij notandum, quòd ſunt duo genera inſtrumentorum. Quædam enim ſunt, quibus homines communiter utuntur ad bonum, ſicut ſunt gladij. Et qui talia faciunt, aut uendunt, non peccant ex natura operis, niſi plus ponatur, maximè cū talia poſſint ordinari ad debitū finem, utpotè, ad defenſionem reipublicæ. Alia uero ſunt, quibus homines, ut in pluribus, abutuntur, cuiuſmodi ſunt uenena mortifera, aleæ, taxilli, chartæ, & de talibus dicit dominus Ant. vbi ſupra. allegatū eſt. §. 13. quòd tales factores

aut

aut uenditores non videntur poſſe excuſari a mortali peccato. Quinimmò omnia peccata, quæ occaſione illorum inſtrumentorum ab aliis perpetrantur, vidẽtur poſſe meritò illis imputari, & rei uidentur eſſe omnium animarum, quæ propter hoc pereunt. Pro quo facit capitulum præcipue 9. q. 3. Item cum tales ſint cooperatores omnium ſcelerum in de commiſſorum debẽt pœnam pro omnibus ſuſtinere. Eſt enim regula generalis, quæ ponitur in iure ciuili, uidelicet. §. de cõtrahenda emptione, & venditione. l. quòd ſępe, quæ dicit, quòd flagitioſæ rei, ideſt, quæ nullo modo per additionem alterius rei poteſt eſſe utilis uſui humano emptio valere non põt. Quinimmò omnia mala, quæ ex tali re ſequũtur, poſſunt uenditori imputari. Vnde nec fabricator taliũ inſtrumentorum, ſeu venditor abſolui poteſt, niſi talia in effectu dimittat, pro quo facit capitulum falſas. de pę. diſt. 5. Item cap. fratres. Item cap. negotium. Non eſt ergo ſecurum de talibus viuere, quorum uſus eſt, ut frequentius ad peccatum mortale, & eſt turpe lucrum. Dicit tamẽ Magiſter Gabriel ſuper quarto ſententiarum, quòd ſi tales operarij nõ uenderẽt huiuſmodi taxillos, & chartas, niſi perſonis honeſtis, de quibus prçſumerent, quòd nõ uellent talibus inſtrumentis uti in caſibus non conceſſis, ſed tantum pro recreatione, aut pro his, quæ in conuiuio apponuntur, ut dicit lex ſuperius allegata, & non indifferenter omnibus ribaldis, & infamibus perſonis, quòd excuſari poſſent. Cuius ratio eſt, quia ubi aliquis ludus poteſt exerceri ſine peccato, etiã inſtrumẽta ludi poſſunt fieri, & vẽdi ſine peccato. Modò non ſic faciunt talium fabricatores, aut mercatores, quinimmò in magnis ciuitatibus reperire eſt anteriores partes domorum multorum mercatorum, quas bouticles Gallicè vocãt plenas vſq; ad os talibus mercantiis, & libris Regum, abſq; eo, quod intrinſecus latet, quas paſſim, & indifferenter omni poſcenti vendunt etiam tortori ciuitatis, aut iudęo, ſi adeſſet, nihil interrogantes propter conſcientiam. Quo fit, vt tales in immenſum, quandoque ditentur ex tali mercantia.

Quintum dubium eſt. Vtrum illi peccent mortaliter, q assiſtendo ludo alearum mutuò ſe obligant. Verbi gratia. Sunt Sortes, & Plato aſſiſtentes ludo, & luſoribus. Sortes dicit Platoni. Ego dico, quòd iſte lucrabitur. Plato aũt idem dicit

dicit de alio. Quo fit,ut ſic altercando mutuò ſe obligent ad certam pecuniam,quàm aliter eorũ debet lucrari. Quæritur ergo in iſto caſu,vtrum ille,qui ſic lucratur faciat,illã pecuniam uerè ſuam. Reſpondetur ad hoc, ꝙ ſimiliter dicẽdũ eſt ad hoc dubium, ſicut dicendum eſt de ludo, in quo interuenit ſors. Et ideo ſicut ille,q lucratur in ludo,in quo interuenit ſors, peccat mortaliter,ita etiam,qui ſe mutuò obligant modo prædicto. Qui tamen ſic lucratur,non tenetur ad reſtitutionem,niſi aliud ponatur. Nulla enim lex,ſiue diuina,aut naturalis,eccleſiaſtica,aut ciuilis mandat reſtitutionem fieri in prædicto caſu. Et tamen conſulo,ut talia erogentur pauperibus, ſicut etiam de ludo hiſtrionatus conſulitur,& ſimiliter de acquiſito per meretricium.

Sextum dubium eſt de pœna illorum,qui permittunt luſores ludere in domibus ſuis ſcienter,& quaſi ordinariè. Reſpondetur ad hoc,quòd debent tales multipliciter puniri, prout decernũt iura Imperialia,& ſignanter tribus modis, ut patet.ff.de aleatoribus.l.1.quæ incipit,prætor ait. Primò quidem in hoc,quòd domus eorum debent publicari,ſiue confiſcari ad utilitatem principis. Secundò uerò, quia ſi cõtingat magiſtros talium domorum uerberari ab ipſis ludentibus,non habent actionem contra eos ex tali iniuria, nec lex ciuilis punit tales uerberãtes,niſi aliud ponatur. Tertiò autem,quia ſi fuerit à talibus hoſpitibus aliquid ſubtractũ tempore,quo in eorum domibus luditur,ſiue ab ipſis luſoribus,ſiue ab aliis,non poſſunt repetere,neque agere cõtra eos,nec etiam tales accipientes puniuntur pœna furti. Patet ergo,quàm grauiter peccent illi,qui ſcienter recipiunt tales in ſuis domibus permittentes eos ibidẽ ludere. Et idẽ iudicium eſt de illis,ſiue ſint laici,ſiue eccleſiaſtici, ſiue nobiles,aut ignobiles, qui ſcienter locant ſuas domos talibus luſoribus,aut receptoribus eorundem. Patet ergo de quarto digito, & cętera.

Quintus digitus manus luſorię dicitur punitionis, nam præter pœnas taxatas contra aleatores, tam per ſacros canones,quàm per leges ciuiles,de quibus iam dictum eſt,puniuntur acrius in foro Dei huiuſmodi luſores. Et hoc quidem dupliciter,uidelicet,in præſenti,& in futuro.

Primò igitur aleatores puniũtur à Deo in præſenti,ſiue

per grauem corporis ægritudinem, ſiue per inſperatã, & ſubitam mortem,ſiue alijs modis. Vnde refert beatus Cyrillus Hieroſolimitanus epiſcopus ad Auguſtinum ſcribẽs,vt patet in fine epiſtolarum eiuſdem Aug.in epiſt.206. ꝙ fuit quidam adoleſcens,qui cum conſumpſiſſet omnia,quæ habebat in ludo, tandem cæpit blaſphemare nomen glorioſi Hieronymi.Et ecce repente uidentibus,& ſtupentibus multis,qui aderant, fulmen de cœlo deſcendens ipſum interemit, narrat etiam idem Cyrillus in eadem epiſtola de tribus alijs gallandis, qui cum ſe diſponerent ad ludendum,dicere cęperunt. Quamcunque potes excerce uim Hyeronime,quia te inuito ludum noſtrũ ꝑficiemus. Quo dicto ſuũ ludum cęperunt, ſed non perfecerunt. Nam terra illico ſe aperuit & illos abſorbuit, ita ut deinceps nihil de eis uiſum fuerit. Refert idem, ubi ſupra, de quodam iuuene ætatis 20.annorum, qui exemplo patris ſui iam inhibitus erat ludis,ſed una dierum cum ſederet ad menſam,ut ludum inciperet,ſubitò adeſt dęmõ in terribili, & horribili effigie,qui omnes aſſiſtentes perterruit, & dictum infęlicem iuuenem ipſis uidentibus rapuit.Sed quo eum detulerit,nulli hominum hactenus compertum eſt. Verum,vt puto eum detulit in infernum.Hæc Cyrillus ad Auguſtinum ſcribens de obitu beati Hieronymi.

Secundò aleatores puniũtur à Deo in futuro per ęternã damnationem, ſicut ſequens exemplum inſinuat.Refert.n. idem Cyrillus, vbi ſupra, de quodam nepote ſuo ętatis 18. annorum,qui ualde deditus erat huiuſmodi ludo alearum. hic ergo in illa ætate mortem obijt. Quo mortuo uir Dei Cyrillus,qui nimio amore eum dilexerat,rogauit dominũ, ut dignaretur illi reuelare ſtatum ſuum. Et ecce eo orante tantus fętor ortus eſt in camera,in qua orabat, quòd naribus ſuis tolerare non poterat.Cuius rei cauſam ignorãs ſurſum eleuatis oculis uidit nepotem ſuum infęliciſſimum cathenis igneis circumligatum ex cuius naribus, & auribus, velut ex ardentiſſimis fornacibus flamma horribilis,& fętidiſſima procedebat. Dixitque dicto patri cum ululatu, & ſuſpirijs,ſcias me eſſe nepotem tuum, qui utinã nunquam fuiſſem natus.Sũ enim Tartareis mãſionibus perpetuò deputatus,eò quòd ludis nimium fui inflãmmatus,& delectatus,

tus,& hoc dicens diſparuit ab oculis uiri Dei. Quo abeunte talis ac tãtus fetor remanſit in dicto loco,ut ipſum hactenus nullus intrare auderet.Hæc ibi.Sunt pęnè infinita alia exempla de hoc conſcripta,quæ à uarijs auctoribus narrantur,ſed dicta,quæ autentica ſunt,ſufficere debēt ad inſinuandum,quanto periculo,& diſcrimini ſe ſubijciunt omnes aleatores,& ſignanter aſſueti,& qui ex cupiditate ludunt: Caueant ergo ſibi,tam clerici,quàm laici à talibus ludis, & ponant mercatores charitas ſuas,& decios ad ignem, pariter & cæteri talia inſtrumenta offenſæ Dei apud ſe habentes,ne tandem ipſi proijciantur in ignem æternum.

DE ALTA MANV IVSTITIÆ. *Cap. VII.*

Confiteor *tibi Domine Pater cęli & terrę, quia,ſupple,peccaui nimis opere.*]Matth.11. Poſtquam in præcedenti capit.habitum eſt de manu luſoria,quæ multorũ eſt cauſa perditionis,hic conſequenter tractãdum eſt de alta manu iuſtitiæ,quæ rationabiliter ſequitur poſt manũ luſoriam. Tum quia ad miniſtros iuſtitiæ ſpectat coercere inſolentias ludentium,quod tamen raro,aut nunquam faciunt.Tum quiá tales plerunque ſe occupant ocio circa tales ludos,de hac itaque manu poteſt intelligi illud Pſalm. Emitte manum tuam de alto.Et bene dicitur manus iuſtitiæ mitti de alto,id eſt,de cœlo,ſiue ex Dei ordinatione,maximè cum ipſe Deus dicat Prou.8.per me reges régnant,& legum conditores iuſta decernunt.In hac ergo alta manu iuſtitiæ ſunt quinque digiti qui ſignificant quinque genera perſonarum requiſitarum in iudicio humano,tam eccleſiaſtico,quàm ciuili,& hæ perſonæ ſunt.

Iudex,	Actor,
Defenſor	Teſtis,
Aduocatus.	

Primus igitur digitus altę manus iuſtitiæ,dicitur iudex. Et in iſto digito ſunt tres iuncturæ, ſecũdũ quòd ſunt tria requiſita in bono iudice.Primum reſpicit principium, ſecũdum medium,tertium finem.In his enim tribus pũctis, ſeu

 iuncturis

iuncturis clauditur,& comprehenditur perfectus ſtatus, & conditio boni,& recti iudicis.

Primum igitur requiſitum in iudice reſpicit principiũ, ut,ſcilicet,aſſumatur ad tale officium homo,qui habeat cõditiones illas,quæ ponuntur Exo.8.& quas dictauit ipſe Ietro cognatus Moyſi,dicens ad eum.Prouide de omni plebe uiros ſapientes,& timentes Deum,in quibus ſit ueritas, & qui oderint auaritiam,& conſtitue ex eis tribunos,& centuriones,& quinquagenarios,& decanos,qui iudicent populum omni tempore.Hæc ibi.In quibus uerbis cõprehendũtur,& tanguntur quatuor pulchræ conditiones requiſitæ in eo,qui aſſumitur ad officium iudicaturæ.

Prima igitur conditio eſt ſapientia Ita ut de tali poſſit dici illud,quod canit eccleſia de uiro iuſto,& trahitur ex prouerbijs Salomo .14.cap.Sapientia requieſcit in corde eius, & prudentia in ſermone oris illius.

Secunda cõditio eſt timor Domini.Debet.n. bonus iudex magis timere Deum,quàm homines,nec propter homines debet deuiare à iuſtitia.Cuius tamen contrarium multi faciunt,ne ſcilicet, perdãt gratiam maiorũ,aut ne incurrant indignationem eorum.

Tertia conditio eſt ueritas, quæ triplex eſt,ſcilicet, uitæ, doctrinæ,iuſtitiæ.Sed prohdolor hodie iuxta uaticiniũ pſalmiſtæ,diminutæ ſunt ueritates,ſupple, triplices prædictæ à filijs hominum.i.a iudicibus malis,qui non merentur dici filij Dei,ſed tantum filii hominum. Cum.n.Deus ſit ipſa ueritas infallibilis,& per eſſentiam dicta, conſequens eſt, quòd homines mẽdaces non ſint filij eius,ſaltem per imitationẽ ſed potius filij diaboli,iuxta illud uerbum Ambro.& recitatur 22.q.5.cauete.Cauete,inquit,fratres mẽdaciũ, q̃a oẽs, qui amant mendacium,filij ſunt diaboli.Sed quõ diminutæ ſunt ueritates à filiis hominum,i.à dominis iudicibus terrenis.Certè tripliciter. Primò,quidem faciendo,de feſtuca trabem.i.aggrauando cauſas,& caſus leues, ut ſic maius lucrũ habeãt.Secundò uerò è diuerſo,diminuendo cauſas graues, fortè propter munera.Tertiò aũt breuem cauſarum expeditionem promittendo,ſed illud breue frequenter in longum currit,etiam per annos plurimos.Ecce quomodo diminutę ſunt ueritates à talibus.

Qua-

Quarta cõditio eſt ſtudium auaritię,nam homines cupidi,& auari,de facili declinant à uera iuſtitia, propter munera, dicente ſcriptura.Deut.21.Munera excęcant occulos ſapientum,ideſt,iudicum,qui debent eſſe ſapientes,& Eſa.1. Omnes,ſuppe,iudices,diligunt munera,ſequũtur retributiones,Fauent.n. libenter ſaltẽ uerbo his,qui illis tribuunt munera. Sed ſequũtur eos qui retribuunt, i.iterũ tribuũt, uidelicet,bis,ter,quater,& huiuſmodi.Patet ergo de principio boni iudicis,ſcilicet,qualis eſſe debeat.

Secundum requiſitum in bono iudice, reſpicit medium. Et hæc eſt ſecunda iũctura primidigiti altę manus iuſtitię. Nam poſtquam aliquis aſſumptus eſt ad officium iudicaturæ,tam in curia eccleſiaſtica,quàm ciuili,ſummopere debet cauere,ne corrumpatur,aut declinet à uera iuſtitia,altero illorum modorum quos ponit Iſido.de ſummo bono. lib. 7. cap.58.& recitatur in decre.11. quæſtio.3. quatuor modis, ubi dicit,quòd quatuor modis humanum iudicium peruertitur,uidelicet,

Timore,	Cupiditate,
Odio,	Amore,

Primò quidem timore,cũ,inquit, Greg.metu poteſtatis alicuius ueritatẽ loqui pertimeſcimus.Propter quod ſalubriter conſulit ſapiens. Eccl.7.dicens.Noli quęrere fieri iudex,niſi ualeas ueritate irrũpere iniquitates,ne forte extimeſcas faciẽ potentis,& pp hoc, ſupple,deuies à recto tramite iudicij. Debet ergo bonus iudex non hoĩes timere, ſed Deũ,cuius miniſter eſt magis q̃ principis terreni.Exẽplũ illius præſidis ſupremæ curiæ parlamenti Pariſien. ad quem cum mandaſſet rex,quòd ſub pœna priuationis ab officio ſuo ſententiam proferret ad uoluntatem eius,circa aliquam materiam,cui inordinatè afficiebaẽ,reſpondiſſe fertur.Malo officiũ perdere,quàm ſcienter Deum offendere. Sicq; officio,& regno priuatus fuit,ſed poſtmodum reuocatus,& honoratus.

Secũdò peruertitur humanum iudicium cupiditate,dũ inquit Iſid.premio,ſeu munere animus iudicis corrumpiẽ. Quod ubi poteſt probari, ſententia eſt inuidia,ut dicit lex Imperialis in Aucten.colla.5.Et hæc lex eſt canonizata 2.q. 6.c.ei,qui appellat.§.uenales,vbi expreſsè diciẽ,quòd vena

les ſententiæ,quæ in mercedem á corruptis iudicibus pro feruntur,infirmę ſunt,& inualidę.Inſuper tales iudices grauiter puniendi ſunt.

Vnde legitur in chronicis Regum Franciæ, quòd anno domini MCCCXXXVI. Rex Philipus Valeſius fecit ſuſpendi ad patibulum Hugonem Cruciatum Prȩſidem curię parlamõti Pariſien. eò ꝙ pecunia corruptus iniquum protuliſſet iudicium.

Refert etiam Valerius Maximus lib.6.ca.10.de Cambiſe Rege,qui cuiuſdam iudicis modo prædicto corrupti pellem ex eius corpore detractam iuſſit extendi ſellæ,ſiue ſedi,ubi cæteri iudices ſederent,ut eius exemplo diſcerent recte iudicare, & non pro muneribus. Inſuper uoluit filium iudicis in locum eius ſtatim ſubſtitui,ut ipſe primus tam horrendi iudicij ſedem occuparet.Præterea lex diuina talibus maledicit,dicẽs.Eſa.5.Veh, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo, ſcilicet, dando iniquã ſentẽtiam pro eo contra pauperem.Item Deut.22. Hr alia maleditio,ubi dicitur. Maledictus,qui peruertit in dicium aduenę pupilli, & uiduę. Itẽ ibidẽ Maledictus,qui accipit munera,ut percutiat animam ſanguinis innocentis & dicet omnis populus amen.Item eiuſdem Eſaiæ.10.Veh qui iniuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerẽt in iudicio pauperem, & uim facerent cauſæ humilium populi mei, ut eſſent præda uiduarum, & pupillorũ,quid facientis in die ultionis.Ecce, quomodo lex diuina maledicit iudicibus, qui pro muneribus iuſtificant impium. Quibus non obſtantibus adhuc multi eorum charè uẽdunt diuitibus iuſtitiam Ita,ut dicat Iſid.de ſummo bono lib.3.capitulo 58. & ſimiliter recitatur 11.quæſt.3.pauper. Diues citò corrupit iudicem muneribus.Pauper autem,dum non habet,quod offerat,non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra ueritatem opprimitur. Citò uolat auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat.Hæc ille. Dicit etiam idem Iſido. ubi ſupra capit. 55. quòd grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus,quã feruentiſſimis hoſtibus. Nullus enim prædo tam cupidus eſt in alienis,quàm iudex iniquus eſt ſuis Latrones in latebroſis faucibus inſidias latentes ponunt iſti palam rapaci

tatis

tatis auaritia ſæuiunt. Hoſtes in alienorum ſanguinem tã-tum intendunt. Iudices autem, quaſi crudeliſſimi carnifices, ciuium, oppreſſione ſua, ſubiectorũ vitam extinguunt. Item poſt pauca ibidem ſubdit, dicens. *Sæpe iudices praui cupiditatis cauſa, aut differunt, aut peruertũt iudicia. Nec finiunt cepta negotia, quouſque marſupia eorum, qui cauſantur, exhauriant.* Hæc ille.

Pro quo notandum, quòd ad vitandum omnem occaſionem auaritiæ, & cupiditatis iura vetãt, ne iudex munera accipiat, eò ꝙ munerum acceptio veritatis eſt præuaricatio, vt habetur 11.q.3.qui rectè. Dicitur etiam ibidem.c.non licet iudici vẽdere iuſtũ iudicium, quamuis liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium & iuriſconſulto rectũ conſiliũ. Et ideo, vt non fiat faciles ad recipiendũ munera, & venalis ſit apud eos iuſtitia, dantur eis de publico ęrario ſtipẽdia, quibus debent eſſe contenti, aliàs dimittant officium iudicaturæ. Hoc eñ liberè facere poſſunt toties, quoties. Sed vt communiter dici ſolet ſi ſtipendia parua ſint, practicæ tamen magnæ ſunt. Hoc autem ad oculum videmus in magno faſtu, & ſtatu, quem ducunt. In ſumptuoſis ædificijs, quæ conſtruere faciunt. In pinguiſſimis redditibus, & latiſſimis poſſeſſionibus, quas acquirunt, in filiabus maritandis, pro quibus dant pecuniam non computandam per centena, ſed per millia. Item in graui pondere auri, & argenti, quod communiter cõferunt pro emendo officio. Poſtremò practicarum immenſitatem modernorũ iudicũ, atteſtantur diuitiæ plurimæ, quas poſt obitum relinquũt. Non quidem tantum de ſucceſſione parentũ, quantum de practica ſua. Heu tales non fuerunt illi conſules, & iudices, quamuis infideles, qui olim apud Romanos regebãt remp. Vnde refert Valerius lib.3.cap.3. de quodam conſule Romano dicto Menenio Agrippa, quòd tam inops deceſſit, ꝙ ſepultura caruiſſet, niſi populus pecuniam ad hoc neceſſariam vltrò tradidiſſet.

Refert etiam Aug.lib.5.de ciuit.Dei.cap.18. poſt Eutropium libro 1.cap.5.ſimiliter de quodam Conſule Romano dicto Lucio Valerio, qui cum defunctus fuiſſet in ſuó cõſulatu, adeo pauper inuentus eſt, vt nummis à populo collatis funus eius curaretur. Narrat ẽt idẽ Aug. vbi ſupra. poſt

Titum Liuium, de vrbis origine lib.3. de Quintio Cincinnato, qui cum adeò pauper eſſet, vt non vltra quatuor iugera terrę poſſideret, quę ſuis manibus colebat, tādem voce omnium dictator Romanus factus eſt. Qui poſtmodum mirabiliter de hoſtib. triumphans ſemper tamen in eadem paupertate remanſit, & officio expletò ad agriculturā ultro redijt. Vbi notandum, ꝙ olim apud Romanos dictator erat, velut imperator cuius officium non vltra ſex menſes extendebat. Cōſul ſimul erat, quaſi imperator, & eligebatur à populo, cuius cōſulatus terminabatur in fine anni, niſi de nouo reeligeretur. Et dicebatur cōſul, eò ꝙ omnia cū cōſilio agebat. Cauſa autē quare, tam dictatores, q̄ conſules apud ipſos Romanos, tam exiguo tempore tolerabatur in officijs ſuis, erat, ne ſi multo tēpore in dictis officijs ſtetiſſent, populum exactionib. grauaſſent. Vnde refert idem Aug. vbi ſupra. de quodam, qui cum bis conſul factus fuiſſet, ad hoc aſſumptus ex ſenatu pauperū hominū, poſtmodum repulſus fuit à conſulatu, eò ꝙ emerat vaſa argentea decem ponderum argenti, quaſi in hoc malum exemplum futuris conſulibus præbuiſſet, vt dicit commentator vbi ſupra. Vtinā ergo moderni iudices, & præſides iſta diligenter notarent, & à ſuſcipiendis tot, & tantis muneribus, ex quibus ditantur à progenie in progenies abſtinerent.

Tertiò peruertitur humanum iudicium odio. Sunt enim aliqui iudices, vtriuſque curiæ, qui ex quo habent dentem contra aliquem, nūquam deſiſtunt, quouſq; vindictam ſūpſerint de eo. Quo fit, vt ſi cōtingat tales habere proceſsū, aut litem coram eis, tunc laborant ſubuertere iudicium, & iuſtitiam contra eos. Quod valde iniquū eſt, & impium, vnde, & ad reſtitutionē tenentur. Nota ad propoſitū hiſtoriā de Iezabel, q̄ odio commota aduerſus Naboth, eo ꝙ noluiſſet tradere vineā ſuam uiro ſuo regi Achab, procurauit, vt falſum iudicium daretur contra eum, videlicet, lapidationis 3. Re. 21. Et breuiter odium ſæpe facit peruertere iudicium, vnde iſta eſt vna de cauſis, propter quas licet ſubterfugere ſententiam iudicis per interpoſitam appellationem.

Quartò peruertitur iudiciū humanum amore, dum, ſcilicet, amico, vel ꝓpinquo fauere cōtendimus. Vnde de iſta duobus modis peruertendi iudicium ſimul loquens Iſid. de

ſum.

ſum.bono.li.2.c.57.dicit ſic. Qui cõſanguinitatis,vel amicitiç fauore,ſiue inimicitiarũ odio iudiciũ peruertunt,ſine dubio in Chriſtum,q eſt veritas,& iuſtitia,peccare noſcuntur. Hęc ille.Bene ergo, & ſalubriter dominos iudices admonet regius propheta,cum ait.Rectè iudicate filij hoĩum. Rectum.n.dicitur,qđ non plus pendet ad vnã partem,quã aliã. Sic etiam iudices dicendi ſunt rectè iudicare, qñ non mouentur ad iudicandum odio, aut amore, ſed æquitate. Nõ etiam debent declinare ad dexteram, neq; ad ſiniſtrã, ſed via regia debent incedere.Pro quo notandum,quòd illi declinãt ad dexteram, qui iudicant ex amore,aut humano fauore.Illi autem ad ſiniſtram,qui iudicant ex odio, & rancore.Illi verò via regia incedũt,qui æquitate attendunt,& tales rectè iudicant. Sed certè paucos hodie habet mũdus, qui taliter iudicent.

Tertium requiſitũ in bono iudice reſpicit finem.Et hæc eſt tertia iunctura dicti primi digiti altæ manus iuſtitiæ. A fine enim denominatur actio humana bona, vel mala, laudabilis,vel vituperabilis: virtuoſa,vel vitioſa. Et ideo iudex debet in iudicando præſtituere ſibi bonũ,vt,ſcilicet intendat punire delicta,& reddere vnicuique, quòd ſuum eſt.Debet etiam attendere,quòd habet iudicẽ ſupra ſe,ſcilicet,Deum,apud quem redditurus eſt rationem, non ſolum de iniuſtitia,ſi quam perpetrauerit, uerũetiam de iuſtitia ſcilicet,ſi bono fine eã fecerit.Vnde Pſal.in perſona Domini. Cum accepero tempus, ſcilicet,in die iudicij,quia tunc vltra non erit tempus,ego iuſtitias iudicabo. Vnde.C.de iudicijs.l.rem non nouam.dicitur,quòd iudices poſt præſtitũ iuramentum,debent omnib decidere ſecũdum veritatem, & legũ obſeruationem. Item debent coram ſe tenere euangelia,vt conſiderent,ꝙ illis contemptis, non magis iudicabunt,quàm iudicabuntur.Hinc eſt,ꝙ interdum ſuper ſedẽ iudicis ſolet depingi Chrs in forma iudicis, ut iudex mortalis conſideret, ꝙ habet ſuperiorem iudicem regnãtem in cœlis,qui uenturus eſt iudicare uiuos,& mortuos,& ſæculum ꝑ ignem. Propterea legitur 2.Paral.10.quòd Ioſaphat rex Iuda conſtituit iudices in cunctis ciuitatib.Iuda, & dixit illis, uidete, quid facitis. Non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei. Et quodcunque iudicaueritis in uos

redundabit. Sit timor Domini uobiſcum,& cum diligentia cuncta facite.

Ad hoc autem propoſitum multum facit ſequens exemplum. Legitur enim,quòd cum in Francia quidam agricola foderet in agro ſuo, inuenit humanam linguam uiuam, & loquentem. Super qua nouitate ille admiratus,interrogauit,quis eſſet. Tunc reſpondit ſe fuiſſe linguam hominis pagani,qui iudex fuerat ꝓximæ ciuitatis. Et quamuis mortuus fuiſſet ſine vera fide,quia tamen nũquam dederat iniquam ſententiam,ideo Deus ſeruauerat animam eius.i.linguã eius,quouſque baptiſmum reciperet. Propter quod rogauit dictum agricolam, ut hoc ſignificaret Epiſcopo ciuitatis,rogans,vt veniret ad baptizandũ eum. Et hoc,inquit, erit ſignum,quia uera dico, ſi percepto ſacro baptiſmate, lingua mea in puluerem cõuertatur. Factum eſt ergo,ut petiuit,& mox prædicta lingua cunctis videntibus, qui aderant,in puluerem redacta eſt. Caueant ergo Domini iudices, ne ſint de numero illorum,quos reprehẽdit Pſ. dicens. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis,ſed magis iudicent egeno,& pupillo, iuſtificantes humilem,& pauperem,ſupple,in cauſa iuſta. Et ſic patet de primo digito.

Secũdus digitus altę manus iuſtitię dicitur actor,ſeu petitor,ſiúe accuſator. Nõ enim debet iudex aliquem condẽnare abſque parte,ut notatur 2.q.1.de manifeſta. vbi dicit Stephanus Papa,iudicis non eſt ſine accuſatore damnare. In cuius rei ſignum Dominus Iudam,cum fuiſſet fur, quia non eſt accuſatus,minimè eiecit à cõſortio ſuo. Idem habetur 23.q.4.ſi quis poteſtatem. Hoc idem etiam volunt iura ciuilia, vt patet.ff.de mune.& hono.l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem. Iſta tamen iura intelligenda ſunt,ubi crimẽ eſt occultum. Nam vbi caſus eſt notorius,& euidens, tunc publica fama accuſat reum.

Notandum eſt autem,ꝙ in hoc digito ſunt tres articuli, ſeu iuncturæ, ſecundum quod actor in iudicio poteſt tripliciter peccare.

Primò quidem de vero crimine alium accuſando,ſed tamen liuore inuidiæ,aut uindictæ procedẽdo. Conſtat eñ, quod quicquid liuore malo fit,inordinatè ſit. Hinc Ambr.

de

de offic.lib.1.cap.30. Affectus, iquit, tutius operi tuo nomẽ imponit. Hoc igitur attendere debent illi, qui in cholera multa dicunt aduerſus proximos ſuos afferentes ſe ad probationem. Et quamuis uera dicant, tamen in hoc peccatum habent, quòd in uindictam ſic loquuntur.

Secundò uerò falſum crimen imponendo. Et hoc modo peccauerunt illi duo presbyteri, qui Suſannam falsò accuſauerunt. Danie.13. Similiter, & impii Iudæi falſò accuſantes Chriſtum coram Pilato.

Tertiò autem repetendo aliqua bona, tanquã ſibi debita, quæ tamen coram Deo ſic ſibi non deberi. Et talis accuſans tenetur reo de omni damno. Hoc autem tãgit nonnullos malitioſos, & fallaces uiros, qui ſe faciunt, quandoq; bis ſoluere de eodem debito. Contingit enim quandoque ſimplices illis debitores ſe aquitare de debito in priuato, etiam non recipiendo inſtrumentum, ſeu quitantiam. Et quia debitum fuerat contractum per publicum inſtrumentum aut in preſentia teſtium, ſeu aliàs publicè factum, ideo iterum petunt debitum, ſiue ab ipſis, ſiue ab eorum filiis, & hęredibus poſt mortem, negantes ſe aliquid recepiſſe. Ecce quomodo multi auari, & malitioſi viri iniuſtè uexant pauperes, & ſimplices coram iudice. Quia ex quo ꝓbatur debitum, & non probatur illius ſolutio, iudex qui ex officio habet iudicare ſecũdum allegata, & probata, ut notatur.ff.de offi.pręſid.l.illicitas, quæ quidem lex eſt canonizata.3.q.7. iudicet: & ſimiliter, extra de offic.ordin.c.ſi ſacerdos ſtatim condemnabit pauperem ad ſolutionem, qui tamen à parte rei eſt quitatus, & liber à tali debito.

Tertius digitus altę manus iuſtitię dicitur defenſor. Cuilibet enim reo datur in iudicio locus, & opportunitas ſe defendendi, niſi forſan facti euidentia contra eum laboret. Pro quo notandum, quòd in hoc digito ſunt tres iuncturę ſecundum quod accuſator poteſt conuenire defenſorem, ſeu reum in iudicio tripliciter. Vno modo in materia debiti. Alio modo in materia iniuriarum. Tertiò in materia criminalj. Exemplum de primo. Sortes mutuauit Platoni centum aureos reſtituẽdos infra annum, uel fortè tenetur ſibi ad certam ſummam ratione contractus facti inter eos. Quo non ſoluente, Sortes facit eum citari coram iudice ec

cleſiaſtico, uel adornari coram iudice laico. Et tunc interrogatus Plato, de ueritate, ſecundum formam iuris, iurat ſatis feciſſe Sorti, aut nihil illi deberet. Sic ergo iurãdo peccat mortaliter, tum quia peierat, tum quia proximum male damnificat. Et hoc maximè habet uerũ ubi Plato habet cõſcientiã de oppoſito. Quod ſi credat, uel opinetur illi ſatis feciſſe, adhuc peccat abſolutè iurando, eò quò exponit ſe periculo periurij. Sed debet dicere ſe credere illi ſatisfeciſſe. Nihilominus illa credulitas non liberabit eũ à ſolutione debiti in foro exteriori. Quod ſi huiuſmodi debitũ, quia fortè erat paruum, omnino ſubterfugiat mẽtem eius, & fecerit debitam indaginem de veritate cognoſcenda, adhuc nõ poteſt licitè iurare, ſe nihil deberet Sorti. Poteſt tamẽ licitè debitum negare, & dicere, quòd non credit quicquam illi deberet. ſubmittẽdo ſe probationi, ſi quia poſſit adduci contra eum. Exemplum de ſecũdo Sortes in cholera, & paſſione multas iniurias, & opprobria, conuicia, contumelias & ſimilia protulit in Platonem. Poſt hoc ipſe Plato cõuenit Sortem, coram legitimo iudice, qui eum interrogat per iuramentum de veritate dicenda. Iſto caſu poſito, quid debet reſpondere Sortes, qui fortè non recordatur iniuriarũ dictarum, Reſponſio, ſiue recordetur iniuriarum dictarũ per eam, ſiue non: non poteſt abſolutè licitè negare factum, quamuis communis practica ſit in oppoſitum. Si enim te mordente conſcientia negat factum mentitur. Non tamen propterea tenetur fateri ueritatem, ſed poteſt tacere. Si uerò non recordatur, adhuc non debet abſolutè negare factum, ſed debet dicere eo modo, quo in mente tenet ſcilicet, quòd non recordatur, & quod alter probet, ſi uelit. Exemplum de tertio. Sortes occidit Platonem, occultè tamen, & nemine ſciente. Super quo facto iudex eum interroget ſecundum formam iuris. Quid ergo illi reſpondere habet Sortes; Certè non habet neceſſe illi fateri, ueritatem, ſed poteſt reſpondere, & dicere. Vbi ſunt, qui me accuſant. Quòd ſi per pœnas, ut puta, per torturam, aut incarcerationem uellet iudex eum compellere ad dicendum ueritatem, in tali caſu poſſet per appellationem, uel per aliam viam ſubterfugere iudicium eius. Quia ex quo factum eſt omnino occultum, ille non eſt iudex eius, ſed ſolus Deus,

Nec tamen debet dicere ſe non feciſſe tale homicidium,quia per caſum mentiretur.In duobus tamen caſibus tenet̃ ſub pœna peccati mortalis fateri iudici ſuo ueritatem.

Primus eſt, ſi ꝓceſſit ad inſtãtia ex parte eius,utputa,quia aliàs fuit conuictus iuridicè de aliquo graui caſu.Nã ſecũdũ Theologos conuictus de uno maleficio põt qõnari de alio, & tũc tenetur ueritatem dicere,quamuis ſecũdũ maleficium ſit occultum Secundus caſus eſt,qñ habetur ſemiꝑbatio,ut ꝓptè depoſit o,ſeu denunciatio unius,uel cum aliqua indicia apparent.Et quod hic dicitur de caſu criminali,intelligendum eſt etiam,& extẽdendum ad caſum ciuilẽ. Et ſic patet de tertio digito prædictæ manus.

Quartus digitus altæ manus iuſtitiæ dicitur iuſtis. Nã propter defectum euidentiæ facti,aut quia reus renuit fateri ueritatem,adducunt teſtes.Vide in hoc digito sũt tres iuncturæ , ſeu articuli,ſecundum quod cõtingit teſtes tribus modis mortaliter peccare.

Primò quidem deponẽdo,ſcienter falſum.Et hoc graue peccatum eſt,utpote directè contra illud Domini ꝓceptũ. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimoniũ. Exo.20.Nec certè tales ſunt præciſè mẽdaces,uerũ ẽt periuri.Nam priuſquam admittantur ad teſtificandum, prius exigitur ab eis iuramentũ de ueritate dicenda,prout ſciũt, & nouerunt.Et tales teſtes falſi tenentur ad reſtitutionem omnium,quæ alter iniuriam paſſus amiſit propter eorũ teſtimonium.

Secundò uerò peccant huiuſmodi teſtes,cum id, ꝙ eſt illis dubium,aſſerunt ſibi certum.Ex quo patet,ꝙ exponũt ſe periculo peccati,& damnificationis alterius,maximè cũ ꝓſſit eſſe totaliter cõtrariũ illius,quod deponũt,& dicũt, Et ideo ut dicit B.Tho.2.2.q.70.art.4.in ſol.ad primũ , teſtis debet in ferẽdo teſtimoniũ ꝓ certo aſſerere,id, de quo eſt certus,& ſimiliter ſub dubio id,de quo eſt dubius, dẽt proferre.Deinde ſubdit dicẽs.Sed quia contingit ex labilitate humanæ memoriæ,ꝙ qs reputat ſe quãdoq; certũ de eo,ꝙ falſum eſt,ideo ſi quis cum debita ſolicitudine recogitãs æſtimat ſe eſſe certũ de eo,quod falſum eſt,nõ peccat mortaliter hoc aſſerens , quia non dicit falſum teſtimoniũ ꝑ ſe,& ex intẽtione,ſed ꝑ accidens contra id,quod intẽdit,

Hæc ille. Addit autem dominus Anto.2.parte,tit.1.c.19.§.7.quòd talis non excuſaretur à peccato,ſi ex impræmeditatione,& negligentia,quamuis nō ex malitia diceret falſum, nec etiam teneretur ad reſtitutionem,ſi inde proximus dānum incurreret.Pro quo facit.c.ſi culpa extra de iniurijs,& damno dato.

Tertiò peccant tales teſtes,cum accipiunt pecuniam pro teſtimonio etiam uero ferendo,eò quòd in hoc faciunt contra iura,quæ hoc prohibent,& hoc ad uitandum corruptionem ueritatis propter pecuniam.Et hoc eſt,quod ait Aug. Epiſt.54.ad Macedonium ſcribens,& ſimiliter recitatur 11. q.3.non licet.Non licet,inquit,teſti uerum teſtimoniū uendere.Multo magis ergo peccat teſtis,cum accipit pecuniam ad falſum teſtimonium dicendum,ſiue ad tacendum,ne dicat ueritatem.Poteſt tamen huiuſmodi teſtis deponēs ueritatem petere expenſas ab eo,qui ipſum producit, & præſertim,ſi pro teſtimonio ferendo facit dictas,uel etiam, vbi dimittit propter hoc operam ſuam,& lucrum. Si ergo teſtis recipit pecuniam pro ueritate dicenda,habet illam reſtituere ei,à quo accepit. Si uero pro falſo teſtimonio ferendo, tunc debet illam dare illi,in cuius iniuriam illam accepit, aut in uſus pauperum diſtribuere.Hæc enim ſunt de mēte domini Anto.ubi ſupra.Patet ergo quomodo teſtes peccāt tribus modis inferendo teſtimonium, ſiue pro, ſiue contra.Eſt,& alius modus,per quem huiuſmodi teſtes corrumpi poſſunt.ſcilicet,timor.Sunt enim,qui rogant, ut non adducantur in teſtes contra talem,uel talem,timentes,ne illis noceat,ſiue in corpore,cum ſit periculoſus de manu,ſiue in rebus ſuis,quia fortè diues eſt,& potens.Sed profectò tales debent timere Deum,& non homines.Et ut habetur. C.de teſtibus.l.eos teſtes.Teſtes debent eſſe tales, qui præferant ueritatem gratiæ, & potentatui.Debent etiam attendere,ꝙ depoſitio magnæ auctoritatis eſt,& efficaciæ,ſiue ꝓ ſiue cōtra deponunt.Nam,ut habetur in eodem.C.de fide inſtrumentorum,libro in exercendis litibus.Teſtes,& inſtrumenta eandem uim obtinent.Propterea dicit Iſid.de ſum.bon. lib.3.cap.59.ꝙ qui metu poteſtatis ueritatē occultat,eiuſdē ueritatis iracundiam ſibi cælitus prouocat,quia plus pertimeſcit hominem,quàm diuinam trepidet indignationem.

Hæc

Hæc ille. Et ſic patet de quarto digito.

Quintus digitus prædictæ altę manus iuſtitiæ dicitur ad uocatus. Quia enim plerique contendentes in iudicio ſunt abſque literis, alij autem etſi ſint literati, non tamen bene cognoſcũt ſubtilitates iuris, aliis uerò prohibet̃ in propria pſona aduocare, mulieribus, & pluribus aliis, ideo expedit, vt in iudicio, tam eccleſiaſtico, quã ciuili ſint aliqui aduocati, qui patrocinentur pro aliis. Propterea. C. de aduocatis diuerſorum iudicum. l. laudabile, dicitur, quòd aduocatorum officium neceſſarium eſt, & laudabile. Item ibidem. l. aduocati, dicitur, quòd aduocati, qui dirimũt facta ambigua cauſarum, non minus prouideor humano generi, quam ſi prælijs, atque vulneribus patriam, parenteſque ſaluarent. Et iõ, ut ibi dicitur, ſicut pro conſeruatione reip. milites ſunt neceſſarii, ita etiam pro defenſione iurium aduocati ſunt neceſſarii in politia humana. Et quamuis de aduocatis multa ſcripſerimus in magno roſario, ſermone de roſa aduocationis, nihilominus adhuc ſupereſt locus in præſenti; in quo aliquid ad increpationem malorum aduocatorum dicendum eſt.

Notandum eſt ergo, quod in hoc digito cõtra morẽ aliorum digitorum ſunt plures articuli, ſiue iuncturæ, cum tamen deberent tantum eſſe duo, tanquam in pollice. Tot ergo iuncturas habet iſte digitus, quot literas habet iſte terminus aduocatus, quarum quælibet ſignificat ſpeciali peccatum, quod incipit per huiuſmod. litteras, & quod reperitur fermè iu omnibus aduocatis, quod ſic patet. Nam ipſi ſunt

Alienæ ſubſtantiæ raptores,
Dilationum multarum procuratores,
Vani, & fallaces promiſſores,
Odiorum, & litium amatores,
Cauſarum iniquarum ſuſceptores,
Auidi ſalarij receptores,
Traditionum peſſimarum fabricatores,
Veritatis agnitæ ſubuerſores,
Salutis propriæ neglectores.

Primò igitur dico, quòd aduocati ſaltem plurimi etiam utriuſque curiæ ſunt alienæ ſubſtantiæ raptores. Sugunt enim mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo, ubi per petram

tra intelligi poſſunt pauperes agricolæ, qui conculcantur à potentibus,& diuitibus multipliciter. Cunque recurrunt ad aduocatos,& conſiliarios pro conſilio habendo, ſtatim conſulunt, ut ſe defendant per iuſtitiam. Sed huiuſmodi cōſilium non dant, tam pro ipſorum oppreſſorum ſubleuamine, quàm propria commoditate, intēdunt enim, quòd tales aſſumant eos in patronos,& aduocatos in defenſione cauſæ ſuæ. Quod cum factum fuerit, ſugunt mel de petra, ideſt attrahunt ad ſe modicum fructum, & paucos denarios acquiſitos magno labore,& ſudore corporis dictorum agricolarum. Ita ut tales ſoliti ſint dicere quilibet pro ſe. Habeo unum proceſſum in aſſiſ!js, vel in ſuprema curia, qui me totaliter comedit. Nam quicquid poſſum lucrari, uadit illi. Ecce quomodo domini aduocati, cōſiliarij, procuratores, & ſimiles ſugunt mel de petra. Inſuper ſugunt oleum de ſaxo duriſſimo. Saxum enim duriſſimum ſignificat multos nobiles,& diuites auaros, uel etiam eccleſiaſticos beneficiatos. Tales enim frequenter ſunt duriſſimi ad modū ſaxi ad pauperes,& ad opera pietatis. Nihilominus ſi contingat eos habere aliquem proceſſum, ſiue in curia eccleſiaſtica, ſiue ſęculari, tunc domini aduocati bene ſciunt ſugere oleum de ſaxo duriſſimo, ideſt, bona ſcuta, & ducatos boni ponderis de marſupiis eorum. Tali ergo oleo ſolent prædicti ungere manus aduocatorum, & iuſtitię miniſtrorum, non audeo dicere, & iudicum.

Nota facetiam de quodam ruſtico habente proceſſum in quadam curia. Hic ergo cum uidiſſet multos expeditos in pauco tempore, & ſe quaſi obliuioni traditū, interrogauit unum ex illis, quid nam feciſſet dominis officiarijs, unde tam bonam expeditionem habere meruiſſet. Certè, inquit, ille, ego vnxi optimè manus eorum. Fac ergo ſimiliter, & ſimilem expeditionē obtinebis. Ille ergo in ſimplicitate ſua ambulans domum reuerſus accepta ſagina, die ſequenti uenit ad aduocatum ſuum. Quem cum ſalutaſſet, & manus eius ad tergum uergas conſpexiſſet, cępit optimè eas ungere dicta ſagina. Qđ aduocatus ſentiens interrogat, quid circa eum operatur. Ille autem fatetur ueritatem dicens, ſic ſibi eſſe conſultum pro meliori expeditione ſuæ cauſæ. Sed profectò talem unctionem non quærebat ille aduocatus, ſicut,

aut,neque cæteri.Et breuiter tot officiariorum,habẽt pauperes in iudicio cauſas habentes,inungere manus,q̃ tandẽ in hi' eis remanet,niſi forſan pœna,& labor. Et ideo in hoc ſimiles ſunt pauperibus ouibus, quæ ſentientes uentum, & pluuiam illis aduerſari,refugiunt,quaſi pro remedio, ad umbram ruborum,& ſpinarum, atque ſęp:um credẽtes ibi habere ſuum refugium.Sed profectò nunq̃ inde euadunt, niſi relinquendo aliquid de lana ſua,quia quilibet rubus, per quem tranſeunt,rapit gal.ſum roquet de laine, ſicque pauperes ouiculæ denudantur propria ueſte.Ita in propoſito pauperes agitati uento tribulationis,quam patiuntur ab opprimentibus eos,interdum recurrunt ad aduocatos pro conſilio,& ad officiarios regios pro remedio,quibus opus eſt aliquid ſemper offerre pro captanda eorum beniuolentia. Quo fit, ut ſic propria ſubſtantia interdum denudedentur, & tandem mendicare compelluntur. Iſte eſt finis pauperum in iudicio litigantium.

Secundò aduocati ſunt dilationum multarum procuratores. Cum enim uident,quòd cauſa,quàm defendunt,non bene uadit,tunc ſolent quęrere dilationes in grauamẽ partis aduerſæ,quã fortè ſic uexare,& attediare uolunt,ut totum relinquat,& ſuus clientulus uictor euadat. Quamuis enim ipſi cauſam ſui clientuli diligenter fouere habeant,& debeant de contigentibus eam nihil omittendo,ut cauetur in iure canonico 3.q.7.infamis,& ſimiliter in iure ciuil.C. de iudiciis.l.properandum.Non tamen eis indulget,ut partem aduerſam iniuſtè grauẽt.Quinimmo de omni damno ſic ſcienter,& malitioſè illato parti aduerſæ tenẽtur ad integram,& plenã reſtitutionem,prout poteſt trahi ex dictis B.Tho.2.2.q.71.art.3.Tandem autem cum uident ſniam contra ſuum clientulum dari,ſępe prouocãt eum ad appellandum Qui ſi de eorum conſilio appellauerit,& per ſuperiorẽ appellatio iniuſta declarata fuerit, tenent ad itereſſe tã cliẽtuli ſui,q̃ partis aduerſæ,qa qui occaſionẽ dãni dat, damnũ dediſſe vr̃,extra de iniuriis,& dãno dato c.ſi culpa. Debet ergo bonus iudex præſcindere tales dilationes cautelosorũ aduocatorũ,prout pulchrè, & aptè inſinuat Ber. ad Eugenium de conſideratione,ita dicens. Nihil itaque abſque labore manifeſtã facit ueritatem, ut breuis,& pura

narratio. Ergo illas, quas ad te neceſſe erit intare cauſas, diligenter, & breuiter decidere aſſueſcas, fruſtratoriaſque & uenatorias præſcinde dilationes. Hæc ille. Ex quibus uerbis patet, quòd aduocati, & procurators quærentes uanas dilationes poſſunt uocari uenatores, quia ſicut uenatores uenatur beſtiam de rubo in rubum, ſic & cauteloſi aduocati trahunt cauſas de una ſede in aliam, & hoc totum, ut uexent partem aduerſam, & impediant cauſæ conſummationem, ſcientes ſuos clientulos ius in cauſa non habere.

Tertiò aduocati procuratores, iudices, & ſimiles iuſtitię miniſtri ſunt uani, fallaces promiſſores. Sæpe enim promittunt litigantibus breuem cauſæ expeditionem. Sed illud breue ſepæ in longum protenditur in hoc totaliter contrariè agentes ad dominum Deum. ipſe enim dicit Ezech. 4. Diem pro anno dedit tibi. Ipſi uerò econtrario dant annum pro die. Et interdum annos multos pro diebus paucis, in quibus commodè poterat cauſa decidi, quę per annos plures trahitur, hoc totum ad ſuam utilitatem. Si enim cauſæ de plano terminarentur ſine paucis diebus, ut frequenter fieri poſſet, talis officiarij, & cauſidici multum perderent de predicta ſua. Sed tales allegantes excuſationes in peccatis dicunt, quòd oportet obſeruare ſollennitates iuris, & laudabiles conſuetudines curiæ, quæ concedunt multas dilationes reis, ſiue defenſoribus, quibus ſemper fauendum eſt, pluſquam actori, ſiue petitori. Et ita, neſcio tamen, ubi adinuenerunt moderni aduocati tot exceptiones, & dilationes, quia neque in rubrica, extra de dilationibus neque in quocunque alio paſſu iuris, aut ſaltem oſtendant. Quinimmo tales dilationes tam prolixæ reprobantur per iura ciuilia, ut patet. C. de iudicijs. l. properandum, ubi præcipitur lites citò terminari, & ne fiant pœne immortales, & uitã hominum excedant. Vnde ibi præfigitur tempus, in quo nonnullæ cauſæ terminari habent, hoc poſt litem conteſtatam. Sic enim ibi legitur. Cenſemus omnes lites ſuper pecuniarij cauſis, quantæcunq; quantitatis exiſtentes non ultra triennii metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas. Ibi tamen excipitur cauſę quę pertinent ad ius fiſcale, utpotè, quando

eſt

eſt quæſtio de fundo fiſci,uel de tributis.Cauſæ autē crimi nales minori tempore debent terminari,ſcilicet, infra bien nium,ut dicit prędicta lex properandum Inſuper ibi §.ſin autem,utraque taxatur pęna peccuniaria aduerſus iudices cōtrarium facientes,quæ eſt decem librarum auri, quoad maiores.Minores autem deponuntur ab officio, & cū hoc taxantur ad tres libras auri. Si uerò facto, uel negligentia aduocati, cauſa infra triennium non terminetur,iidem aduocati puniuntur in duabus libris auri,ut patet eadem l.§. illo procul dubio.

Quartò aduocati,& iniqui iuſtitię miniſtri, ſunt odiorum,& litium amatores.Quemadmodum enim chirurgici,& medici,iuxta vulgatum ſermonem,non quærunt, niſi apoſtemata,& plagas, ſic cauſidici, & practici non quærunt.niſi odia,& lites, quibus ſuſcitantur proceſſus inter partes,quia alienum malum reputant ſuam utilitatem, & profectum.de quorum quolibet poteſt rectè intelligi illud Prouerbiorum 17.Semper iurgia quærit malus,ſupple, aduocatus cupidus,uel aſtutus cliens. Si enim contingat aliquos contendere uerbis in audientia clientum,rarò, aut nunquam laborabunt ad eorum pacificationem,ſed permittitur eos de uerbis uenire ad uerbera,& tunc ponūt manus in eos ex parte regis,inde reportaturi mercedē laboris ſui. Non enim vellent aliter eueniſſe. Ecce, quomodo iurgia q̄rit malus.Similiter aduocatus cupidus quærit,q. hæreditas ſit litigioſa,ſiue beneficium,aut officium, epiſcopatus, aut abbatia,prioratus,aut cura canonica,aut capella,ut ſic materia trahatur ad iudicium,& litigantes faciant lucrari practicos,& iuſtitiæ miniſtros.Bene ergo dictum eſt,qđ iurgia quęrit malus,ſupple,aduocatur,procurator,aut cauſidicus. Sed nouerit,quilibet talis,q. nō impunè euadet.Nā,ut ſub ditur,ubi ſupra,angelus crudelis,ideſt,diabolus, ut exponit glo.interlinea.mittitur contra eum,ſcilicet, in mortis articulo,ut trahat ipſius animam ad inferos.Vel mittetur contra eum in præſenti temporaliter, aut corporaliter flagellando,ſicut olim miſit dominus dęmones executores, & miniſtros iuſtitiæ ſuæ contra Aegyptios,iuxta illud Pſa. miſſit in eos iram indignationis ſuæ,iram, & indignationem immiſſionem per angelos malos.Ecce finis,ad quem

uenturi ſunt iniqui iuſtitiæ miniſtri litium,& proceſſuum amatores.

Vbi notandum,quòd tales frequenter tãdem puniuntur in lingua,in qua ſpecialiter deliquerunt malè, & falsè allegando. Ita ut non poſſint confiteri, ſicut docent ſequentia exempla. Primum eſt de quodã aduocato infirmato ad mortem,qui cum citò loquelam amiſiſſet, cum tamen adhuc non multum debilis eſſet, inde admirati aſſiſtentes eo mortuo os eius aperientes nullam linguam in ore eius inuenerunt.Secundum exemplum eſt de quodam alio aduocato,qui propter excellentiam facundiæ,& ſermonis in aduocando dicebatur habere linguam auream.Propter quod eo mortuo quidam fatuus ſepulchrum eius aperuit,ut linguam eius auream furaretur. Et ecce non linguam eius ſed buffonem in ore eius inuenit.Et hoc quidem iuſtè,quia per quę quis peccat,per hęc & torquetur, ut habetur.Sap.11. Tertium exemplum eſt de quodam alio aduocato,qui cum infirmaretur ad mortem,& moneretur ad cõfeſſionẽ,& pariter ad aliorum ſacramentorum ſolitorum ſuſceptionem, appellauit à manifeſta iniuria,quaſi diceret,quòd fiebat ſibi iniuria,ſi confiteretur.Sic etiam ſemper dicere cõſueuerat,quoties aliquã cauſam perdebat. Hic enim prius interrogauerat aſſiſtentes,ſi iudicarent, quòd deberet confiteri & ſancta ſacramenta ſuſcipere.Quibus reſpondentibus, quod ſic:mox ſubintulit. Et ego appello a falſo ueſtro iudicio. Quartum exemplum eſt de quodam alio aduocato, ad cuius finem cum ego ipſe fuiſſem uocatus,ut conſulerem ſuę ſaluti,& pro mea paruitate ad hoc laborarem:aliud reſponſum ab eo non habui,præter hoc vulgare uerbum,ſa,ſa,ſa, ſic frequentiſſimè repetitum,quod idem ualet ſicut dare latinè.Credo enim, quòd prædictum uerbũ prius habuerat in uſu dum uiueret loquens clientulis ſuis.Fuerat enim magnus practicus: ita, ut poſt eius obitum reperta fuerint in theſauris ſuis milia auri,& argenti. Præter has autem pœnas mali aduocati ſic morientes puniuntur æternaliter, ſicut ſequens declarat exemplum.Fertur enim, quòd quidã uidit Neronem in pęnis Inferni aurum,& argentum liquefactum bibentem,quæ nimis in uita ſua dilexerat.Vnde,& quibuſdam dęmonibus deferentibus animas aduocatorum

ad pœnas illas æternas exclamauit, dicens. Sinite hoc vena le genus hominum uenire ad me, vt & ipſi mecum bibant, quæ nimis dilexerunt. Congruè ergo deſcribitur uita, & mors talium his verſibus. O' uos iuridici, qui linguam ven ditis illi. Vos vocat Infernus, vos reſpuit ordo ſupernus. Et ſic patet de quarto.

Quintò aduocati ſunt cauſarum iniquarũ ſuſceptores, proſecutores, & cōpoſitores. Vbi tria dicuntur in dedecus, & infamiam malorum aduocatorum. Verum per Dei gratiam non omnes ſunt tales. Et ideo nō ægrè ferant, qui bo ni ſunt, ſi deteguntur uitia malorum. Hoc enim fit, vt tales à malis declinent, & ut boni à talibus ſibi caueant.

Primò igitur aduocati mali ſunt iniquarum cauſarum ſuſceptores. Multi enim morbi inueniuntur adeò incurabi les, quòd nullus inuenitur medicus, aut chirurgicus, qui ſe iactet de remedio dando, aut qui illorum curam uelit ſubi re. Et ſimiliter in operabilibus, & artificialibus aliqua ſunt adeò difficillia, quòd nullus vult ſe de talibus intromittere, Sed uix nulla cauſa inuenitur, adeò deſperata, falſa, & iniqua, quæ nō inueniat defenſorem, dummodo actor largus ſit in donis, & non interdicatur à ſuperiori pro ea aduoca re. Vnde noui quendam aduocatum in curia eccleſiaſtica, qui vulgo appellabatur aduocatus omnium materiarum ruinoſarum, qui etiam ſæpiſſimè cadebat in cauſis, quas ſu ſcipiebat defendendas. Propter quod uix ſibi committeba tur aliqua bona materia. De eo ergo, & quolibet ſibi ſimi li poſſet dici illud Pſal. Dilexiſti omnia verba præcipitatio nis lingua doloſa. Nec quidem impunè, ideo ſequitur. Propterea Deus deſtruet te id finem, ſcilicet, in die mortis, & iudicij generalis, deputando te ad æterna ſupplicia. Nec talis ſolum punitur in futuro, uerumetiam in præſenti frequenter, & hoc dupliciter. Primò quidem per amiſſionem bonorum temporalium. Ideo ſequitur. Euellet te Deus, ſupple; & emigrabit te, ideſt, emigrare faciet de taberna culo tuo, ideſt, de habitatione, & poſſeſſione tua iuxta illud propheticum verbum. Eſaiæ 33. Veh, qui prædaris, nō- ne, & tu ipſe prædaberis?

Secundo uero per ſubtractionem filiorum ſuorum. Vnde ſubditur, & radicem tuam, ideſt, filios tuos euellet,

ſup.per mortem de terra uiuẽtium. Et nota ꝙ dictus pſal. Quid gloriaris in malitia, vſque ad præcedentia uerba po teſt congruiſſimè exponi ad propoſitum,ut patet diligẽter intuenti. Omnes ergo aduocati,ſcientes ſuſcipientes,& de fendentes iniuſtas cauſas mortaliter peccãt ſecundum bea tum Tho. 2.2.q.81.art.3. Cuius rationem aſſignat,dicens. Illicitum eſt cooperari alicui ad malum faciendum, conſu lendo,adiuuando,uel aliter conſentiendo, quia ut dicit Apoſtolus ad Romanos 1. Digni ſunt morte, non ſolum,qui faciunt,ſed etiam,qui conſentiunt facientib. Sed ſic eſt de aduocato,qui ſciẽter curã iniuſtæ cauſę ſuſcipit,igitur pec cat mortaliter. Inſuper tenetur ſecundum eundem doctorem ad reſtitutionem.

Secundò mali aduocati ſunt iniuſtarum cauſarum proſecutores. Pro quo notandum ſecundum eundem beatum Tho.ubi ſupra,in ſol.ad ſecundum,quòd contingit quãdoque aduocatum in principio credere cauſam iuſtam,quam tamen in proſecutione cognoſcit eſſe iniuſtam. Et in hoc caſu debet eam deſerere,vel clientulum cuius cauſam agit, ad cedendum inducere,dicens ei aperte,ꝙ non habet ius,ſiue ad componendum cum aduerſario,ſiue tamen eius dam no.Non debet tamen eam eidem aduerſario prodere,vt eũ iuuet.Nec ſimiliter debet ſecreta ſuæ cauſæ alteri parti reuelare.Hæc beatus Thom.Sed profectò multi aduocati totum contrarium faciunt. In primis enim raró,aut nunquã cauſam ſemel inceptam deſerere volunt, quantumcunque illis appareat iniuſta,& hoc faciunt,ne uideantur imperiti. Alij autem inducunt quidem clientulum ſuum ad componendum cum aduerſario, ſed ſemper cum damno illius,utpotè,quòd det certam ſummam pecuniæ,ſiue aliam recom penſam,utpotè,capellam contra curam, uel curam contra præbendam,uel præbendam contra archidiaconatum, vel archidiaconatum contra epiſcopatum in materia beneficiali.Hæc tamen compoſitio licitè fieri poteſt inter contendẽtes,quandiu iura partiũ ſunt obſcura.Non autem,vbi aperte apparet ueritas,& ius pro una parte.Sunt,& alij,qui iuxta uulgare prouerbium accipiunt de eodẽ ſacco duas molturas, ut ſunt illi,qui iure patrocinij partem capiunt à ſuo clientulo,& partem à ſuo aduerſario,ſiue ut reuelẽt ſecre-

ta puncta ſuæ cauſæ,ſiue,ut remiſsè ſe habeant in proſecutione,illius,ſiue,ut inducant eum ad componendum, cum ſentitur optimum ius habere,Sũt,& alij abuſus, deceptiones,& fallaciæ,quas domini aduocati non ignorãt.Propter qđ de omnibus talibus poteſt uerificari illud Eſa.1.Principis tui,ideſt,aduocati,procuratores,& cauſidici,quaſi principes uidentur in populo infideles,ſupple.ſunt agentes modis præd.ctis,ſocij furum, ſi aperte diceret, quòd tales recipientes aliquid in caſibus prædictis ſunt ſocij furum per culpam.Vnde,& uulgus communiter eos uocat latrones. Et huius ratio aſſignatur,cũ ſubditur in Eſa. quod omnes tales diligunt muner.ſequuntur retributiones. Reſolutoriè ergo tenendum eſt,quòd ſi aduocatus ignoranter ab initio iniuſtã cãm ſuſceperit,ꝙ in proceſſu iniuſtã eſſe cognouerit,tenet̃ eã oĩno deſerere,ut patet ex uictis B.Th.ꝙ ſi dicta eius nõ conuincãt proternũ,fortè dicentẽ non uelle eſſe Thomiſtã,in hac parte ſaltem eũ cõuincere debent iura ciuilia, ita diffinientia, ut patet. C.de iudicijs.l.rem non nouam.

Tertiò mali aduocati ſunt iniuſtarum cauſarum cõpoſitores,Poſtquam enim multum uexauerunt partẽ aduerſam iniuſtè,& ſcienter,& uident,quòd nõ poſſunt ulterius procedere,ſiue retrocedere,quærunt apunctuamentũ cum parte aduerſa,ſiue cum aduocato, aut procuratore illius, dicentes,quòd non oportet deſtruere clientulum ſuũ,fortè promittẽtes unum bonum potum uini dicto aduocato,aut procuratori,dummodo efficaciter inducat aduerſarium ad gratioſe componendum. Quòd ſi res ſortiatur ſuum effectum,tunc uterque peccat,& tenentur ambo ſatisfacere læſo de omni intereſſe.Hoc igitur attendant illi,qui prædicto caſu retento,procurant,quòd reus,tantum condemnetur, quantum ad principale,& quòd expenſe uadant uias ſuas, ſit,ſcilicet,quòd,qui plus poſuit,plus perdidit.Certe cõfeſſores talium corruptorum aduocatorum,atque procuratorum debent multum iſta ponderare,& uiros doctos conſulere,maxime ubi ſunt indocti.Et tamen tales modicos confeſſores quærunt communiter huiuſmodi aduocati,ut non faciant eis magnam conſcientiam ſuper talibus abuſibus, Sed audiant utrique Chriſtum Matth.15.dicentem, quòd

ſi cęcus cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

Sextò aduocati ſunt auidi ſalarij receptores. Vix enim nunquã dicunt, ſufficit, & inde ſunt ſimiles uſurarijs. Propter quod de iſtis duobus peccatis, uidelicet, aduocatorum, & uſurariorum poteſt intelligi illud Prouer. 20. Sanguiſugæ duæ ſunt, filiæ, dicẽtes, affer, affer, quamuis enim aduocatus poſſit licitè petere ſalarium, tanquam mercedem ſui laboris dicente Anguſt. Epiſt. 54. ad Macedonium, & ſimiliter recitatur in decre. 11. q. 3. non licet Item. 14. q. 5. non ſane, ꝙ licet aduocato uendere iuſtum patrocinium, & iuriſperito uerum conſilium, non tamen debent petere immoderatũ ſalarium. Sed dicunt, quòd nihil exigunt, ſed tantũ accipiũt, quòd illis ultro offertur. Sed talem excuſationem in peccatis confutat Auguſt. ad fratres in eremo ſer. 35. qui intitulatur ad iudices, ubi ſic ait. Ego dico uobis, quòd tantum feciſtis, quantum facere potuiſtis. Non plus datum fuit uobis, ideo nõ plus recepiſtis, quãtum potuiſtis, feciſtis, leues cauſas magnas feciſtis, ut plus reciperetis. Nam etſi ui non rapuiſtis, & proximum in uia non depredati fuiſtis, latrones tamen eſſe poteſtis. Deus enim cor interrogat, & nõ malũ. Lupus enim frequenter uenit ad ouile quærens oues rapere, lacerare, & deuorare. Interdũ tñ uigilant paſtores, canes latrant, & ſic lupus timore percuſſus fugit. Nunquid tamẽ lupum non eſſe dicimus? Abſit. Sic, & uos aduocati facitis, quãtum poteſtis. Et ſi plura poſſetis plura utique feceretis. Hæc ille.

Sed quæri poteſt, quãtum ſalarium dandũ ſit aduocato, & ſimiliter ꝓcuratori. Rñdetur ad hoc, quòd nõ põt ſuper hoc dari certa regula, ſed ut dicit B. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. ſuper hoc debet habere reſpectus ad quatuor.

Primò quidem ad quantitatem cauſę, ſi leuis, uel grauis.

Secundò uerò ad laborem aduocationis, ſiue aduocati, ut puta, quia neceſſe habet laborare die, ac nocte in reuoluendo libros, ſtudendo, & fortè diſputando cum alijs peritis. Aliàs ſi ſine labore poſſet reſpondere conſilium petentibus, dicunt aliqui, quòd nihil debet recipere, ſed gratis conſilium dare. Sed Hoſtien. modificat hanc opinionem. dicens hoc eſſe intelligendum, quando petẽs conſilium eſt pauper. Si uerò diues eſt, non ſolum aduocatus poteſt aliquid ab eo

recipere

recipere, uerumetiam exigere. Sed dicũt multi ruſtici, quod aduocatus non laborat in cauſa eorum. Quibus reſpondetur, quòd ſufficit, quòd tunc laboret modis prædictis, aut quòd prius laborauerit ſtudendo, & diſcendo.

Tertiò debet habere reſpectum ad ſcientiam, & facundiā aduocantis, puta, quia grauis perſona.

Quartò ad conſuetudinem regionis, ſiue patriæ. Deinde ſubdit idem beatus Thomas, ubi ſupra, dicens, quòd ſi aduocati per improbitatem aliq̃d immoderatè extorqueant, peccant contra iuſtitiam. Concluditur ergo, quòd pœnes conſiderationem quatuor prædictorum, poteſt maius, & minus ſalarium taxari aduocato.

Septimò aduocati ſunt traditionum, ſiue proditionum iniquarum fabricatores. Tum primò, quia dant intelligere clientulis ſuis, quòd cauſa eorum eſt bona, iuſta, & defenſabilis, cum tamẽ apertè illis conſtet frequenter de oppoſito. Et tunc ſi clientuli ſuccumbant de cauſa, prout iuſtum eſt, illi tenentur ad omne intereſſe ipſorum. Secus autem, ſi ipſi clientuli cognoſcerent de cauſa, quòd eſſet iniuſta, quã tamen malitioſe uoluerunt defendere, ſicut patet de proter uiſtibus, & obſtinatis, ſi autem ipſi aduocati credebant per ignorãtiam notabilẽ de cauſa iniuſta, quòd eſſet iuſta, tunc peccant mortaliter. Quod ſi obtinent uictoriam cauſæ, tenentur ad ſatisfaciendum parti læſę. Tum ſecundò, quià quandoque manifeſtant ſecreta cauſæ clientuli ſui parti aduerſæ, ut ſic eam inuent, & præmuniant, quia fortè hac occaſione munera ſuſceperunt. Quod quidem factum ad maximam pertinet proditionem. Tum tertiò, quia quãdoque ſciẽter iuuãt ſe falſis inſtrumẽtis, ſæpe falſas leges, uel alias iuris, aut facti probationes inducunt. Item interdum falſos, & corruptos teſtes producunt. Propter quæ mala poteſt de talibus malis aduocatis uerificari illud Iob. 13, Vos eſtis fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum.

Octàuò aduocati ſunt ueritatis agnitę ſubuerſores. Non enim timent iniuriam Dei, & damnum proximi contra ꝓpriam conſcientiã agentes impugnare, & quantum in eis eſt ſubuertere ueritatem agnitam modis prius immediatè dictis. Non etiam timent in plena audientia multa iniqua, &

& falſa, allegare in ſcandalum partis aduerſæ, nunc apertè, nunc ſub quadam palliatione, nunc per antiſphraſim, id eſt, per contrarium ſenſum loquentes, ne fortè arguantur de iniuria. Et breuiter deficiet mihi tempus omne, ſi omnes defectus, dolos, fallacias, fraudes, calliditates, & aſtutias, quibus illud hominum genus implicari ſolet, enumerare uoluero.

Nonò aduocati, ſunt propriç ſalutis neglectores. Nam adeò ſunt immerſi curis terenis, & commoditatibus temporalibus, quòd non uacat eis cogitare de his, quæ Dei ſunt. Quibus etiam uidetur loqui Saluator, Matth. 6. dicens. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ, ideſt, diuitijs congregãdis. Occupantur enim in ſuis aduocationibus diebus feriatis, & non feriatis. Feriatis quidem in requiſitandis ſibi commiſſis proceſſibus, ſiue in dandis conſilijs ſuperuenientibus. Vnde talibus diebus maximè ſolent fieri conſultationes ſuper arduis cauſis. Et ideò non mirũ, ſi tales perſonæ malè frequentant diuina, & ſermones. Nõ feriatis autẽ diebus communiter mane ſurgunt ante lucem, & uadunt ad ſedes, & curias, in quibus aduocare ſolent, ſicut maximè apparet in ſupremis curijs parlamentorum. Item de illis, q. currũt ad ſedes ſubalternas, quæ celebrare ſolent in uillagijs, & campeſtribus locis, ita ut non ſit dies, in qua hoc, uel illo modo non occupent, circa ſibi creditos proceſſus, adeò quòd uix dant quartulum horæ. in his, quç Dei ſunt. Cũ tamẽ dicat Saluator Matth. 6. Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiã eius. Ecce quomodo tales aduocati ſunt propriç ſalutis neglectores, & hoc etiã perſuadere poſſumus diſcurrendo ſtatus, & ætates eorum. Primus enim eorum ſtatus eſt iuuentus, & tunc communiter ſunt pauperes. Propter quod interdum protrahunt noctes in ſcribendis ſibi commiſſis codicibus, & proceſſibus, ut ſic poſſint inopem defendere uitam. Quandoque etiam famulantur aliquibus officiarijs, ut poſſint exercitari in ſtilo, & ſubtilitatib. curię, ſub quibus etiam officiarijs, & magiſtris multam patiuntur penuriam. Quòd ſi ſint potentes interdum pergunt ad ſtudia, in quibus leguntur leges, & tunc ſi ſint dediti literis, in ſudore vultus ſui ueſcũtur pane ſuo. Poſt hæc forſan creãtur aduocati, & tunc oportet eos eſſe diligentes, & laborioſos,

in

in cauſis,atque officijs ſibi commiſſis,tum,ut nomen grãde ſibi acquirant,tum ut uiuant. Poſtmodum ducunt ſponſã, & tunc oportet eos tenere ſtatum,& domum, quod non fit abſque graui ſollicitudine. Quod ſi proles multiplicentur, multiplicantur pariter,& ſollicitudines. Quod ſi uacet officium iudicaturæ,vel præpoſituræ,aut huiuſmodi,exponũt ſe,ſuos,& ſua,ut illud adipiſci ualeant,& ſic gradatim quantum poſſunt aſcendere,ut magni fiant. Cumq́ue uiderint ſe in altum poſitos,efficiũt lupi rapaces per auaritiam, & cupiditatem,vt poſſint altum tenere ſtatum, & prolem in immenſum ditare.Difficillimum ergo eſt, ut tales poſſunt ſuæ ſaluti,quantum expedit,cõſulere;inter tamen multos, nonnulli ſunt,quamuis pauci, unam partem temporis dantes Deo,alteram mũdo,ita ut eorum religioſa uita confundat uitam multorum eccleſiaſticorum, atq; religioſorum. Et hi de numero electorum eſſe nõ dubitantur.Patet ergo diffusè de uitijs malorum aduocatorum, iuxta numerum, & ordinem literarum huius nominis aduocatus.

DE MANV LEPROSA LVXVRIÆ. Cap. VIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terrę, quia, ſupple, peccaui nimis opere.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti capit. tractatum eſt diffusè de alta manu iuſtitiæ:hic conſequenter tractandum eſt de manu leproſa luxuriæ, quæ congruè ſequitur, non ſolum poſt præcedentem manum, uerumetiam poſt cæteras præcedentes,eo quòd fermè infi cit omnem ſtatum propter ſui generalitatem, iuxta illud Pſal. Corrupti ſunt, & abhominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.glo.inter.ideſt,affectionibus,nõ eſt,qui faciat bonum, ſupple,caſtitatis, non eſt uſque ad unum, i. nec unus. Hoc autem dicit propter paucitatem, quia ualde pauci ſunt caſti, ſaltem mente, ita ut meritò hodie dicere poſſimus illud Gene.6.Corrupta eſt terra coram Domino,& repleta eſt iniquitate,ſupple,luxuriæ.De hac autem manu leproſa luxurię poteſt intelligi figuraliter id,quod ad literam dici-

tur

tur de Moyſe. Exo. 4. ſcilicet, q; cum miſiſſet manum ſuam in ſinum ſuum, poſtea protulit eam leproſam inſtar niuis. In hac igitur manu leproſa luxuriȩ ſunt quinque digiti, i. quinque ſpecies, omiſſo peccato contra naturam, de quo propter ſui horrorem uix audeo loqui. Vnde neque de ipſo loqui intendo, ne offendam piás aures. Tum ét, quia apud alios per Dei gratiá, quaſi incognitum eſt hoc uitium. Prædicti igitur digiti manus leproſæ ſunt,

Fornicatio, Adulterium,
Stuprum, Inceſtus,
Sacrilegium.

Primus igitur digitus dictæ manus leproſȩ luxuriæ, dicitur fornicatió ſimplex, quæ eſt habitatio carnalis ſoluti cũ ſoluta. In hoc autem digito ſunt tres iuncturæ, ſeu articuli, qui poſſunt his nominibus appellari, videlicet,

Generationis,
Abominationis,
Punitionis.

Primus igitur articulus digiti fornicationis dicitur generationis. Circa, quòd notandum, quòd ipſa peſſima fornicatio, tanquam filia fœtidiſſima, & impudiciſſima generatur ex viliſſimis parentibus.

Nam pater eius vocatur venter. Tunc ſi iſte pater eam generat, poſtquam fuerit abundanter ſatiatus cibis delicatis, & potibus precioſis. Quia vt dicit Hier. 1. parte epiſtolarum ſuarum, epiſtola 6. cap. 37. eſus carnium, & potus vini, carniſque ſaturitas ſeminarium eſt libidinis. Et per contrarium, vt dicit Terentius.

Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Dicit etiam ibidem Hieronym. & recitatur in decret. diſtinct. 35. venter, quòd venter mero ęſtuans, citò ſpumat in libidinem. Vnde quidam poeta dicit, quòd caro uidetur loqui, & dicere in hunc modum. Si benè fuero paſta, non ero caſta. Propter quod Apoſt. Ephe. 5. nos admonet, dicens. Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. Patet ergo, quis ſit pater luxuriæ.

Mater verò eius dicitur quies. Cum. n. q̃s ſuperfluè quieſcit in lecto, ſiue cum nimis diligenter quærit, & procurat quietem corporis ſui, ſtatim ſentit carnis ſtimulos inſurgere,

gere, ut de facili perueniat ad opus nefandum. In cuius rei teſtimonium legitur de Dauid.2.Reg.11.quòd cũ quadam die ſurgeret de ſtrato ſuo, poſt meridiem,& dembularet in ſolario domus regiæ,uidit mulierẽ ſe lauãtem ex aduerſo,cum qua tandem dormiuit. Et ideò benè nos admonet Apoſt.Ro.13.dicens. Non in cubilibus,& impudicitijs, ſupple,ambulauerimus. Et notat,quod præmittit cubilia impudicitijs,quia nimis quieſcendo in lecto homo incidit in laſciuias,& impudicitias luxuriæ,iuxta illud poetæ Catonis.

Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.

Auus autem fornicationis appellatur ocium. Vnde inter cauſas iniquitatis Sodomæ ocium reputatur vna. Ezec.16. Et in Pſal. In labore hominum nõ ſunt,ſupple.carnales viri,ecce ocium.ideo ſequitur. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Ecce luxuria.

Ideo ſubditur. Trãſierunt in affectum cordis,quaſi diceret,quòd homines ocioſi,primò tranſierunt in affectũ cordis,i.praua deſideria,deinde trãſierunt in affectum operis, quia prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Benè ergo loquitur poeta Ouid. libro de remedio Amoris, cum inquit. Ocia ſi tollas,periere libidinis artes,ideſt,arma.

Auia uerò ipſius fornicationis appellatur familiaritas. Cum enim quis incipit habere nimiam familiaritatem cũ muliere,& ſignanter iuuene, tunc de facili ruit in oſcula in amplexus illius,& tandem in opus nefarium. Prou.6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignẽ in ſinu ſuo,vt veſtimenta ſua non ardeãt,& ambulare ſuper prunas,vt non comburentur plantæ eius. Sic qui ingreditur ad vxorẽ proximi ſui, ſcilicet,per nimiã familiaritatem,non erit mundus,ſupple, ab opere malo,cum tetigerit eã. Quia ex tactu impudico, quod eſt inuitatoriũ ad luxuriam,facilè opportunitate peruenitur ad cõſummationem operis. Et ſic exponit de Lyra illud verbum Eccl.42. Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, ideſt, conuerſatio cum malo uiro eſt minus periculoſa,quàm conuerſatio familiaris cum muliere, quantumcunq; bona,pudica,& caſta. Summopere ergo debent viri vitare familiaritates alienarum mulierũ, quia quàm periculoſa ſit talis familiaris conuerſatio,benè oſtendit Hieronym.3.par.epiſt.ſuarum,epiſtola 8.vbi ſcribit ad Ocea-

num de uita clericorum,in hunc modum dicens.Cum proximat ſtipula,incendit ignem, flãmigero igne ꝑcutit fœmina conſcientiam uiri pariter habitantis,exuritque montiũ fundamenta,ideſt,deijcit viros magnos,& ſanctos. Ego,inquit,dico tibi.Si cum uiris fœminæ cohabitent, non deerit uiſcarium,diarium diaboli. Ferreas mentes libido domat. Mihi crede, non poteſt toto corde cum Domino habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur.Deinde ſubdit,quòd bonus honor eſt in eccleſia, ſi à cõſortio uirorum fœminæ ſint longè.Hæc ille.Patet ergo de parentibus propinquis,& remotis ipſius filiæ fornicationis.

Secundus articulus digiti fornicationis dicitur abominationis,inter.n.uitia illa,quæ carnalia ſunt,maximè abominabilis,prædicatur,& adhuc præcipuè fornicatio. Cuius abominatio magna eſt coram tribus,uidelicet,coram

Deo, Angelis,
Hominibus.

Primò quidem coram Deo.Conſtat enim, quòd omnes res abhominantur ſuum contrarium.Cum igitur Deus ſit mundiſſimus,& ex mundiſſima matre natus,cõſequens eſt dicere, quòd omnem immunditiam carnis uilipendat, atque omnes homines fornicarios,& immundos contemnat. Nam intantum uidetur Deus abhominari hoc uitium, ꝙ nõ dignatur corrigere delinquentes in præſenti, ſed dimittit eos ſecundum deſideria cordis ſui,ut uadãt in adinuentionibus ſuis. Et huius rõ eſt talis, q̃a reſeruat puniendos in futuro,ſ.in inferno.Vnde Oſeæ 4.loquitur dominus dicens.Non uiſitabo ſuper filias ueſtras, cum fuerint fornicatæ,non uiſitabo, inquam, in præſenti, ſed bene in futuro. Quia,vt habetur Heb. 12.Fornicatores,& adulteros iudicabit Deus,ſcilicet,eos deputãdo ad ęterna ſupplicia. Et ideo ſalubriter conſulit Apoſt.Ephe. 5.cum ait.Fornicatio,& omnis immunditia non nominetur in uobis.

Secũdò abominatio fornicationis magna eſt coram Angelis ſanctis.Cum enim ipſi ſunt omnino ſpirituales,& mũdi,ualde abominantur fœtidiſſimam fornicationem in hominibus, quorum curam gerunt ex Dei ordinatione. Da exemplum de lepro ſo,quem ſani abhorrent.Da etiã exemplum de ſeruo,qui facit immunditiam ſuam coram domino

no ſuo. Quod quidem nefandum factum non immeritò abominatur dominus eius. Sic eſt autem, quòd Angeli Dei ſunt domini noſtri, ratione benignitatis, qui tamen uoluntati diuinę obtemperantes non dedignantur noſtrarum animarum eſſe cuſtodes. Hi ergo ualde offenduntur ab his, qui in eorum conſpectu fornicari non uerentur. Cùm tamen dicat deuotus Ber. ſer. 22. ſuper pſ. qui habitat, exponendo illum uerſum Angelis ſuis, &c. In quouis angulo reuerentiam adhibe Angelo tuo. Tu, ne audeas illo præſente, quod me uidente non anderes. Vnde ad propoſitum legitur, quòd Angelus domini in forma humana ciuidam apparens, & cũ eo pariter incedens, nares obturauit ad prȩſentiam fornicatoris, qui illi obuius fuit non autem ad prȩſentiam cadaueris. Ecce, quomodo fȩda luxuria fȩtet coram angelis boni.

Tertiò abhominatio fornicationis magna eſt coram uiris caſtitatis, & pudicis, & mundis. Tales enim nõ ſolum horrent factum, uerumetiam uerba, quę interdũ de tali peccato ab immundus, & nefandis perſonis dicuntur. Propter quod Apoſt. Epheſ. 5. nos admonet, de hoc non loqui, cum ait. Fornicatio, aut immunditia, ideſt, quęcunque alia ſpecies luxurię non nominetur in uobis. Nam nullum peccatũ eſt, quod tãtum abominetur perſonę honeſtę ſicut peccatum carnis, adeoque, quòd non ſolum uitant fornicatorum ſocietatem, uerumetiam de talibus uix poſſunt audire loqui, & ſignanter quando tales ſunt inueterati in immunditia ſua, ſicut patet de apertis concubinarij. Nec quidem immerito, q. a tales ſunt, tãquam porci, uel iumenta putreſcentia in fȩcibus ſuis. Vnde Greg. in lib. 24. mora. c. 8. exponens illud Iohelis 1. Cõputruerunt iumenta in ſtercore ſuo, computreſcere eſt carnalis homines, in fœtore luxurię ſua uitam finire. Ecce, quomodo abominatio fornicatorum magna eſt coram Deo. Angelis, & hominibus iuſtis.

Tertius articulus prædicti digiti fornicationis, dicitur punitionis. Pro quo notandum, quòd iſtud peccatum punitur tripliciter, uidelicet.

Spiritualiter
Corporaliter.
Aeternaliter.

Primò quidem ſpiritualiter, & hoc per ſubtractionem gratiæ, & gratuitorum Dei donorum. Et de primo quidem dicit dominus. Gen. 6. Nō permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. In cuius figura legitur ubi ſupra. c. 8. quòd columba emiſſa de arca noluit requieſcere ſuper cadauera mortuorum, ſicut coruus, propter quod ad arcam reuerſa eſt. Applicatio eſt facilis.

De ſecundo legitur in dialogo Gregorij lib. 3. quòd cum Vandali fidem catholicam impugnarent in Africa, illis uiriliter reſtituerunt quidam uenerabiles ſenes epiſcopi. Propter quod tandē illis in manibus eorum uenientibus, linguas ab eis pœnitus abſciderunt. Mira res, inquit Greg. Nā poſt talem abſciſſionem, ita diſertè loquebantur pro defenſione fidei catholicę ſine lingua, ſicut prius cum lingua. Verum cum unus ex ipſis in luxuriam lapſus fuiſſet, mox priuatus eſt dono miraculi. Hæc Greg.

Secundò fornicatio punitur corporaliter, quia, ut dicit Apoſt. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Super quo dicit gl. ord. quòd nullum aliud peccatum, tantum dehoneſtat, aut coinquinat corpus, ſicut iſtud. Hoc enim uidere eſt in multis ægritudinibus, quandoque etiam incurabilibus. Et quę etiam patent ad oculum, quæ incurruntur per hoc uitium. Propter quod dicit Apo. Gal. 5. quòd manifeſta ſunt opera carnis. Manifeſta, inquam, in effectu, quem derelinquunt, ſicut ſequens declarat exemplum.

Refert enim Petrus Damianus in quodam ſermone, de quodam ſacerdote Beneuentanæ ciuitatis, qui capellanus erat principis eiuſdem ciuitatis. Hic ergo tantæ ſanctitatis erat, ut quoties miſſam celebraret, Angelus Domini ex cōſuetudine ueniebat, & uidente ipſo principe, ſacramentum dominici corporis ex manibus offerētis aſſumebat. Sed tādē miſer ſacerdos in actum carnis lapſus eſt. Cum ergo tēpus peragendi ſacri miſterij aduenilſet ad altare acceſſit, totus tamen tremebundus. Ad quem more ſolito Angelus acceſſit, & inſpectante principe ſpongiam infectam aqua ſuper caput illius expreſſit. Quo uiſo princeps admiratus obſtupuit, presbyterum ſecretè conuenit. Qui recognouit ſe illa nocte in luxuriam cecidiſſe.

Tertiò fornicatio punitur æternaliter, ſicut, & quodlibet

mortale

mortale peccatū. Vnde dicitur Apoc. 21. ꝙ pars fornicatorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Dicit etiam Apo. Heb. 13. ꝙ fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Item Ephe. 9. dicit, ꝙ fornicatores, & immundi non habent partem in regno Chriſti, & Dei.

Vnde ſatis ad propoſitum refert terrificum exemplum beatus Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus, in epiſto. ad Auguſtinum, de obitu beati Hiero. dicens, quod in ciuitate Candia contigit corpus cuiuſdam ſacerdotis fornicarij infra eccleſiam honorificè ſepeliri. Sed nocte ſequenti tātus ſtrepitus auditus eſt intra dictam eccleſiā, quòd omnes inhabitantes ipſam ciuitatem nimio terrore excitati ad eccleſiam concurrerent. Stabant igitur omnes circa eccleſiam audientes ſtrepitus uehementes, atque campanarum ſonitus. Facto autem diluculo, cuncta, quæ fuerant in eccleſia reperiuntur reuoluta, & reuerſa, & quaſi undique flammis ignium uiolata. Quo uiſo pontifex loci illius ieiunium, & orationē indicit populo, ut dignaret dominus indicare huius prodigij cauſam, nocte tamen ſequēti maior, quē prius ſtrepitus ibi auditus eſt. Sed mane facto oībus in eccleſia cōgregatis orandi gratia, glorioſus Hiero. ſepties ſplendidior ſole, ſubitò in eccleſia ueniens ad altare gradiens cunctis uidentibus, & mirantibus per horam fortè ſub ſilentio manens obſtupenti populo intimauit prædictum ſtrepitum contigiſſe propter prædicti ſacerdotis miſerabilis cadauer putridum, indignè ſacris locis conditum ad terrorem concubinariorum, & luxurioſorum, mandans ep̄o, ut dictum cadauer miſerū poſt generalem oīum reſurrectionem tartareis manſionibus deputandum, de ſepulchro extrahi faceret, & continuò flāmis concremandum traderet. Alioquin peſtilentia, q̄ iam ciuitatem inuadere cęperat, nō ceſſaret. Factū eſt ergo, ut glorioſus Hiero. iuſſerat, & ſic peſtis ceſſauit. Hęc ubi ſupra. Et certè hoc exēplum, tam autēticum deberet meritò terrere miſeros fornicarios, & cōcubinarios clericos, quibus reſeruat dominus inaudita, & importabilia, atque inexcogitabilia tormenta in alio ſeculo, niſi citò pœnitentiam egerint, & a fornicatione ſua ceſſauerint. Et ſic patet de primo digito.

Secūdus digitus manus leproſæ luxuriæ dr̄ adulteriū, eſt

autẽ adulterum ſecundum beatũ Tho.2.2.q.154.ar.8.acceſſus ad alienũ thorum, ſicut ipsũ nomen ſonat, uel adulteriũ ſm dominos canoniſtas eſt, ubi ce ebrati coniugij iura temerantur, ſiue uiolantur, patet 32.q.4. nemo, Gelaſius autẽ papa, prout recitatur 36.q.1.lex dicit ꝙ adulteriũ eſt alieni thori uiolatio, Vnde inquit, adulterium, dicitur, quaſi ad alterius thorũ acceſſio, in hoc igitur digito ſunt tres iuncturæ, ſiue articuli, & hi ſunt.

Culpabilitatis.
Fugibilitatis.
Punibilitatis.

Primus igitur articulus huius digiti uocatur culpabilitatis. Eſt enim hoc peccatum ualde graue, & maximę culpæ, ſeu offenſæ. Hoc autem probant tria, ſcilicet,

Scriptura,
Bruta, Scandala.

Primo igitur grauitas adulterij probatur, & oſtenditur ex parte ſcripturę. Omnis enim ſcriptura, & omnis lex ipſum reprobat, & condemnat.

Primò quidem ſcriptura ſacra, tam ueteris, quam noui teſtamenti. Et quidem quantum ad uetus teſtamentũ ſcribitur. Exo.20. Non deſiderabis uxorem proximi tui, ſimiliter Deut.27. Loquitur dominus, dicẽs Maledictus, qui dormit cum uxore proximi ſui. Et dicet omnis populus, amen, ideſt, fit ille maledictus. Similiter dominus per os prophetę Dauid increpat illũ, qui adulteros facto, & opere imitatẽ, dicens. Tu odiſti diſciplinam, i. bonã uitam, ſeu caſtitatẽ. Inſuper tu odiſti increpationẽ, q. a proieciſti ſermones meos retrorſum, quaſi increpationes meas contẽnendo. Inſuper ſi uidebas furẽ, currebas cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas, eos imitando. Prędmittit aũt non abſq; cauſa furti participationẽ, dicẽs. Si uidebas furẽ, currebas cũ eo, quia plerunq; adulteri, & fornicarij potiſſimẽ, q ſunt de paupere regno, ſunt fures, & hoc, ut habeãt, unde foueãt ſe, & ſocarias ſuas. Deinde ſequitur Dei cõminatio, cũ ſubdit. Arguã te, ſup. in iudicio, tanquã tranſgreſſorẽ pręcepti mei. Non mechaberis Exo.20. Inſuper ſtatuã contra faciem tuã Angelos, electos, dęmones, & ceteras creaturas ſuo mõ te accuſantes, & dignum ęterna damnatione conclamantes.

Et

Et hoc eſt, ꝙ ſcrib tur Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorũ, i. adulterorum. Itẽ Iob 20. Reuelabunt cęli iniquitatem eius. ſ. adulteri, & terra aduerſus eum con. u get. Ecce quomodo ſcriptura ueteris teſtamẽti reprobat adulterium. Item ipſum reprobat ſcriptura noui teſtamenti, ut patet Matth. 19. ubi legitur, ꝙ Chriſtus reprehendens illos Iudęos, qui dabãt libellum repudij uxoribus ſuis, quando non placebant eis, quibus dimiſſis contrahebant cum al js, dixit hoc non liceret, quia quod Deus coniunxit, homo non debet ſeparare. Sic eſt autem, quòd adulter ſeparat, quos Deus coniũxit, infringens eius ordinationem, igitur contrauenit Dei ordinationi.

Secundò ſcriptura canonica reprobat adulteriũ. Vnde 32. q. 7. quid in omnibus, dicitur ſic. Quid in omnibus peccatis adulterio grauius eſt? S c tñ loquitur iſtum decretũ ad deteſtationem criminis, quia multa crimina contra prę cepta ſecundæ tabulæ, ſunt grauiora adulterior, ut homicidium, inceſtus, ſacrilegium, fractio uoti, continentiæ. Secundum namq; in pęnis tenet locum, ubi glo. in pęnis, i. in prohibitionibus ſecũdæ tabulæ Moyſi. Nam prima prohibitio ſecundę tabulę eſt illud. Non occides. Secunda aũt illud, quod immediatè ſequitur, ſ. Non męchaberis, ex quo concluditur, quòd adulterium eſt grauius furto, ſcilicet, ex genere. Poteſt tamen aliquod furtum eſſe grauius aliquo adulterio ex circunſtantia, utpote, de illo, qui multum furaẽ & cum magna libidine, reſpectu illius, qui parum delectatur in adulterio. Vnde ſemel prædicabant Rothomagi duo prædicatores famoſi, quorum nomina fortè non licet exprimere. Vnus enim erat Brito natione; uir certè probus, & ualde famatus ordinis minorũ. Alter autem Normanus; & ſæcularis. Primus ualde latrabat contra adulteros. Secundus autem cõtra fures. Accidit autem, ut primus diceret, quòd furari montem aureum non eſt tam graue peccatum ex genere, ſicut adulterari, quod utiq; uerum eſt. Alter autẽ hoc audito in ſuo ſermone craſtino, dixit hoc eſſe bene dictum pro uno Britone, eò, inquit, ꝙ Britones paruã æſtimationem faciunt de furto, & magnã de adulterio. Sed nos, inquit, Normani, diceremus minus peccatũ eſſe forni-

tari, aut adulterari, quã furari montem aureum. Poſſent & multa alia decreta adduci adulterium reprobantia, quæ pertranſeo breuitatis cauſa.

Tertiò ſcriptura ciuilis, ſiue imperialis reprobat adulterium. Vnde pp hoc uitium uxor probat talis perdit dotem ſuam, ut patet in Authenticis ti. ut liceat marito §. qui uerò collatio. 8. Item l. iubemus. idem dicitur. De hoc etiam ponitur unus ſpecialis titulus. C. ad legem Iul. de adulte. & ſtupris. i. 9. ti. 9. Et ſimiliter. ff. ad legem Iul. de adul. In quibus quidem titulis, ſeu rubricis multa dicuntur in deteſtationem adulterij. Ecce, quõ triplex ſcriptura declamat, & deteſtatur, atque abhorret uitium adulterij. Hoc autem non fieret, niſi ipſum uitium eſſet maximę culpabilitatis, & grauitatis.

Secundò bruta animalia probant uitium adulterij eſſe maximæ culpabilitatis, eo maximè, quòd inter ea ſunt aliquæ ſpecies, quę nũquam immiſcent ſe alienis, ſicut patet de elephantis. Nam, vt dicit Plin. in naturali hiſtoria. lib. 8. ca. 5. quamuis huiuſmodi animalia ſint maxima, & fortiſſima, nũquam tamen coeunt, niſi in abdito, nec inter ea ſunt adulteria. Nec ſimiliter ulla ſunt inter ipſa pręlia propter fœminas. Refert etiam idem Plin. ubi ſup. c. 16. quod intitulatur de leonibus, ꝙ leęna eſt magni coitus, & libidinis, ita, ut etiam quandoq; coeat cum Pardo. Quod ſentiens leo tota ui conſurgit aduerſus eã. Et ideo hoc pręcauẽs leæna poſt coitum cum Pardo ſolet in flumine ſe abluere, & ſic tuta accedit ad leonẽ. Ecce, quomodo bruta animalia, quodammodo abhorrent adulterium, ſeu copulam carnalem cum alio. Hoc idem, etiam obſeruant quędam aues. Vnde refert de ciconia, quòd ſi adulteretur, tunc compar illius adducit multitudinẽ aliarum ciconiarum, quæ omnes uno conſenſu, & impetu adulteram deplumant. Hoc idem ſimiliter obſeruant turtures, de quo dicit Iſid. lib. 12. Ethymo. cap. 7. quòd ſunt magnæ pudicitię. Maxima ergo confuſio debet eſſe ratione utẽtibus, ſi in pudicitia ſuperentur à brutis, & auibus.

Tertiò ſcandala, quæ oriuntur ex adulterio, probant, & oſtẽdunt, quantæ ſit culpabilitatis. Nullum enim ferme inuenies peccatũ, ex quo nata ſint tot, & tam grandia ſcanda

la naſci,ſicut ex adulterio.Propter hoc.n.uitium nonnullæ mulieres ſeipſas interimũt,ſicut patet de Lucretia.De qua plenè narrat Augu de ciui. Dei lib. 1.Et ſimiliter Titus Liuius lib.1.primę decadis in fi.Alij autem alios interimunt nunc toxico, nunc gladio, nunc proditoriè, ſicut patet de Dauid, qui fecit Vriam hac de cauſa occidi 2. Reg. 10. & præter hæc,tales adulteri ſunt in opprobrium cũctis gentibus honeſte uiuẽtibus,ut patet in decre. diſt.in.56.figens. Item propter hoc peccatũ communiter ſuſcitant lites iurgia,uerba,& uerbera,inter uirũ, & uxorem,ita,ut frequenter pp hoc petãt diuortium.Inſuper uxor audiẽs uirũ ſuũ adulterari,forſan dicit. Per Deum ego tantundem faciam marito meo,ſicut ipſe mihi, & ſic ipſa adulteratur. Sæpe etiam optant mortem uiri ſui,pariter,& illius,cum qua adulteratur. Item anxiatur ſuſpitionibus, adeo quòd ſi uir ſuus ueniret de eccleſia,ſuſpicaretur eum uenire de domo adulteræ ſuæ. Frequẽter etiam hac de cauſa uxor efficitur zelotypa de uiro ſuo,adeo quòd quamprimum ipſe egreditur domum,illa ęſtimat,quòd uadit ad talem mulierem. Sed aliquando uiri ſe excuſant, ſi adulterant propter ægritudinẽ,aut deformitatem,ſeu abſentiã uxorum ſuarũ. Sed profectò hęc eſt excuſatio in peccatis. Quod prudẽter attendens B. Ludouicus Francorum Rex,infirmatus ad mortem,cui dicebant medici, quòd poſſet ſanari, ſi cognoſceret aliquam mulierem, eò quòd ſuam præſentem nõ haberet,reſpondiſſe fert,quòd potius uellet mori,quàm fidẽ ſemel ſibi datã ſuæ uxori uiolare; & ſubditis præſentibus ſcãdalum dare. Sed profectò pauci ſunt hodie tales Reges, Principes, & nobiles. Nam plerique eorum non urgente ægritudine,ſed cooperãte libidine,poſtpoſito Dei timore, & populi ſcandalo, non erubeſcunt palam habere ancillas, quibus faciunt magna donaria in grauamen ſubditorum, & in iniuriam propriæ uxoris. Et de hoc extat perpetua memoria apud Gallos pulchræ Agnetis, quam quidam Rex Franciæ,cuius ſubticeo nomen, palam, habebat, etiam ſpreta propria uxore, quamuis formoſa,& bona. Patet ergo ex his tribus, quantæ culpabilitatis ſit uitium adulterij.

Secundus articulus digiti adulterij dicitur fugibilitatis,

Eſt enim hoc uitium ſummè fugiendum, & hoc ſignanter propter tres rationes,quæ ſunt.

Inuolutionis,

Conſumptionis,

Oppoſitionis.

Prima igitur ratio dicitur inuolutionis.Nam iſtud vitiū inuoluit in multos,& periculoſos errores,quibus valde difficile eſt obuiare. Sed de multis tātum tangemus tres,quorum primus ſe tenet ex parte viri,ſecundus ex parte mulieris,tertius ex parte prolis.

Primus igitur error,& qui ſe tenet ex parte viri adulterātis eſt,quia credit ſibi magis licere adulterari,quam ſuæ vxori.Nam ſi illi ſemel cōpertum fuerit vxorem ſuā adulterium perpetraſſe,tanto odio eam habebit,quod vix tota parētela utriuſque partis poterit inter eos ponere pacem. Quod ſi fiat pax inter eos, parū forſan durabit,ſed ad minimā offenſum, aut forſan,ſine offenſa, ille improperabit uxori,quæcunque fecit,& quæ non fecit. Sed ſi contingat ipſum adulterari,habet quaſi pro riſu,ſi uxor ſciat. Cū tamē ſcribatur in decretis 32.q.5. Chriſtiana,quòd Chriſtiana religio adulterium in utroque ſexu pari ratione cōdemnat. Quinimmo quantū ad aliquid,grauius peccat vir adulterans,quàm mulier, in quantum,ſ. maior naturalis ratio in eo uigere debet,ut notatur 32 q.6.indignātur.Propterea dicit Aug.de verbis Domini.ſermo.46 & ſimiliter recitatur,ubi ſup.c.ſi dicturi.Si,inquit,uos uiri dicturi eſtis,vxores ſeruate uos,quales vultis eas inuenire,tales, & ipſe inueniant uos. Quis uiuens eſt,qui non caſtam uellit ducere uxorē.Et ſi accepturus eſt uirginem,quis nō intactam deſideret? Intactam quæris,intactus eſto.Purā quæris;noli eſſe impurus. Non enim illa poteſt eſſe caſta,aut pura,& tu non potes.Si fieri non poſſis caſtus,nec illa poteſt,quia uerò illa poteſt,docet te,quia fieri potes,Hæc ille.Item idem Augu.lib.de decem chordis,ad propoſitum loquitur,dicēs. O homo dicitur tibi.Non mœchaberis,i.non ibis ad aliquā aliam,præter uxorē tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore. & non uis reddere hoc uxori.Et cum debeas in uirtute præcedere uxorem,tu ſubito impetu libidinis cadis,& uix uxorem tuam uictricem eſſe libidinis,tu uictus iacens.Et cum

in capite ſis vxori tuę.præcedit te ad Deū illa, cuius caput es.Vis domum tuam capite deorſum pendere.Caput enim mulieris eſt uir.Vbi ergo mulier melius uiuit,quàm uir,ca pite deorſum pendet domus.Debet vir tanquam caput in omnibus bonis factis pręcedere uxorem ſuam, ut illa imi tetur ipſum,tanquam caput ſuum.Hęc ille.Patet ergo re probatio primi erroris, qui eſt uirorum adulterorū credē tiū,hoc ſibi magis licere,quàm uxoribus ſuis,cum tamē op poſitum ſit uerum,ut patet ex dictis.

Secundus error,& qui ſe tenet ex parte uxorum adulte rarum eſt,q̄a ſi adultera caſu ſuſcipiat filium ex adulterio, ipſum nutrit de bonis uiri ſui, & tandem tāquā legitimus ſuſcipiet hæreditatem patris putatiui in toto,uel in partę. Et cū ipſa adultera ſit cauſa,quod hęreditas uiri ſui uadat ad alienos,& ſimiliter, quod filij legitimi,aut hæredes uiri ſui priuentur dicta hæreditate,& ſine culpa ſua,reſtat, q̄d ipſa tenetur ad reſtitutionem,quam facere eſt illi plurimū difficile.Ecce labyrinthus,& Dedalus, quam ex culpa ſua incidunt mulieres adulteræ.Et de hoc ſuperius dictū eſt in hoc.2.Tract.par.3.ca.2.ubi agitur de manu furatoria. De hoc etiam fortè dicetur in 4.Tracta.huius operis,cum age tur de reſtitutionibus.

Tertius error,in quem inuoluit,& implicat peccatū adul terij eſt ille,qui ſe tenet ex parte prolis.Nā multi filij adul terini reputātur legitimi,& ſuccedunt patri putatiuo.Alij autem efficiuntur clerici,& promouent̄ ad ſacros ordinęs ſine diſpenſatione,qui tamen ſunt ex adulterio occulto na ti,& per conſequēs inhabiles ad prædicta.Et quod grauius eſt,poteſt per ignorantiam accidere,ubi intrant matrimo- nium,quod contrahant cum conſanguinea,ſeu ſorore pro pria ex parte ueri,& naturalis patris,quem nō cognoſcūt. Nec audet mater declarare impedimentum,ne ſeipſā ſcan dalizet,aut quia fortè mortua eſt,pariter, & uerus pater filij cōtrahentis cum filia eius.Poteſt etiam accidere,q̄ fi- lius ex adulterio natus,occidat ignoranter patrem ſuū na turalem,ſiue in bello,ſiue aliàs.

Et de hoc extat hiſtoria de Alexandro Magno de quo re fert Dom.Anto.in chronica ſua, prima parte.tit.4.c.2.q̄d cum crederet ſe eſſe filium Philippi Regis Macedonū, erat

tamen filius cuiuſdam ſuperſtitioſi viri, qui dicebatur Nectanabus,qui concubuerat,abſente Rege,cum Regina,quę dicebatur Olympias.Modus autem,& cauſa,cur occidit dictum Nectanabum quem ignorabat patrem ſuũ eſſe, talis fuit.Semel enim ipſe Alexãder interrogauit dictum Nectanabum,qua morte ille eſſet moriturus.Et quia ſuperſtitioſus,atque maleficus erat,reſpondit dicens. Filius meus debet me occidere.Tunc Alexander uolens eũ oſtendere mẽdacem,dum ſemel ambularent,ſimul cauſa recreationis,ſuper foſſata ciuitatis,in qua morabatur ipſe Alexander,adhuc tamen paruulus proiecit dictum Nectanabũ in aquã ſtantem in fundo. Qui ſentiens ſe inde moriturum fracto ceruice,ait.Nulla mortalibus contra fatum fuga eſt.Olim enim noui me à proprio nato interficiendum.Ad quẽ Alexander,Nunquid ego ſum filius tuus.Tunc ille omnia cõfeſſus eſt,& quomodo Olympiadem matrem ſuam arte ſua deceperat,de qua ipsũ genuerat.Ecce quomodo adulteriũ inuoluit hincinde in uarios errores,& ideo ſummè fugiendum eſt,tanquam perículoſiſſimum.

Secunda ratio cur adulterium eſt fugiendum,dicitur cõſumptionis.Nam qui adulterinam uolunt ducere uitã, cõſumunt multam ſubſtantiam,tum ut foueãt amicitiã adulteræ ſuæ,tum ut prouideãt baſtardis,ſiue magis ſpurijs in de naſcentibus,tum in donis, quæ interdũ faciunt maquerelis,ſeu focarijs ad hoc mediantibus.Vnde audiui de quodam magno principe,qui nunc eſt coram Domino, quòd cum eſſet ſemel Pariſius,dedit cuidam puellæ pro uno cõcubitu decem mille aureos.Talis ergo ſi uerum ſit,quodã modo,ſimilis erat filio pdigo,qui diſſipauit, & cõſumpſit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uiuendo luxurioſè. Lu.15.Benè ergo ſcriptũ eſt.Pro.28.quòd qui nutrit ſcortum,perdet ſubſtantiã ſuam.Et huius rõ eſt, quia tales maledictæ mulieres trahunt ad ſe,quicquid poſſunt de bonis adulterorum ſuorum.Nam ſi contingat eas intrare domos eorum in abſentia uxorum ſuarum,reuiſitant omnia ſecreta domus,& quicquid alicuius ualoris inueniunt, dummodo ſit portabile,accipiunt,& ſecum differunt.Nec miſeri, & pauperes fatui adulteri audent illis contradicere,ne eas contriſtẽt,& perdant gratiã,& amicitiam earũ, quã multò

magis

magis appreciantur, quàm gratiam, & amicitiam propriarum uxorum, quantumcunque honeſtarum, bonarũ, & pulchrarum. Benè ergo conſulit ſapiens. Pro. 5. cùm ait. Ne intenderis fallaciæ mulieris, ſupple, adulteræ, quæ multipliciter laborat decipere miſerum adulterum ſuum.

Tertia ratio, quare adulterium ſit ſugiẽdum dicitur oppoſitionis. Opponitur enim hoc uitium tribus bonis, quæ ſunt in matrimonio, de quibus loquitur Aug. in li. de bono coniugali, & ſimiliter recitatur in decre. 27. q. 2. omne illa aũt tria bona ſunt proles, fides, ſacr̃m, quæ fuerunt in parẽtibus Chriſti. Proles quidem fuit ipſe Chriſtus. Fides aũt ibi fuit, quia nullum adulterium. Sacramentũ, quia nullum diuortium. Sic eſt autem, ꝙ adulterium opponitur tribus bonis prędictis matrimonij.

Primò quidem bonò fidei, quia per illud frangitur fides mutua, quæ debet eſſe inter coniuges, quæ attendit penes hoc, quòd nec uir cum alia, nec mulier cum alio commiſceri debet. Et quantum ad hoc ſunt pares, ut patet 32. quę 5. Chriſtiana religio.

Secundò verò contrariat̃, & opponitur bono prolis. Eſt ẽn. naturalis ſollicitudo patri, vt habeat certitudinem de prole ſua. Talis autem certitudo tollitur per adulterium. Propter quod relinquitur proles, ſic nata ſine directore, diſciplina, & caſtigatione, & per cõſequens efficitur inhoneſta, & ad malum effrenata, quod ſi dicatur, quòd ſaltem manet ſub diſciplina matris. Reſpõdet̃ hoc non ſemper eſſe uerũ. Quinimmo, frequenter mulier, quæ concepit ex adulterio, aut fornicatione, prolẽ natam ſtatim mittit ad patrẽ, ut illi prouideat. Ille autem ſolet eam extra domum ſuã educandã tradere aliquibus, qui cõmuniter parũ de hoc ſunt ſolliciti. Inſuper dato, ꝙ à propria matre educatur, illa tñ nõ habet illã induſtriã caſtigãdi filium, q̃ habet uir, nec tm̃ reueret̃, aut timet̃ à ꝑle, ſicut pater. Et ideo cõmuniter videmus illegitimè natos, inſolentes, diſſolutos, & quaſi in diſciplinabiles, nihilominus quamuis difficulter, tñ poſſunt eſſe benè conditionati, & virtuoſi ita. n. dicit Aug. lib. de bono cõiugali, & ſimiliter recitatur in decre. diſt. 56. undecũque. Vndecunq; hoĩes naſcantur, ſi parentũ uitia non ſectãtur. honeſti, & ſalui erunt. Super quo glo. ponit ſimilitudinem,

de veſtibus, dicés. Veſtes, quas geritis, ſordida lana fuit. Idē etiam decretū repetitur. 32. q. 4. ſicut ſanctius. Meritò, adulterium opponitur bono ſacramenti matrimonij. Conſtat enim, quòd ſacramentum matrimonij ſignificat cōiunctionem Chriſti cum eccleſia, quam nūquam dimiſit. Propter quod dicit Apo. Ephe. 5. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiā, ideſt, nolite eas derelinquere, alijs carnaliter uos commiſcendo. Cōſtat autem, q̧ adulter facit totum contrarium. Et ideo uidetur irritare prædictā Chriſti coniunctionem cum ſponſa ſua eccleſia. Et ideo quantū ad hoc adulter uideť eſſe ſimilis hęretico, q̄ dimiſſo Chriſto uero ſponſo eccleſiæ, adhæret diabolo. Patet ergo, q̄d adulterium eſt ſummè fugiendum, tanquam oppoſitum, & contrarium tribus bonis prædictis venerabilis ſacramenti matrimonij. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertius articulus digiti adulterij dicitur punibilitatis. Pro quo notandum, quod iſtud uitium punitur triplici pęna, uidelicet.

Diuina, Eccleſiaſtica, Humana.

Primo igitur pęna diuina, ideſt, à Deo taxata, quia enim ſecundum legem diuinam nullum malum remanet impunitum, ſicut neque aliquod bonum irremuneratū, dicente Boetio de conſo. lib. 4. proſa. 1. Nec ſine pœna vnquam eſſe vitia, nec ſine præmio virtutes, bonis felicia, malis ſemper infortunia contingere. Ideo diuina iuſtitia multiplicite punit adulterium, videlicet.

Temporaliter,
Corporaliter,
Aeternaliter.

Primo quidem temporaliter. Nam in ultionē huius nefandi vitij Deus iudex iuſtus. & fortis immittit frequenter contra homines bella cuncta deuaſtantia, in quibus etiam plerunque ſuccumbunt pœnè infinita hominum milia. Et de hoc multa extant teſtimonia in ſacra ſcriptura.

Primum eſt de Gabaonitis, quorū multa milia occubuerunt gladio propter adulteriū perpetratum, cum uxore cuiuſdam Leuitę, ideſt, de genere Leui Iudic. 20.

Secundum exemplum eſt de Dauid, cui, poſtquam adulteratus eſt, dictum eſt per Nathā prophetam ex parte Domini:

mini. Non recedet gladius da domo tua, uſque in ſempiter num. Similiter narratur in hiſtorijs Romanorũ, quod propter adulterium commiſſum ab Antonio, qui dimiſſa uxore ſua ſorore Octauiani Aug. adhęſerat Cleopatrę, Reginę Ægypti libidinoſiſſimæ mulieri, ipſe Octauianus indignatus mouit cõtra eũ bellum Nauale. & Terreſtre, & in utroque dictus Antonius fuit turpiter deuictus. Qui demũ fugiens à facie Octauiani cum dicta Cleopatra ſeipſos occiderunt.

Secundò diuina iuſtitia punit adulteriũ corporaliter, ſecundum quòd habetur Nume. 5. ubi mandat Dominus dicens. Vir cuius uxor errauerit, maritumque cõtemnens, cũ altero uiro dormierit, & hoc maritus deprehẽdere nequierit, ſed latet adulterium, teſtibuſque argui non poteſt, quia non eſt inuẽta in ſtupro, adducet eam ad ſacerdotem. Cũque ſteterit in conſpectu Domini diſcooperiet ſacerdos caput eius. Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus maledicta cum execratione congeſſit, adiurabitque eam, & dicet. Si non dormierit vir alienus tecum, & ſi non es polluta deſerto marito thoro, non tibi nocebunt aquę iſtæ amariſſimæ. Si autem declinaſti à uiro tuo, & polluta æs, & concubuiſti cum altero, his maledictionibus ſubiacebis. Det tę dominus in maledictionem, exẽplumque cunctorum in populo ſuo. Putreſcere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Et reſpondebit mulier amen, amen. Scribetque ſacerdos in libello iſtam maledictionem, & delebit eam aquis amariſſimis, in quas maledictá cõgeſſit, & dabit ei bibere, quas cum biberit, ſi polluta eſt, pertranſibunt eã aquę maledictionis, & inflato uentre cõputreſcet femur. Si uerò polluta nõ eſt, erit innoxia, & faciet liberos. Hæc ibi. Ecce quomodo diuina lex antiquitus puniebat adulteriũ. Verum, quia illud iudiciale erat, nõ obligat in lege gratię. Item de pæna taliũ habes Leui. 20. Item Deut. 22. Vbi mandat lex adulterum, & adulteram lapidibus obruendos. Et propter hoc ſcribe, & Phariſæi adduxerunt ad Chriſtũ mulierem in adulterio deprehenſam, dicentes, quòd Moyſes iuſſerat huiuſmodi mulieres lapidari Iohannis octauo. Sed ſi hodie omnes tales lapidarentur, tela, & camiſię uirorum uero precio uenderentur propter paucitatem.

Tertiò

Tertiò diuina iuſtitia punit adulteriū ęternaliter Heb. 13. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, ſcilicet, ad æternum ſupplicium, quia, ut habetur Apo. 21. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure. Item Gal. 5. Qui talia agunt, ſcilicet, opera carnis, regnum Dei non poſſidebunt. Item 1 Cor. 6. Adulteri regnum Dei non poſſidebūt. Multa autem poſſent ad hoc adduci exēpla, quæ in uarijs hiſtorijs leguntur, quæ pertranſeo.

Secundò adulterium punitur pœna eccleſiaſtica, & hoc iterum multipliciter. Primò quidē ad inſtar homicidij impōſte confeſſi, ut habetur 21 q. 2. prædicandum. Et hoc intelligitur ſecundum glo. quantum ad numerū annorum, & nō quantum ad aſperitatem pœnitentiæ. Numerus autem annorum, qui debet imponi pro quolibet mortali peccato eſt ſeptennis pœnitentia, niſi dignitas delinquentis, uel qualitas delicti aliud ſuadeat; ut dicit eadem glo. Et hoc idē ponitur 33. q. 2. hoc ipſum. Hodie tamen talis pœnitentia, eſt arbitraria, iuxta diſcretionem boni confeſſoris. Secundò adulterium punitur per cenſuras eccleſiaſticas. Vnde in aliquibus diocęſibus eſt ſententia excommunicationis lata ꝑ ſtatuta ſynodalia contra omnes adulteros, & adulteras. Et quamuis de iure communi tales non ſint excommunicati ipſo facto, nihilominus deberent excōmunicari, pręſertim quando ipſum adulterium eſt manifeſtum, & perſeuerans, ut dicit Dominus Anto. in 2. par. tit. 5. c. 3. §. 2. Quo autem ad Deum omnes adulteri etiam occulti ſunt excōmunicati. Tertiò punitur per priuationem iuris petendi debitum. Nam ſi uxor ſit certa, uirum ſuum adulteraſſe, nō tenetur poſtea illi reddere debitū, niſi in caſū, ubi ipſa ſimiliter fuiſſet adulterata. Et ꝙ dicitur de uxore, ſuo modo intelligendum eſt de marito. hæc Anto. ubi ſupra. Quartò punitur ꝑ diuortium, nam illa pars, quæ eſt innocens ab adulterio poteſt petere diuortium contra partem adulteram, & nō amplius cohabitare cum tali, & intrare religionem, & hoc potiſſimum, quando adulterium eſt notoriū, ut expreſſe notatur 27. q. 2. Agatoſa, ubi ponitur caſus de quodam uiro, qui d miſſa uxore adultera nomine Agatoſa intrauerat religionē, quē dicta uxor repetebat. Et reſpōdet Papa Greg. ꝙ fiat inquiſitio de uita dictę Agatoſę. Quæ ſi probetur adul

tera

tera, non tenetur ad eã redire uir ſuus. Nota tamen, q' ubi uterq; adulteratur, neuter pōt petere diuortium, nec adulterum accuſare, & hoc in pœnam ſui criminis. Quia, ut habetur. 32. q. 6. c. 1. quod incipit: Ecce non uidetur, quòd pari crimine infectus alium de eodem punire poſſit. In cuius rei ſignum, dixit Chriſtus Iudæis adulteram accuſantibus. Qui, inquit, ueſtrum ſine peccato eſt, primus lapidem in eã mittat. Iohã. 8. Hinc etiam ipſe Luc. 6. dicit. Hyppocrita primum eijce trabem de oculo tuo, & poſtea educes feſtucam de oculo fratris tui. Itẽ c. ſeq. quod incipit. Nihil iniquius. dicitur, quòd nihil iniquius eſt, quam cauſa fornicationis dimittere uxorem, ſi & ipſe conuincitur fornicari. Occurrit enim illud Rom. 2. In quo alterum iudicas, teipſum condemnas. Eadem enim agis, quæ tu iudicas. Eadem ſententia habetur extra de diuortijs. c. ſignificaſti, ubi dicitur expreſsè, quòd uir adulterans uxorem adulteram dimittere non poteſt.

Sed quæritur circa hoc quamuis incidentaliter, ſi adulter poſſit cõtrahere cum adultera ſua poſt mortẽ uiri ſui. Ad hoc reſpondet Decretalis, extra de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. c. ueniens. Item c. ſi quis, ubi dicitur, quòd, ſic, duabus tamen conditionib. ſeruatis. Prima eſt, quòd non dederit illi fidem prius de cõtrahendo cum ea. Quia ex tali promiſſione poſſet procurari mors mariti, ut citius celebretur ſecũdum mrĩmonium. Secunda conditio eſt, quòd non fuerit machinatus in mortem prioris mariti. Dicitur tamen in prædicto capitulo ueniens, quòd ſi quis uiuente marito promiſerit fidem alicui de contrahẽdo cum ea poſt mortẽ dicti mariti, ſi plus non ponatur, propterea, non impeditur matrimoniũ inter eos. Ex quo concluditur, quòd illæ mulieres, quæ reſpondent uiris ſollicitantibus eas de contrahendo cum eis poſt mortem uiri ſui, dicentes in hunc modum. Det Dominus bonã uitam, & longam marito meo, ſi tamen ita euenerit, quòd moriatur prior, ego promitto vobis, quòd nunquam habebo alium à uobis, uel aliquid ſimile, non male agũt, nec ꝑ talem promiſſionem impeditur matrimonium inter eos. Et ſic patet ad quæſitum.

Tertiò adulterium punitur pęna humana, i. ſecũdum leges

eſt, quòd non attendit gradum conſanguinitatis, aut affinitatis,ſiue etiã parentelæ ſpiritualis.Et in hoc quodãmodo brutis ſimilis efficitur, quę non conſiderant, quib.coniungũtur,ſeu copulantur,ſed inſequiuntur concupiſcentias ſuas,eò quòd rationem nõ habent,qua poſſint huiuſmodi cõcupiſcentias moderari,uel retinere. vnde cum equus uidet cibum quem appetit,ſubito ponit ſe ad illum comedendum, niſi impediatur, vel verberetur. Homo autẽ cũ mouet paſſione,uel naturali deſiderio cibi,uel alterius rei,poteſt etiam data omni opportunitate ſe abſtinere,& non uti illa re,& hoc ideo,quia habet rationẽ, qua poteſt moderari,& cohibere paſſiones, ſiue concupiſcentias naturales,ſimiliter & membra corporis. Quod ſi non utatur ratione, ſed ſequat paſſiones ſuas illicitas, tunc efficitur ſimilis beſtijs.Cum tamẽ dicat. Pſal.contra tales loquens.Nolite fieri ſicut equus,& mulus, quibus,&c. Et hoc eſt,quòd loquitur Boetius de conſo.lib.4.dicens.Euenit, ut quẽ transformatum uitijs uideas, hominem æſtimare non poſſis.Vnde ibi pulchrè comparat diuerſa hominum peccantium genera diuerſis beſtiarũ differentijs.Deinde de luxuria ſubdit, dicens.Fędis,immundisq; libidinibus immergitur ſordidè ſuis uoluptate detinetur,itaque fit, ut ſi probitate deſerta homo eſſet deſierit,cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit,uertatur in belluam.Et permaximè in ſequẽdo delectationes uenereas illicitas, in quibus tota ratio abſorbetur aſſimilaẽ homo equo, & mulo. Et hinc eſt,quòd dicitur per Angelum Raphaelem.Tho. 6. Qui coniugio utũtur,ut à mente ſua Deũ excludant,& libidini ſuę uacent, ſicut equus,& mulus,quibus nõ eſt intellectus, ſupple, tales ſunt. Multò magis autem, cum tales ſequũtur ſuas voluptates extra cõiugium,ut ſunt inceſtuoſi,& ſimiles. Sed ne vlterius uagemur: notandum,quod in hóc digito inceſtus ſunt tres iuncturæ, ſeu articuli, qui ſunt

Commiſſionis,
Offenſionis,
Punitionis.

Primus igitur articulus prædicti digiti dicitur commiſſionis.Circa quód notandum, quod tribus modis committitur inceſtus, ſecundum quod contingit aliquẽ uirum cognoſcere

gnoſcere carnaliter ſuam conſanguineam, affinem, uel co gnatione ſpirituali coniunctam.

Primò igitur committitur inceſtus, cum quis cognoſcit ſuam conſanguineam in quocunque gradu prohibito. Pro quo iterum notandum conformiter ad dominum Anto. 2. par. ſummæ ſuæ, tit. 5. c. 5. §. 1. quòd poſtquã Deus creauit primos parentes, & inſtituit uenerabile ſacramentum matrimonij in paradiſo terreſtri, tũc primò excluſit unum gradum conſanguinitatis, dicendo per Adam illud Gen. 2. Relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit uxori ſuæ. Quaſi apertè diceret, quòd nullo tẽpore liceret patri accipere propriam filiam in vxorem, uel matri ſumere filium in maritum, & multò minus extra cõiugium carnaliter cognoſcere. Quia talis actus eſſet grauiſſimum ſcelus, i. inceſtus, nihilominus filijs Adæ propter neceſſitatẽ, & ad multiplicandum genus humanum fuit conceſſum, ut contraherent cũ ſororibus ſuis carnalibus, eò quod nõ erant aliæ, & iſte gradus tunc conceſſus vocatur primus gradus conſanguinitatis in linea collaterali. Sublata autem hac neceſſitate ſemper fuit prohibitum matrimoniũ inter fratres, & ſorores germanos. Aliàs eſſet maximus inceſtus, & multò magis ſi talis commixtio carnalis fieret extra matrimonium. In lege autem antiqua fuerunt aliqui gradus conſanguinitatis expreſſi, in quibus non poterat cõtrahi matrimoniũ, in noua autem lege ſunt declarati per determinationẽ eccleſiæ eſſe quatuor gradus conſanguinitatis, & totidem affinitatis, in quibus non poteſt contrahi matrimonium, ut patet extra de conſang. & affin. c. non debet.

Eſt autem primus gradus in linea collateralium frater, & ſoror germani.

Secundus gradus eſt filius, & filia duorum germanorum, qui dicuntur cuſinus, & cuſina.

Tertius gradus eſt filius, & filia duorum cuſinorum.

Quartus gradus eſt filius, & filia deſcendentes à pdictis.

In nullo ergo horum graduum poteſt cõtrahi matrimonium. Quòd ſi ſecus factum fuerit, nec diſpẽſatio Papę interuenerit, matrimonium nullum eſt, ſed continuus inceſtus. Quinimmo ſcienter contrahentes infra prædictos gradus abſque diſpenſatione, ipſo facto ſunt excommunicati.

Inſuper,

Inſuper,& filij eorum il.eg.t.mi.Pręterea,ſi quis cognoſcit carnaliter ſuam conſangu.neam, in quocũque prędictorũ gradum committit inceſtum,etiam tanto grauius, quanto coniunctior eſt gradus.In linea autem aſcendentium,& deſcendentium eſt perpetua prohibitio cõtrahendi matrimoniũ,utpote,inter auũ,& nepotem proauum,& pronepotẽ. Aliàs eſſet inceſtus grauiſſimus.Et ſic patet de inceſtu,qui committitur inter conſanguineos.

Secundò committitur inceſtus,cum quis cognoſcit ſuã affinem. Pro quo notandum,quòd,ſicut ſunt quatuor gradus cõſanguinitatis,ita ſuo modo ſunt quatuor affinitatis qui fundantur in prædictis quatuor.Nam ex matrimonio inter Petrum,& Bertam celebrato, contrahitur iſta coniũctio,quæ dicitur affinitas,ſic,ſcilicet.ꝙ omnes cõſanguinei Petri ſunt affines Bertæ uxoris ſuæ, & hoc in eodẽ gradu affinitatis,quantus eſt gradus conſanguinitatis, qui attinent eidem Petro,& ſimiliter contra de conſanguineis ipſius Bertę,qui efficiuntur in conſimilibus gradibus affines ipſi Petro.Verbi gratia.Frater Petri per conſanguinitatẽ efficitur frater uxoris ſuæ per affinitatem.Et ecõuerſo de fratre uxor per conſanguinitatem,qui efficitur frater uiri ſui per affinitatem,& ſic de alijs tribus gradibus prohibitis dicendum eſt . Si quis ergo contraheret matrimoniũ,in his quatuor gradibus affinitatis nullum eſſet matrimoniũ, ſed continuus inceſtus: Inſuper ſcienter contrahentes in prædictis gradibus ipſo facto ſunt excõmunicati, ut patet per Clementinam.titu.de conſanguinate,& affinitate per totum.Ibi etiam præcipitur eccleſiæ prælatis,ut tales poſtquam ad eorum notitiam deuenerint publicę denũcient excommunicatos,ſiue per ſuos ſubditos denunciari faciãt, donec ab inuicem ſeparentur,& humiliter recognoſcendo ſuum errorem abolutionis beneficium obtinere mereãtur. Hæc ibi.

Notandum eſt autem circa hanc materiam,quòd ſecundum doctores tam Theologos,quàm Canoniſtas,affinitas ęqualiter cõtrahitur per copulam illicitã , ſiue illa ſit ſimplex fornicatio, ſiue adulteriũ,ſicut per licitã,q̃ fit matrimonio utraq;enĩ ĩpedit mr̃imoniũ cõtrahẽdũ,ꝙ dirimit cõtractũ.Nõ qdẽ cũ illa,q̃ qs carnaliter cognouit,ſed cũ cõſanguineis

Guil.Pep.ſuper Conſt.

guineis eius,ita,vt,qui cognouit aliquam mulierem licitè, uel illicitè non poſſit contrahere,cum quacunque conſanguinea dictę mulieris,infra quartum gradum,impediente gradu affinitatis.Nec eſt alıud remedium pręter diſpenſationem,quam ſolus Papa poteſt dare.Ex quo poſſumus inferre duo correlaria.Primũ eſt, quod ſi quis cognouit carnaliter aliquam mulierem,& poſtea cõtrahat per uerba de pręſenti.cũ matre aut ſorore,vel cognata illius,infra quartum gradum conſanguinitatis matrimoniũ nullum eſt,ſed omnino dirimi debet,propter pręcedens impedimentũ affinitatis.Secũdum correlarium eſt,ꝙ ſi quis cognouit carnaliter aliquam de prædictis,poſtquam contraxit de præſenti cum illa,quàm habet,matrimoniũ quidem tenet,ſed tamen in pęnam perdit ius petendi debitum ab vxore.Reddere tamen tenet̃ debitũ vxori petenti,ſed nõ poteſt exigere abſque peccato mortali,niſi cum eo diſpenſetur.De hoc uide,ſi uis frater,rubricas 4.libri decretalium,in quibus diffusè hęc materia tractat̃.Prima eſt de eo,qui duxit in matrimonium,quàm polluit per adulteriũ.Secunda eſt de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuę ſponſę.Tertia eſt de conſanguinitate,& affinitate.Itẽ vide decre.27.q.2.qui dormierit.Super quo etiã,uide bene omnino.Item de hoc habes 22.q.3.c.qui dormierit,cum pluribus alijs capitulis. Vtrum autem epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper aliquibus gradibus affinitatis,credo,quòd non. Vnde in tali caſu ſolet ſemper haberi recurſus ad ſummum pontificem.

Tertiò committitur inceſtus,cum quis cognoſcit mulierem ſpirituali cognitione, ſibi coniunctam,utpotè,commatrem,uel filiam ſpiritualem.Cognatio autẽ ſpiritualis contrahitur in collatione quorundam ſacramentorũ,utpotè, baptiſmi, & confirmationis.Si ergo quis contrahat matrimonium cũ aliqua taliter ſibi coniuncta.ſ. ſpirituali cognatione,matrimoniũ nullũ eſt.Quinimmo ſi tales carnaliter commiſceant̃ committũt inceſtum ſpiritualẽ.Circa qđ notandum ſm dñm Anto. vbi ſupra,ꝙ in dicta ſpũali cognatione ſunt tres gradus.Primus dicitur compaternitas,quæ contrahitur inter patrẽ,& matrẽ eius,quę tenet̃ ad baptiſmum,uel confirmationem,& eum,qui tenet ad ipſa duo ſacramenta, ac etiam vxorem eius, vel etiam, qui baptizat

uel confirmat. Secundus gradus, dicitur paternitas, quæ contrahitur inter eum, tenet ad baptiſmum, uel confirmationem, aut etiam, qui illa ſacramenta confert, qui dicitur pater ſpiritualis, & eum, uel eam, qui tenetur, qui dicitur filius eius, uel filia ſpiritualis. Tertius gradus dicitur fraternitas, quæ contrahitur inter illum, uel illam, qui tenetur ad baptiſmum, uel confirmationem, & filios eius, qui tenet. Si quis ergo in aliquo horum gradum, qui ultra non extenduntur contraxerit matrimonium nullum eſt, ſed eſt dirimendum. Et omnis talis concubitus, eſt inceſtus ſpiritualis, ac etiam ſacrilegium. A fortiori ergo, ſi quis commiſit opus carnale cum aliquo, uel aliqua, in aliquo gradu huius cognationis ſpiritualis inceſtum committit, ut patet 30. quæſt. 3. cap. 1. quod incipit ita diligere. Item cap. pitacium. hoc autem multum facit ad deteſtationem huius uitij, quod inceſtuoſi, dum in ipſo deteſtando. atque nephando ſcelere manent, non debent computari inter Chriſtianos, ſed inter Gentiles, ut notatur 35. quæſt. 8. inceſtuoſi. Ex his ergo omnibus poſſumus concludere, quòd multi uiuunt in continuo inceſtu, & damnabiliter, qui credunt ſe legitimo matrimonio coniunctos, & ſignanter illi, qui contraxerunt cum aliqua, cuius conſanguineā, prius carnaliter cognouerant, ut dictum eſt.

Notandum eſt autem circa hoc, quòd multi, tales hæc audientes in maximum ſtuporem cōuertuntur, ut frequēter expertus ſum. Dicunt enim, quaſi in deſperationem ducti, & in perplexitate conſtituti. Quid faciam. Si enim dimiſero illam, quem hucuſque reputaui uxorem legitimam, nunc autem bene uideo, non eſſe uxorem, eò quòd priuſquam cum ipſa contraherem cognoueram, carnaliter eius matrem, uel ſororem, aut cognatam, ex tali dimiſſione ſequetur grauiſſimum ſcandalum mihi, & illi, atque filijs, quos ex illa genui, & fortè toti parentelæ utriuſque. Inſuper proles reputabitur illegitima, cæterum dicta proles forte maximam penuriam patietur in temporalibus, quæ non niſi opere manuum mearum, & ſudore corporis mei ſuſtentatur, & ſic de multis alijs inconuenientibus. Quale igitur remedium, aut conſilium? certe talis debet potius tolerare patienter omnia inconuenientia pro

dicta, aut quęcunque alia, quam ulterius cōmiſceri carnaliter cum prędicta. Triplex ergo datur remedium, ſeu conſilium contra talem caſum. Primum eſt, ut totaliter relinquat patriam, prius tamen notificando ipſum caſum illi, quam loco uxoris habuit, hortando ad patientiam, petendo ueniam de eo, quòd abuſus eſt ea. Illi etiam notificando, quod ipſa in hoc nullum habuit peccatum: Inſuper, quòd licite poterit contrahere cum alio, tanquam nō uxorata. Hoc tamen debet notificare curato, ſiue epiſcopo, ut illi conſtet, quòd ipſa poteſt licitè contrahere cum alio, tanquam non habens uirum. Secundum remedium eſt, ut cohabitet cum prædicta, quantum ad domeſticam cohabitationem, ſed non quò ad lectum propter periculum inceſtus. Quia tamen hoc difficillimum eſt, & præſertim cum uterque adhuc iuuenis eſt, ideo talis cohabitatio non eſt tuta. Tertium remedium, & omni alio ſalubrius eſt, ut talis procuret diſpenſationem à ſummo pontifice, ut poſſit de nouo contrahere cū dicta muliere non tamen publicè propter uitandum ſcandalum. De facili autem, & cum parua pecunia, ſaltem cum paupere diſpenſabit ipſe ſummus pontifex, ſicut recenter de quoddam audiui. Qua diſpenſatione habita, cum ſerenitate conſcientię talis habitabit cum illa, cum qua prius inceſtū perpetrauerat. Neceſſe tamen habet de priori inceſtu confiteri, & pænitere: Patet ergo de tribus modis, quibus committitur inceſtus.

Secundus articulus digiti inceſtus dicitur offenſionis. Circa quod notandum, quòd offenſio, ſiue culpa, aut grauitas huius peccati poteſt oſtendi multipliciter.

Primò quidem ex parte horroris. Nam hoc uitiū abhorrēt uiri ſancti. Pagani, Equi, De primo habemus exemplū in beato Io. Bap. qui intantum exhorruit hoc facinus, q̄ cū percepit Herodem regē hoc egiſſe cō Herodiade cognata ſua egreſſus eſt deſertum quod neque pp pęnitētię auſteritatē deſeruerat, neque p increpationē cū uſcunque alterius peccati, quamuis tunc tpis multa grauiſſima eſſent in terra illa, ſed ut argueret ipſū Herodē de tali nephādo peccato, ēt publice, q̄uis multi alijs uitijs implicatus eſſet, dicēs ei. Nō licet, tibi hr̄e uxorē fratris tui Philippi. Mat. 6.

Pro-

Propter quam increpationẽ fuit incarceratus,& decapitatus.De ſecundo habemus hiſtoriam in Valerio .lib.2.ti.de inſti.antiquis.ubi refert,quod olim apud Romanos nõ erat licitum,filium ſimul cum patre balneari, ne ſic ſeipſos nudos conſpicerent.De tertio hiſtoriam habemus in philoſopho.li.8.de animalibus,ubi refert,ꝙ quidã equus,quia pulcherrimus erat cũ fuiſſet deceptus,quia.ſ.fuit poſitus pannus ante eius oculos,ut nõ uideret equam matrem ſuam, ſed cum ea commiſceretur quę etiam pulchra erat, ut ſic de utroque ſuſcitaretur proles,ſiue pullus,quo commixto, amoto panno cum eam perpendit,adeo factum exhoruit, ꝙ ſeipſum de monte præcipitauit.narrat ẽt philoſophus. 11.li. de animalib. ꝙ quidam ſuo pallio texit oculos camelli,& poſtmodum illi matrem ſuam ſubmiſit. Quod cũ camellus poſt cõcubitum cognouiſſet,ſtatim illũ calcib.peremit, atque pedibus mirabiliter cõculcauit. Valde ergo indecens eſt,quod homines inceſtuoſi,& ſignanter inſigniti nomine Chriſtiano ſapeȝentur à Paganis,& brutis.

Secundò dicta oſtenſio inceſtus põt oſtendi ex parte beſtialitas.Nam inceſtuoſi,quæ non diſtingunt inter conſanguineam,ſiue affinem,& extraneam, ſed feruntͬ quocunq; illos ducit carnis affectus,ſimiles ſunt brutis,utpotè canib. aſinis,iumentis,auibus,& ſimilibus ratione carentibus nõ ponentibus differẽtiam,inter propinquam,& extraneam, ſed quod in brutis naturale eſt,in hominibus uitioſum eſt, eo quod debent operari ſecundum intellectum, & uolũtatem.Propterea dicit pſ.Nolite fieri ſicut equus,&c.

Tertio dicta offenſio, ſiue culpabilitas horrẽdi inceſtus poteſt oſtendi ex parte diſplicentię diuinalis. Quàm enim mirabiliter diſpliceat hoc uitiũ Deo,licet aperte ex diuina ultione,etiam in hac uita facta.Nam propter inceſtũ Paulus excommunicauit quendã Corinthum ſuum,qui abutebatur nouerca ſua.i.uxore ſecunda patris ſui. Inſuper ipſũ tradidit poteſtati Sathanæ,ut legitͬ.1.Cor.5.ut uexaretur in corpore crudeliter à diabolo,ſicut ab eodem uexabatur intus in anima.Et ſic patet de ſecundo articulo.

Tertius articulus,ſiue iũctura digiti inceſtus dicitur punitionis pro quo notandum,quod illud uitium punitur ꝑ triplicem legem,videlicet,per

Diuinam, Eccleſiaſticam, Ciuilem.

Primò igitur punitur inceſtus per legem diuinã,q olim iubebat tales occidi ut patet Leuiti.20.ubi ſic dicit Dominus. Qui dormierit cũ nouerca ſua,& reuelauerit ignominiam patris ſui morte moriantur ambo.Sanguis eorum ſit ſuper eos,Item ibidem ſic legitur. Si quis dormierit cũ nurũ ſua,uterque moriatur,quia ſcelus,ideſt,grande peccatũ operati ſunt.Sanguis eorum ſit ſuper eos.Item ibidẽ. Qui ſupra uxorem filiam ſuam duxerit matrem eius ſcelus operatus eſt.Viuus ardebit cum eis,nec permanebit tantũ nephas in medio ueſtri.

Secundò punitur inceſtus per legem eccleſiaſticam,quę inhabitat tales pſonas ad cõtrahẽdum coniugia,quę alias eſſent licita.Vnde Gre.& recitatur.35.q.2.nec eã dicit ſic nec eam,quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, uel aliqua illicita pollutione maculauit in cõiugium ducere ulli Chriſtianorum licebit, quia inceſtuoſus eſt talis coitus,& abhominabilis Deo,& cunctis bonis hominibus.Deinde ſubditur pœna,cũ dicitur inceſtuoſos uero nullo coniugij nomine deputãdos à ſanctis patribus ſtatutum eſſe legimus.Item.32.q.7.ſi quis uiduam,dicitur, ꝙ ſi incœſtuoſi contraxerint ſunt ſeparandi,& ulterius nũquã in coniugio copulari poſſunt,Similiter ad idẽ propoſitũ ſcribitur 23.q.2.ſi quis cũ matre,& filia fornicatus fuerit ignorãte matre de filia,& filia de matre.ille nunquã vxorem accipiat.Prędictæ uero mulieres,ſi noluerint accipiãt maritos.Si autẽ ille hoc ſciuerint abſque maritis ppetuo maneant.Hęc ibi.De hoc etiã multa alia capitula ſcripta ſunt in prædictis locis,ſicut patet intuenti textum.

Tertiò inceſtus punitur per legẽ ciuilem,ut patet in authẽticis de inceſtis,& nepharijs nuptijs.§.co.3.ubi dicitur, ꝙ pœna inceſtus eſt confiſcatio bonorum Item ibi dicitur, ꝙ inceſtuoſi debent mitti in exiliũ.Inſuper,ſi fuerint uiles perſonæ debent uerberari.De qua pœna etiam taliũ inceſtuoſorum multa habes.C.de inceſtis,& inutilibus nuptijs p totum.Inſuper qualiter hoc horrendum uitiũ puniatur in alio ſęculo apertè ſequens declarat exemplum.

Legitur enim in dialogo Greg.lib.4.c.20.terribile exemplum,de quodam nobili uiro,qui in Sabbato Sãcto Paſchę

tenuit ſuper ſacros fontes, quandam iuuenculam filiam. Tūc enim temporis, ſc. licet, primitiuę eccleſiæ, nulli baptizabant, niſi iam adulti effecti, & hoc tantum in uigilia Paſchæ, & Penthecoſtes. Dictus ergo nobilis ipſo ſero prędictæ diei cū toto die ieiunaſſet more multorū, egregie epulatus eſt uino etiam inebriatus. Poſt cœnam igitur fecit ſecum dormire dictam filiolam ſuam, cū qua turpiſſimè peccauit. Cum igitur manę facto de lecto ſurrexiſſet, cępit cogitare, ut ad balneū pergeret, ac ſi aqua balnei lauaret maculas peccati. Perrexit ergò ad balneum, ibique ſe lauit. Poſt quod factum cępit trepidare eccleſiam ingredi. Nam ex una parte remordebat eum conſcientia, timens iudiciū Dei, ſi eccleſiam taliter pollutus ingrederetur. Parte autem ex altera, erubeſcebat homines, ſi non intraret eccleſiam. Sed uicit humana uerecūdia Dei timorē, & iudicium eius. Perrexit ergo ad eccleſiam, ſed tamen uerecundus, ac mouens ſtare cępit, atque per ſingula momēta ſuſpectus, qua hora immundo ſpiritu traderetur, & coram omni populo uexaretur, nihil tamen, Deo miſerante, tunc aduerſi ei accidit. Qui lętus exijt, & die altero eccleſiam iterum, quaſi ſecurus intrauit. Factumque eſt, ut per ſex dies continuos lętus, atque ſecurus procederet æſtimans, ꝙ Dominus, aut non uidiſſet eius ſcęlus, aut uiſum miſericorditer dimiſiſſet. Sed heu die ſeptimò inopinatè mortuus eſt. Cum ergo iam ſepulturæ traditus fuiſſet per longum tempus cunctis uidētibus flamma mirabilis, de ſepulchro eius exijt, & tandiu oſſa eius concremauit, quouſque omne ſepulchrum cōſumeret, adeo, quòd terra, quæ in tumulum collecta fuerat de foſſa uideretur, & per hoc, inquit, Grego. Dominus oſtendit, quid anima illius miſerrimi inceſtuoſi, in occulto ptulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma conſumpſit. Hæc Grego. patet ergo diffusè de tertio digito manus leproſę luxuriæ, qui dicitur digitus inceſtus.

Quartns digitus prædictæ manus leproſæ, dicitur digitus ſtupri. Eſt autem ſtuprum uirginis ſub cura parētū exiſtentis defloratio per actum uenereum extra matrimoniū, prout dicit B. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. uel dic breuius, quòd ſtuprum eſt illicita uirginum defloratio, ut habetur in decretis 36. q. 1. lex illa. In hoc autem digito ſunt tres iunctu-

ræ,ſiue articuli,qui ſunt.

Oſtenſionis,
Deceptionis,
Satisfactionis.

Primus igitur articulus dicti digiti ſtupri dicitur offenſionis. Stuprans enim uirginem præſertim inuitam offendit tria genera perſonarum, uidelicet, Deum, virginem,& patrem illius. Primò quidem offendit Deũ mortaliter peccando,& legem eius tranſgrediendo,quæ prohibet,& interdicit omni homini quemlibet actum uenereum, extra limites matrimonij,ut ſatis cõſtat. Secundò offendit uirginem, quã ſtuprat,ſiue deflorat, eò quòd ipſam impedit à legitimo matrimonio cõſequendo. Nam quãdo ſcitur de aliqua filia,quòd fuerit ſtuprata cõmuniter recuſatur à matrimonio,tanquam inhoneſta meretrix. Inſuper per talem modũ ponitur in uia meretricandi. Vnde, & multæ tales poſt ſtuprationem factæ ſunt publicæ meretrices,tum propter experientiam ueneree uoluptatis,tum propter carentiam legitimi matrimonij,à quo,ut dicunt tales ſepe retardantur. quando cognoſcuntur eſſe tales, tum quia à parentibus,tã quam infames,& meretrices vocantur, etiã quãdoque eas de domibus ſuis turpiter eijciendo. Tertiò ſtuprator offendit patrem uirginis,quam deflorat. Solet enim pater curã & ſolicitudinẽ gerere de filia ſua. Ad qđ ét faciendũ ipſum admonet ſcriptura Eccl.44. dicẽs. Super filiam luxurioſam, confirma cuſtodiam, ne quando faciat te uenire in opprobiũ inimicis tuis. Nec ſolum, certè talis ſtuprator offendit patrem uirginis,quam deflorat,uerumetiam fratres, & totam genealogiam illius, qui inde ualde ſcandalizantur, & ultionem expetũt de tali ſtupratore,& de hoc hiſtoria legitur Gen.34. de Sychen filio Emor, qui ſtuprauit Dinam filiam Iacob. Propter quod ſecuta ſunt multa mala. Nam Symeon, & Leui fratres ipſius Dine intrauerunt ciuitatem Sychen,& patrem cum filio,unà cum ceteris habitatoribus dictæ ciuitatis percuſſerunt in ore gladij, eos iuuantibus omnibus fratribus ſuis in uindictam dicti ſtupri.

Secũdus articulus digiti ſtupri dicitur deceptionis. Multi enim filij diuitum nobilium, ac potentum deſiderantes concubitũ alicuius formoſæ puellæ,quæ tamen eſt de pau-

pere regno, cum uident, quòd illa renuit tanto malo, niſi forſan illi coniungantur affectu maritali illi, ſtatim promittunt matrimonium. Super qua promiſſione confidens aſſentit uoluntati eorum. Sed poſtquam illuſerunt ei, ſiue ſemel, ſiue pluries tandem eam ex toto relinquunt, & vxorem ſuſcipiunt ſecundum decentiam ſui ſtatus. Quo audito illa conſilio amicorum ſuorum facit forſan illum citari, qui eam defflorauit cum tali promiſſione. Cumque materia ducta fuerit ad iudicium unum è duobus fiet. Aut enim gallandus negabit factum, peierando aut iurabit nunquam eam cognouiſſe, affectu maritali, ſed magis fornicatio. Cui iudex eccleſiaſticus attenta notabili diſparitate partium in genere, diuitijs, & huiuſmodi, de facili illi credet, declarans illum non eſſe uirum, ſiue maritum dictæ filiæ ſtupratæ. Quia tamen ille defflorauit eam taxabitur ad emendam duplicem, cuius una pars cędat ad utilitatem curiæ, alia uerò ad utilitatem dictæ filiæ, in foro aūt iudiciali eccleſiæ talis tenetur diuiſim ad alterum horum duorum, uidelicet, aut eam ducere in ſponſam, aut ipſum maritare, ideſt, dotem illi darę, ut patet, extra de adulte. & ſtupro capitu. 1. Veruntamen ſecundum gloſ. ibidem. Hæc fuit pœna antiqua, ideſt, legis antiquę. Hodie autem ſic punitur talis ſtuprator, quia, aut ducat à ſe ſtupratam, aut verberatus, & à ſacramentis excluſus retrudatur in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, ut notatur, ubi ſupra, capitu. peruenit. Dicit tamen Dominus Anto. 2. parte ſummæ ſuæ, titu. 5. capitu. 6. §. 3. quòd hoc intelligitur de deceptore paupere, qui ſeduxit uirginem, ideſt, à domo parentum ſeorſum per uiolētiam adduxit. Quod ſi ſeductor diues, aut nobilis fuerit, punitur pecunialiter. Sed quia iam intramus materiam tertij articuli, ideo hic finis, huius ſecundi articuli.

Tertius articulus digiti ſtupri, dicitur, ſatisfactionis. quia enim ſtuprator offendit Deum, & uirginem, quā corrupit, & partem illius, ut dictum eſt ſupra, ideo tenetur utriſque ſatisfacere, Deo quidem per ſacramentalem confeſſionem, ſicut & de cæteris peccatis mortalibus. Patri uero puellæ ſub cuius cura degebat ipſa puella, tenetur ſatisfacere ad arbitrium iudicis, aut boni uiri, aut ſā tem

eum placare. Puellę autem aliquando tenetur ſatisfacere aliquando non. Pro quo notãdum, quòd ille, qui corrupit, ſiue ſtuprauit uirginem, aut eam corrupit interueniente, & concurrente eius conſenſu, aut cum promiſſionibus, aut uim inferendo. Si primo modo tunc in foro conſcientiæ, in nullo uidetur ei teneri, quia conſentienti non fit iniuria. Tenetur tamen patri puellæ, cui fecit iniuriam filiam ſuam corrumpendo ſub eius cura. Si ſecundo modo eam ſeduxit, ſcilicet, multa promittendo, & multis mendacijs utendo, ſicut tale hominum genus facere ſolet in tali caſu non uidetur puella abſolutè uoluntariè conſenſiſſe in ſtuprum. Et ideo iniungendum eſt ſtupratori, quòd illi ſatisfaciat ad arbitrium boni uiri, uel cum ea gratioſè componat. Et ſi promiſiſſet eam ducere in uxorem, ut copulam carnalem ab ea extorqueret, ſeruet promiſſum, & multo magis, ſi tale promiſſum fuerit iuramento firmatum. Et hoc, inquit dominus Antonius, niſi conditio eorum nimis diſtans eſſet, utpotè, puella eſt filia ruſtici, uir autem nobilis, & potens. Nam in tali caſu mulier non præſumitur fraudem ignoraſſe. Vbi tamen ſtuprator non uult eam ducere in vxorem, debet petere diſpenſationem ſuper ſuo promiſſo, & hoc ſaltem ad cautelam. Et tunc ſatisfaciat ſtupratę ab eo, ſecundum ſuam facultatem, & ipſius ſtupratę indigentiam. Si autem tertio modo eam ſtuprauit, uidelicet, uim inferendo, tunc grauiſſimè peccauit, atque puniri debet, ut conſtuprator, & raptor. Vnde tales ſolent plecti morte. De hoc uide, ſi uis deciſionem iuris ciuilis. C. ad legem Iuliam. de adulterio, & ſtupro. ubi multa habes ad propoſitum.

Ipſa autem uirgo ſtuprata in tali caſu, nulla pœna digna eſt. Quinimmo honore, & gloria eſt coronanda, etiam coram Deo, & hominibus. Non ergo peccat, nec uirginitatem perdit, quãuis ſignaculum uirginitatis amittat. Propter quod dicebat beata Lucia tyrranno Paſchaſio. Si me in uitam uiolare feceris, caſtitas duplicabitur mihi ad coronam. Dicit etiam dominus Anto. ubi ſupra, ꝙ ſi mulier innupta, uel nupta, ſe defendendo, ne uioletur, caſu occidat hominem eam impetentem, dummodo ipſum nõ occidat animo noccndi, ſed pudicitiam ſuã cõſeruandi ipſe cre

dit, ꝙ talis mulier non peccat. Maximè cum ſit de iure naturæ uim ui repellere, ut patet in decr. diſt. 1. ius naturale. Itē. ff. de ui, & ui armata. l. 1. Et ſimiliter. C. unde ui. l. 2. idē hī. Si enim licet non ſolum ſe, ſed & bona ſua defendere, ne capiant à latronibus, quare nō licebit mulieri ſe defendere ne pudicitiam amittat? Quòd ſi u. o. ētia conditionalis inferatur, puta, quia fit mulieri comminatio de morte, uel infamia, uel quia fortè ipſa uerecundia ducta nō audet clamare, uel timet magnū ſcandalū oriri, niſi permittat ſe corrūpi tunc nō excuſat à peccato, neq; à ſtupro. Nota ad hoc propoſitum de Lucretia, quā Tarquinius oppreſſit, de qua ſupra aliquid dictum eſt.

Circa hoc autem ualde increpandi ſunt illi parentes, qui efficiuntur lenones filiarum ſuarum, quas tradūt interdū magnis perſonis ſtuprandas, ut cōſequenter illi tradāt eas nuptui prout tales infames perſonæ promittere ſolent. Itē frequenter hoc faciunt, ut ex pecunia trad ta ob turpitudinem uiuant. Tales ergo ſunt digni morte, non ſolum tpali uerumē ęterna. Quod nephas abhorrēs beatus Nicolaus adhuc adoleſcens, prouidit cuidam nobili pauperi uolentī pp cauſam prædictam proſtituere tres filias ſuas, proijciēs per feneſtram domus, maſſam auri tribus uicibus pro dotibus trium filiarum prædictarum, ne proſtituerent. Sed profectò paucos tales Nicolaos habet mundus iſte, & nota ꝙ qui ſic ſtuprat uirginē, & ea abutitur tenet illi prouidere, tum propter uirginitatem eius, quā uiolauit, tum ne poſtmodum præ inopia efficiatur publica meretrix. Caueat tamen ſtuprator, ne illi prouideat more aliquorū, qui poſtquam multo tempore abuſi ſunt aliquibus filiabus, tandem tradunt eas nuptui alicui ſeruorum ſuorum, aut uicinorum, ut ſic honeſtius exerceat ſuam turpitudinē, quoties illis placuerit.

Notandum eſt autem, quòd raptus, quamuis ſit ſpecies luxuriæ diſtincta à ſtupro, quandoque tamen concurrit cū ſtupro. Et ideo incidentaliter aliquid de ipſo raptu, ſub hoc digito dicemus, ne oporteat ponere ſextum digitum in manu leproſa luxurię. Dicit ergo beatus Tho. 2. 2. quæſt. 154. articulo ſeptimo, quòd raptus, quandoque concurrit cum ſtupro, ut dictum eſt, Quandoque inuenitur raptus

ſine

ſine ſtupro. Et tertiò per oppoſitũ, quandoq; inuenitur ſtuprum ſine raptu.

Primò igitur q̃nque cõcurrit raptus cũ ſtup ro, ut cũ q̃s infert uiolentiam ad hoc, ꝓ licitè defloret virginem. Quę quidem uiolentia q̃nque infertur tã uirgini, q̃ patri eius. Q̃nque uerò ſolum infertur patri, & nõ uirgini, utpotè cũ ipſa conſentit, quòd de domo patris abducatur, quia forte amat iuuenẽ quęrentem eã habere in ſponſam. Itẽ q̃nq; puella uiolenter abducitur à domo parentum, & uiolẽter corrumpitur. Q̃nque autẽ uiolenter abducitur, non tamẽ uiolenter corrumpitur, ſed de uoluntate ipſius, ſiue per actum fornicarium, ſiue per actũ matrimonialem, ſed ſiue ſic, ſiue ſic, ſemper raptus cenſetur. Ecce q̃uo raptus quandoque concurrit cum ſtupro.

Secundò conuenit raptus ſine ſtupro, ut cum quis rapit uiduam vel puellam corruptam.

Tertiò oppoſito modo inuenitur ſtuprũ ſine raptu, ut cũ quis illicitè defloràt uirginem abſq; illatione uiolentię, ut quia ipſa conſentit, nec reclamat pater, quinimmo eã fortè ad hoc inducit, ut dictum eſt de diuite, aut nobili multa ꝓmittente tã puellę, quàm patri, ſi modo cõſentire uelit, vt cum ea habeat copulam carnalem abſq; tñ matrimonio.

Querit̃ circa hoc, utrum raptor poſſit habere in ſpõſam illam quam rapuit, vr̃, quòd non; nam 36. q. 2. placuit, ſic legitur Placuit, ut hi, qui rapiunt fœminas, uel furantur, uel ſeducunt eas, nullatenus eas habeãt uxores, quamuis ipſas poſtmodum nuptialiter cũ conſenſu parentũ ſuſceperint. Hæc q̃ò mouetur in glo. ſuper principio q̃onis prędictę, q̃ incipit; nunc queritur, ubi ſic reſoluitur queſtio. Pòt utiq; raptor raptam habere uxorem per acta pœnitentia. Et expreſsè ponitur extra de rapt. c. accedens. Et hoc intelligitur niſi ſit ſponſa alterius de preſenti. Tunc. n. eſt illi reddẽda. Sed ſi eſt ſponſa eius de futuro, non cogitur illam recipere ut patet. 36. q. 1. lex illa reſolutoriè ergo tenendũ eſt, quòd ſi puella rapta cõſenſerit voluntariè in habendo raptorem ſuum in uirum, tenet matrimonium. Et huius ratio eſt quia et ſi raptus impediat martimonium contrahendum, nõ tamen dirimit contractum. Sed quid dicendum erit ad predictum decretum, quòd fuit in ciuitate Meldenſi propè Pariſius

ſtus celebratum. Ad hoc primo d cit B.Tho. ubi ſupra, in ſolu.ad tertium, quòd illud d ctum eſt in deteſtationem il lius criminis, & eſt nunc abrogatum.

Secundo dicit, quod prædictum decretum pōt intelligi de illis puellis raptis, quę ſunt al js deſponſatę per uerba de prçſenti. Vel, ut inquit, Do.Ant. illud decretum eſt intel ligendum, quando rapta non conſenſit in matrimoniū cū raptore, ſed potius in ſtuprum. Cum enim tunc in peccato continuè maneant, ſunt ſeparandi, & ſic patet ad quęſitū.

De pœna autem raptoris mulierum ſecundū leges ciui les eſt pœna capitis. Inſuper uolunt dictę leges, ut ſubſtan tia raptoris applicet raptæ, & prçſertim ſi rapta fuerit no bilis. Quod ſi fuerit ignobilis raptor punitur cap tis trun catione, ſed tamen ſubſtantiam non perdit, ut patet 36.q. 1.de raptoribus. De decapitatione autem expreſsè habet. C.de rapto.uirg.l.1.quę incip t raptores. Vide textū, quia lex pulchra eſt, & prolixa, in qua etiam multa d cuntur ad propoſitum facientia. ſecundum autem ſacros Canones, hu iuſmodi debet raptor excommun cari cū ſuis fautorib. ut patet 36.q.2.cap. eos, qui rap unt. Itē cap. de puellis. Patet ergo, quid ſit raptus, & quæ pœna eius. Et ſic patet de quar to digito, &c.

Quintus digitus manus leproſæ luxurię dicitur ſacrile gium. In iſto autē digito, tanquam in police ſunt tantum duæ iunctura, ſiue articuli, qui dicuntur.

Diffinitionis,

Offenſionis.

Primus igitur articulus pręd cti digiti dicitur diffinitio nis. Pro quo notandum, quòd ſacrilegium, ſecundū quod eſt ſpecies luxuriæ ſic ſolet diffiniri.

Sacrilegium eſt coitus exercitus per perſonam ſacram, uel cum perſona ſacra, ideſt, quæ habet ord nem ſacrum, ut ſubdiaconus, & ſupra, uel, quæ eſt uoto ſolemni continē tiæ ligata, ut perſona religioſa. Talis autem coitus conue nienter dicitur ſacrilegium.

Sacrileg ū enim prout eſt ſpecies furti, committitur cū quis aufert clandeſt ne rem ſacram, etiā de loco nō ſacro, ut calicem, uel ſimile, uel cum aufert rem nō ſacrā de loco ſacro, ut aurū, uel argentum de theſauro eccleſiæ. Sic etiā

Sacri-

ſacrilegium, prout eſt ſpecies luxuriæ, duobus modis committitur.

Primò quidē cum quis ſolutus cognoſcit perſonā Deo conſecratam, ut monialem.

Secundò uerò cum perſona ſacra, ut presbyter, aut religioſus cognoſcit mulierem non conſecratam Deo. Et iſti duo modi ſacrilegij carnalis ſunt magis uſitati, Vnde proh dolor eſt, & alius modus minus vſitatus, ſed tamē grauior, cum, ſcilicet, perſona ſacra cognoſcit perſonam ſacram, ut ſacerdos, aut religioſus monialem. Et iſtud eſt ſacrilegium duplex. Duo autem præcedentia ſimplicia ſunt, ideſt, tātū ratione unius perſonæ coeuntis. Solutus tamē, nec ordinatus in ſacris, ſeu uinculo continentiæ obligatus cognoſcēs monialem, non tantum committi ſimplicem fornicationē. ſed ſacrilegium, eò quòd uiolat templum Domini, nam ut dicit B. Thom. 2.2.q 154. ar. 10. Actus unius uirtutis, uel uitij, qui ordinatur ad finem alterius uitij, aſſumit ſpeciē illius. Sicut furtum, quòd committitur propter adulterium, tranſit in ſpecie adulterij, quod eſt grauius furto. Manifeſtum eſt autem, quòd obſeruatio caſtitatis, ſecundū quòd ordinatur ad cultum Dei, trāſit in actum religionis, ut patet in his, qui uouent uirginitatem. Ex quibus omnibus ſequitur, quod luxuria, ſecundum quòd uiolat, aliquid pertinens ad cultum diuinum, pertinet ad ſpeciē ſacrilegij. Patet ergo, quid ſit ſacrilegium in propoſito.

Secundus articulus dicti digiti ſacrilegij dicitur offenſionis. Circa quòd notandum, quòd committentes ſacrilegiū carnale, tripliciter offendunt Deum, uidelicet.

Sponſam eius uiolando,
Templum ipſius polluendo.
Sacrum ordinem confundendo.

Primò quidem, quia uiolāt eius ſponſam. Magnus enim honor eſt eſſe ſpōſam alicuius regis terreni, ſed maior, eſſe ſpōſam Imperatoris, maximus uerò eſſe ſponsā Ieſu Chriſti, qui eſt rex regum, & dominus dominantiū. Et quamuis omnes caſtè uiuētes, poſſint uocari ſponſæ Chriſti Hoc tamen ſpecialiter modo cōpetit his, qui ſeruant caſtitatem uoto firmatam, huiuſmodi ſunt eccleſiaſtici occidentales, & uerè religioſi, atque religioſę. Vnde cum conſecrat, ſiue bene-

benedicitur aliqua virgo,ipſa cantat illud,quòd dicebat B. Agatha.Ipſi ſum deſpōſata,cui Angeli ſeruiunt,cuius pulchritudinem Sol,& Luna mirātur.Ecce in quanto honore conſtituitur perſona religioſa. Et ideo ſi labatur poſtmodum in actum carnis, dicitur ſacrilegium committere, eò, ſcilicet,quòd,aufert à Deo rem ſacram, & ſibi dicatam. O quantum graue eſt hoc ſacrilegium ſpirituale. Nam tantò eſt grauius ſacrilegio materiali,quātò anima,ſiue rationalis creatura eſt prę̨ſtantior rebus temporalibus,qu a vt legitu. Eccl.26.Non eſt digna ponderatio animę continentis.Et vt dicit Apo.2.Corin.4.Habemus theſeaurum iſtum in uaſis fictilibus,ideſt,corporibus.Et ideo diligēter,& cautè ſeruādus eſt huiuſmodi theſaurus caſtitatis. Nam ſi vas fictile,ideſt,corpus frangatur per incontinentiam, mox effunditur,& irreparabiliter deperditur talis theſaurus caſtitatis,quia ut dicit Hie.ſuper illud Amos 5.virgo Iſrael proiecta eſt,& non eſt,qui ſuſcitet eam.Cū cętera poſſit Deus, Virginem non poteſt ſuſcitare poſt ruinam,poteſt quidem eam ſuſcitare a culpa,& pœna debita, ſed non poteſt coronare corruptam,ſcilicet,aureola virginitatis,vt legitur 32. q.5 Paulus.Ecce qualis,& quantus eſt theſaurus caſtitatis, & ideo diligenter cuſtodiendus. Quod conſiderans quędā virgo Deo dicata,quæ mirabiliter tentata in actum carnis, lapſa fuerat,in tantam triſtitiam deuenit eò ,ſ. quòd tantum theſaurum per actum tam viliſſimum amiſiſſet,quòd præ dolore mortua eſt,ut legitur in libro Apū. O quātum igitur offenditur,& ad iracundiam prouocatur Deus cum uidet ſpōſam ſuam,ideſt, perſonam religioſam,ſibi dedicatam, & conſecratam cōiungi per actum nepharium alicui perſonę miſerrimę.Et ad hoc declarandum dat Cyprianus doctor Græcus in libro de virginitate,talē ſimilitudinem. Si,inquit,ſuperueniens maritus ſponſam ſuam iacere cum altero viro uiderit,nonne indignatur,& fremit,& per dolorem zeli gladiū portat in manu ſua? Quam mirabiliter ergo Chriſtus indignatur cum Virginem ſuam,ſibi dedicatā cū altero uiro iacere cernit?Quam mirabilem ergo ultionem de tali ſponſa ſacrilega ſumet in die iudicij? O quātā ergo inſipientia iſta eſt,& quanta temeritas perſonam per uotum caſtitatis Deo dedicatā recedere à ſponſo ſuo pul-

cher-

pulcherrimo,ditiſſimo,nobiliſſimo, potẽtiſſimo,ſapiẽtiſſimo, optimo,& adhærere uiliſſimo,pauperrimo,& deformoſiſſimo peccatori. O igitur quanta inſania,& rabies. O quanta beſtialitas. O quanta abhominatio,& vilitas,derelinquere, ſ. illum, qui eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum, & adhærere horribili leproſo peccatori. Ecce quomodo ſacrilegium carnale exercentes, Deum offendunt ſponſam eius uiolantes.

Secundò prædicti Deum grauiſſimè offendunt,templum eius polluentes. Conſtat enim ſecundum ſacros Canones, quòd ſi quis cõmitteret opus carnale in eccleſia, etiam cuiuſcunque cõditionis eſſet, magnum ſacrilegium perpetraret, adeò, quod ſi eccleſia prius erat conſecrata, indigeret reconciliatione ad hoc, ſcilicet, quòd poſſint poſtmodum in ea diuina celebrari, vt expreſsè habetur de conſe.diſtin. 1.eccleſijs. Quod intelligitur ſecundum gloſſ. de emiſſione ſeminis per adulterium,aut fornicationem,& non per ſomnium, aut per coitum cũ propria vxore. Dicit etiam Hoſt. Hoc debet intelligi,quãdo caſus eſt manifeſtus. Si ergo ita ſit,ut præmiſſum eſt,non mirum ſi ille dicatur committere ſacrilegium carnale, qui cognoſcit mulierem Deo cõſecratam,quæ eſt templum Dei. Et idem dicẽdum de muliere ſoluta, quæ carnaliter commiſcetur ſacerdoti, uel religioſo. nam talibus uidetur loqui Apoſt. 1.Cor.3.dicens. Neſcitis, quia templum Dei eſtis. Si quis autem templum Dei uiolauerit,diſperdet illum Deus. Et ideo ad euitãdum huiuſmodi templi pollutionem,ſiue ſacrilegium,ordinauit eccleſia, quòd clerici nõ habitent cum mulieribus, nec mulieres in domibus clericorum, niſi forſan ſtricto gradu conſanguinitatis,de qua nulla poſſit oriri ſuſpicio,ut recitatur in decret.diſtin.86.in omnibus.Item.c.in omnibus.Item de hoc habes extra de cohabitatione cle. & mulierũ, per totũ. De religioſis autem ſcribitur.18.q.2.in decima,quòd hęc cautela circa monachos ſeruetur,ut ipſi remoti à familiaritate earũ, uſq; ad ueſtibulũ familiariter accedere nõ pſumant. Sed neque Abbatem, neq; eum quem præfecerit extra eã, quæ præeſt loqui uirginibus Chriſti,aliquid quod ad earũ inſtitutionẽ pertinet,licebit. Neq; etiã cum ea quę pręeſt frequenter loqui eos oportet,ſeu ſub teſtimonio duarum,

uel trium earum, ita, ut rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio. Hæc ibi. Et ne clerici, aut religioſi, ſiue etiam laici ſint faciles ad ingrediendum monaſteria monialium, dicit dominus Ant. ſecunda parte ſummę ſuę titu. 5. cap. 9. § 3. quòd in omnibus penè Diœceſibus eſt ſententia excõmunicationis lata contra laicos, clericos, & religioſos ingredientes monaſteria monialium ſine cauſa neceſſitatis, quã etiã incurrunt ipſę moniales, ſi extra caſum conceſſum permittant prędictos intrare ad eas. Dicit enim idem uenerabilis pater, & doctor tertia parte eiuſdem ſummę titu. 24. cap. 70. quod intrantes monaſteria monialium ordinis Prędicatorum, ſiue ſint ſeculares, ſiue eccleſiaſtici, & hoc in caſibus non conceſſis per conſtitutiones earum, uel ſine licẽtia magiſtri ordinis, aut alterius ab ipſo magiſtro poteſtatẽ habentis ſunt ipſo facto excomunicati à qua quidem excommunicatione non poſſunt abſolui, prę terquam in mortis articulo, niſi à Papa, uel à magiſtro ordinis, uel ab alio habente ſuper hoc ſpecialem auctoritatem ab aliquo prędictorũ. Et dicit idem uenerabilis doctor uidiſſe bullã ſuper hoc cõceſſam. Idem etiam dicit de intrantibus monaſteria ſororum ſanctę Clarę ordinis minorũ. Patet ergo quãto diſcrimini ſe exponunt intrantes monaſteria monialium ob turpem cauſam, & ut polluant templũ domini, id eſt, moniales domino conſecratas.

Tertiò prędicti ſacrilegi grauiſſimè Deum offendunt. ſacrum ordinẽ confundentes. Nil enim honorabilius, nihil honeſtius, nihil melius in eccleſia Chriſti ordine ſacerdotali Ita ut de uiris eccleſiaſticis dicat Apoſtolorũ princeps Petrus, Vos eſtis genus electum, regale, i. ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, i. acquiſiti domino, & qui alios eidem acquiritis uerbo doctrinæ, & exemplo ſanctæ uitæ. 1. Petr. 2. Hi etiam habent poteſtatem ſuper Corpus Chriſti uerum, ut patet in ſacramento Altaris. Item ſuper Corpus eius myſticũ, ut patet in ſacramento pęnitentiæ, & in abſolutione ſacramentali, adeo, quòd linguæ eorum claues Cœli factæ ſunt, cum ſcilicet, pronunciant abſolutionem ſacramentalem ſuper pęnitentes, ſib. cõfitentes. Hęc autem angelis ſanctis minime cõceſſa ſunt Sed proh dolor. tantum ordinem, & tantam poteſtatem ſibi conceſſam cõ

ſundunt eccleſiaſtici impudicam uitam ducētes, & corpu ſuum, quòd Deo deuouerunt per uotum continentiæ implicitè emiſſum in ſuſceptione ſacri ordinis meretrici dātes, q ſacrilegium eſt, & immaniſſimum ſcelus. Qui, inquit Pau. 1. Cor. 6. adhęret meretrici, unum corpus efficitur cū ea, Ecce qualiter talis iniuriatur Deo. Sacerdos ergo ſacrilegus, i. corpus ſuum turpitudini exponens, malè attendit illud Eſa. 52. Mundamini, qui fertis uaſa Domini, fert. n. ſacerdos uaſa domini, qui quotidie tractat uaſa Domino cōſecrata, & ſimiliter, qui proprijs manibus portat ſacramenta Chriſti, quæ ſunt uaſa gratiæ. O quantum ſcelus perpetraret, & quantū ſacrilegium, qui ſacra uaſa, uel ipſa ſacramēta manibus luroſis cōtingeret, uel in ea lutū proijceret. Quid igitur dicēdum de ſacerdote luxurioſo, & ordinario cōcubinario, qui ſacra omni die pertractat. Heu nō intelligit talis miſer ſacrilegus, q propter hoc Chriſtū, ut Iudas prodidit. Vnde Hiero. 3. par. Epi. ſuarū Epiſtola. 85. facit tamē admirationem, dicens. Heu Domine mi, quid dicā. Qđ hodie ſacerdotes te comedunt in altari, ut carnes pecudū, & uolucrum, immo peius. Nam nocte fruuntur mulierum actu turpiſſimo, & te mane maſticando comedunt. Vbi Domine latitas. Dormis ne, an uigilas. Exaudi preces illorum de cœlo, i. non exaudies. Verè ſi tale uelles ſacrificiū, & mēdax fieres, & ſocius peccatorum. Hæc ille. Item idē Hiero. Dic mihi ſacerdos, qūo cum his labijs, quibus oſculatus es filium hominis, id eſt, Chriſtum in ſacramento altaris, oſcularis labia meretricis. O Iuda, filium hominis tradis, id eſt, ſimilis ei es.

Propter immanitatem ergo huius ſacrilegij ſacri Canones duram taxarunt pœnitentiam ſacerdotib. fornicarijs, Nam ut, legitur diſt. 71. presbyter. Sacerdos pro fornicatione debet agere pœnitentiam decem annis. Duobus quidē primis annis in pane, & aqua. Alijs autem quinque ſequētibus ter in hebdomada in pane, & aqua. In reſiduis autem diebus debet aliquam pœnitentiam facere ſecundū formā ſibi traditam. Hoc tamen decretum intelligitur de fornicatione publica. Hoſtienſis autem dicit. quod talis pœnitētia hodie eſt arbitraria. Si uerò ſacerdos cognouerit filiā ſuā ſpiritualem, ſiue quam baptizauit, ſiue cuius confeſſionē

audiuit, debet pœnitentiam agere 15. annis. Quòd ſi fuerit epiſcopus, adduntur duo anni pœnitentię. Filia autem religioni eſt tradenda, ut notatur 31. q. 1. ſi quis ſacerdos. Item c. non debet. Hoc tamē ſicut, & precedens intelligit, quando pecatum eſt notorium ſiue de facto, ſiue de iure. Nihilominus hodie talis pænitentia eſt arbitraria. Si aũt epiſcopus, presbiter diaconus, ſubdiaconus, lector, aut officiarius mechatus fuerit cum muliere Deo ſanctificata, debet deponi ab officio, & beneficio. Si autem laicus eſt, excommunicetur, eò quod ſpõſam Chriſti corrupuit, ut notatur 27. q. 1. ſi quis epiſcopus. Secũdum autem leges ciuiles talis debet occidi, & bona eius cõfiſcari, ut patet in Auten. ut. de ſanctiſſimis epiſcopis, in fine, quę quidem lex eſt canonizata, 27. q. 1. ſi quis rapuerit. Nec certe mirum, ſi tales ſacrilegi ſic puniuntur apud fideles, cum etiã apud infideles mores virginibus ſacratis Deę Veſte luxuriantibus infligatur. Vnde refert Vale. Maxim. lib. 1. de quadam pagana dedicata Deę Veſtę ad ſeruandam uirginitatem, cum alijs multis uirginibus, quæ reperta i ſtupro morte puncta eſt. Ex his ergo omnibus perpendere poſſumus, quantum Sancti Patres in cõdendis ſacris Canonibus, & Imperatores in condendis legibus, abhorruerunt uitium ſacrilegij carnalis, qui tã mirabiles pœnas ſtatuerunt contra actores talis criminis. Et ſic patet de quinto digito manus leproſæ luxurię per conſequens de ſpeciebus luxuriæ, quæ ſunt fornicatio, adulteriũ inceſtus, ſacrilegiũ, ſtruprum cum quo ſimul dictum eſt de raptu. De ſeptima autem ſpecie luxuriæ quę dicitur peccatum contra naturam, ſcribere non curaui propter duplicẽ cauſam aſſignatam in principio huius capituli.

TRACTATVS SECVNDI QVARTA PARS.

In qua conformiter ad materiam, quæ tangitur in Confiteor, agitur de peccato omiſſionis.

DE OMISSIONE IN GENERALI *Cap. Primum.*

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ, quia peccaui nimis omiſſione.*] Matth.11.

Poſtquam in pręcedenti parte quę eſt Tertia huius ſecundi Tractatus determinatum eſt de peccatis operis, non quidem de omnibus, ſed tãtum de his quę proh dolor ſunt magis apud miſeros pecatores; hic conſequenter iuxta formam contentã in uſitato Confiteor tractãdum eſt de peccato omiſſionis, tam in generali quàm in particulari, de quo ſe accuſat confitens, dicens confeſſori ſuo, peccaui nimis omiſſione.

Primò igitur agendum eſt de peccato omiſſionis in generali, de quo tria principaliter uidebuntur, quę ſunt.

Diſſinitionis. Reprehenſionis.
Punitionis.

Primò igitur uidendum eſt, quid ſit omiſſio. Poſſumus enim ſic eam difinire. Omiſſio eſt carentia, ſiue priuatio boni debiti ineſſe. Non enim carentia cuiuslibet boni eſt omiſſio, ſecundum quod ſonat in uitium. Alias quicunque non facit uniuerſa opera ſupererogationis peccaret, utpotè, qui non uendit omnia, quę habet, & ſequitur Chriſtum in paupertate. Et ſimiliter, qui non intrat religionem aut qui non ſubit mortem propter Chriſtum, uel qui non vadit ſuper Saracenos ad deſendẽdum fidem Catholicam aut qui non permanet in perpetua uirginitate, uel qui non abſtinet perpetuò a carnibus, & ſic de multis alijs operibus

ſuper-

ſupererogationis. Omiſſio ergo culpabilis,& uitioſa eſt priuatio boni debiti ineſſe pro tempore, pro quo debet poni, & non ponitur. Nec etiam quælibet talis omiſſio eſt mortalis, ſed aliqua ſic,& aliqua non. Sola enim illa omiſſio eſt mortalis,per quam negligitur opus,ſiue actus,qui præcipitur fieri,ſiue à Deo,ſiue ab homine Poteſtatē habente ſub pœna peccati mortalis. Illa uerò omiſſio ſolū uenialis eſt, cum nō ſit actus, qui præcipitur fieri ſub pœna peccati uenialis,& hoc niſi interueniat cōtemptus, quia tunc huiuſmodi omiſſio eſt mortalis. Interdum etiam omiſſio nō eſt mortalis, neque uenialis de ſe, ſed tantum obligans ad pœnā temporalem Sicut patet de ſtatutis aliquarum religionum, & ſignāter ordinis Fratrum Prædicatorum, quorum tranſgreſſio ſiue omiſſio ſola obligat ad pœnam,niſi interueniat præceptum,aut contemptus. Et ſic patet de primo.

Secundò uidendū eſt de reprehenſione omiſſionis,ideo .n. omiſſio boni debiti ineſſe reprehenditur, tanquam uitioſa, quia poteſt,& debet tale bonum omiſſum fieri,& nō fit. Quia ut dicit Auguſt.lib.de Vita Chriſtiana,non ſolum hoc à chriſtiano quæritur,ut malo careat, ſed ut bonum exerceat,iuxta illud Pſal. Declina à malo, & fac bonum. Et Iacob.4.ſcienti bonum,& non facienti,quando, ſupple,faciendum eſt,peccatum eſt illi. Præcepta enim affirmatiua, quæ ſunt de bono faciendo,non obligant ad ſemper,ſed tātum ad tempus determinatū. Peccatum autem omiſſionis opponitur huiuſmodi præceptis affirmatiuis. Et ideo pro illo tempore omiſſio aliqua, redditur culpabilis, & reprehenſibilis, quando non adimpletur talia præcepta affirmatiua. Da exemplum de religioſo,qui tenetur intereſſe matutinis,qui ſi non interſit,fortè quia in ebrietate de ſero, aut quia ludendo ad chartas,nimis uigilauit, peccat per omiſſionem,tunc primò,quando non comparet. Et ſi dicatur, ꝙ fortè tunc eſt impoſſibilitatus ad hoc, ꝙ interſit matutinis: Hoc admiſſo, non tamen propterea excuſatur à peccato omiſſionis,quia ipſe fuit ſibijpſi cauſa per culpam ſuam,ut non poſſet intereſſe, & ideo non excuſatur.

Sed contra prædicta poteſt ſic argui. Omne peccatum eſt uoluntarium,ſed omiſſio quandoque nō eſt uolūtaria, ſed neceſſaria,quòd patet multipliciter.

Primò de muliere corrupta,quę uouerat,uirgo non eſt quamuis hoc ſibi diſpliceat.

Secundò idem patet de fure,qui amiſit rem furatã,quã tamen reſtituere tenet̃.Nec ualet,ſi dicatur, quod ſufficit illi,in illo caſu,ut reſtituat ęquiualens,quia poteſt eſſe ita pauper,quod non habet,unde ſatisfacere.

Tertio idẽ patet de ſacerdote parochiali,qui die Domi nico tenetur celebrare. Alias parochiani ſui non audirẽt miſſam,maximè cũ non ſint alius presbiter,qui ſuppleat. tamen talis poteſt habere legitimum impedimentũ,ut nõ celebret Ergo talis omittendo celebrare nõ peccat.Ex qui bus omnibus,uidetur,quod omiſſio nõ ſemper eſt peccatũ.

Reſpõſio,ad omnia prædicta,& ſimilia mille arguméta, iam ſufficienter dictum eſt.Tunc enim ſolum omiſſio eſt re prehenſibilis,& uitioſa,quando eſt de aliquo bono debito ineſſe,& quod poteſt ineſſe,ſiue fieri.Cũ enim nullus tene tur ad impoſſibile,conſtat.quod ſimiliter nullus peccat ꝑ omiſſionem,ſi non facit illud,quod facere non poteſt Ni hilominus ad quodlibet prædictorum trium argumentorũ ſigillatim reſpondet Beatus Thomas.2.2.q.79.art.3.in ſo lu.ad tertium.

Ad primũ ergo dicit,quod mulier corrupta,quæ uoue rat uirginitatem,non omittit deinceps, quia uirginitatem non habet,ſed quia de peccato præterito non pænitet,uel quia non obſeruat continentiã.Et ideo illę grauiſſimè pec cant,quę poſtquam fuerunt ſemel corruptę,non curãt ul terius ſeruare caſtitatem,faciendo,quod in ſe eſt ad uotum implendum,ſed dicunt,quod dici ſolet de caſeo pro parte à Cato comeſto.Date ei reſiduum,quia etiam nõ proficeret,nec ullus ex eo comedere uellet,Et ſic per hunc dãnatiſ ſimum modum perſeuerant tales ſemel corruptæ in iniqui tatibus ſuis,ita ut plerũque efficiãtur publicę meretrices.

Ad ſecundum argumentum reſpondet idem doctor,ubi ſupra,dicens,quod fur non tenetur ad reſtitutionem actua lem,niſi ſuppoſita facultate,quã ſi non habet, nec habere poteſt,nõ omittit culpabiliter,dummodo faciat,quod põt. Sed de hoc fortè dicemus peramplius in ſequentibus,dum agetur de reſtitutionibus.

Ad tertium argumentum ſimiliter reſpondet idem do

ctor

&or d.ꝙ ſacerdos non tenetur dicere miſſam,niſi ſuppoſita opportunitate debita, quæ ſi deſit, non omittit culpabiliter.Et ſic patet ad obiecta adducta ſolu.

Notãdum eſt autem,quòd iſtud peccatũ omiſſionis eſt ualde amplum,latum,& diffuſum ſuper terrã,adeo, ut dicat pſal.Non eſt, qui faciat bonum,Sunt enim multi , qui cogitant bonum,utpote,quòd ieiunandum eſt, quod orandũ,quòd pauperibus ſubueniendum,quòd inimicis,& ſibi nocentibus ex corde parcendum,& huiuſmodi,tamen pro maiori parte tales omittunt ex quadam negligentia plerũque culpabili,& uitioſa executionem illius bonę cogitationis,aut propoſiti. Cum tamen dicat Amb.lib.de officijs,& recitatur in decre.diſt.86.non ſatis,quòd non ſatis eſt bene uelle, ſed etiam oportet benefacere.Quòd aũt non ſit, qui faciat bonum,quod dictũ eſt propter paucitatẽ bene operantium,poſſumus ſic perſuadere inductiuè de multis generibus bonorum.

Primò enim non eſt,qui faciat bonum pœnitẽtię,ut debet.Quotidie enim uidemus pœnè infinita mala fieri ſuper terram,ita ut uideatur mundus redijſſe ad illa infeliciſſima tempora,quæ præceſſerunt diluuium, de quibus dicitur Gen.6.quòd multa malitia hominum erat in terra , & cũcta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore. Itẽ ibidẽ.Corrupta eſt terra corã dño eſt,& repleta eſt iniquitate.Pauciſſimos autẽ uidemus pęnitere de malis actis ꝑ eos.Propter ꝙ dominus cõqueritur de huiuſmodi omiſſione per Hieremiam.8.c.dicentem.Nemo eſt,qui agat pęnitẽtiam de peccato ſuo,dicens. Quid feci.Omnes conuerſi ſunt ad curſum,quaſi equus,impetu uadens in prælium. gl.interl.erecto collo contra Deum.Hoc autem dicit propheta propter eos,qui effrenatè peccant.Hanc igitur paucitatem bene operãtium conſiderans Regius Propheta Dauid clamabat ad dominum,dicẽs.Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus.

Secundò non eſt,qui faciat bonum pietatis,& miſericordię Oſeæ.4 non eſt miſericordia in terra.Si enim quis cõſtituatur in neceſſitate aliqua,uix,inueniet,qui uelit eũ iuuare gratis propter Deũ,ſed bene propter hęreditatẽ, aut poſſeſſionem ſuam ſi uelit eã uendęre.Et huius crudelitatis

tis,atque inhumanitatis ratio aſſignatur.Hier.6. cum dicitur,à maiore,uſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent.

Tertiò non eſt,qui faciat bonum iuſtitię,ſupple, pauperibus iniuſtè afflictis.Nam talibus miniſtri iuſtitię plerunque negant audientiam.Cuius ratio aſſignatur.Eſa.1.cũ dicit.Omnes,ſupple,iuſtitiæ miniſtri diligũt munera, ſequũtur retributiones.i.pro illis iudicant,qui dant eis pecuniã, reprobantes pauperes,ideo ſubditur.Pupillo non iudicant & cauſa uiduæ nõ ingreditur ad eos.Vnde Iſid.de ſummo bonó,& recitatur 11.q.3.Pauper,inquit,dum non habet, qđ offerat,in iudicio non ſolum audiri contemnitũ,ſed etiã contra ueritatem opprimitur.Citò uiolatur auro iuſtitia, nullamq; reus pertimeſcit culpã, quã redimere nũmis exiſtimat.Hęc ibi.Ex quo patet,ꝙ iuſtitia hodie eſt uenalis.

Quartò non eſt,qui faciat bonum ueritatis,quia,ut habetur Oſeæ.4.Non eſt,ueritas in terra,ſed,ſupple, falſitas, dolus,mẽdacium,& ſimilia.Si enim ueritas hoſtiatim quæratur in terra,uix inuenietur.

Primò enim ſi quæratur in loco iudicij,Gal.a la quohue, ibi raró inuenitur,ſed potius meretrix illa falſitas.Hoc patet in illis aduocatis,qui dãt intelligere clientulis,ꝙ habẽt optimam cauſam,cum tamen frequenter eis,conſtet de oppoſito.Cumq; cauſa fuerit pro aduerſario adiudicata,ſolẽt dicere clientulis ſuis,ꝙ non dederunt eis totum intelligere Et in hoc mentita eſt iniquitas ſibi . Item iudices ſæpe promittunt audientiam,& cauſarum breuem expeditionem, quas tamen per menſes,& annos prolongant corã ſe.Scđò ſi quærãt ueritas in foro,ſiue in domibus mercatorum,uix ibi inuenitũ. Quinimmo ibi cũcti faciũt dolum, ẽt iurãdo, & periurãdo,quia ut ſcribitur de pę.di.5.qualitas. difficile eſt inter ementis,uendentiſque cõmercium non interueniri peccatum,ſup.mendacij ut puta,aſſerendo rẽ tm̃ cõſtitiſſe,aut tantum refutaſſe,ſiue pro minori non dare,& hmõi. Tertiò ſi quæratur ueritas in domibus clauſtraliũ difficulter ibi inuenitũ,ſed potius mendaciũ.& falſitas per trãſgreſſionem uotorum,& ceremonialiũ m. Quartò ſi quærãt ueritas in domib.artificũ uix ibi ĩuenietur. Cõiter enim promittunt fideliter operari,& breuiter expedire negociũ ſuſceptũ,qui tñ ſępe deficiũt in ꝓmiſſis,& pręſertim,qñ da

tur

tur eis ſalarij ante tempus. Et ſic de quolibet ſtatu practicando patet, quod non eſt ueritas in terra. Sed ut dicit pſ. Diminutę ſunt ueritates à filijs hominum, ſed uana locuti ſũt unuſquiſque ad proximum ſuum.

Quintò non eſt, qui faciat bonũ fidelitatis. Multi enim multa promittunt, & ſæpe in adimplẽdo promiſſa deficiũt, Cuiuſmodi ſunt, qui promittunt ſoluere debita pręfixo tẽpore, & die, qui ſæpe terminum tranſgrediũtur. Similiter, qui confitent, ſolent promittere morum, & uitę emẽdationem. Item ablatorum reſtitutionem, ſimiliter cũ inimicis reconciliationem, & hmõi, & de omnibus nihil faciunt. Pręterea ducentes uxorem, promittũt illi fidelitatẽ, & uice uerſa, & tamen nouit dñs, quã infideles circa talẽ promiſſionẽ multi exiſtãt, tam uiri, quàm mulieres, ita ut dicatur Oſeę 4. quòd adulterium inundauit ſuper terram. Et breuiter nõ eſt, qui faciat bonum, & non peccet ſaltẽ in aliquo. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter uidẽdum eſt de punitione omiſſionis, de qua loquens Saluator. Luc. 12. Seruus ſciẽs uolũtatem domini ſui, & non faciens, plagis uapulabit multis, ſupple, in futuro. Nam talibus, & ſignanter, qui omiſerint opera pietatis in pręſenti adimplere, improperabit in futuro Chriſtus loquens ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbans eos, & dicẽs illud Matt. 25. Eſuriui, & nõ dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi bibere, & ſic de alijs. Quibus quidem omiſſionibus improperatis ſubiunget terribilem ſententiam contra eos, dicens. Ite maledicti in ignem æternum, &c. In cuius etiam figuram legitur Matt. 15. quod ficus, in qua Chriſtus tantum reperit folia, quæ uerba ſignificat ſine fructu bonorum operum, maledicta ab ipſo Chriſto ſtatim aruit. Per quod ſignificatᷓ, quod illi, qui omittunt facere fructum bonorum operũ maledicẽtur à Chriſto in extremo iudicio, & priuabuntur cęleſti regno. Quod etiam innuit ipſe Chriſtus Matth. 7. dicẽs. Nõ omnis, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cęlorũ. Vbi per primum dñe intelligit bona cogitatio, qua honoratur Deus. Per ſcdm, dñe, intelligit bona locutio, qua ſimiliter honoratᷓ Deus, uult ergo dicere Chriſtus, quod nõ ſufficit ad ſalutẽ honorare Deũ per bonã cõceptionẽ aut locutionem

tionem,niſi ſequitur tertium Domine,per quod intelligi-tur ſancta operatio,qua honoratur Deus complete, & perfecte.Ideo ſubdit Chriſtus,ſed quicunque fecerit uoluntatē patris mei,qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnū cęlorū,Et hoc eſt contra illos,qui habēt bona,& pulchra uerba ſine operibus.Dicūt,n.ſic,& ſic faciēdum eſt,ſed hoc eſt nihil totum.Contra quos loquitur Saluator,Matth.23.dicēs.Dicunt, & non faciunt.Alligant enim onera grauia, & importabilia,& imponunt in humeros hominum,ſupple,ſibi ſubditorum,digito autē ſuo ea mouere nolunt,ideſt,minimum eorum,quæ alijs imponunt,per ſeipſos facere nolunt.Dicit enim Ariſtot.6.Ethic,quòd ſunt tres partes potentiales prudentię,quæ ſunt.

Eubolia,quæ eſt bene conſiliatiua,
Syneſis,quæ eſt benè iudicatiua, &
Gnomis,quæ eſt benè executiua.

Multi ergo habent primam partem prudentiæ,qui non habent alias duas,& adhuc multò plures habent duas primas,qui non habent tertiam. Et tales non intrabunt regnū cœlorum.Et huiuſmodi ſunt illi,qui omittunt operari bene,tempore,& loco.Dum tempus ergo habemus,operemur bonum,ut nos admonet Apoſt.ad Gal.6.

DE OMISSIONE RESPECTV ORIS. Cap. II.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,& terræ, quia peccaui nimis omiſſione.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedēti capitulo habitum eſt de omiſſione in generali.Hic conſequēter tractandum eſt de eā in particulari.Pro quo notandum,quòd de omittentibus videtur poſſe intelligi illud Pſalm.13.Os habent,& non loquētur.Oculos habent,& non uidebunt.Aures habent,& non audient,&c.

Prima igitur omiſſio culpabilis ſe tenet ex parte oris, quòd non occupatur,neque exercitatur in illis operationibus ad quas debet,& ad quas nobis, os, & linguam dedit Deus.Vnde de omittentibus circa os loquitur Pſa.dicens.

Os ha-

Os, habent, & non loquentur. Ad cuius euidentiam notan-dum, quòd contingit culpabiliter omittere per o s, & lin-guam tripliciter, uidelicet.

Deum non laudando.

Errantem non corripiendo.

Peccata non confitendo.

Primò igitur quis omittit culpabiliter Deum non lau-dando, & hoc iterum tripliciter, uidelicet.

Quo ad tempus.

Quo ad numerum.

Quo ad modum.

Primò quidem, quo ad tempus, nō enim tenemur omnī tempore cantare, aut dicere Deo laudē. Aliàs, qui dormit, peccaret, & ſimiliter, qui bibit, & comedit, aut qui ſtudet, uel quicūque uacans alicui exercitio laudabili, & honeſto ſed tantum ad hoc tenemur tempore debito. Laici quidem die feſto, ut puta. dicentes orationem Dominicā ſymbolū fidei, & ſimilia. Qui autem ſciūt horas Beatæ Virginis, vigī lias mortuorum, ſeptem Pſalmos pęnitentiales, Lętanias ſāctorum, & ſi qua ſunt ſimilia, uidenī eſſe ingrati, & cul-pabiliter omittere, ſi talia quādoque non perſoluant. Nec tñ eſt uerum, quòd habentes tonſuram, ſiue coronā obligē tur ſub pœna peccati mortalis, dicere omni de Matutinas Beatæ Mariæ Virginis, ſiue ſeptem Pſalmos pęnitentiales, ut aliqui dicunt. Conſtat enim, quòd nullus tenetur ad ali quod officium ordinariè dicēdum, niſi ratione ſuſcepti or dinis, aut beneficij, ſiue profeſſionis regularis, quòd addit propter religioſos profeſſos, qui tenentur ad officium diuī nū, quāuis non ſint in ſacris. Hoc enim tenet dominus Pe trus de Pal. 4. ſen. diſ. 15. q. 5. Illi ergo, qui habēt ſimplicē tō ſuram non tenētur ad officium ordinarium, niſi plus ponā tur. Et quod ſolet recipientibus tōſuram dici, quòd amo-do, dicant Matutinas Beatæ Marię Virginis, ſiue ſeptē Pſ. pęnitentiales eſt potius exhortatio, quàm pręceptum. Bo num eſt ergo, ſi ita fiat. Ad minus autē omni die adulti laici uidentur teneri ad dicēdum ſingulis diebus orationē Do-minicam, & Symbolum fidei. Vnde Aug. Homil. 42. dicit ſic quotidie Symbolū dicite, quando collocatis uos ad ſomnū, & ſimiliter, quando ſurgitis uoſipſos domino commen-

dantes,

dantes, ne pigeat repetere, bona enim eſt repetitio, ſi ſubrepat obliuio, nec dicatis, dixi heri, dixi hodie, quotidie dico illud bene teneo. Commemora fidẽ tuam. Hæc ille. De oratione autem Dominica, dicit idem Auguſt. in Enchiridio c. 70. quòd delet minima, & quotidiana peccata. Prędictę itaque orationes ſunt, adeo unicuiq; adultò neceſſarię, ut ipſe Aug. 1. ſer. Dominicę. 10. poſt Trinitatem, dicat. Neſcio, qua fronte Chriſtianum ſe dicit, qui paucos uerſus in ſymbolo, uel oratione Dominica orare diſſimulat. Patet ergo, quando laici orare tenentur, & quando nõ De Clericis autem, qui tenentur ad horas canonicas, ſatis conſtat, quòd tenentur omni die, & cæteris horis diei laudẽ dicere domino. Sed quibus horis. Certè ſtãdum eſt cõſuetudini patrię ut dicit dominus Anto. tertia parte ſummæ ſuæ, tit. 13. c. 4. §. 4. Religioſi non ad hoc tenentur ſecundum formã regulę ſuæ, ſeu ſtatutorum. Vnde quidam religioſi ſolẽt dicere Matutinas hora mediæ noctis innitentes dicto Pſalmiſtæ, ubi ait. Media nocte ſurgebã ad confitendum, tibi, ſupple, confeſſione laudis. Alij autem ſurgũt hora tertia, alij quarta, alij quinta, ut Canonici. Alij autem circa hoc magnum abuſum committunt, ut ſunt nonnullli monachi habitantes in prioratibus conuentualibus, in quibus eſt paucitas religioſorũ, qui tarda hora cãtant Matutinas, conſequẽter ſine mora reliquum officiũ, uſque ad Veſperas excluſiuè, Idem etiam abuſus committitur in aliquibus eccleſijs collegiatis. Et ſic patet de primo principali.

Secundò quis omittit culpabiliter Deum non laudãdo, quo ad numerum. Et iſta omiſſio principaliter tãgit uiros eccleſiaſticos, & religioſos, qui certis horis tenẽtur Deum laudare decantando, ſiue legendo ſeptem horas canonicas. Vnde Pſal. in perſona cuiuslibet talis debitum ſuũ facientis, dicit. Septies in die laudem dixi tibi. Nam ſeptẽ horæ canonicæ ſunt ab eccleſia inſtitutæ, ut dicantur ad Deum laudãdum pro uniuerſis beneficijs ſuis. Inter quæ, duo sũt maxima.

Primum eſt beneficium creationis, quod fuit ſeptẽ diebus expletum Gene. 3.

Secundum eſt beneficium redemptionis, ſimiliter ſeptẽ horis, quodammodo peractum, uidelicet Matutina, prima, tertia,

tertia,&c. De quibus etiam horis fit mentio in horis illis, quæ intitulantur de cruce, de quibus refert dominus Ant. 2.par.ſummæ ſuæ, tit. 13.c.4. quòd Iohan.22. dedit 40. dies indulgentiæ pro qualibet die dictas horas dicentibus. Cauenda eſt ergo omiſſio, & negligētia, in huiuſmodi horis canonicis, p ſoluendis, aliàs incurritur maledictio æterna. Iuxta illud Hie.48. Maledictus omnis, qui facit opus Dei negligenter. Opus autem Dei, ut dicit beatus Benedictus in regula, eſt officium, ſiue opus, quod exercet in laudando Deū in horis canonicis, huiuſmodi autem officium fit negligenter ab illis eccleſiaſticis, qui ipſum, non dicunt. Aut ſi totū, non tamen reuerenter, deuotè, aut attentè. Contra quos dicitur de conſecratio. diſtin.1. clericus, quòd clerici ab officio declinantes, uel negligentius agentes debent, ab huiuſmodi officio remoueri.

Tertiò quis omittit culpabiliter Deum non laudando, quo ad modum, hoc autem poteſt fieri multipliciter.

Primò quidem, cū quis dicit officium ſuum curſum, & ſyncopando, uidelicet, dimittendo aliquos uerſus in toto, uel in parte. Item dictiones, aut ſyllabas. Nam integrè & completè dicendum eſt huiuſmodi officium canonicum, nihil ſcienter, aut per negligentiam omittendo. Seruitiū enim à ſeruitute, dicitur. In ſeruitio autem alicui quilibet debet eſſe fidelis, ità ut nihil omittat de agendis per eum. Sicut ergo ille ſeruus, qui deberet alicui magno Domino ſeptem aureos, ſi aliquid quotidie inde ſubtrahere, non plenè ſatisfaceret Domino ſuo, ità in propoſito de ſoluentibus ſeptem horas canonicas Domino ſuo, cum multis ſyncopationibus. Et ideo talis ſyncopatio ualde reprehenditur, extra de celebratione Miſſarum, capitu. dolentes. Exemplum autem de hoc legitur, de quodam ſancto Patre, qui uidit diabolum per chorum cuiuſdam monaſterij inter fratres pſalmodiantes currentem, & in ſacco, quem ſecum attulerat, ſæpe aliqua mittentem. Quem cum dictus Pater interrogaſſet, quid intra ſaccum tam frequenter mitteret. Reſpondit, quòd uerba, ſyllabas, quas illi dimittebant de officio ſuo, dicens ſe talia in futuro iudicio præſentaturum ad punitionem

tem omiſſionis eorum. Vbi notandum ſecundũ dominum Anto. 2. ſummæ ſuæ tit. 9. c. 12. §. 3. ꝙ ſi quis eccleſiaſticus ex cauſa rationabili, vt quia oportet eum reſpõdere alicui, uel quærere librum, vel aliud ſimile, inſuper, ſi etiam ex negligentia omittat aliquem verſum pſalmi, vel totum pſalmum, non debet propterea ſubtrahere ſuam vocem de choro pſallentium, præcipuè ubi ſunt pauci, & repetere, ſiue redire ad omiſſum, & ſic perturbare alios, ex reuolutione librorum, ſed debet pœnitere in corde ſuo de neglıgẽtia ſua & proſequi officium chori cum alijs, & poſt officium id, ꝙ omiſit, vel aliquid loco eius ſupplere. Et idem dicendum ſi dormit in aliqua parte ipſius officij.

Secundò quis omittit in officio diuino, quo ad modum, quando immiſcet ſuo officio aliqua verba uana, & omninò impertinentia. Secus autem neceſſaria, ut interrogando de libro, ſiue de eo, quod per interrogantiam cantandum eſt. Et ſicut verba, ita nec opera interponẽda ſunt dicto officio non pertinentia ad illud, vt ſi quis faceret coquinam, vel colligeret herbas, vel indueret ſe, dum ſurgit à dormitione, dicẽdo interim officium diuinum, quòd eſt valde reprehenſibile, quia dat talis occaſionem uagandi. Inſuper facit irreuerentiam Deo, cui orando loquitur, quis enim dominus temporalis patitur ſibi fieri ſerioſa colloquia, cum huiuſmodi operibus? Quòd ſi talis per totam horam hoc faciat, ſiue pro maiori parte, vix ſatisfacit præcepto de officio dicendo, ſecundum Petrum de Pal. in 4. ſententiarum.

Tertiò quis omittit in officio diuino, quò ad modũ quãdo illud ſoluit poſt debitum tempus. Vt enim dicit Hugo de ſancto Victore, circa diuinum officiũ præuenire pertinet ad prouidentiam, tardare uerò ad negligentiam. Qui ergo eſt legitimè occupatus ſic, quòd non poteſt ſingulas horas, ſingulis horis ſuis dicere, poteſt de mane totum dicere, uſq; veſperas, & de ſerò veſperas, cum completorio ſimul. Similiter quis propter legitimum impedimentum ſequens, poteſt de ſero dicere matutinas ſequentis diei. Si vero hoc faciat, ut diutius dormiat, & magis uacet delitijs ſuis, non excuſat à peccato pigritiæ ſua, & negligentiæ, vt dicit beatus Thom. in quodam quolibeto. Patet ergo, quomodo quia omittit culpabiliter. Deum nõ laudando, tribus modis, &

de qualibet tali omiſſione debet confiteri.

Secundò principaliter quis omittit per linguã errantẽ non corripiendo uerbo, uel corrigendo facto, ſi ſit ſuperior eius. Vt enim dicitur Eccleſi. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, ſup. corripiendo fraternaliter, & charitatiuè. Iuxta illud Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum, &c.

Quæritur autem circa hoc. Vtrum omiſſio fraternę correctionis ſemper ſit mortalis. Reſpondetur, quòd non, quinimmo ſecundum beatum Thom. 2. 2. q. 33. arti. 2. in ſolu. ad tertium huiuſmodi fraterna correctio poteſt tripliciter amitti, uidelicet.

Meritoriè.
Venialiter.
Mortaliter.

Primò quidem meritoriè, quando, ſcilicet, quis ex charitate omittit delinquẽtem corripere, & hoc ſignãter in tribus caſibus. Primus eſt, quando expectat tempus magis opportunum. Non enim expedit reprehẽdere, ſeu corripere hominem in furore, aut cholera exiſtentem, ſed magis expectãdũ eſt, quòd paſſio ſit in eo ſedata. Tunc enim eſt magis capax rationis, & per conſequens correptionis. Secundus caſus eſt, quando uerſimiliter ęſtimatur, quod ſi corripiatur, deterior efficietur. Tertius caſus eſt, quando timet, quod ipſe forſan ſubuertet à fide, uel bonis operib. bonos, qui adhuc infirmi sũt, & imperfecti, & de iſtis tribus loquẽs Aug. de ciuita. Dei. lib. 1. c. 9. dicit ſic. Si preterea quiſquis obiurgãdis, & corripiendis malis parcit, quia opportunius tempus requirit, uel eiſdem ipſis meruit, ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam, & piam eruditionẽ impediant, alios infirmos, & premant, atque à fide auertãt non uidentur eſſe occaſio cupiditatis, ſed conſilium charitatis. Hæc ille.

Secundò poteſt omitti fraterna correctio uenialiter peccãdo, quando, ſcilicet, timor diſplicendi perſonis, aut cupiditas bonorum temporalium, ne ammittantur, faciunt hominem tardiorem ad corripiendum delicta fratris. Non tamen, ita, ꝙ ſi poſſet fratrẽ à peccato retrahere, quòd uellet incorrectũ eũ dimittere, ſic propter timorem, uel cupiditatem

ditatem, quibus in animo ſuo præponit charitatem fraternam Et hoc modo viri ſancti, quandoque negligunt corrigere delinquentem, vt idem Augu. ponit ubi ſupra. Ex quo concluditur, quòd circa omiſſionem correctionis fraternæ multi peccant, ſaltem venialiter, quia reuera multi inde retrahuntut timore diſplicendi his, qui corripiendi ſunt. Alij autem propter cupiditatem temporalium, quæ timent nō conſequi, ſi defectuoſos corripiant. Vnde Auguſt. vbi ſupra videlicet, de ciuitate Dei lib. 1. c. 9. Plerũque, inquit, à malis obiurgandis, & corripiendis malè diſſimulatur, uel cum laboris piget, uel cum os eorum, coram quibus ſumus, uerecundamur offendere, uel eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceāt in iſtis rebus temporalibus, ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſiue quas amittere formidat humana infirmitas, ita, vt quamuis diſpliceat malorum vita, quia tamen peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos metuunt, iure temporaliter cum eis flagelantur, quamuis in æternum minimè puniantur. Hæc ille. Et ex iſto ultimo verbo concluditur, quòd propter prædictas cauſas, & rationes, omittere delinquētem corripere, ſolum ueniale eſt.

Tertiò poteſt omitti fraterna correctio mortaliter peccando, cum, ſcilicet, formidatur iudicium vulgi, ſiue carnis cruciatio, ſeu peremptio, vt dicit Auguſt. vbi ſupra, dum tamen iſta taliter dominentur in animo, vt preponantur fraternæ charitati. Hoc autem maximè videtur cōtingere, cū quis probabiliter preſupponit de aliquo delinquēte, quod poſſet eum a peccato corrigere, ſi faceret debitum ſuū, ſed tamen propter timorē illi diſplicendi, vel gratiam eius perdendi, & per conſequens nunquam aliquod emolumētum temporale ab eo percipiendi, quòd tamē tacēdo expectat, prætermittit eum corrigere. Vnde contra ununquemque talem loquitur Auguſt. de verbis domini, ſer. 16. ita dicens. Si neglexeris corripere fratrem tuum, peior eris illo. Tu uides eum perire, & negligis, peior es tacendo, quàm ille committendo. Hæc ille. Et ſic patet de ſecundo principali.

Tertiò principaliter quiſquis omittit per linguā peccata ſua tēpore, & loco integre non confitendo. Cōſtat enim quod inter ſacramēta, quæ ſunt neceſſitatis, pœnitētia eſt

unum,

annum,& præſertim quo ad eos,qui mortaliter peccauerũt quibus comminatur Chriſtus.Luc.13.dicens.Niſi pœnitẽtiam egeritis,omnes ſimul peribitis. Vna autẽ de partibus pœnitẽtię eſt uocalis confeſſio, quę ẽt neceſſaria eſt in habente mortale peccatum,& qui confiteri poteſt.Hoc tamẽ intelligitur tempore,& loco. Circa quam contingit tripliciter omittere,videlicet.

Ipſam prætermittendo,
Indebitè peragendo,
Pœnitentiam non implendo.

Primò igitur quis poteſt culpabiliter omittere circa cõfeſſionem,ipſam prætermittendo.Prou.28.Qui abſconuit ſcelera ſua,ſcilicet,ea non confitendo,nõ dirigitur, ſupple, in uitam ęternam. Qui autem cõfeſſus fuerit,& reliquerit ea,inueniet gratiam. Et nota,quòd non dicit ſolum,qui cõfeſſus fuerit peccata,inueniet gratiã,verumetiam addidit, & reliquerit ea.Opus ergo eſt ea relinquere ad habendam gratiam.Dicit etiam Ambroſius lib.de paradiſo,cap.14.Et ſimiliter recitatur de pœniten.diſtinct.1.non poteſt, quòd non poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum ante confeſſus. In cuius rei teſtimonium dicit dominus Eſaię 43.Dic iniquitates tuas,ut iuſtificeris.Nã hodie iniquitates habenti non patet uia iuſtificationis,niſi eas dicat in confeſſione,ſaltem in re,uel in uoto.Ex his omnibus patet, quòd de iure diuino neceſſe eſt confiteri de mortali peccato,uerum,quod ius diuinum non limitat tempus cõfeſſionis,ipſum tamen limitat eccleſia uniuerſalis,& ſacrorum conſiliorũ determinatio, ut patet extra de pę.& re.c. omnis utriuſque ſexus; ubi pręcipitur quilibet annos diſcretionis habenti ſemel in anno confiteri.Subdit etiam ibi quod hoc ſtatutum debet frequenter in eccleſia publicari, ne quis ignorãtiæ cęcitate, excuſationis uelamẽ aſſumãt. Vbi nota ſecũdum glo.prędictę decretalis quòd annus diſcretionis eſt illud tempus,in quo quis eſt doli capax.Tunc autem ſentitur,& iudicatur aliquis doli capax,quãdo pertinenter reſpondet ad interrogata.Qui ergo attigit annos diſcretionis, mortaliter peccat,ſi omittat confiteri. Secus autem ſi ex impotentia, utputa, quia non habet copiam confeſſoris, uel ſimile.

Secundò quis poteſt culpabiliter omittere circa confeſſionem eam indebitè peragendo. Hoc autem poteſt contingere multipliciter.

Primò quidem confeſſioné malitioſè diuidẽdo, utpotè, ſcienter dimittendo aliquod peccatum, quòd ipſe cõfitens ſcit, uel credit, uel probabiliter dubitat eſſe mortale, quod non audet confiteri ex quadam damnabili uerecundia, & qui ſic omittit confiteri addit nouum peccatũ mortale ſuper præcedentia, & hoc propter irreuerentiam, quã facit ſacramento ſic fictæ confitendo. Propterea Aug. lib. de uera, & falſa pęnitentia, c. 15. & ſimiliter recitatur de pęn. di. 5. cap. conſideret, dicit ſic. Cautus ſit peccator ne uerecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem, ut diuerſa diuerſis ſacerdotibus uelit manifeſtare. Hoc enim eſt ad hypocriſim tendere, & ſemper uenia carere.

Secundò quis poteſt confeſſionem indebitè peragere, impremeditate ad illam accedendo, cum tamen fortè citra annum nõ fuerit confeſſus, ſicut communiter faciunt laici. Nam tales grauiter omittunt, ſi non præmeditãtur, etiam per plures dies, quid mali egerint in tanto temporis diſcurſu. Qui ergo uult rectè, & benè cõfiteri, debet dicere. & facere illud, quod dicebat. Ezech. ad dominum Eſa 38. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animę meę, i. ſingula opera mea maleſacta in toto tempore uitę meæ.

Tertiò quis poteſt confeſſionem indebitè peragere confeſſori non legitimo confitendo, utpotè, hęretico, ſciſmatico, excommunicato, ſuſpenſo, irregulari, uel nullam iuriſdictionem habenti, ſiue quem ſcit notabiliter ignorãtem, cũ & ipſe confitens ſit ignorans, uel fortè habens difficiles, & intricatos caſus quos etiã confeſſor dictus difficulter elucidare poſſet. Nã in hoc caſu cęcus cęco ducatum præſtat, & ideo ambo in foueam cadunt. Matth. 15. Et ideo Aug. lib. de uera, & falſa pęnitentia, cap. 10. & ſimiliter recitatur de pen. diſt. 6. qui uult confiteri, dat ſalubre conſilium dicens. Qui uult cõfiteri peccata ſua, ut inueniat gratiam, quęrat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere. Item in fine dicti capituli ſic dicitur. Qui confitetur, meliori ſacerdoti, quàm poteſt, confiteatur.

Sed nunquid in arbitrio confitentis eſt ſibi eligere confeſſorem

feſſorem ad nutum? Videtur,quòd ſic, ex forma uerborũ præcedentium.Sed ſi hoc liceat, tunc non erit neceſſe cõfi- teri proprio ſacerdoti. Hoc autem eſt contra decretalẽ omnis utriuſque ſexus.

Reſponſio glo.ſuper illo uerbo quærat ſacerdotẽ,ſoluit hoc dubium dicens,quòd hoc intelligitur,quãdo in aliqua eccleſia ſunt plures curati, ſiue uicarij, aut quicunque alij iuriſdictionem habentes.In quo quidem caſu,qui uult cõfiteri debet ad meliorem accedere. Vel intelligitur,ubi ꝓprius ſacerdos eſt notabiliter ignorãs.In quo quidem caſu petenda eſt ab eo licentia alteri confitendi,nõ determinando ſe ad hunc,uel illum. Qua quidem licentia obtenta eligat ſibi meliorẽ de multis. Quod ſi ordinarius ſic ignorãs non uelit licentiare ſubditum ſuum, ut alteri confiteatur, tunc dicunt communiter doctores,quòd ipſo facto eſt licẽtiatus,quia fecit,quod debuit. Poteſt etiã,& tertiò intelligi prædictum decretum de illis, qui uadunt ad eccleſias in quibus ſunt generales Indulgentiæ, & multi cõfeſſores deputati,tunc ergo,qui vult confiteri meliori ſacerdoti, quã poteſt,confiteatur. Et ſic patet triplex expoſitio prædicti decreti,quod eſt Auguſt.

Tertio,quis poteſt culpabiliter omittere circa cõfeſſionem penitentiam ſibi impoſitam nõ implendo, uel qui eã non implet,taliter qualiter implere debet. Ecce enim Saluator Matth.3.Clamat dicens: Facite fructum dignũ pœnitentiæ.Cum ergo quis non facit pœnitentiam, ſibi iniũctam pro mortalibus confeſſis illam ex mera neglig ẽtia dimittẽs mortaliter peccat, quia ex quo illam acceptauit obligatur ſub pœna peccati mortalis eam implere, ſi poteſt. De alia autẽ,quæ fortè reſtat in foro Dei ipſius penitẽtiæ eſt eam facere in præſenti,uel differre, uſque ad Purgatorium. Maximè cum non obliget eum Deus ſatisfacere in præſenti. Si autem talis non poteſt penitentiam ſibi iniũctam,& acceptam perficere,tunc debet illam in aliud opus facere ſibi commutari ab eo, qui illam impoſuit, uel etiã ab alio, ubi non poteſt habere copiam illius. Quod ſi ab alio ſiat huiuſmodi commutatio,tunc oportet reiterare cõfeſſionem.Et idem iudicium eſt, ſi ipſe ex negligentia, aut ex obliuione dimiſit pœnitentiam ab alio ſibi impoſitam.

Ecce, quomodo quis omittit mortaliter pœnitentiam ſibi in confeſſione impoſitam, non implendo.

Quartum autem ad illum, qui non implet pœnitentiã ſibi impoſitã taliter, qualiter debuit, quia nõ in gratia, ſed in mortali peccato, de quo eſt certus, poteſt eſſe dubiũ, ſi talis omiſſio ſit mortalis. Rñdetur, ꝙ non, cuius ratio eſt, quia non fuit ſibi impoſitum à confeſſore, ut illam perficeret in ſtatu gratiæ ſub pœna noui peccati, quia talis impoſitio eſſet omnino indiſcreta, & periculoſa, ponens etiam timoratas conſcientias in continuo ſcrupulo, eò quòd nullus regulariter ſcit ſe habere gratiã. Qui ergo implet pęnitentiam ſibi iniunctam à confeſſore cum peccato mortali, talis nõ omittit in ordine ad eccleſiam, quia ſufficit in ordine ad eccleſiam, ꝙ talis faciat, quod ſibi impoſitum eſt ſiue ſit in gratia, ſiue in peccato mortali. Omittit tamen in ordine ad Deum, apud quẽ nullo modo ſe aquitat de pęna, ſiue in pręſẽti, ſiue in futuro debita, ut puta, in purgatorio niſi ſit in gratia, nihilominus talis omiſſio ex magna Dei miſericordia, & bonitate non imputatur ſibi ad nouũ reatum, ſiue culpam. Et ſic patet ad dubium. Nota inſuper circa hanc materiam, quod ille culpabiliter omittit circa confeſſionem, qui non facit ea, ad quæ confeſſor eum ligauit, ut puta, ad reſtitutionem rei alienæ, ſiue famæ bonæ, quam ab alio inuito abſtulit, ſiue ad reconciliationem, cũ ſiũ grauiter offendit, & ſic de alijs. Et ſic patet de omiſſione reſpectu oris.

DE OMISSIONE RESPECTV OCVLORVM. Cap. III.

CONFITEOR *tibi Domine Pater Cœli, & terra, quia peccaui nimis omiſſione*.] Matth. 11.

Poſtquã in pręcedẽti capitulo habitũ eſt de omiſſione reſpectu oris, cõſequẽter tractandũ eſt de omiſſione reſpectu oculorũ, de qua in pſ. Oculos habẽt, ſup. peccatores, & nõ uidebũt, q̃ ſ. uidere tenenĩ. Ecce omiſſio reſpectu oculorum. Circa ꝙ notãdũ, ꝙ cõtingit omittere ꝑ oculos tripliciter, uidelicet

Pauperes piè non recipiendo,
Oculos contra uana non claudendo.
Sacram Euchariſtiam debitè nòn reuerendo.

Primò igitur contingit omittere per oculos pauperes piè non reſpiciendo, & illorum neceſſitatibus pro poſſe;non ſubueniendo. Conſtat enim, quòd dominus dedit nobis oculos,nõ ſolum ad dirigendum nos in exterioribus actionibus,uerumetiam, ut uideamus neceſſitates proximorum noſtrorum, & illis ſubueniamus,iuxta noſtram facultatem,& eorum neceſſitatem.Vnde de uiro iuſto poteſt intelligi illud Pſalm. Oculi eius in pauperem reſpiciat,per compaſſionem,palpebræ eius interrogant filios hominũ, hoc reſpicit illos pios,nobiles,& diuites, qui inquirunt à ſibi familiaribus, ſi quos cognoſcant notabiliter indigere,ut illis miniſtrent de facultatibus ſuis,propter Deum. Et talis erat beatus Syluester Papa, de quo legitur,quòd non erat in tota Vrbe Romana ulla inops uidua, aut indigens orphanus, ſiue quicunque alius pauper,quem nõ haberet in ſcriptis, quibus miniſtrabat uitæ neceſſarias.Legitur etiam Thob.1.de ipſomet Thobia,quòd in captiuitate Babylonica poſitus omnia, quæ habere poterat,quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere,impartiebatur. Sed proh dolor, hodie paucos tales habet mundus.Nam multi diuites, & potentes non ſolum denegans pietatis opera pauperibus egenis,& infirmis, uerum etiam abhorrent eos.Adeo quòd quandoque auertunt oculos ſuos,aut claudunt, ne tales miſeras perſonas uideãt. Pſalm.Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, cum, ſcilicet,tranſeunt per loca publica, in quibus frequentius degunt tales pauperes ſubſidium temporale à tranſeuntibus petentes. Aliquando autem tales uiri immiſericordes diuertunt ſe à recta uia,& ambulant per ſemitas, ne uideant huiuſmodi pauperes, quos fugiunt uelut peſtem. Ecce,quomodo contingit homines auaros omittere per oculos.

Secundò contingit homines omittere per oculos ipſos contra uanitates ſęculi non claudendo. Per incautum enim aſpectum fatuitatum huius ſæculi, pœnè infinitis modis contingit homines peccare, ita, ut dicat

Hiere. 9. c. mors aſcendit per feneſtras noſtras. i. oculos, quæ ſunt quaſi feneſtræ, per quas occaſionabiliter mors peccati ingreditur in animas noſtras. Ideo ſubditur. Ingreſſa eſt domos noſtras, ideſt, conſcientias noſtras. Item Eccl. 26. Fornicato mulieris extollentia oculorum. Quaſi dicat ſapiés, ꝙ extollétia oculorum in muliere, ideſt, incautus aſpectus illius eſt occaſio, quòd ipſa fornicatur. Et idem iudiciũ eſt de multis uiris. Propter quod ſanctiſſimus ille Iob timés, ne per incautum aſpectum laberetur in peccatum carnis, dicebat pepigi, fœdus cum oculis meis, ne cogitaré quidé de uirgine. Dicat ergo ad dominum quicũque cupit ſaluari, illud pſal. Auerte oculos meos, ne uideant uanitaté, ideſt, ne ꝑ incautum aſpectum hauriam materiam peccati, iuxta illud Thré. 3. Oculus meus, depredatus eſt animã meã. Quod diligéter attendens. Democritus maximus philoſophus oculos ſibi eruit, eò quòd fœminas ſine concupiſcentia uidere non poterat, prout de illo refert dominus Anto. in 1. parte chronicę ſuæ, tit. 3. c. 1. §. 10.

Quanta autem mala proueniant per incautum aſpectũ poſſumus ꝓ parte ſic pſuadere. Primò enim incautus aſpectus trahit hominem ad ſuperbiam, & de hoc habemus hiſtoriam Dan. 4. de rege Nabuchodonoſor, qui deambulans in aula palatij, & ſupple, contemplans magnitudiné, & fortitudinem ciuitatis Babylonicę, ac inde ſuperbiens ait. Nõne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quã ego ędificaui in domum regni in robore fortitudinis meę, & gloria decoris mei? Hęc ibi. Sic et ã uſque hodie sũt aliqui, qui ſuperbiũt dum aſpiciunt domos curioſę à ſe conſtructas, & ualde gloriantur, quando notabiles perſonæ illic ſe transferunt gratia uidendi curioſitates, ſiue potius fatuitates ibi fabricatas. Secundò incautus aſpectus oculorum trahit omnem ſæpe ad auaritiam. Quòd bene ſciens diabolus, duxit Chriſtum in montem exceſſum ualde, & oſtendit illi omnia regna mundi cum omnibus diuitijs ſuis, utpotè, dicendo ex tali parte, eſt tale regnum, & in eo ſunt tales diuitiæ, & ex parte tali, tale, &c. Et hoc totum faciebat, ut ipſum Chriſtum induceret ad auaritiam. Vnde, & dixit ei. hæc omnia tibi dabo, ſic cadens adoraueris me. Matth. 4. Tertiò incautus aſpectus inducit hominem ad guã, ſicut patuit de Eua,

de

de qua legitur in Gen. Vidit mulier lignum, quod eſſet bonum ad ueſcēdum, & pulchrum uiſu, &c. Quartò incautus aſpectus frequētiſſimè trahit homines, & mulieres ad luxuriā, quia, ut dicit Aug. in regula de communi uita clericorum, Nō ſolo tactu affectu, ſed affectu, quoque, & aſpectu appetitur, & appetit concupiſcētia fœminarum. Nec dicatis uos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.

Quod autem incautus aſpectus trahat de facili ad luxuriam, poſſumus probare per multas hiſtorias ſacræ ſcripturæ. Prima eſt illa notiſſima, quæ habetur Gen. 6. ubi dicit, quod uidentes filij Dei, filias hominum, quod eſſent pulchræ adamauerunt eas, &c. Secunda eſt de Dina filia Iacob, de qua legitur Gen. 34. quòd cum ex quadā curioſitate uoluiſſet uidere mulieres regionis Sychen, & hac de cauſa ad eas perrexiſſet, ſtatim oppreſſa eſt, & corrupta ab Emor filio Regis Sychen. Tertia eſt de iuda filio Iacob, qui uidens Thamar quondam uxorem filij ſui, cum ea peccauit. Gen. 38. Quarta eſt de Holoferne, de quo legitur Iudith. 14. quod cū intraſſet Iudith ante conſpectū eius, ſtatim captus eſt in oculis ſuis. Quinta eſt de Dauid, de quo legit. 2. Reg. 11. quod cū de ſolario domus ſuę uidiſſet Berſabeę ſe lauantē miſit pro ea, ipsē ſecū dormire fecit. Sexta eſt de illis duobus ſenibus presbyteris, de quibus legit. Dan. 13. quòd cōpluries uidiſſent Suſannam ſe lauantem in orto uiri ſui, qui adherebat domui illius exarſerunt in concupiſcentiam eius. Non deſunt multæ aliæ hiſtoriæ, tam ſacræ ſcripturæ, quā aliorum librorum continentes, qualiter multi uiri, ac mulieres per incautum aſpectū turpiſſimè ceciderunt, quia, ut dicit Iſi. li. 2. ſoliloquio. Oculi ſunt, prima tela libidinis. Viſus incautus eſt prima concupiſcentia mulieris. Mens. n. per oculos capitur. Aſpectus namque concupiſcentiam cōmouet, incitat, & nutrit, atque cor uulnerat. Subſtrahe igitur uiſū, & reprime oculos à petulantia. Non eos defigas in ſpeciē carnis. Tolle occaſionem peccandi, ſi uis eſſe à fornicatione tutus. Deinde ponit ſimilitudinem dicens. Circa ſerpentem poſitus non eris diu illęſus. Ante ignem cōſiſtens, & ſi ferreus ſis, aliquando tamen diſſolueris, proximus periculo diu tutus nō eris. Hęc ille. Itē Chr. ſuper Mat. Homil. 17.

ad propoſitum,dicit ſic.Poſt aſpectũ mulieris incautũ mul to tam difficilius,& acrius certamen efficitur,& fortiorem contra nos facimus hoſtem noſtrum,ampliorẽ locum diabolo præparantes,ita ut nequaquam illũ ulterius propulſare ualeamus,quem ad intima cordis admiſimus. Idcirco ꝑcipit nobis Chriſtus,ne fornicemur oculis,uidelicet Mat. 5,ne conſequẽter animo fornicentur.Et poſt pauca.Homo per curioſum mulieris aſpectum capitur,uinculatur,in corde affligitur,& cruciatur.Et illa,quæ letalẽ hanc eiecit ſagittam,ſubitò auolans te relinquit.Tu uerò mortiferam tibi plagam dediſti, ſcilicet,concupiſcentiæ conſentiendo,effrenato ſemel uiſus aſpectu.Hæc ille.Ex his ergo omnibus liquet apertè,quàm periculosè agunt illi,q omittunt claudere oculos ſuos,aut diuertere, cum uiderint ſibi occurrere materiam illecebræ,& præſertim,ubi ſentiunt ſe fragiles,& ad incautos aſpectus,atque interiores concupiſcẽtias procliues,& faciles.

Tertiò,contingit homines omittere per oculos ſacratiſſimum Chriſti corpus in altari non debito honore reuerẽdo.Cum tamen ſcriptum ſit Deut.8.Item Mat.4. Dominũ Deum tuum adorabis,ſup.ſub ſpeciebus ſacramentalibus occultè exiſtentem.Nam qui aſſiſtunt miſſę uidẽtes digniſſimum Chri corpus inter manus ſacerdotis,debent ipsũ reuerenter adorare tripliciter.Primò quidem corde ꝑ rectã fidem de ipſo ſine uacillatione.Ore per deuotã orationem cũ mentis eleuatione,ut puta,dicendo.Aue ſalus,qui ſciſt, Vel credo,quo ad ſimplices,& ruſticos.Beatus autem Th. de Aquino ſolitus erat dicere, in eleuatione corporis ſanguinis Chriſti,unà cum tempore intermedio illud.Tu rex gloriæ Chriſte.Tu patris,&c.uſque in finem illius himni. Te Deum laudamus.Ad cuius etiam imitationẽ multi ſic orant,cum eleuatur ipſum ſacramentum.Operè per genu flexionem cum decẽti,& humili totius corporis cõpoſitione.Et de iſtis tribus uidetur loqui ſimul pſal.di. Credidi. Ecce fides recta,propter quod locutus ſum.Ecce oratio deuota.Ego autem humiliatus ſum nimis,ideſt,ualde.Ecce genuflexio congrua.Sed,proh dolor, multi circa hoc dãnabiliter omittunt.Tum primo,quia non toto corde credunt ibi adeſſe uerum ſacramentum.Aut ſi credunt,non tamẽ

fide

fide firmata propter defectum charitatis ad Deum,& proximum.Tum ſecundò, quia tunc deuotè, & attentè non orant: Propter quod de multis poteſt dicere Chriſtus illud,quod olim dixit Iudęis Matth.15.Conformiter ad prophetiam Eſa.29.Populus hic,ideſt,iſte indeuotus,uel hęc, non niſi labijs me honorat,cor autem eorum longè eſt à me. Tum tertiò, quia multi uiri uix,tunc ponunt unum genu ad terram.Cumque ſacerdos reclinauerit Calicē ſuper altare,tales ſolēt feſtinanter ſurgere,& brachijs ſe mutuò ſuſtentantes uagantur per eccleſiam potiſſimè, ubi locus ſpacioſus eſt,confabulantes,& corridentes, formoſas mulieres diſcernentes,& oculos libidinoſos cum nutibus in eas conuertentes.Et hę inſolentiæ plurimum ſolent cōmitti in eccleſijs cathedralibus,& collegiatis,ad quas die feſto ſe conferunt tales uiri diſſoluti,& infames, non propter Ieſum tantum, ſed ut paſcant oculos ſuos prædictis uanitatibus,& illecebroſis aſpectibus. Quibus eſſet melius Miſſam non audire, ſed potius in lectis ſuis febribus ęſtuare quartanis.Nam tales ſub diuinis taliter per eccleſiam uagantes alios illic cauſa deuotionis accedentes impediunt à ſua contemplatione, & deuotione.Inſuper ſunt multi infeſti eccleſiaſticis diuina celebrantibus, pariter,& prædicatoribus, atque diuinum uerbum audire cupientibus.Propter quod in eccleſia Cathedrali Rothomagenſi ab antiquo,eſt in ſcriptis lata ſententia excommunicationis,in publico affixa,& quæ frequenter renouatur contra tales girouagos,per dictam eccleſiam uagantes, & contra ambulātes, quoties fit ibi ſermo ad populum. Quo nō obſtante multi talium non deſiſtunt à talibus uagationibus, & confabulationibus in maximum diſcrimē animarū ſuarum,tanquam immemores ſuæ ſalutis.Quos Dominus dignetur uiſitare,& illuminare,unà cum cæteris omittentibus diuinum honorem impendere uenerauiſſimo ſacramēto altaris,cum diuina celebrantur.

DE OMISSIONE RESPECTV AVRIVM. Cap. IIII.

Onfiteor tibi Domine Pater cęli, & terræ, quia peccaui nimis omiſſione.] Matth. 11.

Poſtquam in præcedēti capitulo habitum eſt de omiſſione reſpectu oculorū, hic conſequēter tractandum eſt de omiſſione reſpectu aurium, de qua ſubditur in Pſ. ubi ſupra Aures habent, ſcilicet, peccatores, & non audient, quę, ſupple, audire tenētur. Circa quod notādū, quòd cōtingit multos omittere per aures, tripliciter, uidelicet.

Miſſam non audiendo,

Prædicationem negligendo.

Correctionem non ſuſcipiendo.

Primò igitur contingit omittere culpabiliter per aures Miſſam non audiendo, ſcilicet, diebus Dominicis, & feſtis, Maximè cū eccleſia hoc diſtrictè præcipiat, ut patet de cōſec. diſt. 1 c. miſſas, ubi ſic dicitur. Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire, ſpeciali ordine pręcipimus ita, ut ante benedictionem ſacerdotis, populus egredi non præſumat. Quod ſi fecerint ab epiſcopo publicè confundantur. Et ut dicit Dom. Pet. de Palu. in 4. ſent. itinerantes non excuſantur ab hoc pręcepto, dummodo poſſint commodè Miſſam audire. Alias ſecus eſt. Verbi gratia Aliquis uiator eſt in ſocietate aliquorum, qui die Dominico nolūt expectare Miſſam, ipſe autem nō poteſt commodè dimittere dictā ſocietatem, uel quia uiam neſcit, quia difficilis eſt, & periculoſa, uel quia eſt rumor latrones in ea latitare, & huiuſmodi. In his enim caſibus, aut ſimilibus, talis nō peccat. Miſſam non audiendo in die feſto Debet tamen dolere, quòd nō habet opportunitatem Miſſam non audiendi.

Circa autem prędictum decretū poſſunt moueri aliqua dubia, pro maiori illius declaratione.

Primum igitur dubium eſt tale. Vtrū clerici, & religioſi teneantur die Dominico audire Miſſam. Videt, quòd non, quia decretum non facit mentionem de talibus, ſed de ſecularibus, ut patet intuēti textum. Igitur. Reſpōſio, Aut cleri

ci,& religioſi die Dominico celebrant,aut ex rōnabili cauſa non celebrant.Si non celebrant quantūcunque habeant cauſam rōnabilē nō celebrandi,tenenē tñ ſub pęna peccati mortalis audire Miſſam ex integro,ſi poſſunt.Tū primò quia,ut dicit maxima Thopica,ſi id,quòd minus vř ineſſe,ineſt,& id quod magis.Sed minus uidet̄,ꝙ ſęculares teneatur audire Miſſam die Dominico,quàm clerici nō celebrātes,maximè cum clerici,& religioſi ſint,prę cęteris dedicati cultu diuino.ut patet 12.q.1.duo ſunt.Igitur.Tū ſecūdò,quia clerici,& religioſi debent præcedere populū reliquum uerbo doctrinę,& exemplo bonæ uitæ.Quod nō facerent,ſi die Dominico non audirent Miſſam, pręſertim, ubi non celebrāt.Igitur.Tum tertio,quia in toto corpore iuris canonici nullum inuenitur præceptū gñale ad laicos ſe extendens,quòd ét non ſe extendat ad clericos,& religioſos.Igitur.Si uerò pręd.cti celebrant die Dominico,prout ipſos admonet Au.&c.recitatur de conſecr.di.2.quotidie, tunc non ſunt iudicandi mortaliter omittere, ſi nō aſſiſtāt Miſſæ parochiali,ſiue collegiali,aut conuentuali,quo ad religioſos.Aliàs epiſcopi,& curat ,atque religionum prælati non permitterent,paſſim,& indifferenter ſacerdotes in eccleſijs ſuis celebrare ſub diuinis,etiam durante principali Miſſa.Cuius tamen contrarium uidemus , quaſi ubique. Bonum tamen eſt,ut tali hora celebrent,ſi commodè fieri poſſit,quòd poſſunt inte. eſſe ſummæ Miſſę die Dominico, & eam ad longum audire.Et uidi diligenter obſeruari à uiris religioſis.

Secundum dubium eſt tale.Vtrum omittens audire Miſſam in die feſto,ꝙ eſt de pręcepto eccleſię,& quod occurrit extra diem Dominicam,peccet mortaliter.Videt̄,ꝙ nō quia in loco præallegato,ſeu decreto,non fit mētio,niſi de die Dominico.Igitur Reſpōdetur ad hoc dubiū,ꝙ talis ſic omittens,peccat mortaliter,niſi aliunde excuſet̄.Hoc autē ſic probat dominus Anto.in 3.par.ſum.ſuæ. titu.9.c.10.§. 1.Vbicunque eſt eadem rō ibidē ius eſſe debet eò quòd de ſimilibus ſimile eſt iudiciū dicente Imperatore.ff.ad legem Aquiliam.l.illud quòd ſimilis ęquitatis rō ſimilia iura ſuadere debet.Sed ſic eſt,ꝙ rō quare fuit factū prędictū ſtatutū de audienda Miſſa die Dominico,vř fuiſſe,ut taliē

in hoc modico tpe vacetur diuinis.Cum ergo non alia de cauſa fuerint ſuperaddita alia feſta,ultra dies Dñicos ſub præcepto feriationis,niſi ut uacetur diuinis,uidetur,quòd ille modus determinatus per eccleſiam in uacando diuinis die Dominico,per auditum Miſſæ,debeat extendi ad alia feſta.Probat hoc idem per hoc,quod habetur extra de parochijs,capitulo,ut Dominicis,ubi cum agitur de auditu Miſſæ, adduntur ad dies Dominicos,& alia feſta,ſic enim, ibi dicitur.Vt Dominicis,uel feſtiuis diebus,presbyteri,antequã celebrent Miſſam,interrogent Plebem,ſi alterius,Parochianus ſit in eccleſia,qui proprio contempto presbytero ibi uelit miſſam audire.Quem ſi inuenerint,ſtatim ab eccleſia abijciant.Hæc ibi.Ex quibus uerbis apertè innuitur,ꝙ dicta decretalis pręſupponit populũ ęquiualet debere cõuenire ad eccleſiã in die feſto Miſsã auditurus,ſicut in die Dominico.Confirmantur prædicta per communẽ modum dicendi Doctorum dicentium,quòd in aliquibus baſſis feſtis, licet ex charitate arare agrum pauperis,uel ſimilia opera ſeruilia facere ex quadam gratuitate,dũmodo tales non omittant diuina, i. Miſſam.Indulgenter ẽt diocęſani,ut ſui ſubditi in nonnullis baſſis feſtis,q̃ uocat vulgus feſta brachiorũ,poſt Miſſam poſſunt licitè ire ad opera ſua ſeruilia,ſeu manualia.

Confirmantur iterum prædicta per illud decretũ,quòd habetur de conſec.diſt.1.qui in die.Vbi dicitur,quòd ille, quia uult ad ſpectacula in die ſolemni, intermiſſo eccleſię cõuentu,debet excõmunicari. Quod exponẽs Pet.de Pal. 4.ſenten.diſt.15.q.5.dicit, quòd conuentus eccleſię eſt cõgregatio populi ad eccleſiam hora Miſſę,uel Veſperarum conueniens,aut etiam diuini uerbi,quando in eccleſia proponitur.Et ideo concludit prędictus Doctor,quòd illi mortaliter peccant,qui ſine iuſta cauſa non audiunt diuina in die feſto.Nec,inquit,ab hoc excipiuntur ſerui,pluſquã domini,nec ſimiliter ancillæ pluſquam dominę. Maximè cũ ſerui,& ancillæ,ita debeant,& teneantur die feſto quieſcere,& Deo uacare, ſicut domini,& dominę eorum.Et ideo tales ſolent in die feſto mitti ad Miſſam matutinam, ſeu paruam.Cęteri autem expectant maiorem Miſsã.Quod ſi unica Miſſa celebretur in eccleſia parochiali,ſicut frequen-

ter accidit in paruis parochijs, & ſignanter in baſſis feſtis, tunc excuſantur ſerui, & ancillę ab audiētia Miſſæ pro illa die, præſertim ſi ſint neceſſarij ad cuſtodiā domus, uel paruulorum, aut etiam animalium, quę commode nō poſſunt cuſtodiri in ſtabulo, quo uſque Miſſa ſit dicta. Quod maximè accidit in feruenti ęſtate, in qua tātum ſolēt pecora duci ad paſcua horamatutina, quouſque incaluerit Sol. Et ſic patet ad dubium.

Tertium dubium eſt. Vtrum omittens audire Veſperas in die feſto, & præſertim in locis, in quibus ſolent decātari, peccet mortaliter, uidetur, quod non, quia prædictū decretum non facit mentionem de Veſperis, ſed tm̄ de Miſſa. Reſpondet̄ ad hoc dubiū, ꝙ nō vr̄ eſſe tāta obligatio ad audiendum Veſperas in die feſto, ſicut Miſſam. Tum quia lōgè differt myſterium Miſſę à myſterio ueſperarum, & ſignanter propter conſecrationem, & oſtentationem ſacramenti altaris. Tum quia in Miſſa, & ſignāter parochiali ſolent pronuntiari feſta occurentia per hebdomadā, pariter & ieiunia. Item interdum excommunicationes fulminari, deperdita, aut ablata repeti, & ſimilia, ut circa talia nullus prætendat ignorantiam. Tum quia nonnulli multū diſtāt à ſuis eccleſijs parochialibus, quibus ita de onerosū, & moleſtū eſſet redire ad Veſperas. Et ideo uidetur, quod tales ſic diſtantes non peccent mortaliter, ſi non redeant omni die Dominico, & feſto ad Veſperas. Non uellē tn̄ excuſare à mortali, capita domorum, atq; potentes, & excuſationē legitimam non habētes, ſi nō interſint aliqn̄ dicto officio, & ſignanter in pręcipuis ſolemnitatibus. Qui aūt propè eccleſiam morantur, ſicut in ciuitatibus, & burgis contingit, non uidentur excuſari à mortali peccato, niſi aliud ponat̄, ſi non audiunt Veſperas in die feſto. Et quāuis de hoc nullum ſit pręceptū expreſſum ſcriptum, tn̄ laudabilis cōſuetudo vr̄ hic habere uim pręcepti. Et hāc partem tenet D. Pet. de Pal. ubi ſup. Secus autē de primis Veſperis, quæ ſolent dici in vigilijs Sanctorum, & ſimiliter diebus Sabbatinis, qui.n. talibus interſunt, benè agunt, qui verò nō, dūmodo nō faciāt hoc ex contemptu, nec habeant in deriſum illos, qui interſūt, aut qui uadūt, nō peccāt mortaliter. Maximè cū hoc ſit opus ſuperogationis, ſeu cōſilij, qđ opat̄, ꝙ

uult,& poteſt: ex prędictis ergo poſſumus inferre, ꝙ illi nó excuſantur ab omiſſione ualde graui,qui cum propè ecclesiam ſint conſtituti, minimè tamen interſunt ueſperis, quinimmo durantibus diuinis, nonnulli eorum ludũt ad pilam, alij ducunt ad choreas, alij iniurgitant ſe uino in taberna,alij reuiſitant libros regum,ut qui ludunt ad chartas,& decios, alij uadunt ad loca inhoneſtiſſima ibi operantes,quæ non licet homini loqui, alij diſcurrũt per plateas,aut prata, alij ſtant ocioſi ad portas ſuas fortè confabulantes,aut de abſentibus detrahentes,alij uagantur per campos,aut ſyluas uenando,uel uolando cum auibus, alij reuiſitant ſua ratiocinia,& ſic de multis alijs inſolentijs,& occupationibus malis,& damnatiſſimis,quas exercere ſolent mundani in die feſto, etiam illis temporibus & horis,quibus conuenire deberent ad eccleſiam diuina auditari.Propter quę mala, meritò conqueritur dominus de populo Chriſtiano,dicens Eſa. 1. Iniqui ſunt cetus ueſtri. Calendas ueſtras,& ſolẽnitates ueſtras odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.

Quartum dubium eſt tale.Vtrum illę mulieres generoſæ,quæ poſt mortem recentem maritorum ſuorum, ſtant in domibus ſuis quaſi recluſę uſque ad præfixum tempus excuſentur à peccato,ſi diuina non audiunt. Reſpõdetur, quòd non,& præcipuè,ſi per notabile tempus ſic maneãt: ſecus autẽ ſi ad paucos dies,Maria enim Magdalena ſimiliter, & ſoror ſua Martha multũ erant nobiles,atque generoſæ,& tamen quarto die poſt obitum Lazari fratris earũ, audito,quòd Ieſus aduenißet,mox relicto cõmitatu uirorum,ac mulierum,qui uenerant,ut conſolarentur eas ſuper morte dicti fratris exigerunt domum ſuã, ut occurrerent ei.Io.11.Si ergo dictæ ſorores, poſt tam recentem obitum fratris ſui,uenerunt ad Chriſtum,adhuc mortalem, multò fortius hodie accedendum eſt ad eum iam glorioſum,cum ſacramentaliter oſtenditur in miſſa.Sed dicũt tales mulieres hanc eſſe cõſuetudinem mulierum nobilium, ut uſque ad tempus,domum non exeant mortuis maritis, in ſigno luctus,& triſtitiæ. Quibus reſpondendum eſt,ꝙ talis conſuetudo,non deobligat eas à communi præcepto eccleſiæ, de audienda miſſa die dominico,& feſto, de quo de conſe-

ara.di.1.miſſas.1altem,ſi taliter omittant per aliquos men ſes. Quinimmo talibus poteſt dici illud, quod olim impro perauit Chriſtus,Scribis,& Phariſęis Iudeorum.Matth.15. dicens.Irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditionē ueſtram.Inſuper conſuetudo ſine ueritate uetuſtas eſt erro ris,ut dicit Cyprianus,& recitatur in decr.diſt.4.conſuetu-do.Item extra de iudicijs.c.clerici.dicitur,quòd cōſuetudo iuri ſcripto,non præiudicat, ſimiliter extra de conſuetudi-ne.c.ad noſtram audientiā.dicitur, quod conſuetudo iuri contraria non ualet. Modò talis conſuetudo nobilium mu lierum,non uenientiū ad eccleſiam poſt mortē mariti,poſt menſem,uel mēſes eſt contraria iuri ſcripto,ut expreſſe ca uetur in prædicto.c.miſſas.Igitur.Præterea prædicta cōſue tudo non eſt generalis, quia eam non obſeruant pauperes mulieres uiduatę,& orbatę uiro,ut ad ſenſum patet. Quæ etiam ſunt multo plures,quàm generoſè,& nobiles. Et ita non uidetur,quòd.nobiles poſſint ſibi facere ſpecialem cō ſuetudinem iuri communi contrariam. Toleran læ ergo ſunt in ſua conſuetudine pro modico tempore,ſed caueant ſibi à nimio,ne per omiſſionem aurium.i.audiendi diuina, tempore,& loco,mortaliter peccent.

Quintum dubiū eſt tale.Vtrum illi, qui nō ſunt in prin cipio miſſę,quā ſunt audituri die dominico, aut feſto, mor taliter peccent. Et eadem quęſtio poteſt fieri de illis,qui an te finem miſſę recedun. Videtur.quòd peccēt,quia forma decreti ſępe allegati eſt talis,quòd ſeculares die dominico miſſas totas audire debent, ita ut ante benedictionē ſacer dotis,quam,ſupple,dat in fine miſſę; dicens. Ite,ſupple,ad propria. quia miſſa eſt dicta, uel miſſa eſt ſacra hoſtia, ad Deum patrem,ut ſit propitiatio pro peccatis ueſtris,ante, in quā,benedictionem talem populus egredi nō præſumat. Reſpondetur,quòd ſi tales hoc ducerent in conſuetudinem & ceſſaret legitimum impedimentum nullo modo poſſent excuſari à mortali. Secus autē,ubi hoc rarò accidit,etiam cū aliqua occaſione honeſta.Dominus autē Ant.In ſumma ſua.par.2.ti.9.c.10.§.1.dicit, quòd contingit aliquem non audire miſſam totam dupliciter, Vno modo omittendo ali quid modicum,utputa introitum miſſę. Alio modo omittē do aliquam partem notabilem, utputa mediam partē, uel

gertiam. Qui ergo primo modo omittit,non uidetur pecca re mortaliter,nec etiam uenialiter. Tum, quia de modico non eſt multũ curandum, quinimmo modicum pro nihilo reputatur. Tum,quia præceptũ eccleſiæ non eſt ita ſtrictè interpretandum,ut dicit idem Anto. Qui uerò ſecũdo modo omittit,nõ poteſt à mortali excuſari. Dicit etiam idem Doctor, quòd miniſtri Miſſæ, qui aliquando hincinde diſcurrunt pro his,quæ expediunt in Miſſis ſolemnibus,ſicut pro thure,uino,& huiuſmodi, intelligendi ſunt adeſſe Miſſæ,etiã pro illa parte temporis, quam in talibus expendũt. Et breuiter,quamuis regulariter multitudo Chriſtianorũ, & præſertim adultorum debeat audire Miſſam in die feſto à principio, uſque in finem,ab hac tamen generalitate uidentur multi poſſe excuſari,ut ſunt infirmi, nutrices,debiles,ſerui,& ancillæ, qui non poſſunt per notabile tẽpus domum relinquere. Item peregrini, ſeu uiatores,quorũ ſocij nolunt diu in eccleſia ſtare.Item cuſtodes infirmorum,qui non poſſunt eſſe diu abſentes ab ipſis infirmis. Itẽ matres, quæ habent paruulos,quos non poſſunt diu dimittere,abſque periculo.Item illi, qui habent legitima impedimenta, uel ardua negotia,quæ non poſſunt dimittere ſine magno detrimento,ſcandalo,vel periculo.Item paruuli,quouſque habuerint uſum rationis, excuſantur, ſi non audiunt Miſſam.Sed ex quo incipiunt habere uſum rationis, ad hoc tenentur,ut dicit de Palu. in 4.diſt.15.

Notandum ergo, quòd quamuis nullum eſſet pceptum aut ſtatutum factum de audienda Miſſa integrè in die Dominico,& feſto,adhuc tamen ualdè expedit ita facere,tum ratione principij Miſſæ,tum ratione medij,tum rõne finis.

Primò quidem ratione principij; nã in miſſa ſolet pręmitti.Confiteor cum abſolutione,quam facit ſacerdos,dicendo,abſolutionem,& remiſſionem,&c.Et per hanc cõfeſſionem,unà cum abſolutione, quamuis hoc totum non ſit ſacramentum,eſt tamẽ aliquid ſacramentale, remittuntur uenialia peccata in habẽte gratiam. Valde ergo ſalubre eſt feſtinanter accedere ad Miſſam,ut ſic accedentes poſſint facere talem confeſſionem.Ad quod nos admonet pſ. dicẽs. Introite portas eius,ſ.eccleſiæ in confeſſione.Et idem iudicium eſt de illa confeſſione,quę fit in fine primarũ,& principio

cipio completorij ſecundum uſum fratrum prędicatorum. Sic enim dicit B.Thom.4.ſen.diſt.21.q.2.ar.1. Pręter hoc in principio Miſſę Dominicalis ſolet benedici aqua. Qua benedicta, ſolet cum ea populos aſpergi. Per quã etiã aſperſionem delentur uenialia in habente gratiam, ut notat idẽ doctor in 4.ſenten.diſtin.2.Et.ſimiliter.3.par.q 65.ar.1.in ſol ad 8. Ad idem eſt decretum de conſecra. diſt.3.aquam. Et præter hũc effectum ualet etiam talis aſperſio aquæ benedictæ in principio Miſſæ ad pręſeruãdum hominem peccatorem, ne totaliter tradatur in manus inimici. Et de hoc aliqua extant exempla, quæ pertranſeo.

Secundò multum ualet audire Miſſam integrè ratione medij. qui enim totaliter ipſam audiunt, in primis sũt participes omnium ſuffragiorum Miſſę. Itẽ audiunt Chriſtũ loquentem cum audiũt Euangelium. Propter cuius reuerẽtiam debent ſurgere, & ſtantes dictum Euangeliũ audire, notatur de conſec.diſt.2.apoſtolica. Similiter, quando ſacerdos, dicit. Surſum corda, debet populus ſurgere, ut dum reſpondet plebs. Habemus ad dominũ, admoneatur nihil ſe aliud, q̃ dominum cogitare debere, ut dicit Cyprianus, ſimiliter recitatur de conſec.diſt. 1.quando conſequenter cum ſacerdos uenit ad conſecrationem corporis, & ſanguinis dñi debent ipſum oẽs aſſiſtentes deuotè adorare, & ſint in oratione humiliter, quouſq; ſacerdos ſumpſerit ipsũ ſacramentũ. Quòd ſi rex, aut princeps ſolitus ſit parcere ꝓſtratis alias eſſet durior, & crudelior Leone, quanto magis credendũ eſt bñdictum Ieſum in Altari ſacramẽtaliter exiſtentem, ueniam impartiri oĩbus Chriſtianis deuotè proſtratis, ſeu genua flectentibus à tpe cõſecrationis uſque ad sũptionem eiuſdem ſacramenti per ſacerdotem. Et ſicut ipſe ſacerdos ſumit Chriſti corpus, & ſanguinẽ ſacramẽtaliter, ſic, & populus ipſum deuotè adorans, & cũ fide ſyncera, ſumit ſpiritualiter, i. per gratiam. Iuxta illud uerbũ Au. ſuper Iohan.tract.25.ſimiliter recitatur de cõſec.diſt.2.ut quid. Crede, & manducaſti. Similiter datur pax populo in ſignum pacis cum Deo, & proximo Ecce quãtũ prodeſt audire. Miſſam, quantum ad medium illius.

Tertiò hoc idem multum ualet ratione finis. Nam in fine, Miſſę, & ſignãter in die Dñico ſolet dari panis bñdictus

à ſacerdote. Cuius deuotá ſumptio delet uenialia ſecūdum Petrum de Pal. in 4. diſt. 16. q. 1. hoc autē non operatur aliús panis quamuis cum benedictione ſumatur, ut dicit idem doctor. Et ideo non inconuenit ſumere dictum panem benedictum intra eccleſiam, dummodo ex deuotione, & cum reuerentia fiat. Nonnulli autem ipſum cuſtodiunt per totam hebdomadā taliter, quòd quolibet die priuſquam aliū ſumant cibum, de ipſo aliquid deuotè guſtant, quod eſt ualde laudabile. Et nota, quòd datur populo talis panis benedictus potius in die Dominico, quàm alijs diebus feſtis occurrentibus per hebdomadam, & hoc ad rememorandū, quòd in primitiua eccleſia omni die Dominico ſuſcipiebant Chriſtiani panem benedictū, ideſt Chriſti corpus. Poſt modum frigeſcente deuotione fidelium deuentum eſt ad ter in anno, vt patet de conſecra. diſtin. 2. & ſi non frequentius, uidelicet, in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini. Poſtremò ordinatum eſt, ut ſaltem ad minus ſemel in anno ſcilicet, in Paſcha à quolibet Chriſtiano, q. ad annos diſcretionis iam peruenit, ut patet extra de pæn. & remiſ. omnis utriuſque ſexus. Præterea, qui ſic aſſiſtūt in longum Miſſę, & aliter, peramplius ſunt participes ſuffragiorū ipſius Miſſę, quàm illi, qui tantum aſſiſtunt uni parti. Ex quibus omnibus liquet apertè, quantum proſit audire Miſſam integram in die Dominico. Quod etiam patet per ſequens exemplum.

Refert enim Dominus Ant. ubi ſupra, de duobus iuuenibus ſocijs, qui quadam die exierunt ad capiēdas aues. Vnus enim audierat Miſſam die illo, alter autem non. Cum ita quæ eſſent pariter in campis, mox facta ſunt tonitrua, & fulgura maxima. Factaque eſt uox de cœlo, dicens. Percute, percute eum. Et ſic, qui Miſſam non audierat, percuſſus interijt.

Sextum dubium eſt tale. Vtrum quilibet adultus parochianus teneatur die Dominico, & feſto audire Miſſam parochialem, uidetur, quòd ſic. Nā extra de parochijs, & alienis parochianis. c. Vt Dominicis. dicit. Quod presbyteri diebus Dominicis, aut feſtis celebraturi debent primum interrogare, ſi ibi ſit alienus parochianus uolens ibi audire Miſſam. Quod ſi aliquis talis ibi inueniatur, debet ab eccleſia

abijci

ſbijci. Ex quo uidetur innui, quòd quilibet tenetur audire miſſam ſui curati. Reſpondetur ad hoc dubium per talem diſtinctionem. Aut ille, qui in die Dominico, & feſto uadit extra eccleſiam ſuam parochialem auditurus Miſſam, hoc facit ex contẽptu ſui curati, aut ſine cõtemptu, ſed ex cauſa rationabili. Si primum, tunc talis peccat mortaliter, maximè cum omnis contẽptus ſui prælati, aut ſuperioris ſit de ſe mortalis. Et iſtud tangit nonnullos, qui poſtquam habuerunt lites contra curatum ſuum ſine ratione, decimarum, aut aliorum iurium eccleſię, ſiue ex alia cauſa, iurant ſe non audituros Miſſam eius de toto anno. Item tangit illos, qui dicunt de curato ſuo, quòd non eſt, niſi una beſtia, & quòd æquè bene cãtarent Miſſam, ſi eſſent in ſacris, ſicut ipſe, & ſic de alijs. Si ſecundum, id eſt, ſine contemptu aliquis ſe transferat ad alienam eccleſiam, quia forte ibi inuenit maiorem occaſionem deuotionis, & recollectionis, uel quia ubi deuotius cantatur diuinum officiũ, uel quia nõ eſt ibi tãtus tumultus, ſicut in eccleſia parochiali, uel quia ibi eſt ſermo, ſiue quia eſt feſtum illius eccleſiæ, aut quia ſunt ibi certę indulgentiæ, & ſic de alijs, tunc talis non peccat, immo bene, & prudenter agit. Nec talis facit contra præallegatam decretalem, ut Dominicis, quia illa loquitur de parochiano, qui contempto proprio curato uadit alibi auditurus diuina, ut patet intuẽti textũ. Et ideo illi nõ ſunt increpandi, ſed potius laudandi, quia die feſto ſe conferũt ad eccleſias mendicantium ibi audituri diuina. Si tamen hoc uellent ducere ad conſuetudinem, conſulerem eis, tum propter meritum obedientiæ, tum propter pacem habendam, cum ſuis curatis, tum propter uitandum ſcandalum, ſiue murmur aliquorum, ut dicerent ſuis curatis non egrè ferre, ſi alibi ſe transferant in die feſto. Item conſulerem talibus, quòd interdum ſe conferrent, ad Miſſam parochialẽ, & quòd nihil omitterent de oblationibus ſolitis offerri. Similiter illi, qui ſe transferunt ad matricem, ſeu cathedralem eccleſiam audituri diuina uidentur pro illa uice abſolutã Miſſa parochiali, cum illa ſit principalis parochia omnium exiſtentium in tota diocęſi. Et eſt in hoc ſimile, ſicut de illo, qui confitetur epiſcopo, aut eius pęnitentiario, qui pro illa uice non tenetur confiteri curato ſuo.

Septimum dubium eſt tale. Vtrum præceptum de audiēda M.ſſa, omni die Dominico, & feſto reſpiciat auctoritatem parochialem. Reſponſio decretum hoc non exprimis, ut patet in:ueniti formam præallegati capitu. M.ſſas. de cō ſec. diſt. nct. 1 Neque etiam, gloſſ. ſuper hoc aliquid. dicit. Nihilominus: capitu. ut Dominicus extra de parochijs, uidetur ſatis innuere, quòd intelligatur de Miſſa parochiali, maxime cum ibi dicatur, quòd presbyteri celebraturi Dominicis diebus, & feſtis debent interrogare, ſi ibi adſit alterius parochianus, qui contempto proprio presbytero uelit ibi Miſſam audire. Quo comperto ipſum inde abijciat, ut ſupple, uadat audire Miſſam ſui ordinarij Sed quia nō omnes, qui tenētur audire M.ſſam in die feſto, poſſunt cō modè intereſſe M.ſſę parochiali, ſed opus eſt aliquos rei manere domi uarijs de cauſis, ideo dicta decretalis eſt piè interpretāda. Et quod ſolet communiter à uulgo dici, quòd de tribus Dominicis oportet ſaltem in una earum audire Miſſam parochialem, nullibi eſt ſcriptum, nec in decreto magno, neque in decretalibus, ſiue antiquis, ſiue nouellis. Potuit tamen ſic fuiſſe ordinatum per ſtatuta ſynodalia, quò ad aliquas diœceſes. Non quidem ſic, quòd ſufficiat ſubditis de tribus Dominicis tantum teneri ad unam inde terminatè. Tale enim ſtatutum eſſet directè contra ordinationem generalem ſacrorum conciliorum, & totius eccleſiæ. Sed ad hunc ſenſum, quod qui in tribus Dominicis continuis Miſſam non audierit, uenit puniendus, & ad iudicium uocandus. Circa hoc ergo ualde increpandę ſunt delicatę mulieres, & præcipuè nobiles, quę ſolēt tarde, ſurgere, ita ut uix ſemel in menſe interſint Miſſæ parochiali, & adhuc tantum in parte. Sed ne priuentur Miſſa, habēt Capellanos ſuos, quos faciunt frequenter diu expectare. Nouit autem Deus, cum qua patientia. Illi autem de lecto uadunt ad M.ſſam, & de M.ſſa ad menſam. Quo autem ad uiros nobiles mul... eorum in die feſto mane audiunt Miſſam priuatam, & poſtmodum currunt ad uenationem. Alij autem, quando placet eis, imperant curatis, ſeu eorum uicarijs, ut cito ſe expediant de Miſſis ſuis. Alij uolunt M.ſſam parochialem uno die notabiliter anticipari. Alio uerò die notabiliter differri, iuxta eorum beneplacitum, ita

ut

ut non ſit ordo,ſed hortor.Propter quod ſimplices paro-chiani frequenter murmurant,& frequenter perdunt Miſ-ſam propter horæ uariationem.Et de talibus loquens Au-guſt.ſermo.1.Dominicę.26.poſt Trinitatem,dicit ſic.Sunt nonnulli,& maximè potentes huius ſęculi, qui cũ ueniũt ad eccleſiam,non ſunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cogunt presbyterum,ut abbreuiet Miſſam, & ad eorũ libitum celebret,quatenus unus pũctus diei ad Dei officiũ deputetur,& reliquum diurnum ſpacium , cũ nocte mul ad eorum deputetur uoluptates.Hæc ille.

Octauum dubium eſt tale, Vtrum illi,qui aſſiſtũt Miſ-ſę,teneantur diſtinctè audire uerba ſacerdotis, ſic quòd non poſſunt tunc ſuas orationes deuotionales ad Domi-num fundere.Videtur,quòd ſic,quia in ſæpe allegato capi tulo.Miſſas præcipitur ſæcularibus die Dominico audire miſſas totas ſpeciali ordine. Reſpondetur ad hoc dubiũ, quòd ualde lucrum eſt,ita dicere.Tum quia interdũ præ multitudine aſtantium in Miſſa,multi adeo diſtant a ſacer dote,quòd uix poſſunt unum alte cantantem audire,ſicut patet in magnis eccleſijs,& præcipuè de illis ſacerdotibus, qui habent graciles,& tenues uoces.Tum quia aliqui ſunt ſurdi.Alij uero ſunt duri auditus, qui uix percipiunt cla-moſas uoces. Tum quia ſacerdos multa dicit ſubmiſsè in Miſſa,& ſignanter. A te igitur, uſque ad ſecundum per omnia,adeo,quòd non intelligitur à miniſtris altaris.Da-to ergo,quòd populus teneretur eum audire alte cantan tẽ,aut legentem,ſicut patet de introitu miſſę, de orationi bus Epiſtola,Euangelio,& huiuſmodi, nulla tamen ratio uidetur,quin ipſe populus poſſit ſubmiſſe orare,& aliqd dicere,aut legere, quandiu ſacerdos ſilenter orat.Nã alias tollitur,aut ualde diminuitur deuotio Chriſti fideliũ,quo rum multi raro erant,niſi,quando cõtingit ipſos aſſiſtere diuinis,& qui etiam tunc feruentius orant.Item multi sũt parum contemplatiui,qui ſi non orant tenus corde, aut cum libro,de facili meditantur inania, & occupant ſenſus, tam interiores,quàm exteriores circa multa uana, & ani-mæ nocinæ, ut ſatis conſtat. Item per hoc reprobatur conſuetudo magnorum uirorum, utpotè. principum, prælatorum, iudicum, conſiliariorum in magnis curijs,

 ut potè,

utpotè,parlamentatorum.ac procuratorum,quibus nō uacat toto mane orare,aut aliqua ſuffragia dicere,niſi cū audiunt Miſſam.Et ipſi rei ſint teſtes.

Sed dicet forſan aliquis ſecus eſſe de miſſis,quæ audiuntur ex deuotione,quales ſunt illę,quas aliqui audiunt diebus non feriatis,& de illis, ad quas populus obligatur, ſicut Dominicis diebus,& feſtis.Quamuis ergo in Miſſis deuotioribus poſſit populus ſilenter orare,non tamen in Miſſis,quæ ſunt de præcepto,ſed tenetur quilibet ibi aſſiſtens audire,quid dicat ſacerdos.Sed contra hunc modum dicē di eſt communis practica uirorum,ac mulierum ęqualiter orantium in utriſque Miſſis. Quinimmo attentius, & feruentius orare ſolent,quantò dies celebrior fuerit Dicere, autem.quòd tunc peccent,eò quòd non poſſunt duobus intendere,ſcilicet,his,quæ dicuntur à ſacerdote, & priuatis orationibus,eſt unū temerariè dictum,maximè cum prælati de hoc nihil dicant,nec famoſus doctor reperiatur,qui hoc dicat,amodò ergo,de hoc ſileant nonnulli ſimplices, & illiterati prędicatores,qui uolētes ſapere,pluſquā oporteat ſapere,& fortè,ut aliquid non dicere uideātur, nō uerentur dogmatizare oppoſitum. Solet tamen communis deuotio Chriſti fidelium ſilentium imponere priuatis orationibus,cum legitur Euangelium in Miſſa,& ipſum deuotè audire. Propter quod nonnulli,& præſertim linguam latinam intelligentes ſolent tunc propius accedere. Quo lecto redeunt ad proprias ſedes.Non loquor de illis, qui ita faciunt,ut uideantur latini,quamuis etiam non latini hoc poſſint facere ex ſpeciali deuotione,& reuerētia ad ſanctum Euangelium,maximè cum ſcriptū ſit Lucę. 11. Beati,qui audiuit uerbum,&c.

Non eſt tamen improbabile dicere,quòd eccleſiaſticus pro illo die,pro quo tenetur celebrare,& non celebrat aliqua occaſione occurrente, quòd teneatur ſilenter audire Miſſam,ſaltem quantum ad illam,quæ publicè,& intelligibiliter leguntur à ſacerdote,ita quod ſi talis eccleſiaſticus tunc diceret Matutinas,uel primas nō uideret̄ ſe aquitare.Secus autē de alijs diebus,in qbus nō tenet̄ celebrare. intētiò ergo eccleſię in ſepe allegato decreto eſt, ꝙ qui tenet̄ audire Miſſam,ſit præſens in Miſſa,& uacet Deo,etiam

priuatas.

priuatas orationes dicẽdo, ſubmiſſa tñ voce, ne ſacerdotẽ, aut populum circunſtantem perturbaret. Quod ſi talis ſit uir intelligens, iuſtum eſt, & rationabile, ut intẽdãt, & conetur intelligere, quæ dicuntur à ſacerdote, non tamẽ ad hoc obligatur. Et ſic patet ad dubium.

Nonum dubiũ eſt tale. Vtrum obligatus audire Miſſam in die feſto, teneatur audire Miſſam de die, ſeu feſto currente. Et ſimilis quæſtio eſt de Miſſa dominicali. Rñdetur abſolutẽ, ꝙ non. Tum primò, quia interdum accidit, ꝙ curatus ob cauſam rationabilẽ omittat Miſſam dominicalẽ, ſiue de feſto occurrẽte, & faciat de alio officio, & ſignãter, qñ feſtũ nõ eſt præcipuum. Tum ſecundò, quia cũ populus cõiter ſit idoctus nõ interrogat, de quo celebrat ſuus curatus, ſed ſufficit illi aſſiſtere. Miſſæ, quæ per eum cantaẽ Dicit tamẽ D. Anto. 2. par. ſum. ſuæ. ti. 9. ca. 2. §. 1. ꝙ ex congruitate, ille, qui põt diſtinguere, de quo fiat Miſſa, debet propriã audire. Et nota, ꝙ dicit ex congruitate. q. d. non eſſe neceſſariũ ita fieri. Regulariter tamẽ debet ſacerdos celebrare de die, utpotè, in dominica, de domin. ca, in feſto Apoſtoli, de Apoſtolo. in feſto beatæ virginis de eadẽ. Quòd ſi aliquis ſimplex, uel talis inuitet ſacerdotem aliquẽ ad celebrãdũ pro eo de alio ſancto, ſiue de defunctis, non debet ſatisfacere, indiſcretę deuotioni illius, ſed debet celebrare de die, tamen ad intentionem inuitantis. Propterea extra de celebra. miſ. c, q dã laicorũ reprobaẽ talis deuotio. Vnde dẽ ſic ibidẽ. Quidã laicorũ habent in conſuetudine, ut p ſingulas dies audiant. Euãgeliũ. In principio erat, & miſſas peculiares, ideſt, ſpeciales, hoc eſt, de sãcta Trinitate, & de sãcto Michaele. Et ideo ſancitũ eſt in Concilio Triburienſi, ut ulterius hoc non fiat, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis uelit propter reuerentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione audire. Sed ſi uoluerit, ut ſibi miſſę cantentur, de eadem die Miſſas audiant pro ſalute uiuorum, & etiam defunctorum. Hæc eſt in forma, ſuper quo dicit glo. qđ hæc prohibitio ſit, non quia malum ſit audire tales Miſſas, ſed quia malum eſt propter talem ſpecialem deuotionẽ dimittere Miſſas de die canonicè ſtatutas. Reprehenſibile ergo multum uidetur, etſi nõ damnabile, inquit, idem Ant. dimittere proprias Miſſas occurrentes, propter Miſſas de-

functorum, uel alias, ad inſtantiam laicorum, ſine cauſa multum urgente. Docendus eſt enim populus, non ſequẽdus, ut habetur in decr. diſt. 62. docendus.

Decimum dubium eſt tale. Vtrũ ſeculares teneãtur audire plures miſſas die dominico, aut feſto. & pręcipue in illis eccleſijs, in quibus plures ſolent talibus diebus celebrari. Videtur, quòd ſic, quia prædictum decretum loquitur in plurali dicens. Miſſas die Dominico, &c. Reſpondetur, quòd aliquid eſt debitum dupliciter, uno modo per modũ præcepti, alio modo per modum congrui. Si igitur capiatur debitum primo modo, tunc ſæculares non tenentur audire plures Miſſas in die feſto. Sed ſicut fælix eſt ſacerdos, qui poteſt unam Miſſam digne in die celebrare, ut notat de cõſol. d. i. 1. ſufficit. ita fęlix eſt laicus, q. põt digne unã miſſam in die feſto audire. Et ad inſtãtiã, quę facta eſt ex forma derceti, quod loquit in plurali, dicens. Miſſas, &c. Reſpondetur, ꝙ illud plurale reſpicit pluralitatem ſęculariũ, ita ut ſit ſenſus, ꝙ iſte ſęcularis tenetur audire Miſſam ſuã, & alius ſuã, & ſic de alijs pro uarietate parochiarũ parochianorum. Si uerò capiatur debitum in ſecundo modo ſ. per modum congrui, tunc ſeculares debent audire plures Miſſas. i. ualde congruum eſt, & decens, ut ubi plures celebrant in die feſto, plures etiam illos audiunt. Et hoc eſt cõtra illos truffatores. & diuinorum myſteriorũ irriſores, qui dicũt, ꝙ tñ habẽt de una Miſſa, ſicut de mille. Quinimmo derident illos, qui plures audiunt, diu ſtantes in eccleſia, uocantes eos bigotos, & mãducatores imaginum. Quantũ aũt proſit, nedum ſpiritualiter, uerum ẽt tpaliter plures audire Miſſas, & uacare diuinis, patet per exemplum de duob. ſutoribus, quorum unus die, ac nocte laborabat, nec tamẽ ſolã uxorẽ ſuſtentare, niſi exiguè ualebat. Alter autem toto mane uacabat diuinis, & ſignanter audientiæ Miſſarũ, qui tamen abundabat, quamuis arte ſua ſuſtentaret uxorẽ cũ multitudine prolium. Super quo admiratus primus interrogauit eum, quomodo poſſet ita ſibi, & familię prouidere Cui ille: Certè, inquit, ego inueni unum magnũ theſaurũ. Quod ſi uolueris me ſequi, ſpero, ꝙ inuenies tantũ. Ille autem libenter annuit. Cumque alter dux eſſet eũ omni die ad eccleſiã ſecum, & docuiſſet eum deuotè audire Miſſas,

quot-

quotquot ibi dicebatur,tandem diues factus eſt. Et hoc eſt,quod promiſit Chriſtus Matth.6.dicẽs. Quærite primũ regnum,& Dei,& iuſtitiam eius,& hęc omnia &c. Patet ergo diffusè,quomodo contingit culpabiliter per aures, aut res,Miſſam non audiendo.

Secundò contingit omittere per aures prædicationem negligendo. Hoc autem poteſt fieri tribus modis, uidelicet.

Prædicationem non audiendo.
Prædicationem non attendendo,
Prædicationem non retinendo.

Primò igitur,quia pōt omittere culpabiliter per aures prædicationem non audiendo,& hoc cum contemptu. Pro quo notandum eſt,quòd aliquis poteſt non audire prędicationem ex triplici cauſa. Primus eſt legitimum impedimentum,ſiue legitimi excuſatio. Exemplum de primo, ſicut artifices,agricolæ,manu operarij, & ſimiles non peccant,ſi in quadrageſima non audiunt cunctos ſermones, qui fiunt per hebdomadam. Exemplum ſecundo, ſicut infirmi,& debiles Secunda cauſa poteſt eſſe pigritia,ſiue mera negligẽtia,quæ communiter eſt peccatum ueniale. Da exemplum de multis,qui bene poſſunt frequentare prędicationem, qui tamen hoc negligunt. Quamuis enim tales malè agant,ualde durum eſſet dicere,quòd ſemper peccarent mortaliter. Tertia cauſa poteſt eſſe contemptus, ſiue diuini uerbi, ſiue prædicatoris. Da exemplum de illis,qui audita fama alicuius boni prædicatoris dicunt. Per Deum ego non dignarer audire prædicationem eius. Et qui ex tali contemptu negligunt audire uerbum Dei, peccant mortaliter. Nam ſicut non poſſe ſumere cibum corporalem eſt ſignum mortis corporalis, ita etiam non poſſe,ſiue non uelle audire uerbum Dei, quod eſt cibus, animæ, eſt infallibile ſignum mortis ſpiritualis. Propter quod de talibus poteſt intelligi illud dictum Pſalmiſtæ. Omnem eſcam, id eſt,omnem prædicationem,& omnem prædicatorem abominata eſt anima eorum Ecce contemptus audiendi uerbum Dei. Et appropinquauerunt uſque ad portas mortis. Ecce grauitas culpæ,& reatus. Vnde de grauitate peccati talium loquens Auguſt. ſuper pſalterium. pſal. dicit,

quid

quòd illi amaricant Deum, qui peccando in eã ægritudinẽ deueniunt, ut cibum ueritatis, tãquam fellem ſuſtinere nõ poſſunt. Et ideo tales cõtemptores diuini uerbi mandant excommunicari, de conſe. diſt. 1. Sacerdote, ubi ſic dicit. Sacerdote in eccleſia uerbum faciente, i. prædicante, qui egreſſus de auditorio fuerit, excõmunicet. Super quo dicit glo. q hoc intelligitur, quando hoc facit, contemnens prædicatorem, ut minus literatum, quod ad ſuperbiam ptinet. Ecce quomodo aliquis poteſt omittere culpabiliter per aures, prędicationem non audiendo.

Secundò poteſt aliquis omittere culpabiliter per aures, prædicationis nõ attendendo. Multi. n. ſolẽt ad prædicationẽ uenire, ſed pauci ſolent diligenter ad ea, quę dicunt, attẽdere. Quinimmo multi, tũc faciunt caſtella in Hiſpania, vt vulgo dicitur, ut ſunt illi, qui uagãtur mente, hincinde. Alij dormitant, alij reſpiciũt formoſas fęminas, & puellas. Qui ergo taliter omittunt, grauiter peccãt, ita ut Aug. eos comparet in culpa his; qui per negligentiam dimittunt cadere ſanctiſſimum altaris ſacramentum in terram, vt patet Homel. 26. & recitatur in decre. 1. q. 1. interrogo, ubi ſic cõcluditur ex uerbis eiuſdẽ Aug. Non minus reus erit, qui negligenter uerbum Dei audierit, quàm ille, qui corpus Chriſti ſua negligẽtia in terram cadere permiſerit. Quamuis. n. dignisſimum Chriſti ſacramẽtum, ſeu corpus ſit eſſentialiter multò dignius uerbo Dei, nihilominus quo ad effectũ ſecus eſt. Per ſacramẽtum. n. altaris delentur uenialia, vt patet de conſe. diſt. 2. iterat ur. Item c. quotidie. per prædicationẽ uero omnia tolluntur. Inſuper prædicatio plures conuertit, & plus facit compungi, quàm Chriſti corpus. Hæc eſt glo. ſuper dicto cap. interrogo.

Tertiò poteſt aliquis omittere culpabiliter per aures, prędicationem non retinendo. Sunt. n. plerique, qui cũ magna ſuauitate guſtant, & audiunt uerbum Dei, ita ut quandoq; reſoluãtur in lachrymas, ſed quamprimum inde recedunt, recedit pariter ab eis oĩs compunctio, & deuotio, & propoſitum uitæ melioris. Et de talibus loquit Chriſtus Luc. 8. dicens, quòd ad tempus credunt, & in tempore tẽtationis recedunt. Tales ergo longè differunt à B. Nicolao, de quo legitur, quòd cum adhuc eſſet puerulus, ad eccleſiã accedens

ſacra

ſacra pectori cōdebat mandata,quæ,ſ.audiebat. Et ad hūc ſenſum intelligendum eſt beatiſſimam uirginē Cęciliam, ſemper euangelium Chriſti in ſuo pectore portaſſe,ut dicitur in ipſius legenda,eò,ſcilicet, quòd iugiter meditabatur uerba Dei,quę in prædicatione aliquando audierat. Similiter de Chriſti matre Maria, de qua legitur Luc.2.ꝙ conſeruabat omnia uerba hæc , quæ, ſcilicet, de Chriſto filiō ſuo dicebantur,cōferens in corde ſuo. Non ergò ſufficit ad ſalutem uerbum Dei audire,niſi etiā memoriter retineatur,& efficaciter tempore,& loco impleatur,in cuius figurā legitur,quòd animal,quod non ruminat in ueteri teſtamento pro immundo habebatur,nō ruminare autē eſt nō rememorare, ſeu nō meditari uerba ſalutis, audita, uel lecta.Nouerint ergo uniuerſi,ꝙ parum prodeſt uerbū Dei audire,corporis auditu,niſi intret aurem cordis , atque in uentre memoriæ diligēter incorporetur. Et ad hoc facit ſimilitudo de cibo corporali,quam ponit Seneca epiſtola prima dicens,quòd nō prodeſt cibus,nec corpori accidit,qui ſumptus ſtatim emittitur,& reijcitur. Cum ergo aliquis non mente retinet uerbum Dei, eò, ſcilicet , quòd nūquam cogitat de auditis,in prædicatione,talis , omiſſio ſibi ad graue peccatū imputatur.Iuxta illud Chriſti uerbū Luc.12. Seruus ſciens uoluntatem domini ſui,& nō faciēs, plagis, &c.Econtrario autem Luc.11.dicitur,Beati,qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Tertiò contingit per aures omittere correctionem,non ſuſcipiendo.Chriſtus enim Matth.18.unicuique noſtrū,loquens,ait.Si peccauerit in te frater tuus,uade,corripe eū, &c.Item ſapiens.Eccleſiaſt.18.dicit,ꝙ unicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Sed quamuis aliqui faciant debitū ſuum de corripiendis,ſeu corrigendis proximis ſuis,multi tamen malè ſe habent talem correctionem ſuſcipiendo. Pro quo notandum,ꝙ contingit illos,qui corrigendi ſunt, omittere circa ipſam correctionem tripliciter,uidelicet.

Malè,de correctione non curando,
Peius,correctionem irridendo.
Peſſimè,correctionem inculpando.

Primò igitur aliquis poteſt omittere per aures,malè de correctione non curando.Correctio.n.fraterna eſt maxima

clee-

eleemoſyna ſpiritualis,quæ datur errati.Et ideo ſicut ille eſt ualde ingratus,q nō curat de eleemoſyna corporali,q ſibi ab alio charitatiuè exhibetur,ita etiā in propoſito. Et de talibus bene loquitur Pſal.ubi ſupra. Cum ait, aures habent,& non audient, ſup.charitatiuam correctionem,i.ad modum non audient.ū ſe habebunt,de ea nullo modo curando,Communiter.n.dicitur,q non eſt deterior ſurdus, quàm ille,qui nō vult audire.Qui ergo ab alio charitatiue,& fraterno amore corripitur,debētilli regratiari patiēter,& humiliter recipiendo uerba monitionis,dicēs, regratior uobis de gratioſa monitione ueſtra.Bene.n.uideo, q deſideratis honorem meum,& ſalutem.Ego intēdo cū Dei adiutorio me emendare.Sic.n.dicunt boni,his,qui ex charitate eos corrigunt,iuxta illud Prouer.9.Argue ſapientem, & diliget te.

Secūdò aliquis poteſt omittere per aures peius,ſcilicet, correctionem irridendo,unde Salomō ubi ſupra. Qui erudit deriſorem,ipſe ſibi iniuriam facit. gl.interli.quia ſanctum dat carnibus. Vel ſibi iniuriā facit,quia prouocat deriſorem ad iniuriādū ſibi.Propter quod ait Saluator Mat. 8.Nolite ſanctum dare canibus,neque mittatis margaritas ante porcos,ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant uos. Et ideo quando cognoſcimus aliquem eſſe talem,tunc abſoluimur à præcepto de correctione fraterna.

Tertiò aliquis poteſt omittere per aures peſſimè,ſ.correctorem inculpādo.Sunt.n.aliqui adeò perueſi,q reddūt malum pro bono,oprobrium,& maledictionem pro charitatiua correctione,& benedictione.Vnde Salomō,ubi ſupra Qui arguit impium,ſibi maculam generat, eò q talis plerunque quantum in ſe eſt,infamat arguentem ſe,ſiue ſecreta peccata eius olim commiſſa detegendo,& renouādo, ſiue falſa crimina imponendo.Propter quod idē Salomon ſubdit,dicēs.Noli arguere deriſorem,ne odiat te. Certè hodie multi peccatores ſunt ſimiles equo infirmo in dorſo, qui recalcitrat,& dentibus mordet,quando locus ille tāgitur.Sic multi,quantumcunque benignè, atque charitatiuè reprehendātur,mox reprehenſorem detractionibus,& improperijs ſuis maculant,Tales,et ſunt ſimiles ſienetico,qui

odit

odit ligantem ſe,cumq; dentibus mordet.Sunt denique ſimiles mulieri adulterę, quę odit maritum ſuũ increpãtem eam de turpitudine ſua. Tales inſuper comparat Chriſoſt. animalibus ſylueſtribus, Homel.37. ſuper Matth. in opere imperfecto,dicens.Hęc eſt proprietas bonorum, & malorũ hominum. Bonus enim comprehenſus in peccato ingemiſcit,quia peccatum. Malus autem ingemiſcit,quia comprehenſus eſt in peccato ſuo,utputa,domeſticum animal,ſi aliquanto tempore extrema domum fuerit,errando uagatur. Sed cum uenerit inter manus Domini, quaſi in recordatione ſuæ naturæ redactum, citò iterum mãſueſcit,animal autem ſylueſtre cum fuerit comprehenſum,aut morſibus appetit,aut calcibus repugnat. Sic,& malus homo correctus, non ſolum pœnitentiam non agit, ſed adhuc aduerſus corripientem magis iraſcitur. Hæc Chriſoſto.ubi ſupra. Ecce quomodo qui arguit impium, ſibi maculam generat.Et de hoc extat apertum teſtimonium de beato Hier. de quo refert Beatus Aug.ad fratres in eremo ſer.24 qui inritulatur de Exhortatione ſolitudinum.Legimus,inquit,ſanctum Patrem Hieronimũ Cardinalem fuiſſe in Eccleſia ſancti Laurentij martyris.Sed quia Romanos fortiter reprehendebat de auaritia,& fęda luxuria,ideo illi per ueſtem muliebrem eum diffamare in populo uoluerunt. Sed Deo auxiliante ſanctitatis eius fama minimè diminuta eſt. Quòd ille uidẽs Roma tandem egreſſus eſt, & aſperrimam uitam duxit, in tantum,ut neminem dicere audeam fidelium modernorũ auſteriorem fuiſſe.Hæc ille.Patet ergo,quòd graue peccatum eſt,cum peccator correctionem irridet, grauiſſimum autẽ,cum correctorem falsò,aut iniuſtè inculpat.Ecce quomodo quis poteſt corporaliter omittere per aures,circa correctionem, quæ ſibi ab alto charitatiuè datur. Et ſic patet diffusè de peccato omiſſionis reſpectu aurium. A qua quidem omiſſione conuenit unumquemque abſtinere, qui vult Deo placere, & ad cœleſte regnum tandem fœliciter peruenire.

DE OMISSIONE RESPECTV narium. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cæli & terræ quia peccaui nimis omiſſione.*] Matt.11.

Poſtquam in præcedenti cap. habitum eſt de omiſſione reſpectu aurium, hic cōſequēter tractandum eſt de peccato omiſſionis reſpectu narium, de qua loquitur Pſal. ubi prius dicit. Nares habent, ſupple, homines peccatores, & non odorabūt, quę, ſcilicet, odorare debent. Pro quo notādum, quòd contingit homines omittere circa nares, hoc eſt circa sēſum olfactus tripliciter, uidelicet.

Non ſentiendo ſuperiora,
Non ſentiendo exteriora,
Non ſentiendo interiora.

Primò igitur non ſentiendo ſuperiora, hoc eſt cęleſtia, ęterna. Hoc tamen pertinet ad olfactum ſpirituale animæ, Fertur enim, quòd vultus, & Aquila odorāt cadauera trāſmarina, & ad talem eſcam congregantur diu uolādo. Quā, to magis nos homines debemus odorare pro poſſe noſtro cœleſtia, & æterna gaudia, & uolatu mentis illuc feſtinare, quia oculos non uidit, nec auris, audiuit, nec in cor, &c. Fertur enim, quòd mōs Libani, qui eſt in Arabia ſit totus odoriferus, & hoc ratione multitudinis arborum aromaticorū ibi creſcentium, ſic, & in monte Paradiſi ſunt Angeli, & Sancti, qui uelut arbores aromaticę odore uirtutū, meritorum, & gloriæ fragrant. Et ideo neceſſe eſt, quòd redoleāt odore ſuauitatis in deuotis cordibus, & quòd corda deuota ſurſum attrahant. Propterea animæ deuotę dicūt ſpōſo ſuo Chriſto, illud Can. 1. In odorem unguentorum tuorū currimus, &c. Et meritò, quia ut habetur Prou. 27. Vnguentis, & uarijs odoribus delectatur cor. Sed profectò miſeri peccatores negligunt, atque omittunt quærere tantū odorem cœleſtem, quia ut dicitur 1. Cor. 3. animalis homo nō percipit ea, quę ſūt ſpiritus Dei, ideſt, inuiſibilia, & ęterna bona. Da exemplum de porco ingrediente hortū floribus

redo-

redolentiſſimis refertum,circa quos nullo modo mouetur, quia non congruunt ſuæ naturæ. Sic in propoſito.

Secundò contingit homines omittere circa nares nõ ſentiendo exteriorã. i. neceſſitates, & ęgritudines corporales proximorum ſuorum,etiam parentum,& amicorum.Nam ſi contingat patrem,aut matrem ęgrotare,aut vulnus habere in corpore, ex quo exalat fœtor, aut putredo quantulacunque, uix audet filius appropinquare,aut certè à longè aſpicere. Quod ſi contingat eum propius accedere,obturẽt nares,ne ſubintret exhalatio,ſiue fœtor.Et non recogitat miſer filius,ꝙ in infantilitate uentrẽ in cõſpectu patris & matris euacuauerit.Item,quòd diligẽter pia mater ſuas infantiles fragilitates mundauerit, propter quod uterq; parẽs in ęgritudine fœtente conſtitutus,& a filijs deſtitutus, meritò poteſt die cõquerendo dicere domino illud pſ.Longè feciſti.i.fieri permiſiſti notes meos à me. Poſuerunt me abominationem ſibi,ſcilicet, propter infirmitatem, quam patior, & quam abhorrent. Martha etiam dixit Chriſto, quando iuſſit tolli lapidem à monumento fratris ſui Lazari,Domine iam fętet,quatriduanus eſt.Iohan.11. In hoc uidebatur crudelis,& inhumana fratri ſuo reſuſcitãdo,ne proprijs naribus ſentiret illius fœtorem. O quot igitur ſunt hodie ſuper terram, qui abhominantur pauperes propter eorum ſudores,plagas,& fœtores, propter quam cauſam infirmos non uiſitant, nec opera pietatis circa eos exercent. Et in hoc ſunt quodammodo ſimiles diuiti Epuloni,qui abhominabatur mẽdicum Lazarum iacẽtem ad ianuam eius, ulceribus plenum.Quid autem illi tandem acciderit,planũ eſt ex ſerie Euangel.Luc.22. dicentis,quòd mortuus eſt,& ſepultus in inferno.Caueant ergo prædicti,ne quem imitãtur in culpa,tandem imitentur in pœna.Heu talis non fuit ſanctiſſimus ille Ludouicus quondam Francorum Rex,de quo legitur, quòd quotidie in ſua menſa tres pauperes,habebat, quorum etiã interdum reliquias ciborum ſumebat. Item omnibus ſextis ferijs quorundam pauperum ſolebãt abluere pedes. Et quod maius eſt interdum leproſis miniſtrabat cibum ori eorũ humaniſſimè apponendo,Sicut patet de quodam monacho Ciſtertien. ordinis,apud mõtem regalem prope Pariſius. Et patet ſic, quomodo contingit

multos

multos omittere circa nares non ſentiendo exteriora.

Tertiò contingit homines omittere circa nares, non ſentiendo interiora. Hoc tamen ſicut, & primum pertinet ad ſpiritualem animæ olfactum. Sunt ergo multi, qui quantũcunq; exterius formoſi uideantur, interius tamen ſunt corrupti, & abhominabiles corã Deo, & tota curia cęleſti. Et precipuè huius generis sũt uiri, ac mulieres uoluptates carnales ſectãtes. De quibus loquitur ſcriptura Iohel. 1. dicẽs. Cõputruerũt iumẽta in ſtercore ſuo. Quod exponit Gre. ſuper Ezec. de luxurioſis. Tales nempe fœtent coram Deo, ita ut meritò poſſint dicere de dęmone eos ad peccatũ trãhente illud Exo. 5. Putreſcere feciſtis odorem noſtrũ corã Pharaone. i. rege ęterno. Item fętent coram tota curia cæleſti, In cuius figuram legitur. 2. Mach. 11. de impio Anthioco ꝙ odore, & fętor illius grauabatur totus exercitus. Vbi per exercitum intelligitur multitudo Angelorũ, & hominũ beatorũ, qui abhorrẽt fętorem, & immunditię miſerrimi peccatoris. Ipſe uerò hanc abhominationem intus latẽtem non ſentit, quia non aduertit, nec de hoc cogitat. Si enim horrẽdus peccator apertè cognoſceret, & uideret, quãta abominatio intra conſcientiam ſuam lateat, nihil eſt in hoc mundo quantumcunque horrendũ, & fęt dum, quod tantum abhominaretur. Nam huiuſmodi conſcientia eſt cloaca immundiſſima, in qua congregantur horrẽda peccata. De qua meritò poteſt dici illud Naum. 1. Omnis enim qui uiderit, reſiliet à te. Ac uerò miſer peccator eſt uelut homo habens naſum, ſiue fœtidum halitum, qui quantumcunque ſit illi proximus, ſeu coniunctus, ipſum tamen fętorem ſuum non percipit, eò quòd effectus ei quodammodo connaturalis. Sic neque peccator in malis habituatus percipit abhominationem peccatorum ſuorum. Et in hoc cõſiſtit damnatiſſima omiſſio, à qua nos liberet Dominus. Bene ergò de talibus loquitur. pſalm. dicens. Nares habent & non odorabunt.

DE OMISSIONE RESPECTV MANVVM. Cap. VI.

Confiteor tibi Domine Pater cęli, & terræ, quia peccaui nimis omiſſione.] Matth. 11.

Poſtquam in præcedēti capitulo habitum eſt de omiſſione reſpectu narium, hic conſequēter agendum eſt de eadem reſpectu manuum, ſecundū ꝙ loquitur pſal. ubi ſupra, d. Manus habēt, ſup. peccatores, ideſt, facultatem bene operandi, & nō palpabunt. Ecce omiſſio reſpectu manuū. Pro quo notãdum, quòd contingit homines circa manus omittere tribus modis, uidelicet.

Opera pietatis non perficiendo,
Teſtamenta defunctorum non exequendo.
Exercitio honeſto non uacando.

Primò igitur cōtingit hoĩes omittere circa manus opa pietatis nō pficiendo Aliquibus. n. cōtulit pijſſimus Deus copiam bonorum temporaliū, ut poſt eorum ſuſtẽtationẽ, & ſufficiẽtem prouiſionẽ reliqua diſtribuant in pios uſus, ut ſic ſint participes bonorū ſpũalium illorum, quibus cõicāt ſua tpalia, ut. n. dicit Au. de uerbis dñi. ſer. 25. ubi loqtur de Diuite Epulone, & Lazaro. diues, & pauper duo sũt ſibi neceſſaria. Nullus indigeret, ſi ſe ſupportarẽt hoĩes. Et nemo laboraret, ſi ſe ambo iuuarent. Diues pp pauperẽ factus eſt, & pauper pp diuitẽ. Pauperis eſt orare, & diuitis erogare. Hæc ille. Da exemplum de cęco, & claudo mutuo ſe iuuantibus, ſic. ſ. ꝙ cęcus portat in humeris ſuis claudū. Claudus autem ſuo uſu dirigit cęcum. Item idem Au. Homil. 42. dicit, quòd dominus alloquit̃ diuitem dicens. Ego plus dedi tibi, ut haberes unde pauperi dares. Pauperi nō dedi ob hoc, ut te probarem. Nō quia ambobus nō habui, unde darem, ſed quia uolui te probare per pauperem. Ego ſum, qui diuitem, & pauperẽ feci, prærogatiorem te cõſtitui in bonis meis. Fac igitur pauperi miſericordiam, quia nihil pedes, & me, qui tibi dedi, non offendes. Da, quid dubitas. Nam ſi dederis, ego plura tibi dabo. Quid tibi ſoli uendicas, quod ambobus dedi? Quare tu ſolus comedis, quod ambobus creaui? Hæc Auguſtinus, ubi ſupra.

tanquam temerarius ſcrutator ad locum acceſſit. Sed inde non deſcendit, nec poſtea viſus eſt. Hæc Petrus Damianus.

Secundò contingit homines omittere circa manuum: teſtamenta defunctorum fideliter non exequendo. Hæc autem, omiſſio poteſt contingere tribus modis, videlicet, teſtamenta.

Non exequendo,
Imperfectè non ſoluendo,
Tardè perficiendo.

Primò igitur cõtingit omittere circa teſtamenta defunctorũ, ipſa non exequẽdo. Et taliter omittunt illi, qui multa morientibus promittunt, ſed de toto nihil faciunt. De quibus poteſt intelligi illud Pſalm. Dilexerũt eum, ſcilicet, hominẽ mortuum in ore ſuo, i. in uerbo, & lingua ſupple mentiti ſunt ei, quia nõ tenuerunt promiſſum. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, ſcilicet, defuncto, quia eo ęgrotante aliud dicebant, & aliud intendebant. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius, quinimmo magni proditores inueniuntur in dicto teſtamento, ſi bona informatio fiat, & hoc, quo ad multos. Sed infidelitas talinm executorum punitur tripliciter, videlicet.

Spiritualiter,
Temporaliter,
Æternaliter.

Primò quidem ſpiritualiter, & hoc in foro eccleſiaſtico, ſcilicet, per excommunicationẽ. Nam vt habetur 13. q. 2. clerici. Clerici, vel ſæculares, qui oblationes parentum teſtamento relictas retinere perſtiterint, ſicut ſancta Synodus cõſtituit velut necatores pauperũ, quouſque reddant, ab eccleſijs excludantur, ideſt, excommunicentur, vt dicit gloſſ. Item ibidem. capitu. qui oblationes, ſic dicitur. Qui oblationes defunctorum, aut eccleſijs negant, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicẽtur. Ex quibus verbis patet, quòd tales non exequentes teſtamenta defunctorum, ſed ſibi ipſis bona eorum, quę pijs locis, aut in pios vſus legauerant, retinentes, ſunt homicidę. Inſuper ſunt ſacrilegi ſaltem retinendo ſibi, quòd ſacris locis a teſtatoribus legatum fuerat. Vnde 17. q. 4 ſacri-

legium ſic dicitur,ſacrilegium contra legẽ eſt,ſi quis,quod uenerabilibus locis relinquitur,prauæ uolũtatis ſtudijs tẽtauerit ſuis compendijs retinere,ſimiliter extra de teſt.ca. tua nobis.Item ca.Iohannes dicitur,ꝙ executores teſtamentorum compellẽdi ſunt per epiſcopos exequi uoluntatem teſtatoris. Quod ſi neglexerint,tunc epiſcopus exequatur, vt ibidem ſubditur.Hoc etiam dicit gl.ſuper illo c. tua nobis. Et ſic patet de pęna ſpirituali, quæ eſt excommunicatio, non quidem latæ ſententiæ,ſed ferendæ contra neglectores executionis teſtamentorum defunctorum.

Secundò infidelitas talium executorum punitur tẽporaliter,& hoc quoad leges ciuiles Vnde C.de epi.l.licet teſtator. dicitur,quòd ſi executores teſtamentorũ fuerint negligentes, & hoc ſignãter poſt monitionem epiſcopi,tũc ad ipſum epiſcopũ deuoluitur executio.Inſuper ipſi executores in pœnam ſuæ negligentiæ debent priuari taxa, quàm illis defunctus reliquerat, intuitu talis executionis,quinimmo ſecundum nonnulos doctores,utriuſque iuris bona relicta hæredi à teſtatore poſſunt per epiſcopũ ab eo auferri in pęnam,quãdo admonitus negligit teſtamentum implere.Nõ tamen ea,quæ à tali hærede per epiſcopum auferũtur,dum non implet uoluntatem defuncti, applicantur epiſcopo,vt illa ſibi imburſet,ſed vt diſpẽſet, & diſtribuat taliter,quòd uoluntas defuncti impleatur. Iura autem ciuilia aſſignant unum annum,infra quem hęredes debent à die admonitionis adimplere uoluntatem defuncti,ut patet in Autẽ.de hęredibus.§.ſi quis.Vbi ẽt dicit gl.quòd ſufficit vna monitio.

Tertiò prædicta infidelitas punitur æternaliter, & hoc quo ad legem diuinam,quæ æternaliter punit omne peccatum mortale,cum quo quis decedit.Cum ergo infidelitas circa executionem teſtamentorum defunctorum ſit mortale peccatũ,conſequens eſt,quod puniatur a Deo ęternaliter.Et de hoc extat exemplũ in Speculo exemplorũ diſt.10. de quodam magno uſurario, qui ueniens ad extrema,perſuaſus ſalubri conſilio cuiuſdam uenerabilis prædicatoris reſignauit,quicquid habebat inter manus quatuor uirorũ, de quibus multum cõfidebat, ut ſic reſtituerent cum eſſet ſtu,quicquid per uſuras acquiſierat Quo facto fecit ſe deferri ad hoſpitale, & ibi in forma pauperis fœliciter mortuus

tuus eſt. Sed in mala hora prædicti quatuor executores diuiſerunt inter ſe omnem ſubſtantiam eius, quo factum eſt, ut dæmones quatuor animas rapuerint pro una, quã perdiderant.

Exemplum aliud legitur in eodem lib. diſt. 5. ſatis cõmune, & ideo magis autenticum. Ibi enim narratur de quodã milite Caroli magni, qui ad extrema uen és, fecit ad ſe uocari conſobrinum ſuum, qui pariter cum eo militabat ſub dicto Imperatore, & dixit ei. Ecce chariſſime, & bone amice in comitatu Imperatoris iã perſtiti xl. annis nihil poſſidens pręter ea, quæ ad militiam pertinent. Ex quibus omnib. ſolum equum optimum habeo, ex eo ſtatuo teſtamentũ. Me ergo mortuo uendes equum, & pecuniã, quã inde recipies totaliter erogabis pro remedio animę meę. Aliter autẽ pollicitus eſt fideliter ſe facturum, quod auunculus poſtulabat, Quo mortuo nepos uidens equum ualidum, & audacẽ, nec eum uẽdidit, nec precium pro eo ſoluit, ſed ipſum retinuit. Et ecce poſt medium fermè annum anima defuncti militis apparuit nepoti dicens. O nequiſſime proditor, nõ curaſti facere ꝑ remedio animæ meæ, quòd ſtatueram, & te facturum pollicitus fueras. Nam propter dilationẽ tuã, uſque hodie grauiſſimas ſuſtinui in purgatorio pęnas. Nũc autem Deo miſerante uado ad cęlũ. Tu uerò pro tanta negligentia, & infidelitate condignas ſuſtinebis pœnas, nec euades iuſtum Dei iudicium. His dictis anima dicti militis repètè diſparuit, quo facto, prædictus nepos, grauiſſimã infirmitatẽ incurrit, & ſic mortuus, quas pęnas meruerat, ſoluit. Nam eadẽ die, & hora, qua prędixerat defunctus, corui nigri rapiẽtes dictum conſobrinum ipſũ per aera leuantes tandem eum ſuper rupem cadere permiſerũt. Sicque fractis ceruicibus miſerabiliter expirauit. Ecce quãtum peccatum, & periculum incurrunt illi, qui negligunt fideliter exequi defunctorum ultimas uoluntates, & teſtamenta.

Secundò contingit omittere circa teſtamenta defunctorum ipſa imperfectã ſoluendo. Hoc autem fit tripliciter, uidelicet, quantum.

Ad ſubſtantiam, Quantitatem, &
Qualitatem.

Primò igitur quãtum ad ſubſtantiam. Verbi gratia. Aliquis legat alicui eccleſiæ, uel monaſterio domũ, uel uineã, aut agrum, hæredes, aut conſiderantes inde pati iacturam offerunt pecuniam, ut ſic talis poſſeſſio illis remaneat. Qđ ſi illi quibus facta eſt legatio oblationem renuũt addũtur minę, & terrores, & potiſſimũ, ubi tales hæredes ſunt nobiles, aut potẽtes: pone etiam caſum de illis, qui per teſtamẽtum reliquerunt lectum unum cũ omnibus pertinentijs dandũ alicui hoſpitali in uſus pauperum, ſuper quo hæredes aliquando uolunt componere pro certo precio, ſed ſẽper ad utilitatem ſuam. Contra tales ergo hęredes, aut executores teſtamentorum militat illud decretum 13. q. 2. 45. ubi dicitur, ꝙ ultima uoluntas defuncti omnibus modis ſeruari, quãdo debet. Nõ aũt omnibus modis ſeruatꝛ, quãdo in ſubſtantia rei teſtatę fraus cõmittitur. Item 16. q. 1. admonere, ſic dicitꝛ. Admonere uolumus, ne piè defunctorũ volũtates, tua (quod abſit) remiſſione caſſentur. Ad idẽ etiam eſt capitulum ſequens, quod incipit Conſideratio.

Secundò contingit omittere circa impletionem teſtamẽtorum, quam ad quantitatem, utputa, quando nõ datur tantum, quantum teſtator ordinauit eſſe dandum. Quod tñ intelligitur, ubi rationabiliter ordinauit. Nam ſecundum conditiones, & uſus partiarum conceditur condenti teſtamentum, ut poſſit legare de bonis ſuis, uſque ad certã portionẽ, ſic tamen quòd non faciat filios ſuos baſtardos hæreditatis ſuæ. Vnde Auguſt. lib. 1. de uita, & moribus clericorum. Si quis, inquit, iraſcitur filio ſuo, & moriens exhęredat eum, hoc nõ approbo, nec hęreditatem ſuſcipio. Sed ſi unum filium habet putet Chriſtum alterum. Si duos filios habet putet Chriſtum tertium. Decem habet, Chriſtum undecimum faciat, & ſuſcipio. Et poſt pauca. Filij, inquit. Iuliani hęreditatem ſuſcepi. Quare? Quia ſine filijs defunctus eſt. Item idem ibidem ad idem. Quicunque vult exhęredato filio hęredem facere eccleſiam quęrat alterum, qui ſuſcipiat nõ Auguſtinum. Immo Deo propicio neminem inueniat. Vnde conſequenter ponit ibidem caſum de quodam, qui filios non habebat, nec ſe habiturum ſperabat. Propter quod omnes res ſuas retento uſufructu donauit eccleſię. Poſt modũ autẽ nati ſunt ei filij, & red-

didit illi epiſcopus,quæcũque donauerat,quamuis ille nõ ſperaret.In poteſtate quidem habebat epiſcopus non reddere,ſed iure fori,non iure poli. Hæc Auguſt.ubi ſupra. Poſito ergo quod teſtator rationabile cõdat teſtamentũ, tunc hæres,aut executor,qui ipſum nõ exequitur integrè, ſed tantum in parte,grauiter omittit.Nec ſalutem cõſequi poterit,niſi totum,quod fuit ligatũ,diſtribuerit,aut ſolue rit ſuppoſitis tamen ſupponendis.

Tertiò contingit omittere circa impletionem teſtamentorum,quantum ad qualitatem.Inter enim executores huiuſmodi teſtamentorum aliqui ſunt,qui obſeruant ſubſtantiam rei legatę pariter,& quantitatem,ſed deficiunt in tertio ſigno cum magis reg s Pharaonis.Hoc eſt dicere,quòd non obſeruant debitam qualitatem.Verbi gratia. Aliquis diues ordinat per teſtamentũ ſuum,quod dētur certę mẽ ſurę bladi pauperibus.Item legat cuilibet conuentui mendicamentium unum modium uini.Similiter quòd reueſtiã tur duodecim pauperes,uel huiuſmodi.Circa enim talia ſolet communiter fieri fraus,quantum ad qualitatẽ, ut puta,dando bladum tendens ad corruptionem.Itẽ uinũ ſemiacetoſum.Similiter conficiendo tunicas ad uſus paupe rũ de uiliſſimo panno.Nã multis taliũſatis eſt,ꝙ pãnus ſit niger,& bene coloratus. Benè ergo de talibus executoribus,aut hæredibus defuncti,qui ſuper ſe aſſumpſerũt onus exequendi teſtamẽtum,ipſis loquitur Pſalm.dicens. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.Et ideo,qui uult eſſe ſecurus,faciat pro anima ſua,quantum poteſt,dum uiuit, quia illud,quod dat in uita ſua,ſibi plus prodeſt. Si enim uir prudens prouidet filijs ſuis,quos diligit pro poſſe ſuo dum uiuit,& ſimiliter filiabus,à fortiori debet prouidere animę ſuę,ſi ipſam diligat.Et ſic patet de ſecundo.

Tertiò contingit omittere circa teſtamenta defunctorũ ipſa tardè perficiendo, ſeu adimplendo. Sunt enim multi, qui huiuſmodi teſtamenta non perficiunt,niſi uſque ad finem termini præfixi per teſtatorem,& qui libenter ulterius recalcitrarẽt,ut poſſent iterũ fortè iuuãtes ſe denarijs defuncti,quod ad maximam impietatem pertinet.Da exẽ plum de tutore paruulorum,qui comedit eorum ſubſtantiam,& permittit ipſos cruciari fame.Da etiam exemplum

de incarcerato propter debita, cui non uellet ſubuenire ille, apud quem repoſuit partem ſubſtantiæ ſuæ, ſiue etiã totam ſubſtantiam, Da inſuper exemplum de illo, qui patit morbum regium, ſiue ignem ſancti Antonij in aliqua parte ſui corporis, qui poſſet cum modica pecunia curari, ſed tamẽ filius ſuus, aut hæres tenuit pro eo dare dictã modicã pecuniam. Applicationes ſunt faciles.

Sed pro ampliori reprobatione illorũ, qui tardant exequi teſtamenta defunctorum, mouebuntur aliqua dubia cum ſolutionibus ſuis,

Primum igitur dubium eſt tale. Vtrum defectus patiatur detrimentum ex eo, quòd tardantur eleemoſynę, quas uita comite legauerat. Ad hoc dubium reſpondet beatus Thom. quolibeto. 6. articulo. 13. dicens, quòd quantũ ad meritum eleemoſynæ nullum detrimentum patitur ex tali tarditate, maximè ſi quantum in eo, fuit curam adhibuit, ut eius eleemoſynę citò darentur. Et huius ratio eſt quia meritum principaliter dependet ex intentione, & uoluntate, Sed quantum ad effectum eleemoſynæ talis patitur detrimentum. Non quidem ſic, ut per huiuſmodi tarditatem puniatur, ſed quia remedium expiationis pœnæ ei nõ adhibetur, cum non fiat pro eo ſuffragium, unde ſubleuetur. Similiter talis non patitur detrimentum, ſi differatur reſtitutio, quam ipſe mandauit fieri, quamuis fortè tardè mandauerit eam fieri, uidelicet, in morte, tamen tunc fecit, quod potuit. Hæc beatus Thomas, ubi ſupra. Et ſimile iudicium eſt de illo, qui rogauit filium ſuum in extremis, ut pro eo faceret certam peregrinationem, quam alias uouerat ſe facturum. Vbi ergo filius promittit patri ſe facturum talem peregrinationem, nec eam facit, non tamen obeſt ipſi patri mortem, ſi filius non impleat promiſſum.

Secundum dubium eſt tale. Vtrum executor teſtamenti poſſit licitè tardare diſtributionem eleemoſynarum, & legatorum ad hoc, ut res defuncti melius uendantur. Verbi gratia. Teſtator moritur tempore meſſium, uel uindemiarũ, & per teſtamentum legat ſummam pecuniæ pauperibus erogandam, tradendã ex fructibus recollectis ipſius teſtatoris, quæ tunc temporis parum ualent. Sed tamen

ſpera-

ſperatur, quòd poſt pauca multo plus ualebunt. Reſpondet beatus Thomas, ubi ſupra, quòd in mora modici temporis non uidetur magnum periculum. Et ideo ſi executor per modicum tempus differat dare huiuſmodi eleemoſynas, ut rebus defuncti uenditis ampliores eleemoſynas faciat, non uidetur in hoc peccare. Hoc tamen relinquitur examini prudẽtis executoris, ut conſideratis dilatione tẽporis, & conditionẽ perſonæ, quæ citius, uel tardius liberãda eſt, & etiam quantitate augmenti eleemoſynarum, faciat, quod magis uiderit expedire defuncto.

Tertium dubium eſt tale. Vtrum executor teſtamenti ſit liber à culpa, ſi non exequatur teſtamentum ſibi cõmiſſum per hoc, quod hæres recuſat dare ad hoc pecuniam. Reſpondetur, quòd non, ſed poſtquam uiderit eum notabiliter circa hoc negligentem, debet hoc denunciare epiſcopo. Epiſcopus autem debet talem hæredem monere unica monitione pro terna, præfigendo ſibi terminum ſolutionis, infra quem ſi aliud non fecerit, debet procedere cõtra eum per fulminationem ſententiæ excommunicationis, ut patet ex dictis. Quòd ſi in dicta excommunicatione per annum ſteterat, nec de remedio opportuno ſibi prouiderit, tunc agendum eſt contra eum, tanquam contra ſuſpectum de hæreſi. Ita ut non uideatur credere eccleſiam poſſe ligare, aut ſoluere, Quod eſt hæreticum, & expreſsè contra illud Chriſti uerbum. Matt. 18. Quæcunque ligaueris ſuper terram, &c.

Tertiò principaliter contingit homines culpabiliter omittere, quo ad manus, exercitio honeſto, tempore, & loco non uacando, ſunt enim plerique ſcientes bonam, & honeſtam artem, quã exercendo diligẽter, & fideliter, prout decet, poſſent inopem defendere uitam. Sed profectò non nulli talium ſunt pigri accidioſi, & remiſſi nolentes operari, Et ideo non mirum, ſi tales frequenter patiuntur penuriam multam. Propter quod interdũ efficiuntur fures, & latrones. In tali ergo caſu; ubi quis non poteſt cõmodè ſuſtentare, niſi operando manibus, ſi ſit fortis, & ualidus tenetur tempore, & loco operari, aliàs culpabiliter omittit. A tali tamẽ omiſſione excludũtur eccleſiaſtici, & religioſi, quibus magis incũbit uacare cõtẽplationi, q̃ operi manuali.

Et

Et ideo reprobatur error Guilelmi de ſancto amore,dicentis religioſos mendicantes debere operari manibus ad uitę ſuſtentationem,& non debere oſtiatim mẽdicare,maxime ſi ſint ualidi,& fortes,Sed contra hunc hoſtem mendicantium religioſorum ualde egregiè diſputat beatus Tho.in opuſculis ſub tribus libris.Et nota,q̃d niſi omiſſio manualis exercitij honeſti pro loco,& tempore eſſet culpabilis, nequaquam ocium reputaretur uitium,ſaltem loquendo de otio,per quod excluditur labor corporalis.

Sed forſan dicet aliquis.Per Dei gratiam habeo bene vnde uiuere abſque opere manuali,aut corporali.Nõ habeo ergo peccatum,neque culpabiliter omitto, ſi non operor. Certe cõſequentia non ualet.Nam multæ ſunt alię cauſę, propter quas quis debet operari,præter procurationẽ neceſſariorum ad uitam.Sed de multis tantum tres annotabimus.

Prima eſt generalis.

Secunda ſpecialis.

Tertia ſingularis.

Prima igitur ratio eſt generalis,& illa eſt Dei ordinatio qui non uult nos eſſe in præſenti otioſos.In cuius rei ſignũ legitur Gen.2.quòd tulit Dominus Deus hominẽ, ſcilicet de campo Damaſceno,ubi eum formauerat,& poſuit eum in paradiſo uoluptatis,ut operaretur.Non quidem opere laborioſo,ſed magis delectabili ad experientiam, & exercitium ſuæ uirtutis,ut dicit de Lyra.Non enim decebat,nec fieri poterat,ut in illo ſtatu innocentiæ laboraret, aut fatigaretur operando,maximè cum tunc eſſet immortalis,nõ quidem ex conditione naturæ,qualiter erunt immortales electi poſt generalem reſurrectionem,ſed beneficio creatoris.Quod quidem beneficium tantum,& nõ plus durauit, quantum perſeuerauit obedientia, & ſubiectio plena hominis ad Deum,mũdus ergo iſte eſt locus, in quo operãdũ eſt Cęlum autẽ locus in quo quieſcendum. Vnde & Iohã. Apoc.14 dicit ſe audiuiſſe uocem de cęlo,dicentem.Beati mortui,qui in Domino moriuntur.Amodo iam dicit ſpiritus,ut requieſcant à laboribus ſuis.

Secunda ratio eſt ſpecialis, & illa eſt uitatio mali. Nam per legitimam, & honeſtam operationem

uitantur multa mala,& pręcipuè tria, quę ſunt ſuperbia, luxuria, accidia, quę communiter oriuntur ex omiſſione bonę operationis. Quę tria tangit pſal. pſal. 72. dicens. in labore hominum non ſunt, ſcilicet, homines omittentes benefacere, ideo tenuit eos ſuperbia. Ecce primũ. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Ecce ſecundum, quia luxuria frequenter regnat in hominibus pinguibus, & delicatè nutritis. Tranſierunt in affectum cordis. Ecce tertium. Nam poſtquam aliquis non ſe exercitat circa opus bonũ, & diuinum, ſtatim diabolus occupat eum circa uanas, & uagas, atque inutiles cogitationes, & deſideria praua. Ecce affectus cordis, in quem de facili tranſit oĩs, qui omittit bene agere.

Prima igitur omiſſio bonę operationis, frequẽter generat ſuperbiam. Et de hoc habemus hiſtoriã Dan. 4. de rege Nabuchodonoſor, qui cum totus ocioſus una dierum maneret in aula palatij ſui, fortè per eam ambulans, ſtatim in ſuperbiam elatus eſt, & ait. Nonne hęc eſt Babylon, quàm ędificaui in fortitudine mea, et in gloria decoris mei. Similes huic regi ſunt nobiles, & potentes, qui ſolent plerũque uagari inaniter per domos ſuas contẽplantes curioſitates & ſumptuoſitates ibi per eos conſtructas. Ex qua quidem contemplatione, de facili ruunt in ſuperbiam, & inanem gloriam, & potiſſimum, quãdo audiuit ad eos ſuperuehiẽtes laudare, & magnificare prędictas uanitates.

Secũda omiſſio bonę operationis, plerunque generat, & parit luxuriam. In cuius rei ſignum quamdiu Salomon fuit occupatus circa ędificationem templi Domini, & domus regię, non legitur exarſiſſe in concupiſcentiam mulierum, ſicut poſtea, cum dedit ſe quieti. Similiter omiſſio bonę operationis fuit occaſio adulterij Dauid patris ipſius Salomonis. De eo enim legitur 2. Reg. 11. q. cum una dierum poſt meridiem deambularet in ſolio domus ſuę, uidit ex aduerſo mulierem ſe lauantem, ſcilicet, Berſabee. Et ſtatim exarſit in concupiſcentiam eius, dormiuitque cum ea, Hinc Hie. in 4. parte epiſtolarum ſuarum, epiſtola 14. c. 12. Teneatis, inquit, firmiſſimè, quòd omnis cõcupiſcentię, & immunditię, atque peccati mater eſt otioſitas. Sũmopere ergo debemus uitare otioſitatem, & uacare alicui exercitio laudabili, quia ut dicit Oui. l. de remedio.

Ocia ſi tollas ponere cupidinis artes.

Tertia omiſſio bonę operationis,ut in pluribus generat accidiam,torporem,negligentium,atque bene operādi difficultatem.Da exemplum de gladio,qui de facili cōtrahit rubiginem,quando non exponuntur exercitio. Hoc autē conſiderās diuus barbarus ille Hieronym.ſēper aliquid boni operabatur.Vnde de eo ſcribens Auguſt.ad Cyrillum Hieroſolymitanum epiſcopum,& inſeritur in fine epiſtolarum ſuarum,dicit,quòd ſibi otiū nullum erat, ſed ſemper,aut ſacris lectionibus, aut ſcribendo, aut docendo ſe exercitabat,& hoc rationabiliter,quia vt dicit ipſe Hieronym.3.parte epiſtolarum ſuarum, epiſtola.39.ad Rusticum monachum ſcribēns in deſiderijs eſt omnis ocioſus. Bene ergo de talibus pręmiſit pſalmus.dicens,tranſierunt in affectum cordis.Patet ergo triplex malū, quod procedit ex omiſſione bonæ operationis.Et ideo,quantum poſſumus, uacare debemus alicui honeſtę operationi.

Tertia ratio,quare debemus manualiter operari, ideſt, alicui honeſto exercitio tempore,& loco uacare, eſt ſingularis.Vt,ſcilicet,poſſumus facilius uitare tentationes diaboli. Ecce enim egregius ille doctor Paulus Epheſi.4.uos omnes admonet,dicens. Fratres nolite locum dare diabolo. Ille autem locum dat diabolo, qui nullo bono exercitio ſe occupat.Propter quod dicit Hieronym.ad Rusticū monachum ſcribens, & recitatur de conſecrat.diſtinctio.5.Nunquam. Semper aliquid boni operis facito, ut ſemper diabolus te inueniat occupatum. Deinde dat exemplum de Apoſtolis, ita dicens. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio uiuere, laborabant manibus ſuis,ne quemquam grauarent,& alijs tribuebant refrigerium,quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia, ut in uſus tuos ſucceſſura non præpares. Vel fiſcellam texe iunco, uel caniſtrum lentis plecte uiminibus,ſeratur humus, areolę æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iactata fuerint ſemina, uel plantæ per ordinem poſitæ, aquę ducantur irriguæ, Hæc, & multa alia deſcribit ipſe Hieronym.in quibus ſe occupare debet homo pro loco, & tempore, ut ſic euitare poſſit tentationes diaboli. Quia quem inuenit ocioſum, ſtatim

tim occupât in ſeruitio ſuo,& opere malo. Quæcunque ergo poteſt manus tua, inſtanter operare, vt ſic uitare poſſit omiſſionem reſpectu manuum.

DE OMISSIONE RESPECTV pedum: Cap. VI.

CONFITEOR tibi Domine Pater Cœli, & terræ, quia peccaui nimis omiſſione.] Matth. 11.

Poſtquam in præcedenti capitulo determinatum eſt, de omiſſione reſpectu manuum, hic conſequenter determinandum eſt de omiſſione reſpectu pedum, de qua ſubdit Pſalmus, vbi ſupra, ita dicens. Pedes habent, ſupple, homines peccatores & non ambulabunt, ſcilicet, ſe transferentes ad loca, ad quę ſe transferre debent. Ecce ommiſſio reſpectu pedum, pro quo notandum, quòd contingit homines omittere circa pedes tripliciter, videlicet.

Eccleſiam in die feſto non frequentando.
Votiuas peregrinationes negligendo.
Oues ſibi commiſſas non uiſitando.

Primò igitur contingit omittere circa pedes, eccleſiam in die feſto non frequentando. Ad hoc enim ſunt feſta inſtituta, vt populus melius ſolito frequenter eccleſiam. Vnde feſta dicuntur feriæ, eo, ſcilicet, quod præſtant uacationem ab his, quæ in foro iudiciali agi conſueuerunt, & hoc, ut melius, & competentius Chriſti fideles poſſint eccleſiam frequentare, & Domino ſeruire. Sed profectò multi circa hoc inueniuntur defectuoſi. Pro quo notandum, quod contingit homines omittere circa cultum feſtorum tripliciter, videlicet.

Diuina non audiendo.
Seruilia opera exercendo.
Tempus non obſeruando.

Primò igitur contingit omittere circa cultum feſtorũ, diuina non audiendo, ſiue diuinis nô inſiſtendo. Finis nempe de obſeruatione ſabbati, ſeu feſti eſt, vt homo uacet diuinis.

Et hoc ſignatur in hoc, quod dicitur Memento, vt diem ſabbati ſanctifices. Exo.20. Illa enim ſanctificari in lege dicuntur, quæ diuino cultui mancipantur. Vnde de conſe.diſt.3. ieiunia. ſic dicitur. Die Dominica nihil aliud agendum eſt niſi Deo vacandũ. Nulla operatio in illa die agatur, niſi tãtum in Hymnis, Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. Et quod dicitur de Dominica, intelligitur etiã de alijs feſtis, quæ ſunt de pręcepto, vt ſuperius dictum eſt. Nam vbi eadem ratio eſt, ibi idem ius eſſe debet. Non ſufficit ergo in die feſto ab opere manuali ceſſare, niſi etiã quis vacet diuinis. Et ideo contra illos, qui in die feſto abſtinent ab opere ſeruili, diuinis non uacantes, ſed potius multis leuitatibus, & inſolentis, loquens Aug. in lib. de decem cordis dicit ſic. Dicitur tibi ò Chriſtiane quomodo ſpiritualiter obſerues ſabbatum, non quomodo Iudæi obſeruant ſabbatum carnali ocio. Vacare enim uolunt ad nugas, atq; luxurias ſuas. Melius enim faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quam in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœminæ eorum die ſabbati lanã facerent, quàm tota die in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent. Hæc ille. Idem etiam dicit ſuper Iohan. tract.3. Item idem Augu. ad propoſitum lõquens Dominica 10. poſt Trinitatem ſerm.1. dicit ſic. Fratres omni die Dominico ad eccleſiam conuenite. Si enim infelices Iudæi tãta deuotione celebrant ſabbatũ, ut in eo nulla opera exerceant, quanto magis Chriſtiani in die Dominico ſoli Deo vacare, & pro animæ ſuæ ſalute debẽt ad eccleſiã conuenire? Hæc ibi. Debent ergo homines in die feſto inſiſtere ſpũalibus operibus, vtpotè, orationi, recollectioni, ſanctis meditationibus, compunctioni, eleemoſinis, auditioni diuinorum, & huiuſmodi. Præcipuè autẽ debẽt tunc uacare contritioni peccatorum ſuorum recogitãtes quid egerint alijs diebus, quibus fuerunt occupati in negotijs exterioribus. In cuius rei teſtimoniũ Leuiti.16. Dominus mandat dicens, Sabbatũ requietionis eſt, affligetis animas veſtras, ſcilicet, per contritionem. Item in die feſto dẽbent parentes vacare admonitioni, & correctioni familiæ ſuæ, exemplũ ſumentes in Iob, de quo dicitur eiuſdem primo capitulo, quòd cũ in orbem tranſiſſent dies, ideſt, in fine hebdomadæ, quando eſt dominica, mittebat pro filijs

ſuis

ſuis,ideſt,uocabat eos ad ſe,& ſanctificabat eos,ideſt,die illa admonebat eos,& corripiebat de defectibus, ſi quos infra hebdomadam feciſſent.Sic,n. exponit prędictus beatus Tho.ſuper Iob.Da exemplum de rectore,& inſtructore iuuenũ,qui in fine hebdomadę punit ſępe de defectibus cõmiſſis per hebdomadam. Item in die feſto debẽt homines plus ſolito uacare operibus pietatis,& duplicare eleemoſynas ſuas,in cuius figura leg.ĩ Nũ. 29. ꝙ iudęi olim in lege iubebãtur in die ſabbati offerre duos agnos anniculos immaculatos,& duas decimas ſimile oleo conſperſę in ſacrificio. Legitur etiam Tho.2.de Thobia ſeniore, quòd in die feſto,parato prandio miſit filium ſuum ad uocandum pauperes, ut comederent cum eo, prius tamen ſepeliuit mortuum,quem audiuit iacere.

Sed quis eſt hic,qui taliter celebret feſta uacando diuinis,& laudabimus eum,cũ talem inuenerimus. Nonne tota occupatio hominũ in feſtis eſt circa corpus? Nonne mulieres multũ temporis tunc exponunt in ſe ornando ad capiendas animas?Item famuli, & famulę ad prępatandum cibos accuratius ſolito.Item mercatores ad reuiſitandum ſua ratiocinia. Nonne etiam tali die filij,ſerui,& ancillę dimittuntur liberi ad faciendum mala? Denique nonne tali die artifices,operarij,& ſimiles exponũt in ludis, luxurijs, comeſſationibus,& ebrietatibus ea modica,quę per totam hebdomadã,cũ multo labore, & ſudore corporis ſui ſunt lucrati?O peruerſa abuſio hominum,& iactura temporis irrecuperabilis,& negotium gratiſſimũ dæmonijs.Propter quod Hier.Thren.1. ait. Viderũt eam,ſcilicet, dæmones, Chriſtianorum maximam multitudinem,& deriſerũt ſabbata eius,ideſt,feſta,eo, ſcilicet, quòd non Deo, ſed mundo, carni, & dæmoni uacant talibus diebus, etiam multo abundantius, quàm diebus operabilibus. Ecce, quomodo contingit homines omittere in die feſto diuinis non inſiſtendo.

Tertiò cõtingit homines omittere circa cultum feſtorũ ſeruilia opera exercendo. Quod tamen prohibet dominus Exo.20.dicens.Opus nõ facietis in eo,ſcilicet,in die ſabbati.Et hoc intelligitur de opere ſeruili,quia alia opera,& ſancta,& ad Dei honoré ordinata,debent maximè fieri in die

ſabbati.

ſabbati,ideſt,in die feſto.Per opus autem ſeruile intelligit non ſolum opus peccati,uerumetiam opus corporale,quo unus alteri ſeruit ſecundum corpus. Et tale opus non eſt exercendum in die feſto, niſi forſitan ob neceſſitatem. Et ideo Machabei ſabbatum minimè uiolauerunt,pugnantes ipſa die pro ſui defenſione.1.Mach.2.Similiter propter hęc Chriſtus excuſauit diſcipulos ſuos,q colligebãt in die ſabbati ſpicas,& eas manibus fricabant propter neceſſitatem, quam patiebantur Matt.12.Item Luc.6.Similiter opus corporale,quod ordinatur ad ſalutem corporalem alterius,nõ uiolat ſabbatũ,ſicut patet de arte medicinę.Propter quod Chriſtus increpat iudęos Iohan.7 dicens, Mihi indignamini,quia totum hominem ſanum feci in ſabbato. Similiter opus corporale,quod ordinatur ad obuiandum imminẽti periculo, ſed damno rei exterioris, non uiolat ſabbatum. In cuius rei teſtimonium, dicit Chriſtus Mat.12. quis ex uobis habens unam ouem, & ſi ceciderit in foueã die ſabbati,nonne leuabit eam. Hæc omnia trahũtur ex dictis B. Tho.2.2.q.122.arti.4.Neceſſe eſt ergo Chriſti fideles abſtinere ab operibus manualibus in die feſto, exceptis tamen prædictis.Et qui ſecus faciunt, mortaliter peccant. Vnde ad oſtendendum grauitatem huius peccati, Moyſes de mandato Domini iuſſit, & fecit lapidari quendam hominem iudęum, eò quòd repertus fuerat, colligens ligna in deſerto,in die ſabbati,ut habetur Nume.15.Qui autem hodie faceret ſimile,non propterea lapidaretur,ſed tamen fortè grauius peccaret,pro quãto lex gratię eſt pręſtãtior lege ueteri.Circa autem pręſentem materiam poſſunt moueri aliqua dubia.

Primum igitur dubium eſt.Vtrum agricolę,qui die Dominico,aut feſto faciũt collectas bladi cum quadrigis, aut equis pro nomine religioſorum mendicantium, petentiũ eleemoſynas Chriſti fidelium,peccent mortaliter,& ſimiliter ipſi religioſi,qui eos inducunt.Reſpondetur,quòd non dummodo iſta concurrant.Primum eſt cõſenſus interpretatiuus epiſcopi hoc ſcientis,nec prohibentis. Secundum eſt, q̃ hoc fiat ex charitate per modum eleemoſynæ. Nam qui talem collectam faceret cum pacto, ſeu ſub ſpe lucri tẽporalis mortaliter peccaret,eò quòd reputaretur facere

opus

opus ſeruile. Tertium eſt, quod propter tale opus pietatis non omittantur diuina, & ſpecialiter Miſſa. Quartum eſt, quòd tales non laborent uſque ad ultimam fatigationem. Quintum eſt, quòd hoc fiat quaſi ductum in conſuetudine ex multis annis, quia ſi aliter, quia tunc poſſet de facili generari ſcandalum. Sextum eſt, quòd tales collectę non poſſunt ſine notabili detrimento differri ad aliam diem non feriatam. De illis autem, qui in baſſis feſtis poſt diuina, ex charitate terras, & agros pauperum colunt, uidentur excuſari a peccato. Idem dic, de illis, qui pro eccleſijs contruendis, aut reparandis, ſiue etiam pro aliquis pijs locis conducunt cum curribus, quadrigis lapides, cementum, calcem, ligna, & cętera neceſſaria, & hoc gratis, & potiſſimum, ubi tales eccleſiæ, aut capellę ſunt pauperes, bonũ tamen eſt, ut hęc omnia fiant cum diſpenſatione epiſcopi.

Secundum dubium eſt. Vtrum nundinę poſſunt licitè fieri, & celebrari in die feſto, uidetur, ꝙ non, quia lex diuina prohibet opus ſeruile in die Sabbati. Reſpondet ad hoc dubiũ dominus Petrus de Palude. in 4. ſent. diſtin. 19. quæſtio. 2. dicẽs, quòd cum huiuſmodi nũdinę fiunt in aliquo loco diebus feſtis, ſi non prohibetur à pręlatis, quinimmo Papa talia ſcit, & tolerat talem conſuetudinem, illi qui emunt, uel uendunt in talibus nundinis, uidentur poſſe excuſari à mortali, dummodo non dimittant diuina, & præſertim Miſſam. Secus autem, ubi Miſſam non audiunt, uel ubi talia prohibentur a prelatis. Nũdinas autem celebrare, aut ad eas ſe transferre in die Dominico, ſeu feſto præcipue, uidetur omnino illicitum. Et ideo, quando occurrit aliquod feſtum, ſiue beati Martini, ſiue Nicolai, aut Iohannis in die Dominico, in quo ſolẽt nundinę in certo loco fieri, tunc ſolent transferri ad ſecundam feriam. Vnde C. de ferijs. l. dies dicitur, quòd dies Dominicus debet eſſe à contractibus alienus. Propterea in nũdinis famoſis, quæ vulgari ſermone lenditum uocantur, quę celebrantur inter feſtum beati Barnabæ, & Iohannem Baptiſtã, extra muros oppidi beati Dionyſij in Frãcia, nõ licet mercari in die Dominico, nec in die feſto corporis Chriſti, quando in tẽpore tali occurrit celebrandum, ſed omnia clauſa manent, uſque in craſtinum.

Tertium dubium eſt, utrum boucherij, ſeu carnifices, ſimiliter piſtores, aſſatores, & ſimiles peccent mortaliter in die feſto exercentes officia ſua. Reſpond. Aut enim talia potuerunt commodè præparari ante diem feſtũ, & præparata conſeruari, uſque ad tempus, quo illis utẽdum eſt, aut non. Si primum, tunc non uidentur tales excuſari à mortali peccato, Si autem ſecundum, tunc non uidentur peccare, dummodo iſta concurrant, Primum eſt, ut propter hoc nõ omittant audire Miſſam in die feſto, Scriptũ eſt enim Mat. 6. Quærite primum regnum Dei. Secundum eſt, ut talia faciant magis intendentes ſubuenire neceſſitatibus communibus, quàm proprię utilitati. Tertium eſt, ut doleant quòd non poſſunt, aliter prouidere communitati, nec forte uiuere. Quartum eſt, quòd nõ interdicant eis ſpecialiter à ſuis prælatis talia talibus diebus. Quintum eſt, quòd ſi fieri poteſt clauſo oſtio operentur, & maximè ad euitandũ ſcãdalum. Nam propter ſuperuenientes, & ſimiliter propter multos operarios diurnos, qui non poſſunt facere prouiſionem ſuam ante diem Dominicam, maximè ubi nõ redditur illis merces laborum ſuorũ, niſi in fine hebdomadę, & hoc forte iam ſerò facto, aut etiam mane diei Dominicę uidetur rationabiliter permitti in magnis ciuitatibus, ut uictualia uendantur, & emantur in die Dominico, & feſto, niſi forſan feſtum fuerit præcipuum, quale eſt feſtũ Domini eę reſurrectionis Natiuitatis, Pẽtecoſtes, & huiuſmodi. De uino autem, quod emitur in taberna, quia non poteſt commode reſeruari in diem alterum, ideo licitè poteſt uendi, & emi, quocunque die. De Molendinis autem, ſiue ad aquã, ſiue ad uentum, dicit Dominus Ant. 2 par. tit. 9. c. 7. §. quòd conſuetudo patriæ eſt ſeruanda, dummodo non prohibeatur à prælatis, De Barbitõſoribus etiã, dicit, quòd poſſunt in die feſto aliquem minuere, dũmodo hoc faciant propter neceſſitatẽ eorũ, qui minuuntur, & nõ propter lucri cupiditatę. Radere autem neminem debent in die feſto, cum hoc non ſit neceſſitatis. Vſus tamen eſt in contrarium præſertim in baſſis feſtis. Similiter ferratores equorũ propter vrgentem neceſſitatem poſſunt uti arte ſua in die feſto. Item uectores mercium, aut alimentorum, ſiue perſonarum ad remota loca. cũ aliàs non poſſent uitam transigere, credi-

tur excuſari,ſi differre nō poſſunt.Et ſic de ſimilibus.Et ſic patet ad dubium.

Tertiò contingit homines omittere circa cultum feſtorum,tempus non obſeruādo.Sunt enim nonnulli, qui operantur manualiter tota nocte præcedente diem feſtū. Alij autem incipiunt ingrediente nocte ſequente feſtum,ita ut uideatur eis feſtum, quaſi ſimul oriri,& ſimiliter finiri, cū die artificiali.Sed tales ſe decipiunt,quia tempus totū,quo feſtiuando eſt,non obſeruant. Pro quo notandum, quòd dies feſtus habet 24.horas. Debet autē incipi feſtum, quo ad ceſſationem ab operibus manualibus à ueſpera.i.ſero uigiliæ,& terminaī in fine dici feſti, ut patet extra de ferijs, c.1.quod incipit,omnes.Item de conſe.diſt.3.pronunciandum.In quibus quidē capitulis præcipitur,ut dies Dominica à ueſpera uſque ad ueſperam colatur. Et quia de ſimilibus ſimile eſt iudicium, ideo idem dicēdum eſt de aliis feſtis ſanctorum.Vnde glo. ſuper dicto capitulo pronunciandum.Dicit,quòd dies ſecūdum canones incipit à ueſpera, ſimiliter terminatur ad ueſperam ſequentem. Sed ſecundum leges ciuiles dies incipit à media nocte, & terminatur ad mediam noctem ſequentem, ut patet. ff. de ferijs.L. more.Tamen initium feſtorum,& finis eorūdem debet obſeruari,iuxta eorum qualitates, & patriarū cōſuetudines. Et dictorum feſtorum magnitudo exigit prius incipere, & tardius finire, ut expreſſè dicitur extra,de ferijs.c. quoniā in parte. Quid autem tenendum ſit pro ueriori,quo ad initium,& finem diei feſti,dicitur,quòd ſtandum eſt conſuetudini regionis. Hodie autem uidetur conſuetudo uniuerſalis,quòd feſtū incipit à media nocte, & terminatur ad aliā mediam noctem.Nam multi artifices,ſic ſolent obſeruare. Et præterea, ſi dies inciperet à veſpera, ſequeretur, quòd multi comederent carnes in die veneris,ſicut patet de illis, qui die Iouis poſt clauſam noctem faciunt cœnam cū carnibus.Vbi conſuetudo eſt, quòd in vigilia alicuius feſti inclinata die nihil operis fiat,ceſſandum eſt tūc ab opere manuali.Poſſunt nihilominus barbitonſores excuſari à culpa ſi in talibus uigilijs etiam magnorum feſtorum, & ſimiliter diebus Sabbatinis laborant per duas horas noctis, uel eo circa,quia tunc homines magis ad eos declinant,quàm

alijs horis totius diei,& quam alijs diebus.Vnde refert Dominus Anto.ubi ſupra.§.1.quòd Papa Eugenius quartus ſuper hoc requiſitus, cum talibus diſpenſatur,patet ergo, qualiter contingit homines omittere circa cultum feſtorũ tempus non obſeruando.Et ſic patet de primo principali.

Secundò principaliter contingit homines, quo ad pedes omittere uotiuas peregrinationes negligendo. Circa qđ notandũ,quòd peregrinationes ſunt in triplici differẽtia.Primę ſunt purè uoluntarię,& ſine quacunque obligatione.Secundæ ſunt uotiuæ,ſicut patet de illis,qui uoto ſe obligant peregrinari in terram ſanctam,ſiue Romam,ſiue ad ſanctum Iacobum, & huiuſmodi. Tertię ſunt pænitentiales,quales ſunt illę,quę interdum imponuntur confitẽtibus peccata ſua,& hoc in ſatisfactionem. Circa primas peregrinationes non contingit omittere culpabiliter,cum nulla ſit ibi obligatio.Non tamẽ ſunt contemnendo, ſicut neque cętera opera ſupererogationis.Et ideo ſicut illi,qui ſpernunt,& derident illos, qui ingrediũtur religionem bene reformatam,peccant,mortaliter,ita etiam,& illi,qui deri dent peregrinos uocantes eos fortè fatuos, & quòd melius facerent domi ſedere.Circa ſecundas peregrinationes contingit omittere culpabiliter,& niſi fiant vbi,& quando fieri poteſt maximè cum ſcriptum ſit in pſalm. Vouete, & reddite. Sed circa hoc iterum diſtinguendum eſt, quia, aut uouens peregrinari ad certum locum præfixit ſibi tempus peregrinandi,aut non,ſed tantum,dum illi occurrerit opportunitas bona. Si primum tunc non peccat,ſi quam primum poteſt,non incipiat peregrinationem ſuam, ſed ſufficit,quòd illam perficiat infra tempus ab eo prętixum,ſiue ſit annus, ſiue plus. Sed quia tempus futurum eſt nobis incertũ, ideo ſatis expedit quãtocitius de talibus ſe aquitare. Talis etiam plus meretur cęteris paribus, quàm ille, qui tardè implet, quia,ut dicit moralis ille Sene.de uerborum copia. Qui citò dat,bis dat. Si uerò talis in uouendo peregrinari non præfixit tempus, tũc uidetur,quod quam primum commodè poteſt peregrinari ad hoc teneatur.. Quòd ſi ex mera negligentia peregrinatus non fuerit,uidetur culpabiliter omittere,& de hoc habet confiteri. Nam ut dicitur.ff.de regu.iur. l.in omnibus obligationibus, in

quibus

quibus dies non ponitur, pręſenti die debemus. Similiter regula iuris.lib.6.dicit, quòd mora ſua cuilibet eſt nociua. Et iſtud eſt contra multos, qui cum confitentur, & interrogantur, ſi nã fecerint aliqua uota, quę non obſeruauerunt, reſpondere ſolent, ſe nullum uotum feciſſe, quod non bene intendant implere. Cum autem particularius interrogantur, interdum reſpondent ſe feciſſe uotum ante decem, uel 15.annos peregrinandi, ſcilicet, ad beatum Nicolaum, uel Claudium, uel ad alium ſanctum. Sed propterea huiuſmodi uotum non adimpleuerunt, quia tempora fuerũt mala. Sic enim dicere ſolent, & ſic fortè ſemper manebunt, quia ſemper deteriorem ſequiť poſterior dies, ut dicit quidam. Circa aũt tertias peregrinationes ſimiliter cõtingit culpabiliter omittere, quando quidé non fiunt, quomodo, aut quando impoſitę fuerant à confeſſore, & pręſertim, ubi rationabiliter, & diſcretè impoſitę fuerant. Secus autem, ubi indiſcretè, ut puta, quòd mulier peregrinetur, cum ſola camiſia, aut uir delicatus, & diues nudis plantis, ſiue uir pauper ad diſtantem locum, cum tamen ſolo labore manuum ſuarum ſuſtentat ſeipſum cum tota familia ſua. Et ideo magna cautela adhibenda eſt in impoſitione talium peregrinationum, quę iniunguntur in ſacramentali confeſſione.

Quęritur circa hoc, utrum liceat peregrinari in die feſto. Reſponſio. Secus eſt de peregrinationibus, quę fiũt ad eccleſias uicinas, & de alijs, quę fiunt ad loca notabiliter diſtantia.

Primę enim peregrinationes licitè poſſunt fieri in die feſto, dummodo non omittantur propter hoc diuina, & præſertim miſſa. Et hinc eſt, quòd uidemus multos Chriſti fideles utriuſq; ſexus in die feſto frequẽtare eccleſias uicinas, & pręſertim, ubi audiunt indulgentias eſſe datas à Romanis pontificibus, uel ab alijs inferioribus prælatis omnibus illic concurrentibus, & de ſuis bonis largientibus.

Secundæ autem peregrinationes, quæ, ſcilicet, fiũt addiſtantia loca, non poſſunt commodè inchoari in die Dominico, aut celebrari in feſto, maximè cum tunc ſit uacandũ diuina. In receſſu autem talium peregrinornm, ſiue euntium Romam, ſiue in terram ſanctam aut hmõi ſolẽt

multæ diſtractiones fieri. Propter qđ melius eſt, ut inchoētur die non feſto, quã aliàs. Vbi tamẽ tales peregrinationes ſemel inceptę fuerint, poſſunt licitè continuari hic feſto, niſi forſan dies eſſet multum celebris. In feſto aũt Apoſtolorũ, & infra, & ſimiliter dominicis diebus cõtinuari poſſunt non tñ vſque ad ultimam fatigationem, ſicut dieb. non feriatis. Debẽt etiã hmõi peregrini taliter tẽperare uias ſuas die Dominico, & feſto, ut poſſint audire Miſſam. Et ualde expediens eſt, quòd ipſam audiant, antequam recedãt à loco, in quo quieuerunt, quia ſcriptum eſt Matth. 6. Quęrite primum regnum Dei.

Sed quid iuris, ſi uolunt in uia confiteri. Reſpondetur ad hoc, quòd hoc nõ poſſunt, niſi in tribus caſibus. Primus eſt, ſi timeretur de morte. Nam in extrema neceſſitate omnis ſacerdos ab eccleſia non præciſus poteſt quemlibet abſoluere. Secundus caſus eſt, ſi confitentur alicui habenti iuriſdictionem, & poteſtatem ab epiſcopo. Et hoc intellige, quando peregrinantur infra diœceſim. Tertius caſus eſt, quando habent licentiam à ſuo epiſcopo, aut curato cõfiteri cui uolunt, etiam extra ſuam diœceſim. Et ideo ualde bonum eſt, & ſecurum petere licentiam peregrinãdi à ſuo curato, uel maiore, ſcilicet, epiſcopo, cum opportunitate cõfitendi, & ſacramẽta eccleſiaſtica tempore, & loco ſuſcipiẽdi, & ad maiorem probationem, atque ſecuritatem inſtrumentum, ſiue litteram publicam ab eis recipiendi. Qui autem aliàs peregrinantur, multis periculis ſe exponunt. Patet ergo, quomodo contingit homines culpabiliter omittere uotiuas peregrinationes negligendo.

Tertiò principaliter contingit homines, quo ad pedes culpabiliter omittere oues ſibi commiſſas tempore, & loco non uiſitando. Et iſtud concernit eccleſię prælatos, qui tenẽtur ex officio uiſitare ſibi ſubditos, & corrigere defectuoſos. Quibus etiam uidetur dominus loqui, dicens illud 1. Eſdrę. 4. Videte, ne quid negligẽter per uos agatur. Sed profectò hanc poteſtatẽ fermè omnes prælati, quibus incũbit uiſitare ſubditos, tripliciter omittunt, uidelicet.

Non uiſitando.
Non inquirendo,
Non corrigiendo.

Primò

Primò quidem non uiſitando,nã hac tempeſtate noſtri ꝑlati de multis loquor dãt ſe inertię,torpori,& quieti corporali quęrentes delitias ſuas, ut puta,reſidẽdo aſſiduè in caſtris, ſiue manerijs ſuis, uentri,ludis, uenationi, & hmõi mundanis ſolatijs operam dantes. Vnde tales ſunt ſimiles Sopnę propoſito tẽpli,cui dictum eſt Eſa.22. Quid tu hic aut quaſi quis hic? Quia excidiſti tibi hic ſepulchrum,excidiſti in excelſo memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi. In quibus uerbis reprehenditur malus prælatus de quatuor. Primò de negligentia, & omiſſione,cum dicitur, quid tu hic, ſcilicet, in loco, & ſede prælationis facis? Ac ſi diceret. Nihil, niſi lautè epulari, & uoluptatem ſectari. Secundò de hypocriſi,cum ſubditur. Aut quaſi quis hic,ac ſi apertè diceret.Tu geris perſonam paſtoris in exteriori homine,ſed à parte rei ñõ es talis, ſed potius lupus rapax.Tertiò de curioſitate, q̃ a ad cõſtructionẽ,& pręparationem proprij ſepulchri, cũ addit, quia excidiſti tibi hic,ſ.in loco patenti, & ſolemni ſepulchrum. Solent enim nonnulli magni prælati,cum ſentiunt ſe ſeneſcere, inſigne ſepulchrum,ſiue tumbã marmoreã facere ſibi fieri,ut ſit de ipſis perpetua memoria. Quartò reprehenditur malus ꝑlatus in uerbis prędictis,de curioſitate quo ad ędificia, quæ hinc inde per eũ conſtruunt, ibi inaniter cõſumẽdo,q̃ pauperib.& pijs uſibus diſtribuere tenetur,unde ſubditur excidiſti in excelſo memoriale,&c.Ecce,quales pro magna parte habet hodie eccleſia paſtores,& pręlatos.Cũ tñ antiqui pręlati eſſent contenti tuguriolis.Et ideo poſt mortẽ apud Deum,& hoĩes in magno honore habiti ſunt.Sed profectò ad talem inertiã ſectandam modernos pręlatos nõ poſuit dñs in eccleſiã,ſi tamen poſuit, ſed ut uadant ad uiſitãdas ſuas diœceſes diligẽter,ita ut de ipſis uideatur expreſſe dictũ Zachariæ 1.Iſti ſunt equi, quos miſit dominus,ut perambulent terram.Et ſic patet de primo.

Secundò pręlati omittunt,non inquirendo,ſcilicet,diligenter defectus ſubditorum. Sunt enim nõnulli eorũ, qui interdum ſe transferunt ad aliqua præcipua loca ſuæ diœceſis, cauſa uiſitationis,ad ſe aduocantes proximas parochias,quibus congregatis,neque populo prædicant,neque de uitijs, tàm eccleſiaſticorum, quàm laicorum diligenter

ſt informant,ſed ſubtili ingenio pecuniam multam ext or-quent. Sunt,& alij prælati,qui non dignarentur ſuam diœceſim in propria uiſitare,ſed mittunt uirtus, qui nō quærunt aīam,ſed pecunias. Et in eadē cōdēnatione ſunt fermè oēs moderni archiadiaconi,qui quaſi ꝓ iniuria haberēt,ſi in ꝓpria pſona officiū ſuū exercerēt.Habēt aūt aliquos cōmiſſarios,ſiue firmarios,qui replēt marſupia de sāguinibus,i. de culpis clericorū,aut quorūcūque aliorū defectuoſorum, quos puniunt per burſam. Audiat ergò platus,ꝙ nō uicario ſuo,ſed ſibijpſi loquit Dñs Ezec.3.di.Fili hoīs ſpeculatorē dedi te domui Iſrael. i.eccleſiæ, uel plebi tibi cōmiſſę ad intuēdū,& corrigēdū mala illius opera.Vnde ſi dicēte me ad impiū.Morte morieris.tu nō annūciaueris ei,ut auertat ab iniquitate ſua et uiuat,ipſe in iniquitate ſua morieт,ſāguinē uerò ſuum,i.mortē,& dānationē de manu tua requirā, qñ.ſ.negligentia tuæ inquiſitionis, & admonitionis nō eſt reuerſus ad pœnitentiā.Et nota,ꝙ tūc dicit Dñs ad impiū.Morte morieris,qñ,ſ.perpetrat aliqd mortale peccatum.Hoc.n.ipſe dicit,& annūciat impio per ſcripturas.Et ideo pro aquitamento officij ſui debet pręlatus inquirere diligenter de uita ſubditorum,ut ſi forte in eis īuenerit aliquod crimē,primò eos charitatiuè moneat. Quòd ſi gratioſa monitio non proſit,eos per pœnas coerceat.Propterea enim datur epiſcopo baculus paſtoralis.Et nota,quòd non ſufficit pręlato expectare,quòd illi denūcietur, qui criminoſi ſunt, ſed debet ex officio diligenter inquirere, ſi qui ſint tales ſub iuriſdictione, & diſciplina ſua,dicente ad eum ſcriptura,Prouerb.27.Diligēter agnoſce uultum pecoris tui, ideſt,exteriorem conuerſationem ſubditi tui, ſimiliter, & interiorem,quantum fas eſt, quo agnito eum debet admonere,quantum expedit, quia vt dicit regula iuris.Non poteſt iuſta eſſe excuſatio paſtoris,ſi lupus oues comedit,& paſtor neſcit,quando,ſ.poteſt,& debet ſcire,& negligentię.Prædicta autem regula extra de regu.iu.c.quamuis.

Tertiò pręlati omittūt nō corrigendo,ſupple,defectus ſubditorum.Sunt enim inter eos nonnulli minus mali, ꝙ poſtquam audierunt minus honeſta,& licita de ſubditis,iubent informationes fieri. Quibus factis, & ad eos delatis

non procedunt ad debitam ſententiam,ſeu correctionem, quia forte præueniuntur muneribus,quę excęcāt oculos potentum,uel quia tales defectuoſi ſunt alicuius exiſtimationis,pp q nolunt illis diſplicere,ſiue eos ſcādalizare,uel quia magnę perſonę ſe intromittunt de tali negocio, quibus ipſi prælati nolūt aliquid denegare.Et ita per hūc modum multa ſcelera manent impunita,ita ut multi effręnate peccent,ſicut patet de publicis uſurarijs,notorijs cōcubinarijs,enormibus blaſphematoribus,& ſimilibus. Et ut dicit Beatus Thom.2.2.q.33.artic.6.non debet prælatus propter ſcandalum delinquentis de ſua punitione dimittere ipſum impunitum,prę ſertim,ubi delictū eſt manifeſtū. Et huius ratio eſt,quia talis correctio eſt actus iuſtitiæ,habens uim coactiuam,& ordinantur ad bonū cōe.Et ideo ſi delinquens in propria pſona,ſpontè nō uult ſe corrigere, cogēdus eſt per pœnas,ut peccare deſiſtat. Inſuper per punitionem eius prouidetur bono cōmuni,dū ſeruatur ordo iuſtitiæ,& unius exemplo alij deterrentur.Sicut neque iudex criminalis prætermittit ferre ſententiā cōdēnationis in malefactorem,propter timorē turbationis eius,uel amicorum ſuorum.Hæc B.Thom.ubi ſupra.Audiat ergo pręlatus circa prædicta negligens illud uerbum Hiere.48.Maledictus,qui prohibet gladium ſuum à ſanguine,ſcilicet, fundendo.Et quamuis hoc uerbum prima fronte uideatur intelligendum de rectore,ſeu iudice ſeculari, qui habet poteſtatem malefactores plectendi morte;quos ſi non punit iuxta exigentiam caſus,tunc maledictionem Dei incurrit. Poteſt tamen idem uerbum intelligi de iudice eccleſiaſtico,cuius gladius eſt dura delinquentis increpatio,& ſentētiæ iuſtæ pronunciatio.Quo quidem ſpirituali gladio funditur ſanguis peccati per debitam correctionem.Prælatus ergo,qui prohibet talem gladium,id eſt, qui omittit debitè punire delinquentem ſubditum,grauiſſimè peccat, atque maledictionem Dei æternam incurrit, utpote particeps peccati delinquentis exiſtens.Nam ut dicit decret.ſecunda,quæſtione ſeptima negligere.Negligere cum poſſis perturbare peruerſos, ideſt,prohibere, & retrahere à malis,nihil aliud eſt,quàm fouere . Nec caret ſcrupulo , id eſt, ſuſpitione ſocietatis occultæ, qui manifeſto crimini deſi-

ni deſinit obuiare. Et nota ſecundum glo. quod iſtud decretũ intelligitur de prælatis omittẽtibus facere debitas correctiones de inſolentijs, & defectibus ſubditorum ſuorũ. Sed dicunt omnes fermè moderni p̄lati, cũ.ſ. à uiris zeloſis auiſantur de multis inſolẽtijs, quę fiũt in ſuis diocęſib. habemus, inquit, bonos officiarios, de quib. cõfidimus. Qđ ſi tales zeloſi replicẽt hmõi officiarios, interdum ſup talib. monuiſſe, nec ullã emẽdã ſecutã fuiſſe, ad hoc rñdẽt ipſi p̄lati, ꝙ eos ſup hoc monebũt, ut melius agãt in poſterũ. Et ſic placãt tales zeloſos denũciatores ſuis gratioſis reſpõſis, & promiſſionibus, de quibus fortè illis recedẽtib. parũ, aut nullo modo curabunt, quinimmo forſan eos irridebũt. Ecce quales habet hodie eccleſia prælatos, ſaltẽ ꝑ magna parte, ita ut de ſpiritualibus nõ ſit eis cura, ſe circa hoc referẽtes ad uicarios ſuos. De tp̃alibus aũt diligẽter inquirũt, & ſcire uolunt, qũo, & qualiter ſe habeãt, & ſi iura eorũ bene, & fideliter ſoluanẽ, nec de talibus ex toto confidunt in officiarijs, & receptoribus ſuis, quinimmo exigũt ab eis rõnẽ uillicationis ſuæ tp̃e debito. Qđ ſi qõ eſt de ordinib. celebrãdis, aut eccleſiijs dedicandis, ſiue de cæteris ad officiũ põtificale pertinentib. cõferendis, talia faciũt exequi ꝑ ep̃os titulares, ſic tñ, ꝙ habeãt iura ſua ex integro, tanquã in propria pſona talia exercuiſſent. Et cũ præter hoc oporteat ſatisfacere dicto ſuffraganeo de laboribus aſſumptis, patet, ꝙ ex tali abuſu grauant ſubditi. Et breuiter deficiet mihi citius calamus, q̃ ꝙ hic ãnotare poſſim defectus, neglĩgẽtias, & omiſſiones malorũ p̄latorũ, quos uiſitare dignet in interiori hõie ſũmus ille paſtor bonus Ieſus Chriſtus. Amen.

DE OMISSIONE RESPECTV *gutturis.* Cap. VII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terra, quia peccaui nimis omiſſione.*] Matth. 11.

Poſtquam in prędecenti cap. actũ eſt diffuſè de omiſſione reſpectu pedũ, hic cõſequẽter agendũ eſt de eadem reſpectu gutturis. Et de hac omiſſione ſubiungit Pſal. ubi ſupra, ſ. Pſal. 113. dicente. Non clamabũt, ſupple, homines peccatores in guttu-

no,quando,ſcilicet,quomodo,& ubi clamare debebit, omiſſio reſpectu gutturis.Circa quod notandum, q. contingit omittere circa huiuſmodi clamorem gutturis tripliciter,uidelicet.

Peccata clarè non confitendo,
Contra peccatores non latrando.
Diuinas laudes indebitè ſoluendo.

Primò igitur cōtingit omittere circa guttur,peccata clarè non confitendo.Sunt enim nonnulli, qui corá ſacerdote ex damnatiſſima erubeſcentia non audent apertè,& clarè confiteri peccata ſua.Cum tamen dicat Au.li.de Viſitatione infirmorum.c.2.Non te pudeat corā uno dicere, quę te non puduit,forſitan coram multis,aut cum multis facere,Nam humanum eſt peccare,Chriſtianum à peccato,deſiſtere,ſed diabolicū eſt perſeuerare,ergo facinora,quę grauius mentē exercebant,confeſſori manifeſta,nihil obſcuri dicēs.Culpam tuam nullis ambagibus inuoluas, nullis circuitionibus,quod verum eſt operias.Item idem Au.lib.de uera,& falſa pœnitentia.c.19.ad idem propoſitū loquitur, dicens.Nullus erubeſcat confiteri peccata peccatori.Si enim ſacerdos peccata nō haberet,erubeſcere poſſet,q̄ peccata ſua ei manifeſtare.Hæc ille.Item idem ad idem propoſitum ad fratres in heremo.ſer.30.qui intitulatur de cōfeſſione peccatorum,loquitur dicens.Deprecor te,o homo ut cōfiteri nō paueas.Frequenter enim diabolus cor tuum aſtringit,ne confitearis di.Quomodo confitebor hæc,& illa. O homo, quandocunque hoc perſenſeris,diaboli tētationem eſſe non dubites,qui cupit te aſtringere,nequiter ut in peccatis permaneas.Nolite ergo fratres timere confiteri peccata ueſtra.Nam illud,quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio,quē illud,quod neſcio,Et poſt pauca. O homo cur times confiteri peccata tua.Peccator eſt,qui illa audit, ſicut & tu,& forſitā maior.Cur magis times,o homo peccator, confiteri homini peccatori.Elige,quod uis.Si non confeſſus lates,inconfeſſus damnaberis.Hæc ille.Caueat ergo peccator ne omittat quacunque ex cauſa debitè confiteri, ſed dicat illud Eſa.38.Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, ſupple,in cōfeſſione, inſuper meditabor, ut columba. Iſta autem meditatio pertinet ad preuiam diſpoſitionem, per quam

quam uolens confiteri meditatur, & recogitat mala, quæ fecit. Multa autem ad propoſitum dicta ſunt, prius uidelicet, tractatu primo de confeſſione, cap. 11. ideo hæc pro præſenti ſufficiant.

Secundò contingit omittere circa guttur, contra peccatores non latrando. Sunt enim multi habentes guttur raucum, qui non clamant contra defectuoſos. Et iſti ſunt in triplici differentia.

Primi ſunt, qui non clamant ex amore, ſupple, inordinato, eò ꝙ ſunt complices in malo, aut ſaltem conſimiles in culpa. Prædicator enim, qui non ieiunat per quadrageſimam, non multum clamat contra non ieiunantes. Nec ſimiliter, qui habet plura beneficia, deteſtatur ſibi pares, ſed de hoc ſilet. Item auarus, non ſolet multum inſtare contra auaros, & ſic de ſimilibus.

Secundi ſunt, qui non clamant ex timore. Timent enim diſplicere malis, & perdere bonã gratiam eorum. Talis autem non fuit eximius prædicator Iohannes Baptiſta, qui intrepidè redarguit Herodem regem, dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi. Mar. 6. Talis etiam non fuit feruidus ille prędicator Au. qui ad fratres in erem. ſer. 47. qui intitulatur de vehementi deteſtatione peccati ſodomitici, ſic aiebat. Si tacuero nephandiſſima peccata veſtra, mors mihi eſt. Et ſi hoc prædicauero, non effugiam linguas veſtras. Audacter igitur prędicabo, quia, & vos publicè operari malum nõ erubeſcitis. Emendate igitur vitiũ, & ego emendabo uerba. Quieſcite agere peruerſè, & ego quieſcam mala veſtra uobis improperare. Hæc ille. O quã pauci ſunt hodie Auguſtini ſuper terram. Fermè enim hodie oẽs prædicatores ſunt velut canes muti nõ volentes latrare, niſi forſitan contra communem populum. Non. n. audent tangere ſcelera maiorum, timentes ne dicant. Citeris coram nobis, vel adiorneris ex parte regis, &c. Sed his non obſtantibus, non propterea debet ſilere prædicator veritatis, quo minus non redarguat, & increpet peccata maiorum, mediocrium, ac minorum, taliter tamen quòd ex ſe non generet ſcandalum, debet ergo talis rogare dominum, vt corroboret eum, & fortem faciat contra malos, dicens cum Auguſt. in lib. de decem cordis. Fortem me faciat, qui terret, vt loquar, vt

non timeā quærelas hominum, Qui enim iubet hominib. ut à peccato abſtineant, ipſe nobis iubet: ut loquamur. Et ſicut illi, non faciendo, quod iubet, aduerſarij eius ſunt, ita nos non dicendo, quod iubet, ut dicamus, aduerſarij eius remanebimus. Hæc ille.

Tertij ſunt, qui non clamant ex mera negligentia. Multi enim habent litteras, & cū hoc gratiam uerbi, & qui libentiſſimè audiuntur, quoties prædicant, at uerò illi, uix ſemel in anno prædicant, & ideo grauiſſimè omittunt, & damnabiliter abſcondunt talentū domini ſui. Vtinam ergo tales bene notarent uerba Grego. ſuper Ezechielem Homil. 7. dicentis, Quia enim bona noſtra non à nobis ſunt, ſed ab eo accepimus, à quo factum eſt, ut eſſemus, tanto ea nobis nō debemus retinere priuata, quanto ea nobis cōſpicimus ab auctore noſtro ad communem utilitatem data. Hæc ille. Audiant ergo tales domini imperium. Eſa. 59. dicentis. Clama, nec ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuā, & annūcia populo meo, &c. Quod quidem uerbum pertractans beatus Hiero. 3. par. epiſtolarum ſuarum. epiſtola. 75. dicit ſic. Vtinam contra uitia omnis clamaret creatura. Quia, & peccator Deum non timet, tamen homines reueretur. Hæc ille.

Tertiò contingit omittere circa guttur diuinas laudes indebitè ſoluendo Et hæc omiſſio ſpecialiter concernit clericos, qui ad hoc deputati ſunt, ut cantēt domino laudē ſepties in die, Pro quo notandum, ꝙ circa hmōi laudes Deo cantandas ſe habēt clerici in triplici genere, ſeu dīfferētia. Nam primi Deum ſimpliciter non laudant. Secundi ore, ſed non corde laudant. Tertij in gutture ſuo clamant.

Primò igitur aliqui Deum ſimpliciter non laudāt, quā do eum laudare tenentur, ut ſunt illi clerici, qui ſciēter, & ex mera negligentia omittunt dicere horas canonicas. Et tales nulla uia poſſunt excuſari a mortali, tales ſunt in triplici differentia. Primi ſunt, qui in ſacris ordinibus ſunt cōſtituti. Secundi, qui beneficium etiam tenue poſſident, dato, ꝙ non ſint adhuc in ſacris, ſicut interdum per diſpēſationē fieri ſolet. Tertij, qui religionem approbatā ſunt profeſſi. Cauenda eſt ergo negligentia in hmōi horis canonicis ꝓſoluēdis. Vnde deſcribit in dec. di. 91. c. ſi quis presbyter. ꝙ clerici ab officio declināntes, uel negligētius agētes ab ipſo

officio remoueantur. Satis enim conſtat, q̀ ſi quis adſcribatur militiæ, ſiue inter ſtipendiarios milites, q̀ non ſolũ priuatur ſuis ſtipendijs, vbi militare negligit, qñ militãdũ eſt, ue rũ etiã deletur de rotulo militum, maximè cũ ſtipẽdia detur, ut tempore, & loco militetur. Applicatio eſt facilis.

Secundo aliqui clerici Deum laudant ore, ſed nõ corde, quos reprobat Chriſtus Mat. 15. allegans dictum prohetæ Eſa. 29. dicens Hypo. bene propherauit de uobis Eſaias, dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et ut dicitur de conſe. di. 5. nõ mediocriter verborum multitudine non flectitur Deus, ut homo, nec uerbis tm̃, ſed corde orãdus eſt, quia ut dicit Au. ſup. Io. tract. 9. nihil prodeſt ſtrepitus oris, muto corde. Circa hoc ergo valde reprehendendi ſunt illi clerici, qui in canticis eccleſiaſticis extollunt uoces ſuas ultra debitum, ut audiãtur, & laudentur ab auditoribus de bono organo uocis, plus hominibus, quam Deo placere attendentes. De quibus, ſeu potius cõtra quos loquẽs Gre. prout recitatur in dec. di. 92. in ſãcta. dicit, q̀ plerũque dũ in ſacro myſterio blãda vox quæritur, congrua uita negligit. Et cãtor Deũ moribꝰ ſtimulat, & cõtra ſe exaſperat, & ꝓuocat, cũ populũ uocibus delectat.

Quæritur autem circa hoc. Vtrum debeamus Deũ humana uoce laudare in officio eccleſiaſtico. Ad hoc dubium reſpondet beatus Tho. 2. 2. q. 91. art. 1. q̀ ſic. Et huius rationem aſſignat dicens, q̀ alia, & alia ratione utimur uerbis ad Deum, & ad homines. Ad homines, inquit, utimur uerbis, vt conceptum noſtræ mentis, quem aliter ſcire nõ poſſunt, illis exprimamus uerbis. Et ideo utimur ad homines laude oris, ut illis innoteſcat, q̀ habemus bonã opinionẽ de laudato, & ut per hoc ipſum laudatum ad meliora prouocemus, & alios apud quos laudantur inducamus ad bonã opinionẽ, & reuerentiã, atque imitationẽ eiuſdem laudati. ad Deum autem uerbis utimur, non quidã, ut ei cõceptus noſtros manifeſtemus, cum ſit inſpector cordium, ſed noſmetipſos, & alios audientes ad eius reuerentiam gloriã, & hominem inducamus. Et ideo concludit prædictus doctor, q̀ laus oris eſt neceſſaria. Non quidem propter ipſũ Deũ, qui laudatur, ſed propter ipſum laudantem, cui affectus excitatur, & inflammat in ipſum Deum ex laude ipſius ſecũ

dum

dũ illud pſ. Sacrificium laudis honorificabit me,& illic iter, quo oſtẽdam illi ſalutare Dei. Similiter prædicta laus oris, quę Deo exhibetur, eſt neceſſaria, ut ſic excitetur deuotio audientium ad ipſum Deum. In cuius rei ſignum cũ pſ. prę miſiſſet de eo, dicens. Sẽper laus eius in ore meo. mox ſubiungens, ait. Audiant manſueti,& lętentur. Magnificate dominũ mecũ,& exaltemus nomẽ eius in idipſum, ideſt, propter ipſum Deum laudandum. Item alibi dicit idẽ pſ. Labijs exultationis laudabit os meum, ſupple, ipſum Deum. Ex quibus omnibus concluditur, q; debent clerici Deũ ore laudare, canentes corde,& ore horas canonicas. Vnde non ſufficit dicere horas canonicas mente, nec clericus ſatisfacit pręcepto eccleſiæ, niſi ore eas dicat,& ſoluat ſubmiſſè, cum ipſas in priuato dicit, ſiue altè,& intelligibiliter ſolemniter officiando. Et ſic patet ad dubium.

Tertiò aliqui clerici Deum laudant corde,& ore, & tales ſunt ueri Dei laudatores, conformiter agentes ad illud uerbum Aug. de communi uita clericorum, dicentis in pſalmis,& hymnis, cũ oratis Deum, hoc uerſetur in corde, qđ profertur in ore. Diſcamus ergo chariſſimi in terris Deum deuotè laudare, ut tandem poſt hanc uitam poſſimus perpetuò in tali laude, quamuis perfectiori,& ampliori permanere. Quod utique plenè fiet, quando quidem poſt generalẽ reſurrectionẽ electi corde,& ore Deũ pariter laudabunt iuxta illud pſ. Exultationes Dei in gutture eorum. Iuſtus ergo ſperans cum Dei miſericordia, tandem peruenire ad cęleſtem gloriã in corpore,& anima, & meritò põt dicere illud pſal. Benedicam Dominum, ſcilicet, in cœlo, in omni tempore ſemper laus eius in ore meo. Patet ergo, quã multipliciter contingit omittere, prout de negligentibus bene agere loquitur pſal. 114. dicens. Os habent,& non loquentur. Oculos habent,& non uidebunt,& c. Et ſic clauditur ſecundus tractatus, ſuper Confiteor in laudem, gloriam,& honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum patre,& ſpiritu Sancto,& regnat in ſęcula ſęculorum. Amen.

TRACTATVS TERTIVS.

IN QVO AGITVR DE CONTRItione, de qua ſubditur in dicto Confiteor, cum dicitur. Mea culpa.

DE CONTRITIONE IN GENERALI. Cap. Primum.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ, quia peccaui nimis. deo mea culpa.*]Matt. 11.

Poſtquã in præſenti tractatu ſub quadruplici parte diſcurrimus quatuor genera peccatorũ, quæ ſunt cordis, oris, operis, omiſſionis, ſub quibus continent̃ omnia peccata actualia, de quibus habet peccato: confiteri, præſertim, ubi ſunt mortalia nunc ſupereſt loqui de contritione, quæ neceſſaria eſt omni confitenti uelut ſine qua non fit peccatorum remiſſio, quæ etiam tangitur, cũ ſubditur in prædicto confiteor. Mea culpa. In quibus uerbis confitens plangit ſe peccaſſe, quod ad contritionem pertinet. Et quamuis ſecundum ordinem partium pœnitentiæ contritio primũ locum obtinebat, tamen frequenter ſequitur actualẽ cõfeſſionem, ſicut patet de attrito confitente, qui uirtute abſolutionis ſacramentalis, quæ ſolet dari in fine confeſſionis, efficitur. Et ideo de ipſa contritione in hoc loco nõ incongruè agendum eſt.

Poſſet autem quæri, cur aliqui dicunt ter. Mea culpa, addentes tertiò, Mea grauiſſima culpa. Reſponſio. Vſus dicẽti confiteor in eccleſia eſt uarius, ſiue ſecundum uarietatem patriarum, ſiue ſecundum diſparitatem eccleſiarum, aut religionum, ut experientia docet, Vnde aliqui tãtũ ſemel dicunt Mea culpa. Alij autem dicunt. Mea culpa. Mea culpa. Mea grauiſſima culpa, ter percutiendo pectora ſua in ſignum doloris, & contritionis. Cuius ratio poteſt eſſe talis. Omnia enim peccata actualia poſſunt quodammodo

contineri,& reduci ad concupiſcentiam carnis, ad cõcupiſcentiam oculorum,& ad ſuperbiam uitæ. Quia ut habet 1.Iohan.2.omne,qđ eſt mundo,aut eſt concupiſcentia carnis,&c. Cum itaque confitens ter percutit pectus ſuum,dicens.Mea culpa,oſtendit ſe dolere de illis tribus peccatis in generali,& conſequenter de omnibus contentis ſub illis. Vel dic,quod ſicut homo peccãdo delinquit in Deum,quẽ offendit eius legẽ tranſgrediendo. In proximum,quem ſcandalizat publicè malè agẽdo,& in ſeipſum ſuam ſalutẽ negligendo. Ita etiam ter dicit mea culpa,contra tria prædicta ueniam petendo,ac ſi diceret.Mea culpa,quia peccãdo cogitatione,locutione,opere,& omiſſione,ſalutem meã neglexi. Mea culpa,quia peccando uerbo, aut opere proximum meum ſæpe ſcandalizaui. Mea grauiſſima culpa, quia creatorẽ meum pariter, & redemptorem grauiſſimè offendi eius legem tranſgrediendo,& ipſius mandatis obedire nolendo. Vel ſic loquitur confitens ad inſinuandum ſuum dolorem,quẽ habet de tribus,uidelicet, de amiſſione duorum bonorum,quæ peccando, perdidit, quæ ſunt gratia Dei in præſenti,& gloria æterna in futuro. Item de incurſione unius mali,ſeu obligatione ad illud, quod eſt pœna æterna in alio ſeculo. Nunquid ergo tibi uidetur uerus pœnitens, & confitens rationabiliter pectus ſuum percutere,& dicere. Mea culpa. Ac ſi dicat.Heu mea culpa,qa peccando gratiam Dei perdidi,& omni uirtute, ac merito me ſpoliaui.Inſuper poteſtati diaboli me ſubdidi,& tradidi.Heu mea culpa,quia peccando reatum æternæ damnationis,à quo me liberare non ualeo,contraxi. Ardoribus ſempiternis,& inextinguibilibus flammis me obnoxium reddidi.Inſuper Chriſti maledictionem,quam pronunciaturus eſt in iudicio contra reprobos,dicens. Ite maledicti in ignem, &c.Peccatis meis, & culpis exigentibus iam merui.Heu mea grauiſſima culpa, quia peccando totius ſanctiſſimæ Trinitatis uiſione illa dulciſſima, q eſt tota merces beatorum, me priuaui. Sanctam illam ſocietatem Angelorum,Patriarcharum,Prophetarũ,Apoſtolorum, Martyrum,Confeſſorum,virginũ, omniumque electorum perdidi. Quinimmo totam illam cœleſtem curiam,etiã matrẽ mea dulciſſimã, ac piiſſimam Mariam contra me cõcitaui,

prouocauit,atque irritauit.Nunquid ergo habeo multam materiam plangendi,flendi,& dolendi. Vtique certè.Sed nunquid deſperabo,aut mihi ipſi funeſtas manus inijciã, Quis me inter tot,& tantas anguſtias conſolabitur. Quis mihi ſic afflicto tutum refugium erit Regem enim cęlorũ pariter,& reginã,unà cum tota cęleſti militia grauiſſimè offendi.Abſit,abſit à me Deus,ut de perẽ de tua miſericordia,ſed recogitabo tibi annos meos cum Ezechia in amaritudine aĩæ meæ,dicẽs,mea culpa,Deus.Itẽ, laborabo in gemitu meo,cum paupere peccatore Dauid,& laudabo p ſingulas noctes lectum meum,ideſt, conſciẽtiam, atq; lachrymis meis ſtratum meum rigabo,dicens.Mea culpa, Deus. Inſuper dimittam aduerſum me eloquiũ meũ, in ſacramẽtali confeſſione,atq.loquar cum ſancto illo Iob in amaritudine animę meę,dicẽs.Mea grauiſſima culpa,Deus. Peccaui.n.ſuper numerũ arenæ maris,cũ rege Manaſſe,& multiplicata ſunt peccata mea,& non ſum dignus uidere altitudinem cęli præ multitudine iniquitatis meæ,quoniã irritaui iram tuam,& malum coram te feci.Et nũc flecto genua cordis mei,precans ad te bonitatem domine. Peccaui domine,peccaui,& iniquitatem meam agnoſco. Peto rogans te domine remitte mihi,remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis,neque in æternum reſerues mala mihi,quia mea culpa,Deus,Hæc ergo,& his ſimilia poteſt dicere ad Dominum uerus pęnitens,& corde cõtrito,ſuum recognoſcens reatum, & diuinam implorans miſericordiam,& gratiam.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento ſubſtantia. Cap. II.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli & terræ quia peccaui nimis. Ideo mea culpa.* Matt. 11.

Poſtquam habitum eſt de contritione in generali,& oſtenſum, q̃ cõueniẽter cõfitẽs ter dicit. Mea culpa. Hic conſequenter tractandum eſt de ea ſpecialibus ſecundum ordinem decem prædicamentorum addendo undecimũ prędica-

dicamentum,quod uocatur prædicamentum ſigni.Et quia illud interrogatiuum,quid quærit de ſubſtantia,ideo mouetur ſequens ratio.

Quid eſt contritio.Ad hoc reſpondet beatus Tho.4.ſenten diſt.17.q.2.dicens,quòd de ipſa plures dantur diffinitiones,ſecundũ quod de ſeipſa poſſunt plura conſiderari, videlicet,ſubſtantia,actus,modus agendi,principiũ,& effectus. Similiter Dominus Petrus de Palude in eadẽ diſtin. ponit plures diffinitiones eiuſdem contritionis.

Prima igitur diffinitio eſt illa,quam dat Augu.dicens,q contritio eſt dolor remittens peccatum,ſupple, diſpoſitiuè,non autem effectiuè,niſi fortè ueniale.Nam de ueniali poſſet dici,quòd remittatur effectiuè ab homine, maximè cum nihil requiratur ad illius remiſſionẽ,quod nõ ſub ſit homini,quia nec nouæ gratiæ infuſio requiritur, nec augumentum illius,ſolum requiritur diſplicentia uoluntatis cum ſolutione pęnę debitę.

Secunda diffinitio eſt illa,quam dat Gregorius, dicens. Contritio eſt humilitas ſpiritus annihilans peccatũ, inter ſpem,& timorem conſiſtens,ne aut ſit præſumptio,aut deſperatio. Vbi notandum,quòd contritio annihilat peccatum,quò ad culpam,qui facit eam ſimpliciter non eſſe. Item poteſt eſſe tanta,quòd annihilet totam pœnam debitam.Regulariter autem commutat pęnam æternam in temporalem.

Tertia diffinitio contritionis eſt illa,quam dat Iſidor.dicens.Contritio eſt humilitas,& compunctio mentis, cum lachrymis ueniens ex recordatione pecati, & timore diui ni iudicij. Nota ſingula. Primò enim dicit Iſidor. quod contritio eſt humilitas mentis. Qui enim ueraciter de peccatis ſuis conteritur,coram Deo ſe humiliat ſuum defectum recognoſcendo, & cum publicano humiliato dicendo.Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc.18. Vnde in pſalm.Cor contritum,& humiliatum Deus non deſpicies.Secundò dicitur,quòd contritio eſt compunctio mentis. Et hoc eſt contra hypocritas, qui compunguntur exterius, & in corpore, ſed interius, nec eorum dolor pungit mentem, in qua tamen latet uirtus peccati. Tertiò addit cum lachrymis,quod intelligitur de lachry-

nis cordis, quamuis ſit bonum fundere lachrymas corporis. Quartò oſtendit, unde debeat procedere huiuſmodi cõtritio, quia ex duobus. Primò quidem ex recordatione peccati. Vnde cum pſ. quaſi de peccato ſuo conterẽs, dixiſſet ad Dominum. Miſerere mei Deus ſecundum, &c. Cõſequenter ſubiunxit, dicẽs, Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt. i. corã me eſt ſemper. Secundò uerò ex timore diuini iudicij, & ſupplicij æterni. Vnde cum pſ. ad Dominum loquens pręmiſiſſet in quodam paſſu, dicens. A iudiciis tuis timui, mox ſubiũxit. Feci iudicium, & iuſtitiam. i. facere propoſui. Vel feci imitatiuè de peccato conterendo.

Quarta diffinitio contritionis eſt magiſtralis, quã etiã tangit B. Tho. ubi ſupra, qui dicit, ꝙ contritio eſt dolor de peccatis propter Deum uoluntarie aſſumptus, cum ſpe ueniæ, & propoſito confitendi, ſatisfaciendi tempore, & loco debitis, Iſta autem diffinitio eſt ualde artificialis, & compẽdioſa, utputa, nihil omittens, quod ad rationem contritionis pertineat. Summariè autem in dicta diffinitione ſex dicuntur de ipſa contritione.

Primò. n. dicitur, ꝙ contritio eſt dolor. Iſte autem dolor non eſt aliud, quàm deteſtatio, & diſplicentia de peccato, in quantum eſt cõtra Deũ offenſum per peccatũ. Nullus aũt alius dolor de peccato eſt propriè contritio, ſed põt bene eſſe attritio, Conuenienter autem dicitur, ꝙ cõtritio eſt dolor. Eſt. n. maxima, ꝙ contraria cõtrãrijs curantur. Quẽadmodum ergo in cõmiſſione peccati fuit delectatio inordinata, ita neceſſe eſt, ut ad delectationẽ adſit dolor bene ordinatus, ita ut de homine peccatore, uerificet illud Apo. 18. Quantum in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. In cuius figurã poteſt intelligi illud Chriſti uerbum Io. 19 Mulier. i. humana conſcientia, cum parit, ſupple, contritionem, triſtitiam habet.

Secundò dicitur, ꝙ contritio eſt dolor de peccatis. Ecce materia contritionis, ſ. peccata. Vnde ſecundũ Petrũ de Pa. in 4. ſen. di. 17. poſt B. Tho. prima ſecundæ. q. 113. arti. 8. ad ueram contritionem quatuor requiruntur, quæ etiam cõcurrunt ad iuſtificationem impij.

Primũ eſt infuſio gratiæ. Secundũ motus liberi arbitrij

in Deũ ſuper omnia diligẽdo ipſum. Tertiũ motus in peccatum deteſtãdo ipſum. Quartũ eſt remiſſio culpę. Et quã uis hęc omnia ſint ſimul tempore, etiã in eodẽ inſtanti, tñ cum ibi aliqu i prioritas, & poſterioritas ſit ſecũdũ ordinẽ naturæ, & intellectus. Vnde ad propoſitum dicit Au. in li. de uiſitatione infirmorum. c. 2. ꝙ odium peccati adhibẽdũ eſt, quoniam peccatorum amicus animę ſuæ eſt inimicus. Et profectò odienda ſunt peccata, quoniã facta ſunt nobis inimica, nolle ergo peccata deſtruere, cum poſſis, extremæ dementię eſt. Hæc ille.

Tertiò additur propter Deum. Quia enim Deus ꝑ peccatũ eſt principaliter offenſus, ideo principaliter conterendum, & dolendũ eſt de peccato, pro quanto eſt cõtra ipsũ. Vnde, ſi peccator ſciret certitudinaliter ſe nullam pęnam paſſurum, propter peccatum commiſſum, nec in pręſenti. nec in futuro, adhuc tamen dolere de eo deberet, pro quãto eſt contra Dei infinitam maieſtatem, & bonitatem. Itẽ contra eius legem, & uoluntatem. Et quamuis damnati doleant de peccatis, iuxta illud Sapien. quinto. pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, quia tamen ille dolor non eſt propter Deum offenſum, ideo illis non prodeſt uerè, itaque pęnitentes meritò poſſunt dicere ad dñm illud pſ. propter te, ſupple, dñe mortificamur in cordibus noſtris per dolorem, de peccatis noſtris tota die. ſ. actu, uel habitu, ut poſtea declarabitur.

Quartò additur uolũtariè aſſumptus. Quicquid enim ſalubriter, & Deo acceptabiliter fit uolũtariè, & ſpõtaneè fit, eò ꝙ illi non ſunt grata coacta ſeruitia. Voluntariè ergo dolendũ eſt de peccatis, ita, ut pęnitens poſſit ueraciter dicere ad Dominũ illud pſ. Voluntariè ſacrificabo tibi. Quod ſi ab eo quæret dominus. Quid mihi uis ſacrificare. Vtique illi reſpondere poſſit. Cor meum, quod prius ſacrificaui diabolo per peccatum, amodò uolo tibi ſacrificare per ueram contritionem, eò ꝙ legi in pſ. quòd ſacrificiũ Deo, ſupple, acceptiſſimum, & gratiſſimum eſt, ſpiritus cõtribulatus, ideſt. quòd contribulatur de Dei offenſa, de gratia amiſſa, de pęna, debita, de gloria perdita. Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies, ſed benignè ad gratiã, & miſericordiam ſuſcipies.

Quintò additur cum ſpe ueniæ, Habet enim uera cõtritio ſpem ueniæ de Dei miſericordia annexã. Nempe de eo ſcriptum eſt Micheę vlt. Ipſe proijciet omnia peccata noſtra in profundum maris. Quod ideo dictum eſt, quia ſicut illud, quod proijcitur in profundum maris, eſt omnino perditum, nec ultra apparet oculis hominum, ſic etiam per ueram cordis contritionem perduntur ſalubriter peccata, ita ut ultra non appareant, nec ipſa amodò uideat diabolus ad accuſandum, nec Deus ad puniẽdum. Iuxta illud Ezec. 18. In quacunque hora ingemuerit, &c. Et ad hoc propoſitum poteſt exponi illud dictum Pſal. Congregans ſicut in utre aquas maris ponens in the. aby. Tunc enim pœnitens congregat in utre aquas maris, cum recordatur peccatorum ſuorum, quæ ſunt amara, uelut aqua maris, immo plus in infinitum. Hier. 2. Malum eſt, & amarum dereliquiſſe te Dominum Deum tuum. Et ideo huiuſmodi aquę peccatorum recte figurantur per aquas de Marath, de quibus non poterãt bibere filij Iſrael, eò quòd eſſent amaræ, quia reuera ſi quis benè guſtaret amaritudinem, quæ eſt in peccato, potius permitteret perire ſe ſiti, quàm peccatum bibere ꝑ plenum conſenſum. Vter ergò animæ eſt memoria, in quo quidem uter habet neceſſariò pœnitens congregare aquas maris, ideſt, omnia peccata ſua, tum ut de illis plenius doleat, tum ut perfectam confeſſionẽm facere ualeat; conſequẽter autẽ debet ponere in theſauris abyſſos, ſubmittẽs abyſſos, ſeu profunditatem, & grauitatem peccatorum ſuorum theſauris gratiarum, & miſericordiarum Dei.

Sextò in prædicta diffinitione contritionis additur. Cũ propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Aliàs non eſt contritio, niſi dolens intendat, & proponat tempore, & loco confiteri, & ſatisfacere. Quòd ſi in contrarium arguatur, quia contritio aliquando ſequitur confeſſionem, ſicut patet de attrito, qui uirtute abſolutionis ſacramentalis efficitur cõtritus. Et ita non eſt neceſſe, quòd ſempre cõtritio includat propoſitum confitendi. Aliàs ſequeretur, quod ille, qui attritus confitetur, tenetur iterum confiteri, & cum difficillimè poſſit diſcerni, an dolor de peccàtis ſit attritio, uel cõtritio, ſequeretur hoc inconueniens, quòd peccator teneretur iterum, atque iterum de eodem peccato confiteri. Præter

tereà contritio poteſt aliquandò eſſe tanta, quòd poteſt delere culpam,& pœnam ex toto,ergo ſaltem,qui habet ta lē contritionē,non tenetur habere propoſitum ſatisfaciē-di.Ad hęc duo argumenta reſpondet B.Tho.4.ſent.diſtin. 17.q.1.Et primò ad primum dicens, quòd contritio de ꝑ ſe pręcedit confeſſionem,Quod autem eam aliqñ ſequat. hoc eſt,de per accidens,uidelicet ex defectu pœnitentis, In quo etiam caſu contritus debet habere propoſitum cōfitē do,ſi aliquid occurrat memorię,quòd non fuerit cōfeſſus, Secundò reſpondet ad ſecundum argumentum di cens, ꝙ dato,quod tota pęna fuerit per feruentē contritionem re-miſſa,nihilominus taliter contritus adhuc tenetur confitē ri, & ſatisfacere. Tum quia talis nō poteſt eſſe certus, qđ ſua contritio fuerit tam efficax,& feruens,ut remiſerit totā pœnam.Tum quia confeſſio,& ſatisfactio cadunt ſub ꝑcepto,ſicut,& contritio.Et ideo taliter cōtritus.ut ponit, tranſgrederetur præceptum,ſi poſtea non cōfiteretur,& ſatisfacere.Ex quibus omnib.re.inquitur,ꝙ conueniēter ad ditur.in diffinitione contritionis,ꝙ habet propoſitū annexum confitendi,& ſatisfaciendi.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento quantitatis. Cap. III.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cæli, & terra,quia peccaui nimis. Ideo mea culpa.*] Matt.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo oſtenſum eſt, quomodo contritio eſt in prędicamento ſubſtantiæ ratione ſuę diffinitionis. quæ importat quodammodo ſubſtantiam,quamuis largè ſumptam:hic conſequenter oſtēdendū eſt,qūo eſt in prędicamento quantitatis.Et quia duplex eſt quantitas,ſ.continua,& diſcreta,ideo oſtendendum eſt, quomodo ipſa contritio ad utranque quantitatem pertinet: & primò iſtud oſtendetur de quantitate continua.

Prima igitur contritio pertinet ad quantitatē cōtinuā, & eſt ſenſus,quòd continuè conterendum eſt,& dolendum de peccato,& ſignanter quoties menti occurrit.Iſtud pro-

batur auctoritate Aug. qui in li. de uera, & falſa pęnit. c. 13. dicit ſic. pęnitens ex fide peniteat; ideſt, credat pęnitentiã eſſe ſummam medicinã cõtra peccata. Omnes fructus ſuæ pęnitentiæ paruos habeat. Nunquam credat ſufficere, ſemper doleat coram domino, ante quem peccauit, erubeſcat, dolorem cũ uita finiat, quia ubi dolor finitur, ibi deficit pnĩa. Si autem pnĩa finitur, ibi quid relinquiť de uenia? Quaſi diceret nihil. Item poſt pauca; pęnitẽs, inquit, ſemp doleat, & de dolore gaudeat. Inſuper nõ ſẽper doluiſſe doleat. Hæc ille. Item idem in eodem li. c. 19. ad propoſitum, loquitur dicens. Continuè dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis uirtus, pęnitere enim eſt pœnã tenere, ut ſemper homo puniat in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. Hęc ille. Secundò idem propoſitum probatur auctoritate Hugonis de Sancto Victore, dicẽtis, quòd Deus abſoluens hominem à culpa, & pœna ęterna ligat eum uinculo perpetuo deteſtationis peccati. Tertiò idem probatur ex dictis ſacrę ſcripturę, nam Dominus per organum Hierem. Thren. ſecundo, uidetur admonere peccatorem ad continuã cordis cõtritionem, dicens. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctem, nõ des requiẽ tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Ecce quõ ſãctus propheta, pariter & ſacri doctores apertè inſinuat, ꝙ cõtritio dè peccato debet eſſe continua. Hoc idem etiam tenet B. Th. 4. ſen. diſt. 17. q. 2. art. 4.

Pro ampliori tamen intellectu huius materiæ, notandũ quòd non eſt neceſſe pęnitentem continuè dolere de peccato commiſſo actu Aliàs dormiendo, ſiue de Deo cogitãdo, aut circa aliquã debitã, & uirtuoſam materiã mẽte ſẽper nõ uerſãdo peccaret. Neq; ẽt eſt poſſibile ꝓ ſtatu iſto ſemper continuare, aut intellectũ, aut uoluntatẽ continuè intẽdere, ſed ꝑꝑ uarias diſtractiones, & occaſiones, neceſſe eſt ipſum frequenter interrumpi, & diſcontinuari. Neq; ẽt ſufficit tantũ ꝑ habitũ dolere, ita, ſcilicet, ꝙ talis dolor aliquando non exeat in actum, ſed ſic de peccato debet pęnitens continuè dolere habitu, quòd debet habere hanc diſpoſitionem in mente, quòd quoties menti occurrerit peccatum commiſſum, non acceptet illud, nec approbet, ſed ſecundum rationem de illo doleat. Non acceptare enim, nec

appro-

approbare peccatum, quoties memoriç occurit, eſt de neceſſitate, ſed de illo tunc dolere eſt tantum conſilij ſecundum Dominum Petrum de Palu. in ſępe allegata diſtinct. 4. Richardus tamen de Media Villa, in 4. diſtinct. 14. quęſt. 9. dicit, quòd quoties pęnitens recolit de mortali, aliàs à ſe commiſſo, tenetur de illo actu dolere, & conteri. Quod ut dicit de Palu. eſt ualdè durum. Inſuper etiam, inquit, uidetur falſum, quia prçceptum affirmatiuum non obligat ad ſemper. Vnde quamuis pœnitens ſemper, ſiue recolat, ſiue nõ, teneatur non complacere ſibi in peccato, non tamen tenetur actu odire peccatum, ſicut non tenetur actu diligere Deum, quoties de illo cogitat. Aliàs nullus poſſet cogitare de Deo ſpeculatiuè, quin peccaret mortaliter, eò quòd nõ poteſt diligere Deum, niſi cogitet de eo. Practica. Poteſt ergò dici, ꝙ quoties pœnitens recolit ſe peccaſſe, debet actu dolere de debito congruitatis, & nõ de debito neceſſitatis. Et ſic patet, quid ſit ſentiendum in hac materia. Patet inſuper, quomodo contritio pertinet ad quantitatẽ continuã, & quomodo non.

Secundò cõtritio pertinet ad quãtitatem diſcretã. Hoc eſt dicere, quòd diſcretè eſt conterẽdum. Iſta autem diſcretio reſpicit modum ipſius contritionis.

Quęritur ergo, utrum aliquis poſſit nimis cõteri, & dolere de peccato, quod commiſit. Pro reſponſione notãdũ, quòd duplex eſt dolor, ſcilicet, ſenſibilis, & intellectualis. Et ſecundum hoc ponuntur tres ueritates.

Prima ueritas. Dolor ſenſibilis poteſt eſſe nimis, ut puta, ſi quis tantum fleret peccata ſua, quòd ex hoc incurreret cœcitatẽ, aut etiam mortalem corporalem, & ideo quãdo pœnitens aduertit, quòd ex nimio fletu peccatorũ ſuorum imminet ſibi aliquod notabile detrimentum, ſiue oculorum, ſiue uitę ſuę corporalẽ, debet huiuſmodi dolorem ſenſibilem temperare, ſecundum rectam rationem. Non enim vult Deus, quod occidamus non ſcienter in eius ſeruitio, ſed rationabile debet eſſe obſequium noſtrum, ut dicit Apoſto. Roma. 12. Dicit tamen Petrus de Palu. in 4. diſtinctin. decimaſeptima, quęſtio. 1. loquens de effectu contritionis unũ ualde notandũ, uidelicet, ꝙ ſi quis tantũ dolere de peccatis ſuis, ꝙ prçter intẽtionem ſequeretẽ in eo mors,

quòd

quod hoc imputaretur ei, non quidem ad peccatum, ſed ad martyrium, ſicut, inquit, de illis, qui nimio dolore contritionis mortui ſunt. Da exemplum de ſeruo, de quo non vult Dominus eius, ut ſe ſcienter occidat in eius ſeruitio. Si tamen à caſu in tali ſeruitio moriatur, laudat eũ Dominus eius de ſtrenuitate. Caſus eſt patens de ſtrenuo milite ſuccumbente in bello, Et ſi dicatur, quòd Auguſt. dicebat ſe eſſe dignum oculos ſuos cæcare plorando. Et ſimiliter Anſel. orabat. di. Vtinam impinguẽtur uiſcera animæ meę ut medullæ corporis mei exercent. Reſpondet B. Th. in 4. diſt. 17. c. 2. art. 3. ad hæc duo. Et primo de Augu. dicit, q́d quamuis iudicaret ſe dignum amiſſione oculorum exteriorum propter peccata ſua, eò, ſcilicet, quòd quilibet peccator non ſolum dignus eſt pœna æterna, uerumetiã quacunque temporali, aut corporali, ac etiam morte, nõ tamẽ nolebat ſibi oculos cæcare. Secundò de Anſel. dicit, quòd ipſe deſiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporis ſuis excicari, non quidem, quantum ad humorẽ naturalem, ſed quantum ad deſideria, & concupiſcentias corporales. Et ſic patet, quòd non licet alicui ex certa ſcientia, tantum flere corporaliter, ſiue ſenſibiliter peccata ſua, quòd ſequatur notabile detrimentũ corporis ſui. Et idẽ iudiciũ eſt de ieiunio, peregrinatione, carnis maceratione, & aliis afflictionibus corporalibus. Dicit tamen de Pal. quòd pænitens debet plus oprare lachrymas, & dolorem ſenſitiuũ pro peccatis ſuis deflendis, quàm pro quocunque temporali damno.

Secunda ueritas. Dolor intellectualis, & qui ſe tenet ex parte uoluntatis, aut rationis, qui nihil aliud eſt, quàm diſplicentia peccati, pro quãto eſt offenſa Dei, huiuſmoni dolor non poteſt eſſe nimius. Maximè cum ſit de maximo malo, ſcilicet, de peccato commiſſo, & de maximo bono offenſo, quod eſt Deus adde & maximo bono amiſſo, q́ eſt gratia Dei in præſenti, & gloria in futuro. Debet ergo pœnitens plus dolere ſecũdum rationem de eo, quod peccauit, quàm de quocunque incõuenienti, ſiue corporali, ſiue temporali, ſibi ſuperuenien te. Dicit tamen idem de Palu. ubi ſupra, quòd non debet homo ſe tentare ſuper his. Nec ſimiliter confeſſor debet tentare pœnitentem ad ſumendum experi-

perimentum,ſi uerè doleat ſe peccaſſe fortè dicendo in hūc modū. Nūquid potius uelletis brachia ueſtra fuiſſe fracta, uel amiſiſſe ambos oculos, aut mortem incurriſſe corporalem,ſiue etiam amiſiſſe omnem ſubſtantiam ueſtram tēporalem,uſque ad camiſiam,& ſic de alijs incommodis,quàm Deum mortaliter offendiſſe. Nō enim expedit facere tales interrogationes in confeſſione. Nec ſimiliter prædicatores debent in ſuis ſermonibus tendere laqueos tentationis ſimplicibus,ut puta,dicēdo,quòd plus debet homo uelle excoriari,aut in ignem ardentiſſimum proijci,ſiue mille gladijs interimi,& huiuſmodi,quæ ſenſus horret,quā Deum offendiſſe, aut in futurum offendere debere, quamuis enim hęc omnia uera ſint nihilominus, quia ſimplices iſta ſenſibilia, maximè horrēt,& propter hoc poſſet eſſe periculum,quòd ſi reſponderent ita ore,tamen aliter ſentirent in corde,& ꝑ conſequēs mentirentur. Ideo non expedit illis facere tales interrogationes,aut talia palā prædicare.Cujus tamen cōtrarium faciunt nonnulli prędicatores,qui per talia uerba, adeo terrent timoratas conſcientias,ſiue timidas perſonas, quòd ex hac occaſione multi uerſi ſunt in deſperationem, dicentes ſe eſſe damnatos. Alij amentes facti ſunt.Alij ſeipſos interemerūt,& huiuſmodi.Sufficit ergo requirere à cōfitente,ſi pœnitet. Quod ſi dolor eius inſufficiens ſit, an uellet libenter maiorem dolorem habere.Item,an ſic diſpliceat,quòd non poteſt tantum dolere,quantum meritò deberet. Quod ſi dicat ſic,tunc hoc ſufficit ad faciendum eum ſaltem attritum, & tunc uirtute ſuperuenientis abſolutionis ſacramentalis eius attritio fiet cōtritio.Nam talis poterit dicere illud pſal. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.Poterit etiam talis orare Dominum, & dicere illud Mar.9.Adiuua Domine incredulitatem, ſeu imperfectionem meam.Dicit tamen B.Tho.circa hanc materiam quolibeto.1.q.5.art.5.quòd pœnitens debet magis uelle pati, quamcunque pœnam in generali, quàm uelle peccare mortaliter.Adde etiam,quàm uelle peccare uenialiter.Nō tamen tenetur deſcendere ad hanc,uel illam in particulari. Et patet de ſecunda ueritate.

Tertia ueritas. Homo debet magis dolere de grauiori peccato,quàm de minus graui, pro quanto illud magis diſplicet

ſplicet Deo, quàm minus graue. Et ideo cum dicitur, quòd dolor de peccato eſt maximus, non debet intelligi reſpectu alterius peccati, de quo fortè debet eſſe maior dolor. Non autẽ poteſt dari maius maximo. Sed debet intelligi reſpectu mali naturæ. uel pęnę ad hunc ſenſum, quòd eſt magis dolẽdum de unoquoque mortali, quantumcunque paruũ ſit reſpectu aliorum, quàm de infirmitate, ſeu morte, aut ſimiliter de perditione bonorum temporalium, & huiuſmodi. Notandum tamen circa hoc B. Tho. in 4. diſt. 17. q. ar. 3. ꝙ de cõtritione poſſumus loq; dupliciter. Primo mõ ſcđm ꝙ ſigillatim ſingulis peccatis reſpondet. Et ſic quantũ ad dolorẽ ſuperioris affectus, ſiue qui eſt ſcđm rationẽ, requiritur, ꝙ de maiori peccato quis magis doleat, eò ꝙ ratio doloris eſt maior in uno, quàm in alio, ſ. offenſa Dei. Alio mõ poteſt accipi contritio, ſcđm ꝙ eſt ſimul de omnib. peccatis, ſicut in actu iuſtificationis. Et ſic quamuis ſit vnus ſolus actus, qui eſt diſplicẽtia omnium peccatorum, manet tamen diſtinctio peccatorum in ipſo. Et ſic etiã habitualiter talis contritio eſt magis de uno peccato, quã de alio. Hoc etiam vult lex diuina, quæ dicit Deut. 25. Secundum menſuram peccati, erit, & plagarum modus: Per plagarum aũt modum in propoſito non ſolum intelligitur dolor ſenſitiuus, uerum et iam dolor intellectus, qui debet eſſe maior, uel minor ſecundum menſuram peccatorum, ideſt, ſecũdũ ꝙ unum eſt grauius altero. Et ſi arguatur de Paulo in cuius laudem dicit Hie. ꝙ plãgebat minima peccata, ſicut magna, reſpondet B. Tho. ubi ſupra, di. ꝙ Hier. non laudat Paulum de hoc, ꝙ de omnibus peccatis ęqualiter doleret, ſed qa de paruis peccatis tm̃ dolebat, ac ſi fuiſſet magna. Vel qa de talibus tantum dolebat, quantum alij homines dolere ſolẽt de magnis peccatis ſuis. Nihilominus, ſi ipſe maiora habuiſſet magis de illis doluiſſet, Ex prædictis ergo uerbis, reprobat̃ negligẽtia, & torpor pęnitẽtiũ, qui parũ dolent de magnis, aut etiam maximis peccatis ſuis, ubi tamẽ Paulus maxime dolebat de paruis, & quotidianis peccatis ſuis. Et ſic etiam illius exemplo adhuc hodie facere ſolent uiri ſpirituales, & qui quærunt lucrifacere animas ſuas. Patet ergo ad quæſitum, & ſimiliter, quomodo contritio pertinet ad quantitatem diſcretam.

Quod

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento qualitatis. Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi domine Pater Cœli, & terræ quia peccaui nimis, Ideo mea culpa.*] Mat. 11.

Poſtquam in præcedenti capitulo oſtéſum eſt, quomodo contritio pertinet ad prædicamentum quantitatis, nunc ſupereſt oſtēdere, quomodo pertineat ad prædicamētū quālitatis. Pro quo notādum, q̄ qualitas eſt, ſecundum quā quales eſſe dicimur. Congruè ergo cōtritio ad qualitatis prædicamētū pertinet, quia ſecundum eam dicimur quales, i filij Dei, q̄ prius dicebamur filij diaboli. Item iuſti, qui prius peccatores, & iniuſti. Item electi, qui prius reprobi. Item Dei amici, qui prius inimici. Et de multis alijs bonis qualitatibus, ſiue qualificationibus. De iſta ergo tam bona qualitate cōtritionis notabimus tres pulchras conditiones, quæ ſunt.

Facilitas, Vtilitas
Firmitas.

Prima igitur conditio cōtritionis dicitur facilitas. Nam facile per eam peccator euadit mortem æternā, recuperat gratiam perditam, & tamen aſſequitur uitā æternam. Hæc autem tria poſſumus oſtendere eſſe facillima tribus ſimilitudinibus, ſeu exemplis.

Primum exemplum eſt de illo, qui capitur in actuali furto, uel homicidio, qui propter rei euidentiam, ſtatim comprehenſus adiudicatur ſuſpendio, & de facto ducitur ad patibulum. Contingit autem, quòd per eandem uiam uenit rex ad ciuitatem, unde ille exijt. Quem uidens ligatum intra quadrigam interrogat eum benignè, dicens. Amice, quò duceris. Iſte autem reſpondet dicens. Domine propter meum forefactum, nunc ducor ad patibulum. Ad quem rex. Certè amice doleo ſuper te. Quod ſi uolueris mihi credere, & facere, quod dicam tibi, indubiè liberabo te, cui ille reſpondet dicens. Domine paratus ſum facere omnia, quę iuſſeritis, dummodo liberetis me ab hoc periculo mortis. Ad quem rex, hoc eſt, quod facies. Doleas, quòd duceris ad patibulum, & liberato te. Nunc in-

terroga

terrogo uos omnes.Nonne talis in illo caſu poteſt faciliter euadere laqueum mortis.Certè ualde cęcus eſt,qui aliter iudicat:talis etiam eſſet ualde miſer,& fatuus,ſi nō doleret de malo commiſſo ad euadendum tantum periculum.

Ad propoſitum quilibet in peccato mortali exiſtens capitur à Deo in foreſacto manifeſto, eò quod peccatū eius eſt manifeſtū Deo Angelis,& dæmonibus,pſ. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Quid enim poteſt eſſe apertius foreſactum,quàm illud,quod eſt corā iudice factum.Sic eſt autem in propoſito de illo iudice ſupremo. de quo ſcribitur ad Heb.4.Omnia nuda ſunt,& aperta oculis eius.Quod bene cōſiderans pſ.dicebat ad dominū.Seruaui mandata,& teſtimonia tua,quia omnes uię meę in conſpectu tuo.Inſuper ipſum foreſactum eſt notū Angelis,& dæmonibus,qui ſunt inter nos. Peccator ergo non poteſt rationabiliter negare factum,ex quo eſt iudici, Angelis,& dęmonibus notum. Et ideo iuſtè adiudicatur morti æternæ.& ſuſpendio patibuli infernalis,quia ut dicit Apo.Rom.9.Stipendia peccati mors.ideſt patibulum inferni.Item Ezech.18.Anima,quę peccauerit,ipſa morieť. figura Heſter.7.ubi legitur,quòd Rex Aſſuerus,iuſſit Amā ſuſpendi in patibulo.Ecce,quomodo iam lata eſt ſententia mortis æternæ contra peccatorem. Damnatur autem executioni in mortis articulo,nihilominus peccator iam habet finem in collo ſuo,ita,ut meritò dicere poſſit illud pſ. Funes peccatorum circumplexi ſunt me.Itē Prouer.5. Iniquitates ſuæ capiūt impium,& funes peccatorū ſuorū,&c. Similiter de hoc loquens Au.li.8.confeſſionum. de ſeipſo dicebat.Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea uoluntate.Velle meum tenebat inimicus,& inde mihi cathenam fecerat,& me conſtrinxerat,Sed profectò, ſicut latro, qui ducitur ad patibulum bendatis oculis, uel facie retrouerſa, neſcit,quando eſt prope, uel longè,ſic etiam eſt de peccatore currente celeriter ad patibulum inferni. Quod cernens ille pijſſimus Rex regum, & dominus dominantium Ieſus Chriſtus clamat ad eum,dicens.Amice doleas,quòd traheris ad patibulum inferni,ubi mille millia, decies centena millia dæmonum te expectant, ut ille te ſuſpendant.Quod ſi uelis inde dolere,profectò liberabo te à

tanto

tanto periculo. Et hoc eſt, ꝙ promittit dominus peccatori, Ezech. 18 dicens. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, uita uiuet, & non morietur. O infinita erga peccatorem Dei pietas O immẽſa Dei bonitas. O abyſſus miſericordiæ Dei, qui nõ vult mortẽ peccatoris, ut clarè oſtenſum eſt per præcedens exemplũ, ſed magis, ut conuertatur ad eum per ueram cordis cõtritionem, & uiuat uita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.

Secundum exemplum, per quod oſtẽditur, quòd per cõtritionem recuperat peccator gratiam perditam de diuite mercatore habente pecuniam multam. Quo ſcienter tranſeunte uiam periculoſam adſunt latrones eum ſpoliãtes, plagis impoſitis abeunt, eum ſemiuiuum relinquentes, ut legitur, parabolicè Luc. 5. de quodam homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico, poſtmodum autem illac tranſit rex quærens ab eo, cur ſic vulneratus fuerit. Cui reſpondens, ait. Domine mi rex Certè ad me ſuperuenerũt quidã latrunculi, qui me totaliter ſpoliauerũt. inſuper, & me vulnerauerunt, ut videtis, Sed ut uerum fatear, hoc totum proceſſit ex fatuitate mea. Sciebam, enim, quòd in hoc nemore communiter latitant latrones, ꝙ pene infiniti boni mercatores fuerunt hic ſpoliati. Ego autem de hoc non curans uolui ſolus trãſire. Ad quem rex miſericordia motus. Amice compatior tibi. Sed ecce, quid facies. Doleas, quòd per tuam ſtultitiam perdidiſti omnia bona tua, & ampliora tibi dabo, & eris ditior, quàm prius eras. His ſuppoſitis nõne facile eſſet tali mercatori dolere, ut iterum diues fiat, Certè ipſe eſſet ualde miſer, & fatuus, niſi in tali caſu doleret.

Ad propoſitum. Homo, priuſquam peccet, eſt multũ diues in bonis gratię, & uirtutum, quia ut dicit Aug. ſer. 1. dominicæ octauæ poſt Trinitatem, omnis bonus fidelis eſt diues. Pauper forte in cella, ſed diues in conſcientia. Itẽ Ber. de aduentu Domini, ſermo. 4. uerę, inquit, diuitiæ nõ opes ſunt, ſed uirtutes, quas ſecum conſcientia portat, ut in perpetuum diues fiat, dicente Apoſtolo. Gloria noſtra hęc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ Hæc ille. Talis ergo homo diues incidit in latrones, quãdo incidit in peccata mortalia, ſimul etiam incidit in manus dæmonum, qui auferũt omnia bona ſua, iuxta illud Thren. 1. Manum ſuam miſit

hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, ideſt, peccatores. Hoc autem qualiter fiat, poſſumus inductiuè ſic oſtendere de ſeptem peccatis mortalibus.

Primus igitur latro ſpolians miſerum peccatorē eſt ſuperbia, quæ aufert ab eo enſem, ocreas, & calcaria. Primo quidem enſem timoris diuinæ iuſtitiæ, ſiue d uiuę ſententiæ, quæ poteſt dici gladius ex utraque parte acutus. Pſal. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum ubrauit, &c. Secundò aufert ocreas mortificationis carnis, ita ut de talibus poſſit dici illud Pſal. Non eſt timor Dei ante oculos eorū, ſcilicet, ſuperborum, quia præſumptio eorum aufert iuſtum timorem. Tertiò aufert calcaria timoris mortis temporalis, cruciationis infernalis, & afflictionis purgatorij, quæ tria tanquam calcaria incitans hominem ad bene operādū, qa ut habetur. Prouer. 15. Per timorem domini declinationis a malo, ſicut timore ſuſpendij declinat malefactor a furto. Iſte autem latro uulnerat in oculis cordis, ut homo nō uideat, nec attendat imperfectionem, & miſeriam ſuam Pſal. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulāt, ſupple, ſuperbi.

Secundus latro eſt auaritia, quæ furatur burſam, & totam pecuniam. Nam poſtquam auaritiam ſemel inuaſerit cor hominis, diuitis, iā ille nō habet plus pecuniā in ſua poteſtate, tanquam dominus eius, ſed potius ecōuerſo ipſa pecunia captiuat eum, tanquam ſeruum ſuum, quia, ut dicit Seneca de uerborum copia. Pecunia, ſi ut ſcias, ancilla eſt, ſi neſcias, domina. Iſte latro uulnerat in manibus, ita, ut homo eas nequeat extendere ad pauperes. Et hoc bene prefiguratum eſt per illum hominem, de quo legitur Matt. 12. quod habebat manum aridam.

Tertius latro eſt ira. Et iſte latro aufert chamum, & frenum patientiæ in aduerſis. Item aufert cellam pacis, & concordię. Sicut enim equus chamo, & freno regitur, & compeſcitur, ne ruat in præcipitium, ſic homo refrenatur, & cohibetur a motu iræ, & furoris per uirtutem patientię. Luc. 21. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Iſte latro uulnerat in auribus, ita, ut nō poſſit homo iracūdus audire uerba correctionis, & doctrinę ſalutaris Nec certe mi[...] ut dicit Augu. ad fratres in here. ſerm. 9. quod tibi ſi a

regnauerit,ibi omnino princeps diabolus erit,nec inde ali quid boni exire peccati.

Quartus latro eſt gula. Et iſte latro aufert ab homine cingulum,ſiue corrigiam ſobrietatis,per quam deberet ſuperfluitatem cibi,ac potus reſtringere.Iſte autē latro vulnerat in uiſceribus, & inteſtinis, quaſi illas partes gladio ſuo perforando,quia uiſcera guloſi uidētur,quaſi perforata, eò quòd ſemper vult ibi cibum,& potū reponere,& tamē nunquam repletur.Propter quod tales ſæpe grauātur multis infirmitatibus,quia,ut habetur Eccl.37.in multis eſcis erit infirmitas.

Quintus latro eſt inuidia,Et iſte latro ſpoliat hominē interiorem ueſtibus uirtutum,& ſignanter furatur charitatem,quæ ueſtis eſt nuptialis,& glorioſa,cui debet corona gloriæ.Hanc autem ueſtem charitatis auferēs inuidia conſequenter aufert cæteras uirtutes. Quo facto meritò poterit conqueri miſer peccator,& dicere illud Iob.19.Spoliauit me gloria mea,abſtulit coronam de capite meo.Hoc enim facit inuidia auferēdo charitatē de corde humano. nam inuidia triſtatur de bono alterius,de quo charitas gaudet.Et econuerſo. Gaudet de malo alterius,de quo charitas triſtatur,quia,ut dicit Auguſt.Homil.20.Inuidia nihil aliud eſt,quàm odium fęlicitatis alienę,unde bono cruciatur alieno. De infirmitate enim illius,cui quis inuidet, ipſe ſanatur,& de ſanitate infirmat.Iſte autem latro vulnerat in naribus,eò quod inuidus non poteſt ſuſtinere,neq; ſentire bonā famā proximi ſui. Et ideo in hoc eſt ſimilis buffoni,qui non poteſt ſuſtinere odorem uineæ florentis. Item iſte latro uulnerat in ore,& in lingua,ut non poſſit inuidus bonum de alio,cui inuidet,dicere, ſed ſemper malum.Propter quod de inuidis poteſt dici illud pſalm.Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt. Item vulnerat in gutture, quia dulcia ſunt amara, & amara dulcia. Eſai.quinto. Veh,qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Sextus latro eſt accidia,ſiue pigritia. Et iſte latro, tanquam peſſimus trahit, & proſternit hominem ad terram, ita crudeliter,quòd non poteſt inde ſurgere ad aliquod bo

num faciendum.Inſuper iſte latro aufert ab homine equũ ſuum,ideſt,bonum uſum corporis ſui,ita ut non poſſit ſe iuuare de corpore ſuo propter tepiditatem,& pigritiã,Inſuper vulnerat eum in tibijs,& pedibus,ita ut nõ poſſit exire de lacu miſeriæ,& de luto fęcis.In cuius figura legit.2. Re.9.qa Miphiboſeth filius Ionathę debilis erat pedibus. Septimus latro eſt luxuria.Et iſte latro aufert illud totũ, quod remanet de omnibus bonis pauperis peccatoris. Cũ enim miſer peccator per alia peccata ſit ſpoliatus omnib. ueſtimentis ſuis,ita ut non remaneant ſibi, niſi fęmoralia, ſe brachę cõtinentiæ,& caſtitas, iſte peſſimus latro priuat eum continentia,& uirginitate ſua,quę tam pcioſa eſt, ut dicatur Eccl.26.ꝙ nõ eſt condigna ponderatio continentis animæ.Iſtę autem latro vulnerat hominẽ in genitalibus, & lumbis,adeo ꝙ uiri lubrici uidenť hr̃e ignẽ infernalem, in illis membris propter continuum ardorem libidinis. Ecce ergo qũo miſer peccator incidẽs in inſidias latronũ peccatorum ſpoliatur omnibus bonis,& miſer ex omni parte efficitur.Et hoc eſt,quod ſcribiť Prou.14. Miſeros facit populos peccatum.Item Apo.3.Tu dicis,quia diues ſũ,ꝙ locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia miſeres, & miſerabilis,& paup,& cęcus,& nudus:Eſt enim peccator pauper,pauperior,pauperrimus. Pauper quidẽ,quia amiſit bona naturæ,& fortunæ,& ſi non de facto,ſaltẽ de iure,ita vt nõ ſit dignus pane,quo ueſcitur,Pauperior uero,quia amiſit bona gratiæ.Pauperrimus autem,quia amiſit ius percipiẽdi bona gloriæ.Et ſic taliter depauperatus,& bonis omnibus ſpoliatus,atque vulneratus ſemiuiuus relinquiť,qa ulterius non viuit,niſi quo ad corpus.Tunc autem obuiat illi rex,ſ.Deus,quando facit ipſum de talibus aduertere,& dicit ei.Amice doleas,quòd ſic miſerabiliter perdidiſti cũctam ſubſtãtiam tuam,& ego promitto tibi, ꝙ omnia tibi reſtituam.Et hoc eſt,quod legitur in figura de filio prodigo,ꝙ cum rediret,mox pater dixit ſeruis ſuis.Citò profer te ſtolam primam,& induite illum,&c.Luc.15.Patet ergo quomodo homo per contritionem recuperat gratiam per culpam perditam.

Tertium exemplum per quod oſtẽditur,qualiter homo per contritionem tandem conſequitur uitam ęternam eſt

de

de clerico,qui diu ſeruiuit alicui magno prælato; uel etiã ſummo pontifici.Dominus autem eius habebat in prõptu pingue beneficiũ,q̃ paratus erat illi dare.Sed in mala hora dictus clericus grauiter deliquit apud dominum ſuum. Quo non obſtante tandem miſertus illius Dominus eius uenit ad eum,dicens illi.Amice tu ſcis,quàm grauiter me offendiſti,nihilominus,ſi uelles facere uoluntatẽ meã, pax eſſet inter me,& te,& pingue beneficium indubiè tibi cõferam.Voluntas autem mea non eſt,ut grauiter puniaris,ſiue,ut des mihi magnam pecuniam,aut mihi conferas aliquam commoditatem,ſed tantum,ut doleas de eo, q̃ me offendiſti.Nonne in tali caſu ille ſeruus eſſet multũ fatuus niſi grauiter doleret de offenſa in magiſtrum ſuum commiſſa,& ueniam quæreret,Certè ille non eſſet bene ſenſatus,qui aliter indicaret.

Ad propoſitum homo ſeruiens Deo,tanquã ſummo Põtifici,expectat ab eo magnum beneficium.ſ.prębẽdã gloriæ,de qua Heb.9.Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum.Iſte autem ſummus pontifex grauiter offenditur p quodlibet mortale peccatum,q̃a ſuper omnia odit ipſum. Nec certè aliquid aliud ſibi diſplicet pręter ipsũ peccatũ. Nã cętera diligit.Iuxta illud Sap.1.Diligis omnia,quę sũt, & nihil odiſti eorum,quę feciſti domine.Diabolũ enim diligenter Deus diligeret,& Paradiſum illi daret, niſi peccatum ſuum obſtaret.Et econuerſo Deus non habet tam bonum amicum in cœlo,quem non haberet odio,& quem citiſſimè inde non expellere,ſi peccatum haberet. Qui ergo mortaliter peccat.quantumcunque fuerit Dei amicus,nihilominus incurrit magnum eius odium,Et niſi recõciliet indubiè amittet ſalarium totũ,ſeu pręmiũ, quod pro priori ſeruitio Deo facto meruerat,atque priuaretur perpetua ſocietate Dei,& ſanctorum eius.Iuxta illud Eſa.59.Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos,& Deum ueſtrum. Q̃d attendens pater ille miſericordiarum monet frequẽter peccatorẽ de ſua ſalute, & q̃ doleat de peccato ſuo, p p q̃d priuatur tãto gaudio.Q̃d ubi facere uoluerit,indefectibiliter dabit illi prębendam perpetuam in eccleſia triũphãte cũ Angelis,& cęteris beatis.Et hoc eſt,q̃d ait Chriſtus Mat.3. Pęnitentiam,inquit,agite,appropinquabit regnũ cęlorũ.

Nunquid ergo miſer peccator eſt fatuus, ſi non doleat de peccatis ſuis, maximè cum ſit ſibi tam facile. Attēto etiã quod conterendo euadit mortem æternam, recuperat gratiam perditam, & tandem conſequenter gloriã ęternam.

Secunda conditio contritionis dicitur utilitas. Valde enim utile eſt conteri, & dolere de peccato. Et iſtud quamuis ſufficienter pateat ex dictis, nihilominus adhuc poſſumus idem perſuadere oſtendēdo, alias utilitates ipſius cõtritionis.

Prima dicitur ablutionis. Sola enim cordis contritione, cum propoſito confitendi conſcientia humana, quæ prius erat cloaca diaboli, efficitur munda, adeo quòd tunc delectet Deum in ea habitare per gratiam, iuxta illud Prouer. 8. Delitię meę eſſe cũ filijs hominũ. Et de iſta ablutione poteſt intelligi illud Zacha. 13. Erit fons patēs domui Dauid in abſolutionē peccatoris. domus Dauid eſt eccleſia militans, in qua eſt fons patens, per quem intelligitˉ ſacramētum pœnitentiæ, cuius contritio eſt prima pars, quæ ordinatˉ ad ablutionē peccatoris. Quod bene conſiderans Dauid, poſtquam commiſerat adulterium, & homicidium, dicebat. Laudabo per ſingulas noctes lectum meũ, ideſt, conſcientiam, quam ipſe lauat aquis contritionis, ut munda fieret. In cuius etiam figuram legitur 4. Reg. 5. quòd poſtquam Naaman leprolus lauit ſe in Iordane, plenè mundatus eſt. Ad idem etiam facit exemplum ſequens.

Legitur enim de quodã uiro qui de magnis diuitijs uenit ad maximam paupertatem, ſicut multis accidere ſolet. Hic ergo in deſperationē poſitus cępit uagari p nemora. Et ecce apparuit illi dęmõ, dicens, q ſi uellet ei ſeruire & homagiũ faceret redderet eum ditiſſimũ. Cũque ille ſtatim cõſenſiſſet, & manum ſuam inter manus diaboli ad cõfirmãdum fędus poſuiſſet, mox nigrefacta eſt, quaſi carbo, nec aliqua ablutione poterat lauari. Quod ille cernens cępit abhorrere facinus, quod perpetrauerat. Sicque cum lachrymis ad confeſſionem uenit. Qua plenè facta ſubitò manus eius dealbata eſt, ut prius. Per qđ intellexit peccatũ ſuum eſſe remiſſum. Ecce quomodo contritio cũ cõfeſſione mundat animam à peccato.

Secunda utilitas contritionis dicitur decorationis. Ipſa

enim notabiliter decorant animam prius per peccatũ miſerabiliter,& horribiliter deturpatam.De qua quidem deturpatione ſcribitur Thren.4.Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum,ſcilicet;peccatorum.Vnde dicat Anſel.in ſuis meditationibus, quod anima ſi in peccato fuerit, nigrior coruo erit,ſed quã mirabiliter contritio decoret animam,ſic deturpatam,ſequens exemplum apertè demonſtrat.

Legitur enim in uitis patrum dę quodam ſancto ſacerdote,qui cum in paſcate deberet ſuos parochianos cõmunicare,rogauit dominum,ut illi oſtenderet, qui eſſent in bono ſtatu,& qui non.Et mox uidit quoſdam habentes facies nigerrimas,alios facies igneas,alios facies reſplendentes,& claras ſicut ſol.Cui apparens Angelus,dixit,quòd facies nigræ erant facies luxurioſorum,& qui intendebant, poſt Paſcha redire ad immunditiam ſuam, facies autem ignę erant facies iracundorum,& qui cum rancore accedebant ad altare. Facies uerò claræ erant facies contritorum,& compunctorum.Ecce quomodo contritio decorat animam.

Tertia utilitas contritionis dicitur purgationis, ſiue remiſſionis.Nam purgat,& remittit omnem culpam mortalem,& quandoque totam pœnam. Primum patet per illud Ezechiel.decimoſeptimo.In quacũque hora ingemuerit,&c.Hoc autem probat Ambroſius lib.de Helia; & ieiunio.capitulo undecimo per ſimilitudinẽ de potu amaro, qui interdum datur ægris,etiam paruulis ad purgandum indigeſtum cibum, ita dicens. Solent amara etiam ipſis plus prodeſſe corporibus.Sicut enim cum intimis puerorum uiſceribus uermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, q extingui nequeunt,cum amarior potus infundatur, aut medicamentorum uis inoleſcit aſperior, quorum odore moriuntur,ita profundum animæ ingreſſa cõtritionis uirtus culpam latente interficit.Hęc ille Ecce quõ contritio delet culpam.Similiter,& quandoque totam pęnam, ſicut ſequens declarat exemplum.

Legitur enim in uitis patrum,de quodam ſancto patre habente ſororẽ meretricem in proxima ciuitate,hanc igitur ſemel uiſitans,dixit illi. Soror mea chariſſima parce

animę tuę,quoniam multi propter te pereunt.Heu quomodo poteris ferre illa amariſſima,& duriſſima, atque perpetua inferni tormenta.Hæc igitur, & his ſimilia illa audiés, contremiſcens dixit.Heu me frater.Nunquid adhuc ſaluari poſſum,at ille.Sic ſoror chariſſima,ſi tamen me ſequi in deſertum uolueris.Quod illa libēter fecit,mutato tamē prius habitu. Ingreſſa ergo deſertum locum poſt fratrem ſuum, ſtatim depoſuit calceos,ut ſic pedes eius à lapidibus uulnerarentur.Poſt aliquot igitur dies Sanctus Pater, qui,& frater requiſiuit eā,quam mortuam inuenit, & ueſtigia pedū ſuorum ſanguine plena. Cumque dictus pater hoc fratrib. retuliſſet, & illi de ſalute eius contenderent, tandem orationem fuderunt ad Dominum rogantes, & deprecātes, ut dignaretur reuelare ſtatum eius.Et ecce nocte ſequenti reuelatum eſt uni eorum eam eſſe ſaluam, propter uehementem eius contritionē. Ecce, quòd uehemens contritio delet totam pœnam. Sed prohdolor pauci pœnitentes habent talem uehementem contritionem,ſed utinam haberent oēs, quotquot peccauerunt,ſaltem dolorem illum,qui meretī dici contritio, & ſic remiſſiuus culpæ.Patet ergo de ſecūda cōditione contritionis, quæ dicitur utilitas.

Tertia conditio bonæ, & ueræ cōtritionis dicitur firmitas.Debet enim conterens de peccatis ſuis firmiter proponere cum Dei adiutorio,non offendere Deū in poſterū,nec recidiuare in peccatum, quantum humana fragilitas patitur,ſed omnino abſtinere à peccato, quia ut dicit Gregor. hom.34. Pœnitentiam agere eſt perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui ſic illa deplorat, vt tamen alia committat,adhuc pęnitentiam agere, aut diſſimulat,aut ignorat.Hæc ille.Ille ergo non habet firmam cōtritionem,immo nullam habet, qui adhuc proponit ulciſci de inimicis ſuis. Similiter, qui adhuc tenet concubinam in camera.Item nec ille,qui non reſtituit uſuras,ſed magis cōtinuè exercet eas,& huiuſmodi.Nec certè Deus tali ficto cōtrito remittit offenſam, ꝑ quo rogat, ſicut clarè poſſumus perpendere tali exemplo.Si enim aliquis offendiſſet regem illi grauem iniuriam irrogando,& poſtmodum ad eum ueniret,& diceret,Domine fateor dixiſſe de uobis tale uerbū, rogo indulgeatis mihi.Hoc tamen ſcitote, quòd inde non

dol co,

doleo, nec me pœnitet ita non fuiſſe locutum, quinimmo intendo in talibus iniurijs perſeuerare. Nunquid rex deberet tali irriſori indulgere offenſam. Certè conſtat, ꝙ non ita, nec in propoſito indulget Deus homini ueniam quęrētis, & in peccato perſeuerare proponenti. Neceſſe eſt ergo omnē uerè pœnitentem, & de commiſſis peccatis dolentem, firmiter proponere à peccatis in futurum abſtinere. Et ſic patent tres pulchrę conditiones, & proprietates qualitatis contritionis.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento relationis. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ, quia peccaui nimis. Ideo mea culpa.*] Mat. 11.

Poſtquam in præcedenti cap. oſtenſum eſt, quomodo contritio pertinet in prędicamento qualitatis, ſimulque habitum eſt de tribus proprietatibus huius qualitatis; hic conſequenter oſtendendum eſt, quomodo eadem contritio pertineat ad predicamentum, ad aliquid, ſiue relationis. Eſt ergo notandum, ꝙ meritò contritio dicitur ad aliquid, quia omnis verè conterens de peccatis ſuis debet habere reſpectum ad tria, uidelicet,

Ad Deum, quem offendit.
Ad culpam, quam commiſit,
Ad pœnam, quam incurrit.

Primò quidem ad Deum, quem offendit. Et hic reſpectus tangitur in diffinitione ipſius contritionis prius poſita, ubi dictum eſt, ꝙ contritio eſt dolor pro peccatis uoluntariè aſſumptus propter Deum. Et hunc reſpectum coram oculis ſuis habebat pſalmus, cum aiebat. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Ecce contritio. Quia non cuſtodierunt legem tuam. Ecce contritionis reſpectus, rectus, & uerus.

Eſt autem notandum, ꝙ uerus contritus, ſeu pęnitens cōuertens ſe ad Deum inuenit in eo tria magna bona, quæ debent in eo generare magnā fiduciam de Dei pietate, & peccatorum ſuorum remiſſibilitate. Inuenit ergo in eo.

Gratiam expectatricem,
Vocem reuocatricem,
Benignitatem reuocatricem.

Primò igitur homo peccator per contritionem ad Deũ ſe conuertens inuenit in eo gratiam expectatricem. Eſa. 30. Expectat Deus, ut miſereatur ueſtri, ideo exaltabitur parcens uobis. Et notanter dicit Propheta. Exaltabitut parcens uobis, quia ſicut homo exaltatur in corde ſuo, poſtquam aliquod egregium, & ualde magnum opus fecit, ita & Deus quodammodo exaltatur in remittendo peccata, tanquam magnum quid feciſſet. Nec quidem immeritò, q̃a tale opus eſt maius, quàm creaſſe cœlum, & terram, ſecundum Aug. Expectat ergo Deus peccatorem per dię, per hebdomadã, per menſem, per annos, & multos annos, dicens illud Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris, ſed, &c. Non ſic autem expectauit Dei gratia angelum peccantẽ, ſed ſubitò eum eiecit de cœlo, & præcipitauit in abyſſum inferni. Luc. 10. Videbã ſathanam, quaſi fulgur de cœlo cadentem, ſic, & hodie poſſet Deus facere de rigore iuſtitiæ, de quolibet peccãte mortaliter. Hoc autem non facit, ſed expectat eum ad pœnitentiam. Propter quod pauperes peccatores meritò poſſunt dicere illud Thren. 4. Miſericordiæ Domini, quòd non ſumus conſumpti, Ipſe enim expectat, ut miſereatur noſtri, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pęnitentiam reuerti, ut habetur 2. Petr. 2. Quinimmo quaſi inuitè damnat miſericors peccatores, dicens illud Eſa. 1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Expectat ergo Deus peccatores ad gratiam, & pęnitẽtiam, & ideo ueh illis, ſi tantam expectationem neglexerint. Vnde Auguſt. ad fratres in heremo. ſermo 67. Item in tractatu de Vanitate ſęculi. Nolite, inquit, negligere fratres, quod uos pius Deus peccantes ſubſtineat, quia quanto diutius expectat, ut emendetis, tantò grauius damnabit, ſi neglexeritis. Hæc ille.

Secundò peccator per contritionem ad Deum ſe conuertens inuenit in eo uocem reuocatricem, de qua Apoc. 3. vbi Dominus loquens animę peccatrici, ait. Tu fornicata es cũ amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiã te. Pręterea Dei filius homo factus, non ceſſauit, quãdiu in

hoc mũdo prędicauit, reuocare pauperes peccatores ad pęnitentiam, dicens illud Matth. 9. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores, hoc patuit in effectu in Matthęo, quem de Teloneo uocauit. Lucę 5. & Matthæ. nono. Si aliquis pauper grauiter offendiſſet Regem, & Rex primò eum uocaret, & rogaret eum de pace, & oſtenderet ei magnum ſignum benignitatis, atque tunc maiori fiducia pauper ueniret ad eum. Sic in propoſito.

Circa quod notandum, quòd Dominus reuocat peccatores ad pœnitentiam tribus modis, uidelicet,

Per interiorem inſpirationem,
Per exteriorem prædicationem,
Per beneficiorum multiplicationem.

Primò igitur pet interiorem inſpirationem, & hoc quaſi ſubmiſſa uoce bonũ propoſitum inſpirando. Da exemplum de fideli amico, qui primò uocat amicum ſuum delinquentem in ſecreto corrigendo eum inter ſe, & ipſum ſolum, priuſquam ipſum corã alijs publicè reprehendat. Sed quia aliqui faciunt ipſi Deo ſic eos uocanti interius, quaſi ſurdam autem, ideo.

Secũdò uocat eos apertè per exteriorem prędicationẽ, dicens eis illud. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & oneratis eſtis, & ego, &c. Et de hoc clamore loquitur deuotus Ber. dicens. Clamat caro, ego inficiam, clamat mũdus, ego deficiam, clamat diabolus, ego decipiam, & interficiam, clamat Chriſtus, ego reficiam. Vide tu homo, quẽ ſequi uelis. Sed pauci homines uolunt ſequi Chriſtũ ad iſtã ſecundam uocationem, ideo.

Tertiò uocat eos per beneficiorum multiplicationem, & largitionem, quæ illis impartitur in dies etiam abundãter. Da exemplum de muliere, quæ ſpargendo grana uocat ſuos pullos. Et de iſta Dei triplici uocatione poteſt intelligi illud Canti. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, ideſt, anima peccatrix, reuertere. Vbi nota, quomodo ſponſus reuocat ad ſe ſponſam ſuam ter dicendo reuertere. Sed proh dolor ipſe conqueritur de obſtinatione hominum, dicẽs illud Prouer. 1. Vocaui, & renuiſtis, extendi manus meas, multa beneficia abundanter largiendo, & non fuit, qui aſpiceret, uſcet, ad me dantem beneficia, gratias pro illis agendo.

Et no-

Et nota, ꝙ non dicit. Non fuit, qui acciperet, ſed non fuit, qui aſpiceret. Omnes enim ſunt ſatis parati recipere beneficia Dei, ſed pauci uolunt illi regratiari de talibus. Quinimmo multi inde deteriores efficiuntur ſm illud Deut. 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Eccl. 29. Paſcet, & potabit ingratos, & adhuc audiet amara ab eis.

Tertiò peccator ad Deum ſe conuertens, poſt cordis cōtritionem inuenit in eo benignitatem ſuſceptricem. Iohel. 2. Cōuertimini ad dñm Deum ueſtrū, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multę miſericordię, & pręſtabilis ſuper malitia populi ſui. Eſt enim Deus miſericors peccata remittendo, patiens ad pœnitentiam expectādo, & multę miſericordiæ non ſolum ſemel, ſed ſæpius indulgendo, & præſtabilis ſuper malitia peccatorum benignè recipiendo. Ideo dicit Gre. in quadā collecta, de Deo, ꝙ ei eſt proprium miſereri ſemper, & parcere. Itē probatur Dei benignitas multis exemplis, ut patet de Dauid, de Nabuchodonoſor, de Petro de Paulo, de Magdalena, de Zacheo, de Chananea, de muliere in adulterio deprehenſa, de bono latrone, de Mattheo, & de alijs pœnè infinitis, qui poſt grauia peccata ad Deum redeuntes, benignè ab eo recepti ſunt, & magis honorati, quàm prius. Et ideo iſta conſideratio diuinæ benignitatis in ſuſcipiendo corde contritos, deberet meritò ualde eleuare ſpem noſtram ad Dominum, poſtquam mortaliter eū offendimus. Vnde Ber. ſuper Can. Omnino propter manſuetudinem, quæ de te prædicatur. O bone Ieſu curremus poſt te, audientes, quòd nō ſpernis peccatorem, non abhorruiſti peccatricem. Non enim horruiſti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem Magdalenam, non Chananeam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio, non ſedentem in theloneo, non ſupplicantem publicanum, non negantem diſcipulum, non perſecutorem Apoſtolum, neque crucifixores tuos. In odore ergò unguentorum tuorum currimus. Hæc ille.

Exemplum ad hoc legitur ſatis autenticum, quod narratur in uita beati Baſilij, de quodam Senatore Romano habente filiam pulcherrimam, quam poſuit in quodam monaſterio uirginum, ut conſecrata Deo ſeruiret ibidem omnibus diebus uitæ ſuæ. Quam cum quidā iuuenis adamaſſet,

& ad eam accedere non auderet promiſit culpam malefico maſſam auri,ſi faceret,quòd ipſa ſaltē ei cōſentiret,ut ſpōſa eius fieret. Hic ergo maleficus duxit dictum iuuenem ad dæmonem,ad cuius petitionem abnegauit fidem,& baptiſmum,Chriſtū,& ſanctos, & dedit ſe principi dæmonum faciendo ei homagium, dans illi ſuper hoc litteras proprio ſanguine ſcriptas. Poſt hæc igitur dictus diabolus, tantum tentauit dictam puellam in amorem illius iuuenis, ut adamaret, quòd morte amariſſima ſe occideret, niſi pater ſuus illum iuuenem ei in uirum dare faceret. Pater ergo tandem illi annuit.Cum ergo ei copulata matrimonio fuiſſet, & uidiſſet, quòd ille Miſſam non audiret, niſi rarò, & hoc tantum uſque ad per omnia præfationis,ipſa conqueſta eſt de hoc Beato Baſilio epiſcopo. Qui aduocans iuuenem,tantum hortatus eſt eum,ut nudam ueritatem illi patefaceret,& continuò mirabiliter flens,& pœnitens, abrenūciauit diabolo, & omnibus pompis eius in manibus ſancti epiſcopi pro pœnitentia, & abſolutione ſuper tanto crimine.Impreſſit itaque in fronte eius ſignum ſanctæ crucis recludens eum per tres dies in quodam loco ſacro. Poſt hæc uiſitauit eum quærens de ſtatu ſuo.Cui ille reſpōdit, quòd dæmones per tres dies apparuerant ei frementes, & comminantes,atque improperantes ei fidem fractam, & dicentes ei. Tu ſpontè ueniſti ad nos, & non nos ad te. Tunc Beatus Baſilius confortans eum, & iterum ſigno crucis in eius fronte impreſſo, ciboque dato incluſit eum iterum per aliquot dies. Quibus tranſactis iterum Beatus Baſilius eū uiſitauit, & interrogauit, ut prius. Cui ille reſpondit, quòd dæmones longius ſtantes comminati fuerant illi, non tamen uidebat eos, ut prius. Rurſus epiſcopus per alios 40. dies iniunxit ei pœnitentiam. Quibus expiratis iterum uiſitauit eum uenerabilis epiſcopus, & interrogauit, ut prius. Cui ille reſpondit, quòd bene illi fuerat,& quòd uiderat in ſomnis, quaſi ipſum ſuis orationibus protegentem. Tunc Beatus Baſilius duxit eum ad eccleſiam, ſed dæmones nitebantur eum rapere de manu ſua. Nec tamen hoc potuerunt facere impedientibus præcibus uiri Dei, de quo etiam conquerebantur in aere clamantes uiolentiam ſibi factam. Tunc beatus Baſilius iniunxit iuueni certas orationes.

tiones. Quo orante, & Beato Baſilio dæmones adiurante compulſus eſt dæmon per aera chirographum deferre, & ipſum inter manus epiſcopi reddere. Quo recepto ipſum dedit dicto iuueni. quòd mox recognouit ueraciter eſſe ſuum. His peractis uir Dei Baſilius dictum iuuenem eccleſiæ reddidit, & ei ſanctam communionem porrexit, & uxori reſtituit, ex hac itaque hiſtoria manifeſtè apparet, quòd peccator ad Deum per cordis contritionem redire uolens inuenit in ipſo benignitatem ſuſceptricem. Et ſic patet. quomodo uerus cõtritus debet habere reſpectum ad Deũ quem offendit.

Secundò principaliter omnis uerè cõtritus, & dolẽs de peccatis debet habere reſpectum ad culpam, quam cõmiſit. Quam ſi diligẽter reſpiciet, tria mala inueniet in ea, ꝓpter quæ meritò debet eam odire. Iſta mala ſunt.

Damnoſitas,
Anxietas,
Cęcitas,

Primò igitur uerus pœnitens, & debitè reſpiciens culpam, quam commiſit, inueniet in ea magnam damnoſitatem, & hoc reſpectu trium differentiarum temporis, uidelicet, reſpectu præteriti, præſentis. & futuri. Primò quidẽ reſpectu præteriti, quia per culpam mortalem mortificata ſunt omnia bona præcedentia. Nam ſicut mors corporalis mortificat omnia mẽbra corporis, ita mors ſpiritualis mortificat omnia præcedentia merita. Et hoc eſt, quòd dicitur Ezech. 18. ſi iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, &c. omnes iuſtitiæ ſuæ, quas fecerat non recordabuntur, id eſt, non ultra ad meritum, aut præmium imputabuntur. Ecce damnum, quod affert culpa reſpectu præteriti. Secundò affert damnum reſpectu præſentis, Nam turbat rationem, pungit cõſcientiam, grauat animã, De primo in pſalm. Turbati ſunt, & moti ſunt, ſupple, peccatores, ſicut ebrius. De ſecundo pſalm. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. De tertio Iob. 7. Factus ſum mihimetipſi grauis. Cur non tollis peccatũ meũ. Item in pſal. Iniquitates meæ ſupergreſſę ſũt caput meũ, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me.

Tertio culpa damnum affert reſpectu futuri, eò quòd

priuat

priuat hominem ſalute perpetua.pſalm.Longè à peccatoribus ſalus.Ecce ergo triplex damnum,quòd inueniet uerus pœnitens in culpa,quam commiſit, ſi diligenter eam reſpiciat.

Secundò uerus pœnitens debitè reſpicies culpam, quã commiſit,inueniet in ea anxietatem, & triſtitiam. Vnde Auguſt.lib.1.confeſſionum.Iuſſiſti domine,& ita eſt,ut pena ſibi ſit omnis inordinatus animus,& ut dicit Ambro. in libro de Noè,& arca.c.1.Nihil eſt,quod maioris doloris ſit,quàm culpę reatus.

Tertiò pœnitens culpam reſpiciens,inueniet in ea magnam cęcitatem. Culpa enim in ſe cæca eſt,& cæcos reddit homines.Sapien.2.Excæcauit eos malitia eorũ.Itẽ in pſalmo.Neſcierunt, neque intellexerunt,in tenebris ambulant Et bene dicit Neque intellexerunt, ſupple, ſuam cæcitatem,quia hoc malo laborant peccatores, quòd non intelligunt ſuum defectum, ſiue errorem. Et in hoc ſunt ſimiles uxori Senecæ,de qua ipſe idem refert epiſt.Iad Lucillum ſcribens in hunc modum.Harpaſtes uxor mea fatua ſubitò uidere deſijt. Incredibilem rem. Lucille tibi narro, ſed ueram. Neſcit enim ſe eſſe cæcam. Pedagogam,ſuum rogat, ui mingriret,dicẽs domum tenebroſam eſſe. Hoc autem, quod in illa ridemus multis accidit,nemo enim ſe auarum intelligit,cupidum, nemo ambitioſum. Sed dicimus. Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ uiuere poteſt, non ego ſumptuoſus ſum, ſed urbs noſtra magnas exigit impenſas, Non eſt meum uitium, quòd ego iracundus ſum, ſed hoc adoleſcentia facit. Difficulter ergo ad ſanitatem peruenimus quia nos ægrotare neſcimus, Hæc ille. Patet ergo de tribus malis, quæ uerus pœnitens, & corde contritus facile poteſt inuenire in culpa. Et ideo eam ſummè debet odire.

Tertiò principaliter omnis uerè contritus de peccatis, debet habere reſpectum ad pœnam, quàm peccando incurrit,uidelicet, ad pœnam æternam. De qua debet in ſe uidere, & conſiderare tria, ſcilicet, illa acerbiſſima, longiſſima, horribiliſſima. Et de iſtis tribus ſimul loquitur Chriſtus. Matth. 25. prædicens ſententiam illam, &

ultimum arreſtum,quod daturus eſt in die iudicij contra reprobos in hunc modum.Ite maledicti in ignem,ecce pœnę acerbitas. Aeternum,ecce pęnę prolixitas.Qui paratus eſt diabolo,& angelis eius,ecce pęnę,& ſocietatis horribilitas.Propter quod uere contritus orat dominũ cum Aug. dicés.Hic ure,hic ſeca,ut in ęternũ parcas.Patet ergo,quomodo contritio eſt in prædicamento ad aliquid,ſiue relationis,& quomodo importat triplicem reſpectum. Verbũ quod primus reſpectus , & ſecundus ſunt reſpectus ſecundum eſſe,ſeu principales,tertius autem,qui reſpicit pęnã: eſt tantum reſpectus ſecundum dici,& minus principalis.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento actionis. Cap. VI.

CONFITEOR *tibi domine Pater Cœli,& terræ quia peccaui nimis,Ideo mea culpa.*] Mat.11. Poſtquam in pręcedenti capitulo oſtẽſum eſt,quomodo contritio pertinet ad prædicamentum relationis . Hic conſequenter oſtendendum eſt,quomodo pertineat ad prædicamentum actionis.

Pro quo notandum , quòd ipſa contritio operatur tres glorioſos effectus.Nam ipſa.

Extergit uitium peccati,
Extinguit incendium inferni,
Perducit ad gaudia cœli.

Primò igitur extergit uitium,& ſordes peccati.Nam ſicut forte lixiuium expellit ſordes ueſtium linearum,& fortis confricatio rubiginem aufert à ferro,quę gladio, & mare omnia putrida abijcit,ſic contritio extergit , & expellit omne uitium.Propter quod Thren.2.dicitur de uero pęnitente,Magna uelut mare contritio tua.Ac ſi diceret,quòd ſicut mare repellit corpora mortua à ſe,& proijcit illa ad littus,ita etiã cõtritio expellit ab humano corde eſſe peccatum.In cuius rei ſignum cum Pſal.dixiſſet. Confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam domino,quod fit in contritione,in qua quis cõfitetur iniuſtitiam ſuam domino,mox ſubiungit.Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.De hoc

etiam

etiam extat exemplũ de Petro, de quo dicit Calixtus Papa, & recitat in decre. diſt. l. ponèret, quòd lachryma amariſſima Petri lauit, & deleuit peccatum negationis illius. Ecce quomodo cõtritio extergit uitium peccati, dũmodo confeſſio non contemnatur, ut habetur, de pęn. diſt. 1. menſuram. Quod ſi aliæ partes pęnitentię contemnatur, ipſa contritio circa remiſſionem peccati, nihil operatur, ut notatur, ubi ſupra, cap. de reſuſcit. Sed heu multi ſunt, qui de facili fundunt abundantiſſimas lachrymas pro dominis, mundialibus, pro mortuis amicis corporalibus, aut pro uarijs languoribus, qui tamen duriſſimi ſunt ad plorandum grauiſſima peccata ſua, & periculum æternæ dãnationis. Vnde de talibus, qui habent dolorem de pęnis, quas patiũtur, & non de culpis, quæ per eos in dies perpetrãtur, põt intelligi illud Eccl. 50. Oppreſſiones, fames, flagella, & contritiones ſuper iniquos creata ſunt.

Secundò contritio extinguit incendium Inferni. Vnde Proſper in ſententijs, & ſimiliter recitatur de pęn. diſt. 1. ſicut lachrymę, q̃ ex uera contritione fluũt, æterni ignis incendia extinguunt. Magna ergo, & admirabilis eſt actio cõtritionis, maximè cum illum ignem infernalem, quem tota aqua maris, pariter, & omnium fluuiorum atque fontiũ extinguere nequaquã poteſt minima lachryma ex corde cõtrito fluens ipsũ totaliter extinguit. Debet tamen talis lachryma eſſe amara, quia homo peccauit cõtra illum, qui ipſum creauit, amarior, quia illũ offendit, qui eũ redemit, amariſſima, quia cõtra patrem ſuum peccauit, qui eũ quotidie paſcit, & potat corporaliter uitæ neceſſaria illis tribuẽdo. Item ſpiritualiter corpus, & ſanguinẽ ſuũ in ſacramentum Altaris illi tribuendo. Et nota, quòd contritio, dicitur extinguere ignem inferni, pro quanto uirtute illius Deus commutat pœnã in temporalem. Quinimmò, vbi ipſa contritio eſt multum uehemens tunc remittit omnẽ pęnã. Et hoc eſt, quod ait Chryſ. hom. 7. in peccatis. inq̃t, ſi doleamus, & triſtemur, peccati magnitudinẽ, ideſt, pęnam, peccato debitã minuimus, & quod erat magnũ, reddimus paruum, ſępe uerò, & funditus ipſum totũ delemus. Hæc ille. Da exemplum de gutta aquę proiecta in fornacẽ ignis quæ ſtatim reſoluitur, & totaliter conſumitur.

Tertiò

Tertiò,contritio perducit ad gaudia cęli,& hoc uoluit innuere Chriſtus in illis uerbis Matth.5.Beati,qui lugēt, quoniam ipſi cōſolabuntur.Videtur itaque ipſe Chriſtus loqui ipſis pænitentibus,& pececata ſua flentibus,dicens illud Luc.9.Beati,qui nunc fletis,ideſt,qui in præſenti de,cōmiſſis peccatis doletis,quia ridebitis,ſupple,in cœlo.Item Iohan.16.Plorabitis,& flebitis uos,ſupple,ueri pœnitentes mundus autem gaudebit,ideſt,homines mundani.Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uertetur in gaudium.Ecce quomodo contritio perducit ad regnum cœlorum Hoc idem etiam uoluit innuere pſalm.cum ait. Qui ſeminant in lachrymis,ſupple,contritionis , & doloris de peccatis,in exultatione metent,ſcilicet,gaudium in præſenti,& æternum in futuro.Eſa.61.Dabo,inquit dominus, coronā pro cinere,oleum gaudij pro luctu,pallium laudis pro ſpiritu meroris.Sequitur in pſ.Euntes ibant, & flebāt. Hoc etiam refertur ad contritos corde de peccatis,qui debent continuè proficere magis,ac magis de peccatis pręte ritis dolendo,dicente ſcriptura Eccle.5.de propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu,quaſi diceret.O pauper peccator,quantumcunque doleas de peccatis tuis,tamen ſēper timere debes,ne plenè ſunt tibi dimiſſa.Prouer.28.Beatus homo,qui ſemper eſt pauidus.Ecce,quomodo ueri pęnitē tes debent,eundo flere,ideſt,in fletu,& gemitu, & planctu de peccatis nō ſolum perſeuerare,uerumetiam,proficere, mittentes ſemina ſua,ideſt,bona,Venientes aūt,ſupple,ad generale iudicium,ueniēt à mortuis reſurgendo cū exultatione,eò quòd euaſerunt periculum æternæ damnationis & perueniunt ad portum æternæ ſalutis portantes manipulos ſuos,ideſt fructus ſeminum ſuorum,ſiue bonorum operum,quæ in pręſenti geſſerunt,& ſignanter dolendo de peccatis ſuis.Patet ergo,quid operatur uera cordis contritio.Valde ergo miſeri,& fatui ſunt, qui negligunt de peccatis ſuis confiteri. Et ſic de prædicamento factionis.

QVOD

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento paſſionis. Cap. VII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ, quia peccaui nimis. Ideo mea culpa.*] Matt. 11. Poſtquã in præcedenti cap. oſtẽſum eſt, & probatum, quomodo contritio eſt in prędicamẽto actionis demõſtrandũ, hic cõſequẽter idẽ eſt, de prędicamento paſſionis. Qui enim ueraciter dolet, & conteritur de peccatis ſuis patiĩ in anima, etiam quandoque in corpore, & hoc ex redundãtia doloris, qui eſt in anima, adeo, ut aliqui effundãt abundantes lachrymas pro peccatis ſuis. Ecce paſſio. Ad cuius euidentiam, de aqua huiuſmodi lachrymarum tria uidebuntur, quę ſunt.

Conditionis.
Congruitatis,
Petitionis.

Primò igitur uidendum eſt de cõditionibus prędictę aquę, quę ſunt quatuor. Debet enim huiuſmodi aqua lachrymarum ad hoc, quòd proſit, & lauet animã à maculis peccatorum, eſſe.

Calida, Munda,
Amara, Viua.

Primò quidem calida. Non enim qualiſcunque aqua mundat ſordes corporales, ſed tantum aqua illa, quę eſt calida. Sic neque qualeſcunque lachrymę, neque qualiſcũque dolor de peccatis delet peccata, quę ſunt immũditia animę, ſed tantum ille dolor, qui eſt accenſus igne diuinĩ amoris. Cum ergo quis dolet ſe peccaſſe propter Deũ, & ſummè diligit, tunc uerè conteritur. Talem autem aquam calidam fudit Magdalena ad pedes Chriſti. De qua loquens Gregor. Homil. 33. ait. Diſcite, quo dolore ardeat, quę flere inter epulas non erubeſcit. Nam quia ſemetipsã grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit, quòd uerecundaretur foris. Sed profectò aliqui fundunt aquã frigidã pro peccatis ſuis, & ideo tales, nõ mundanĩ à ſuis delictis. hi ergo ſũt, q timore ſolũ pęnę dolẽt de peccatis ſuis, & nõ

amore iuſtitiæ, & tales ſunt ſimiles illis, qui ducuntur ad ſuſpendium, qui dolent ſe commiſiſſe caſum, propter quē oporteat eos ſic turpiter mori, nec tamen plenè dolent de offenſa in ſe. De lachrymis ergo talium poteſt intelligi illud pſal. In diluuio aquarum multarum ad eum, ſcilicet, Deum non approximabunt. Tales etiam, quodãmodo aſſimilantur dęmonibus, & damnatis omnibus, qui dolent de peccatis ſuis, non quidem propter Deum offenſum, ſed propter cruciatum, & tormentum, iuxta illud Sapien. 5. Pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Sicut ergo talis dolor, qui eſt propter pęnas non prodeſt damnatis, ita neque dolor uiuētium peccatorum, qui non eſt propter Deum, illis prodeſt, ſaltem ad remiſſionem culpæ, & ad meritum uitæ ęternæ. Quale igitur remedium certe optimum, ſcilicèt, ponere aquam lachrymarum, ſuper igne diuini amoris, ita, ſcilicet, quod peccator principaliter doleat de peccato propter Deum ſummè dilectum. Et qui ſic calefecerit lachrymas ſuas, indubiè cũ illis lauabit immunditiam ſui cordis.

Secundò aqua lachrymarum debet eſſe munda, iuxta illud Domini uerbum ad pęnitentes Ezech. 35. Effundam, inquit, ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Non enim qualiſcunque aqua mundat ſordes ueſtium, ſed ſolum munda, quia immunda aqua magis maculat ueſtes, quàm ante. Sic ſolũ aqua mũda oculorum mentis, mundat, & purgat, ab immunditia peccatorum. Tunc autem talis aqua lachrymarum eſt munda, cum quis pleno corde dolet de peccatis proponens in futurum ad ea nõ redire interueniente Dei gratia, & adiutorio. Econtrario autem, illa aqua lachrymarum eſt immunda, cum quis flendo præterita peccata, immiſcet propoſitum redeundi ad uomitum, uel non uitandi occaſiones peccatorum. Fletus ergo talium eſt aqua turbida, non mundans, ſed magis coinquinans. Vnde Iſido. de ſummo bono, libro ſecundo, capitulo 13. Comparat illos, qui deflent commiſſa peccata, nec tamen abſtinent à committendis, illi, qui lauat laterem crudum. Quem quanto magis lauerit, tanto amplius lutum facit. Dicit etiam idem, ubi ſupra, ca. 16. Et ſimiliter recitatur in decr. de pę. diſt. 3.

diſt. 3. irriſor. quòd ille irriſor eſt, & non pœnitẽs, qui adhuc agit, quod pœnitent. Nec uidetur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad uomitum eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim indeſinenter lachrymas fundunt, & peccare non deſinunt. Et poſt pauca. Eſaias de peccatoribus dicit. Lauamini, mundi eſtote, lauatur. & mundus eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit. Lauatur, & non eſt mundus, qui plangit, quæ geſſit, nec deſerit, ſed poſt lachrymas, quæ fleuerat, repetit. Hęc ibi. Item. c. ſequenti, quod incipit. Inanis dicit Aug. Inanis eſt pœnitẽtia, quàm ſequens culpa coinquinat. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata. Patet ergo, quòd aqua contritionis debet eſſe munda.

Tertiò prædicta aqua debet eſſe amara, In cuius rei teſtimonium Ezechias, poſtquã ſuperbiuit de uictoria ſibi à Domino data de Senacherib, poſtmodum conuertit faciem ſuam ad parietem, & flẽs dixit ad Dominum Eſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Notandum tamen, quòd duplex eſt amaritudo, ſicut, & duplex genus lachrymarum. Eſt enim quædam amaritudo proueniens ex dictamine rectæ rationis, cum deliberatione deteſtando peccatum. Et hæc eſt uirtus imperans dolorem. Verbi gratia. Aliquis magnus peccator dictat, quòd magnum malum, & magna ingratitudo eſt offendere patrem cœleſtem benefactorem præcipuum, & qui ei nunquam nocuit, ſed ſemper benefecit, & ideo dolet, ſecundum illud Hier. 2. Scito, & uide, quàm amarum eſt te dereliquiſſe Dominum Deum tuum. Alia eſt amaritudo ſenſus, quæ frequenter ſequitur ex prima. Maximè, ſi non ſit indiſpoſitio complexionis, uel aliunde. Prima igitur amaritudo ſemper requiritur ad ueram contritionem. Non autem ſecunda, eò quòd illa non eſt in noſtra poteſtate. Alias fleremus, quando uellemus. Nam aliquando eſt meritorium uelle flere, & non poſſe, quã fletibus abundare. Et ideo cuidam conquerenti, quod non poſſet flere peccata ſua, fuit conſultum à confeſſore ſuo, quod doleret, quòd non poterat flere. Sed quæritur circa hoc, utrũ mulier, quæ habuit filium de adulterio teneatur, uelle ipſum nunquam habuiſſe. Reſpondet, quòd circa hoc faciẽda

eſt ſeparatio filij à peccato,qua facta diligat filiũ, & odiat peccatum.

Nota circa hãc hiſtoriam de illa muliere, quæ ex adulterio concepit,& genuit tres filios,qui euaſerunt in maximos uiros. Primus dictus eſt Petrus Lombardus, qui edidit quatuor lib.ſenten. Secũdus Petrus Comeſtor, qui edidit hiſtoriam ſcolaſticam. Tertius Gratianus, qui edidit decretum. Prædicta ergo mulier ad extrema ueniens,conſiderans quãtum bonũ prouenisſet eccleſię,ex medio filiorum ſuorum non poterat dolere de peccato ſuo. Ad quam confeſſor ſuus ait. Saltim doleas de eo,quòd non potes dolere? Quòd illa fecit,& ſic euaſit damnationem ęternam, ut poſt obitum ſuum eidem confeſſori apparens,& gratias agens de ſalubri eius conſilio narrauit. Patet ergo, quomodo contritio debet eſſe amara.

Quartò,aqua contritionis,& lachrymarum pro peccatis debet eſſe uiua. Et de hoc poteſt intelligi illud verbum Chriſti ad mulierem Samaritanam. Iohannis quarto. Si, inq̃t,ſcires donũ Dei,& quis eſt,qui dicit tibi, da mihi bibere,tu forſan petiſſes ab eo bibere,& dediſſet tibi aquã uiuã. Sed quare aqua contritionis uocat̃ uiua. Reſpõſio. Hoc per ſimilitudinem dictum eſt. Nam ſicut aqua illa dicitur uiua,quæ ſemper fluit,& currit,ita,& hac ratione aqua cõtritionis dicitur uiua,eò quòd debet iugiter ſcaturire. Hãc autem aquam inſtanter petebat Hier.9.cap.cum dicebat. Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachrymarum. Tunc ergo quis habet iſtam aquam uiuam, ſi quoties recordatur peccatorum præteritorum, dolet illa commiſiſſe, & ſi eſſet poſſibile,uellet illa nunquã commiſiſſe,quòd ſi eſſent adhuc committenda, pro nulla re mũdi vellet illa committere. Et præter hoc habet firmum propoſitum in futurum omnino ſibi cauere ab omni malo, quantum patitur humana fragilitas,interueniente gratia Dei. O quam fidelis igitur illa anima eſt, cui datur habere talem aquam calidam,mundam,amaram,& uiuam.

Sed forſan dices. Certè libenter haberem talem aquã, tam utilem,& tam neceſſariam,ſed neſcio modum habendi eam. Quid igitur facere debeo pro illa obtinenda, & reperienda. Reſponſio. Vade ad pedes benedicti Crucifixi, &

ibi

ibi conſidera diligenter, & mente reuolue, quanta paſſus eſt pro te, & quàm pronus eſt ad te recipiendum ad miſericordiam. Nam, ut dicit Bernar. Nullum cor tã durum eſt, quod non emollitur, ſi paſſio domini ad memoriam reuocetur. Bene ergo nos admonet ſcriptura. Eſa. 12. dicens, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Vbi per fontes Saluatoris intelliguntur riuuli fluentis ſanguinis de latere, & manibus, & pedibus Chriſti. Tunc ergo peccator haurit aquas contritionis, & lachrymarum de fontibus Saluatoris, quando contẽplatur corde deuoto ipſam Chriſti paſſionem. Item meditare, quantum pręmium paratum ſit in cœlo plorantibus, & flentibus peccata ſua, & ſimiliter quanta ſupplicia obſtinatis reſeruentur in inferno. Quod ubi feceris, erit certè cor tuum durius adamante, ſi non ſcindatur, & emolliatur ad contritionem. Et breuiter quicunque bono corde petit à domino prædictam aquam, ineuitabiliter obtinebit eam, ſicut ſequens declarat exemplum.

Legitur enim, quòd cum quidam confiteretur cuidam diſcreto confeſſori multa grauia peccata, eique perſuaderet dictus confeſſor, ut ploraret, ille reſpondit non poſſe hoc facere, quamuis libenter hoc faceret. Ad eum ſacerdos, pete, inquit, lachrymas à domino, & indubiè illas dabit tibi. Cum itaque aliquanto tempore illas poſtulaſſet, aduocauit notarios publicos, dicens: Facite mihi inſtrumentum, quòd petiui, & peto lachrymas à domino ꝓ peccatis meis, & ille non dat mihi eas. Et omnes hic pręſentes ſunt teſtes huius. Cumque illi notarij manum miſiſſent ad conficiendum ſibi chartulam, ſeu inſtrumentum, pauper peccator cœpit adeò abundanter flere, & ſingultus, atque ſuſpiria emittere, quòd inter huiuſmodi lachrymas ultimũ ſpiritum exhalauit. Et ſic ſaluus factus eſt, ut piè creditur. Si quis ergo dicat non poſſe flere peccata ſua, recurrat ad Chriſtum, quæ eſt petra ſecundum ſententiam Apoſtoli, & percutiat eum uirga linguæ ſuæ miſericordiam, & lachrymas implorando, & indeſectibiliter huiuſmodi petra dabit aquas. In cuius figura legitur Ioſue 15. quòd Othoniel perſuaſit uxori ſuæ Axæ, ut apud patrem conquereretur poſſeſſionem habere arentem, & per con-

ſequens ſterilem. Et ideo tandem pro irrigatione dictæ hæreditatis. Caleph pater eius dedit, ſibi irriguum ſuperius, & inferius. Ad propoſitum Axa ſignificat animam peccatricem, quæ habet conſcientiam ſterilem, & aridam, & ideo pro ſummo remedio conſulendum eſt ſibi, ut petat à patre ſuo cœleſti aquam lachrymarum. Quod ubi fecerit, incontinenti dabit ei irriguum ſuperius, & inferius. Hoc eſt dicere, quòd faciet eam flere de amiſſione cœleſtium bonorum, & de incurſione, ſiue obligatione ſuppliciorum infernalium, Ecce irriguum inferius. Sicque ab utraque parte, ſcilicet, in ſuperiori, & inferiori cœli, & inferni deducuntur lachrymæ, irrigantes conſcientiam peccatricis animæ, ut ſic poſſit producere fructum pœnitentiæ, & contritionis ueræ, uel dic, quòd irriguum ſuperius eſt dolor de peccato, ſecundum partem intellectiuam. Irriguum verò inferius eſt dolor de eodem peccato, ſecundum partē ſenſitiuam. Et quia uterque dolor, ſeu irriguum eſt ſpeciale Dei donum, ideo ab eo petendum eſt, & hoc totum ad irrigandum conſcientiam peccatricem, ut dictum eſt. Et ſic patet, &c.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento quando. Cap. VIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terra quia peccaui nimis. Ideo mea culpa.*] Matth. 11.

Poſtquam in præcedenti capitulo oſtenſum eſt, quomodo contritio pertinet ad prędicamentum paſſionis, hic cōſequēter oſtēdendum eſt, qualiter pertineat ad prędicamentum quādo. Ad cuius euidentiam quæritur.

Quando conterendum eſt de peccatis. Reſpondet, quòd citò, & feſtinanter conterendum eſt de peccato, ſaltē ubi eſt notabile periculum. Poteſt enim ex cauſa differri cōfeſſio, ſimiliter, & ſatisfactio, ſed nunquam cordis contritio, & hoc propter multa.

Primo quidem propter reuerentiam, & honorem expe

ctantis,

ſtantis,qui Deus eſt,eſſet enim nimium turpe, & maximè reprehenſibile,ſi aliquis ruſticus faceret, diu expectare Regē,aut Imperatorē ad ianuam ſuam,& maximè ubi uellet intrare domum ſuam ad illius utilitatē, utpote cū magnis muner.bus,& donis.Modò ſic eſt,quod ille,qui eſt Rex regum,& Dominus dominantium,expectat pauperes peccatores ad pœnitentiam,& contritionem, uolens ad eos intrare per gratiam ad maximam eorum utilitatem,dicēs illud Apoca.3.Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis mihi aperuerit per dolorem de peccatis,intrabo per gratiam,& cœnabo cū illo per ſacramenti altaris tempore ſuo ſuſceptionē.Caueat ergo peccator ne nimis differēdo cōteri irā Dei contra ſe implacabiliter prouocet,& hoc eſt, quod conſulit ſapiens.Eccl.5.dicens.Ne tardes conuerti ad Dñm,& ne differas de die in diē.Subitò.n.ueniet ira eius,&c. De hac etiam expectatione ſcribitur Eſa.13. Propterea expectat uos Deus,ut miſereatur ueſtri.

Secundo propter incertitudinem uitæ,& tēporis. Auis enim quamprimum uidet ſagittarium diſponentem arcū, & ſagittam ſubitò euolat,nec ictum expectat.Sic eſt aūt,q̄ dñs quotidiē comminatur peccatoribus,nunc infirmitates inferēdo,nunc perditionem bonorum temporaliū immittendo,nunc mortem amicorum,parentum,& benefactorū cauſando,nunc uicinos ſuos de medio auferendo , caueat ergo peccator,ne nimis expectādo pœnitere,feriat cū dñs gladio iræ,& furoris ſui,de quo in pſal.Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum uibrauit,arcum ſuum tetēdit,& parauit illum,ſupple,ad ſagittandum contra obſtinatos,quia ergo hora mortis noſtræ eſt nobis incerta,ideo poſtquā, peccauimus,quanto magis debemus nos extra periculū ęternæ damnationis ponere.Quod fit per contritionem.Ad quod etiam nos admonet Chriſtus,Mat 24.di.Eſtote parati, q2 quā hora neſcitis filius hominis uenturus eſt,ſupple,ad iudiciū tam generale,quod fiet in fine in ſęculorum,quā particulare,quòd fit in morte cuiuslibet.

Tertiò pp damnificationem mori in peccatis.Habēs.n. pedem , uel manum in igne non expectat,nec cōſilium q̄rit ab amico,de retrahendo huiuſmodi membrū ab igne, ſic eſt autē,q uòd peccatū mortale eſt uelut ignis gręcus,

deuorans,quicquid boni inuenit in anima,quam ſemel in uadit,iuxta illud Iob.31.Ignis eſt, uſque ad cõſumptionẽ deuorans,& omnia germina eradicans,Gallicè y met tout au net.Inſuper longa mora in peccato facit alia tria mala.

Primum eſt,quòd reddit hominem ualde difficilem ad redendum ad Deum per pœnitentiam,iuxta illud Hiere miç.13 Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuã,aut Bardus uarietates ſuas,& uos poteritis benefacere, cũ didiceri tis malum.

Secundum malum eſt, quòd ualde facilitat ad malum propter malum habitum,qui generatur ex frequenter actibus malis.

Tertium malum eſt finalis obſtinatio, & induratio in malo.Nã ut dicit Auguſt.ſer.1.Feriæ quartæ poſt tertiam Dominicã Quadrageſimæ ex multitudine peccatorum deſperatio naſcitur,& ex deſperatione obduratio generatur ſecundum illud prouerb.18.Peccator cum in profundum malorum uenerit,contemnit.Et breuiter, ut dicit Senec,ad Luci.ſcribẽs epiſtola.38.definit eſſe remedio locus ubi quæ uetãt uitia,mores fiunt,ecce ergo,quomodo mora ſua cuilibet eſt nociua,vt dicitur de regul.iur.lib 6.Citò ergo reſurgendum eſt à peccato, ſaltem per contritionem propter damnificationem, quæ incurritur ex longa mora in ipſo.

Quartò cito conterendum eſt de peccato propter indignationem ęterni Regis,& iudici.Videmus enim in curijs Principum, quòd ſi quis offenderit principem, & cognouerit eum contra ſe iratum,non ceſſat multiplicare preces & rogare amicos,ut intercedant pro eo,quouſque recõcilietur ei,& de hoc hiſtoriam habemus.2.Reg.14.de Iob. qui mediauit inter Dauid,& filium ſuum Abſalon.

Primò.n.nolebat eũ uidere pater ſuus Dauid, eò quòd occidiſſet fratrem ſuum Amnon.Sed tandem illi pepercit ad inſtantiam ipſius Ioab.Sic eſt autem in propoſito,quòd homo per peccatum prouocat iram Dei contra ſe,& ideo cum omni diligentia debet laborare,ut quantocius reconcilietur ei,ne forſan iubeat eum ſuſpendi in patibulo inferni.Fit autem huiuſmodi recõciliatio inchoatiuè p cordis contritionẽ,quòd adeo grata eſt,ut dicat pſ.ad eũdem

Deum.

Deum. Cor contritum,& humiliatum Deus nõ deſpicies. Patet ergo quattuor rationes, propter quas citò conterẽdum eſt de peccato. Si uideat ergo quilibet peccator amodò ita facere.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmentô ubi. Cap. IX.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terræ, quia peccaui nimis: mea culpa.*] Matth. 11.

Poſtquã in præcedenti capitulo declaratũ eſt, quomodo contritio pertinet ad prędicamentũ quando, hic conſequenter reſtat oſtẽdere, quomodo pertineat ad prædicamentum ubi. Ad huius ergo euidentiam quæritur.

Vbi conterendum eſt, Reſpondetur, quòd in pręſenti uita in cœlo enim non eſt locus doloris, aut triſtitiæ, ſed totius iucunditatis,& letitię, in inferno autem eſt totum oppoſitum, nam nulla eſt ibi conſolatio, aut lętitia, ſed męror,& triſtitia Reſtat ergo, quòd iſte mundus,& preſens uita ſit pręciſus locus, in quo conterendum eſt de peccato. In pręſenti ergo conterendum eſt ratione

Libertatis, Acceptabilitatis,
Impedibilitatis.

Primò igitur conterendum eſt de peccato, in pręſenti ratione libertatis, Nam quãdiu uiuit homo, habet liberũ arbitrium flexibile de bono ad malum, & de malo ad bonũ, iuxta illud Eccl. 15. Deus ab initio cõſtituit hominẽ,& reliquit eum in manu conſilij ſui,& poſt pauca, Appoſuit tibi Deus aquã,& ignẽ, ad quod volueris, porrige manũ tuã Ante hoĩem uita,& mors, bonũ,& malũ, q̃ placuerit ei, dabit illi. Non ſic aũt erit in alio ſeculo, nã liberũ arbitriũ in dãnatis erit inflexibile ad bonũ, ſicut,& liberũ arbitriũ in beatis ad malum, quia ut dicitur Ec. 11. Si ceciderit lignũ ad Auſtrũ, aut ad Aquilonẽ, in quocunque loco ceciderit, ibi erit, ſupple, perpetuò Et hoc intelligĩt de ſtatu, in quo qlibet hõ tã bonus, q̃ malus decedit. Qui qdẽ ſtatus nullo modo poterit mutari, qa ut dicit Gre. in ſuo dialo. li. 4. qualis hic quiſque egredĩt, talis in iudicio pręſentatĩ. Hic eſt,

quòd

quòd dicit Damaſ. Quod inquit, in Angelis eſt caſus, in hominibus eſt mors. Vbi uult dicere, quòd ſicut Angeli mali ſunt inflexibiles ad bonum poſt caſum ſuum, ita etiam homines poſt mortem, ſecus autem in uita, Conterendum eſt ergo in præſenti, quandiu manet uſus liberi arbitrij.

Secundò conterendũ eſt in præſenti ratione diuinæ acceptationis, & miſerationis. Deus enim ex immenſa bonitate ſua, & miſericordia, quandiu durat uita præſens, acceptat bonum actum hominis ad meritum, & præmium, iuxta illud pſal. Venit tempus miſerendi eius, uenit tempus, Item Iohe. 2. Nũc dicit Dominus. Cõuertimini ad me, &c. quòd dicit. Nunc, ideſt, quantum durat uita præſens, quæ non eſt, niſi vnum nũc reſpectu alterius ſęculi. In iſto ergo nunc conuerti debent peccatotes ad Deum per ueram cordis cõtritionem, iuxta illud, quod dicit pſal. in perſona domini. Cõuertet populus meus hic, Quod ubi fecerit, dies pleni, ideſt, dies perpetui gaudij inuenientur in eis, ſcilicet, in cœlo. Bene ergo, & ſalubriter nos admonet Apo. Gal. 6. dicens. Dum tempus habemus, ſupple, conterendi, & conuertendi nos ad Deum, operemur bonum, ſcilicet, cõtritionis, & pœnitentiæ de peccatis omiſſis.

Tertiò debemus laborare ad conterendum in præſenti ratione impedibilitatis. Nam ſicut Pharao, quantum potuit, impediuit, nec filij Iſrael per mare rubrum exirent de Aegypto, ſicut legitur in Exo. in plurib. capitulis, ita, & diabolus, quantum poteſt, nititur impedire, ne Chriſti fideles per mare contritionis exeant de Aegypto, ideſt, de peccato. Ipſe nempe facit circa peccatorem. ſicut ſolet facere mater circa paruulum ſuum plorantem. Cum enim mater uidet paruulum ſuum plorantem, eum ſtudet pacificare oſtẽdendo ei aliquid delectabile. Ita, & diabolus oſtẽdit pœnitenti flẽti peccata ſua ſpectacula, ludos, choreas, & ſimilia, poſt Paſca, ipſo diabolo procurante, ubique reuiuiſcunt, & regnare iterum incipiunt, ut ſic faciat eos ceſſare à luctu quadrageſimæ pœnitentiæ.

Secundò reducit ad memoriam delectationem peccati commiſſi, & iam per Dei gratiam, & contritionem, atque confeſſionem dimiſſi. In cuius figura legitur Nume. vndecimo, de filijs Iſrael, quòd cum abũrent manna in deſerto,

to,ueniebāt eis ad memoriam cucumeres,allia,& ſimilia uilia quibus prius ueſcebantur in Aegypto.

Tertiò terret eos faciens eis apparere, quòd non poterunt diu tolerare pænitentiam, quàm inceperunt. Tum quia nimis aſpera,& dura. Tum quia ſunt nimis delicati. Et ita ipſe diabolus illis tribus medijs ſuadet cuilibet pœnitenti,& contrito de peccatis dicens,& illud Hierem.21. q̃eſcat uox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis. Caueat ergo pœnitens,ne audiat diabolum,ſed magis,ac magis fundat lachrymas cordis,& corporis ꝓ cōmiſſis peccatis, animaduertens,quòd non eſt nobis datus alius locus ad conterendum,& fructuoſe plorandum peccata noſtra præter uitam præſentem. Ploremus ergo chariſſimi coram Domino,qui fecit nos,& non coram mundo,ſicut hypocritę faciunt. Patet ergo,ubi conterendum eſt.

QVO'D CONTRITIO EST IN PRAEDICAMENTO *ſitus.* Cap. X.

CONFITEOR *tibi domine Pater Cœli,& terræ quia peccaui nimis, Ideo mea culpa.*] Mat.11. Poſtquam in præcedenti capitulo oſtēſum eſt,qualiter contritio pertinet ad prædicamentum ubi ſic,conſequenter idem oſtēdēdum eſt de prædicamento ſitus.

Pro quo notandum,quod ſitus ſecundū logicos importat,& dicit poſitionem partium in ordine ad ſuum totum, uel in ordine ad locum. Videamus ergo quomodo ordinando partes pænitentiæ inter ſe,ſiue in ordine ad ipſam pœnitentiam,quem locum teneat ipſa contritio,& profectò inueniemus,quòd eſt ſimpliciter prima,ſaltem uia perfectionis,quamuis uia generationis confeſſio in caſu præcedat ipſam contritionem. Hoc autem patet de illo,qui attritus accedit ad confeſſionem,& qui contritus inde recedit, & hoc uirtute abſolutionis ſacramentalis,quæ de attrito facit contritum,ut dictum eſt in præcedentibus. Item contritio ſituatur inter Dei iuſtitiam, & miſericordiam. Hoc autem patet ſic. Nam cum pauper peccator reſpicit ex vna parte Dei ſeueram iuſtitiam, quæ vult ulciſci de eo,& ex al

tera

tera parte ipſius Dei ineffabilem miſericordiam,prouocatur ad dolendum de ſuis peccatis. Ecce quomodo cōtritio ſituatur inter Dei iuſtitiam, & miſericordiam.

Notandum eſt ergo,quòd peccator, ſecundum omnem differentiam poſitionis habet materiam iuſtè conterenda, & de ſuis peccatis.Sunt autem ſex differentiæ poſitionis, quæ ſunt.

Ante, Retro,
Surſum, Deorſum.
Dextrum, Siniſtrum.

Prima igitur differentia poſitionis dicitur ante, ꝑ quā deſignatur,quòd uerus contritus debet uidere,quę ante ſe ſunt,ſcilicet,futura mala,& pericula,ut illa præcaueat, ut enim dicitur Prouer.1.Fruſtra iacitur rete ante oculos pēnatorum.Nam pennata,id eſt,aues uidentes rete ante ſe, & ex hoc ęſtimātes periculum captionis,declinant citò ab eo.Sic,& ueri pœnitentes cū aſpiciūt, ante uidēt pericula imminentia,prouident ſibi,ne capiant à diabolo. In cuius figuram legitur Nume.17.quòd cum Balaam iret ad maledicendū populum Dei,aperiens oculos,& uidēs ante ſe Angelum ſtantem cum gladio euaginato ad percutiēdū eū, intelligens periculum ſibi imminere reſtitit ab itinere. Et per hoc ſignificatur,quòd ſi quis ſit diſpoſitus ad malè agēdum,debet aſpicere ante ſe,& tunc uidebit oculo mētis ultionem,quam faciet Deus de malis in die iudicij,dicens illis illud Matth.35.Ite maledicti,&c.

Secunda differentia poſitionis dicitur retro.Et per hāc differentiam deſignatur,quòd contritus debet uidere,poſt ſe,ſcilicet,peccata commiſſa ad dolendum,confitendum,& ſatisfaciendum.Non autem ad illa iterandum. Quia ut habetur Luc.9.Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei.Ille autē dicitur reſpicere retro,qui poſtquā miſit manum ad aratrum,& poſtquā inchoauit uiā pœnitentiæ,quæ eſt uia eundi in cęlū, redire ad priora peccata. Non oportet ergo contritum taliter reſpicere retro,ſed modo prædicto,ut ſcilicet, recogitādo peccata commiſſa inde doleat,ſecundū quod præfiguratum fuit Gene.22.in Abraham,qui leuans oculos uidit poſt tergum arietem hęrentem cornibus ad ſpinas.

Quem

Quem accipiens obtulit in ſacrificium pro Iſaac filiò ſuo. Sic,& uerus pœnitens debet retro aſpicere,& arieté, i. deſt, peccatum commiſſum per cordis contritionem Domino ſacrificare, quia ut dicit pſalm. Sacrificium Deo, ſupple, acceptiſſimum eſt ſpiritus contribulatus,ſcilicet, per contritionem.

Tertia differétia poſitionis dicitur ſurſum:Et per hanc differentiam denotatur,quòd contritus debet aſpicere ſupra ſe Deum,quem irritauit.cœlum,quòd peccãdo amiſit. & totam curiam cœleſtem,quam offendit.Vos igitur pęnitentes reſpicite,& leuate capita ueſtra,Luc.21.& cõſiderate ſurſum tria prædicta,Quæ ſi diligenter aſpexeritis, erũt uobis materia,& occaſio contritionis, & doloris. Quod ſi dicas,Publicanum.per quem intelligitur peccator incipiens pęnitere,& ad Deum venire,noluiſſe oculos ſurſum leuare,ſed tantum humiliter percutiebat pectus ſuum,dicens.Deus propitius eſto mihi peccatori Luc.18. Reſpondetur,quòd ibi eſt quæſtio de oculis corporis,in propoſito autem noſtro de oculis mentis.Et hoc etiã oculos ſpirituales ſurſum leuauit Publicanus,aliàs nunquam Dei miſericordiam tam humiliter imploraſſet, neque in domũ ſuam iuſtificatus deſcendiſſet.

Quarta differétia poſitionis dicitur deorſum, per quã denotatur,quòd contritus debet conſiderare inexcogitabilia ſupplicia,quæ apud inferos parata ſunt reprobis.Eſa. 51.Leuare in cęlũ oculos ueſtros,& uidere ſub terra deorſũ,i.nõ ſolũ ad cęleſtia,uerũ etiã ad inferna reflectite oculos mentis ueſtrę.Debet ergo uerus pęnitens eſſe de natura hominis luſci,qui unum oculũ ſurſum erigit, & aliũ inferius deprimit,Sed quid debent peccatores deorſum uidere.Certè multa,quæ tãgũtur in illis uerbis Mat.25.Ite maledicti,&c.Primò duram ſeparationem.i.à cõſortio ſãctorum,& electorum,quę uocatur à doctoribus pęna damni, quia ite.Secundò Dei indignationem,quia maledicti.

Tertiò pęnę acerbitaté,qa in igné.Quartò cruciatus ꝓlixitaté,qa eternũ.Quintò tortoris ĩmanitaté, q paratus eſt diabolo.Sextò crudelé ſocietaté,& Angelis eius.O igitũ pauꝑ peccator,ſi ſapiẽs fueris,hæc oĩa oculis tuis cõſiderabis,& certè in his oĩbus retributionem peccatorũ uidebis,

Noli

Noli tñ deſperare,ſed oculum dextrũ ſurſum leua ad Dominum, & dic ei, qm̃ tu es ſpes mea,quod ubi feceris ſcito quod altiſſimum poſuiſti refugium tuum, quia in Deo nec accedet ad te malũ,ſupple,culpæ in præſenti, neq; gehénæ in futuro.Deſcende ergo,ò homo, in infernum uiuens diligenter mente prædicta reuoluendo,& pęnitentiã agendo, ne moriens illic realiter deſcendas æternum cruciatum ſuſtinendo.

Quinta differentia poſitionis dicitur dextrum. Et per dextrum deſignantur præcedétia,merita per peccatum ſequẽs mortificata, & deperdita,ſaltem ſecundum præſenté iuſtitiam. De quorum amiſſione debet plus dolere homo, quàm de amiſſione omnium theſaurorũ mũdi,ſi ſui eſſent. Cum ergo uideamus homines mundanos, & auaros inconſolabiliter lamentari ſuper amiſſione bonorum temporalium, ita ut nonnulli in deſperatione ueram ſeipſos occidant,quãtò magis dolere habet peccator de amiſſione gratiæ Dei,& omnium præcedentium meritorum. Propterea Aug.ad fratres in eremo.ſer.11.qui intitulatur de Lachrymis,dicit.Depone,ò homo, fletum pro terrenis, & aſſume lamentum pro cęleſtibus. Hæc ille.

Sexta differentia poſitionis dicitur ſiniſtrum.Et per hãc differentiam intelliguntur dæmones animam peccatricem in articulo mortis rapere uolentes.Vnde de dęmone ueniẽte ad articulum mortis uiri iuſti, loquens Pſal.ait. Inſidiatẽ in abſcõdito,quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur,ut rapiat pauperem. Quod ſi pręualuerit eum rapiẽdo,ecce quid faciet.In laqueo ſuo humiliabit eum,ſcilicet,ad inferna eum pertrahendo.Et tunc inclinabit ſe,& cadet, ſupple, in infernum, cum damnatus fuerit pauper. Da exemplum de falcone,qui capta auicula in aere uolitante,toto impetu proſternit eam in terram,ſimul cum ea cadens.Hoc igitur ſiniſtrum debet oculo mentis uidere uerus pęnitens ponés in corde ſuo uerba diui Martini in articulo mortis conſtituti, & dicentis de dęmone, quid hic aſtas cruẽta beſtia? quod ſi dęmon tunc apparuit tanto uiro,ualde terreri debet fragilis homo ex tali expectatione. Et ideo ſi ſapiens fuerit,faciet partem ſuam bonam cum Deo per ueram cordis cõtritionem. Ad quod faciendũ hortatur eum Chriſtus. Mat.5. dicens.

dicens. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es cum eo in uia. Vbi per aduerſarium peccatoris, deſignatur rigor diuinæ iuſtitiæ. Cum iſto ergo aduerſario componendum eſt gratioſè per cordis con ritionem citò, & quandiu durat præſens uita. Quia poſt hanc u tam tam rigidus erit huiuſmodi aduerſarius, quòd nullus poterit componere cũ eo, ſed exiget integram ſolutionem, uſq; ad nouiſſimũ quadrãtem. Et quia nullus in peccato mortali decedens poterit ſe aquitare apud huiuſmodi aduerſarium, ideo perpetuò detinebitur in carcere inferni, ut ibidem concluditur.

O' igitur pauperes peccatores: hodie ſi uocem Domini audieritis in ſermone loquentis, nolite obdurare corda ueſtra; citò redeatis ad cor per ueram cõtritionem, ponentes uos in medio prædictarum ſex differentiarũ poſitionis, ſine, ſitus, ſic, ſcil cet, quòd oculo mentis cernatis, ſurſum Deum contra uos propter commiſſa peccata ad iracũdiam prouocatum. Deorſum conſideretis æterna ſupplicia uobis præparata, ſi non pœnitueritis; ante penſate, quòd ad mortem quotidie tẽditis, & per mortem ad Dei diſtrictum examen, & iudicium, & de iudicio ad æternum ſupplicium. Retro reducite ad memoriam quãtum fieri poteſt omnia mala, quæ commiſiſtis à die, qua primum peccare potuiſtis, & dicite ad Dominum cum lamento, & dolore illud Pſalm. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. A dextris penſate, quanta bona perdidiſtis peccando, & quam triſtes, quantum in uobis fuit, feciſtis ſanctos Dei Angelos. Demum à ſiniſtris indefectibiliter intelligite infinitam dæmonum multitudinem expectantium ueſtrum ab hoc ſeculo exitum, ut rapiant pauperes animas ueſtras, & ſecum pertrahant in abyſſum. Quod ubi hæc feceritis, indubiè corda ueſtra emollientur ad contritionem, niſi forſan iam ex toto eſſetis in malo obſtinati, quòd Deus auertat. Patet ergo, quomodo contritio eſt in prædicamento ſitus.

QVOD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento ſitus. Cap. IX.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli,& terra. quia peccaui nimis,ideo mea culpa.*] Matth.11.

Poſtquam in pręcedenti cap.oſtenſum eſt quomodo contritio pertinet ad pręcdicamẽtum ſitus,hic conſequenter reſtat probare, oſtendere,qũo pertineat ad pręcdicamentum habitus. Pro quo notãdum,ſecundum logicos,quòd ſicut habitus in rebus corporalibus eſt adiacentia eorum,quę circa nos sũt, ſicut ueſtis,qua quis induitur,uel calceamentũ, quo quis calceatur,ita ſuo modo in rebus ſpiritualibus habitus eſt iacentia uirtutum, & gratiarum,quę circum ſtãt animas noſtras.Et inter cętera contritio ualde de prope circũſtat, & ornat animam pęnitentis.

Pro quo notandum,quòd ſicut aliqua circũſtãt corpus noſtrum ad ſanandum,ſicut emplaſtra,aliqua ad tegẽdũ, ſicut ueſtes aliqua ad protegendum,ſicut arma, aliqua ad decorandum,ſicut iocalia,& precioſę ueſtes,ita ſpiritualiter cõtritio circũſtat animã rationalẽ omnib.illis modis.

Primò quidem ad ſaluandũ eã à periculoſo morbo peccati.Vnde Pſ.loquens ad Dominum de humana cõſciẽtia, quæ de ſtatu culpę diſponitur ad ſtatum gratię, dicit ſic, Cominouiſti terram,ideſt,cor terrenũ. Cõmouiſti,inquã, per gratiam pręuenientem,& conturbaſti eam,i.timore cõcuſſiſti per minas tuas,ut eſt illud Chriſti uerbum.Lu.13. Niſi pœnitentiam habueritis,omnes peribitis.Vnde Pſal. Illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terrę, per corruſcationes,quę cõcutiunt homines, intelligunt diuinę cõminationes,Quibus auditis meritò debẽt peccatores terreri,& cõmoueri per dolorẽ de peccatis,ideo ſequitur. Cõmota, eſt,& contremuit terra.Sequitur ubi ſupra. Sana cõtritiones eius,ideſt,uulnus peccatorum,de quibus cõterit.Hoc autem rationabiliter debes facere quia commota eſt,ſcilicet,humana conſcientia. Commota,inquam, per uerum dolorem de peccatis.Bene ergo rogatur Dominus, ut ſa-

net

net contritiones humanæ mentis,quia commota eſt, quia ut dicit glo.interli.non eſt digna ſanari, niſi ſit commota. Ecce ergo,quomodo contritio circunſtat animam peccatricem,ad ſanandum eam à morbo peccati,ſicut emplaſtrum ad ſanandum corpus.

Secundo,contritio animam circunſtat ad tegendũ peccata,ne Deus illa uideat,ad puniendum.Pſ.Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata. Et hoc eſt,quod ait Dominus,Ezech.18. In quacunque hora ingemuerit peccator,omnium iniquitatum eius nõ recordabor amplius,ſcilicet,ad puniendum æternaliter, Quinimmo,ut dicit Seneca in tragedijs. Quem pœnitet peccaſſe,pęne innocens eſt.

Tertiò,contritio circunſtat animam ad protegẽdũ eam contra aſtutias,& potentiã diaboli Per peccatum enim diabolus dominatur ſuper peccatorem,iuxta illud Io.8. Quis facit peccatum,ſeruus eſt peccati.Et.2. Petr.2.A quo quis ſupęratus eſt,huius ſeruus eſt.At uerò quamprimum cõtritio accedit ad animam , ſimul accedit Deus per gratiam, & recedit diabolus cum omni exercitu ſuo,i.cum omnib. peccatis ibi degentibus. Propter quod de cõſciẽtia cõtrita poteſt dici illud Gen.28.Quam terribilis eſt locus iſte,terribilis,inquam,dęmonibus, ed Deo delectabilis, ſuauis, & amœnus,ideo ſubditur. Non eſt hic aliud,niſi domus Dei, in qua delectat eum habitare per gratiã,iuxta illud Prou. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.

Quartò cõtritio circũſtat aĩam ad decorandũ eã in conſpectu Dñi,pſ.Confeſſio,& pulchritudo in cõſpectu eius,ſ. Dei,ſanctimonia,& magnificentia in ſanctificatione eius,i. in contritione,in qua ſanctificatur anima Deo,ibi ẽt oſtenditur magnificentia regis æterni , quæ tam pulchram facit animam in contritione, quę prius erat horribilis per peccatum,Sed profectò pauci uere conteruntur,eò quòd parum curant de decore animarum ſuarum,& multum de decore corporum ſuorum.

Contra quos loquens Diuus Chryſoſtomus in Tractatu de reparatione lapſi dicit ſic. Studeamus modis omnibus ornare ſpeciem corporis,dum colorum fucis, uel compoſitione crinium , uel uarietate ueſtium cupimus ali-

quid conferre decori corporis. Peramplius autem debemus dare operam ad decorem animæ, quæ eſt capax veræ pulchritudinis. Verum nos econtrario, omne tempus vitæ noſtræ conſumimus adornantes ancillam diuerſis ornatibus, eius verò dominam animam tãquam uile mancipium incultam, fędam ſordibus obſiſtam in omni dedecore relinquimus. De qua tamen propheta dicit pręſertim, ſi in gratia fuerit. Concupiſcet rex decorem tuum. Hæc ille. Patet ergo, quómodo contritio eſt in prædicamentò habitus pro quanto. ſcilicet, circunſtat animam ſpiritualiter, ſicut, indumentum circunſtat corpus corporaliter.

Notandum eſt ergo, quòd quemadmodum pater ueſtiuit, & ornauit filium ſuum prodigum ad eum reuertentem prout Luc. ſexto, ita, & omnibus illis modis ornat, & veſtit Deus peccatorem ad eum per contritionem reuertentem.

Primò nempe pater iuſſit ſtolam primam afferri, & filiũ ſuum prodigum nudum cum illa indui. Et per hoc deſignatur gratia Spiritus ſancti, quæ reſtituitur omni peccatori ad Deum per contritionem redeunti, qua induitur, ut glorioſus, & ornatus appareat in conſpectu domini. Et de hoc debet homo iuſtificatus, valde regratiari Deo, & dicere illud Eſa. 41. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis. Et notanter propheta loquitur in plurali, dicens. Induit me veſtimẽtis ſalutis, aut per hoc deſignetur, quòd cum gratia pariter reſtituuntur pœnitenti priores virtutes, & merita, ita, vt ipſe pœnitens poſſit meritò dicere illud Sap. 7. venerunt mihi Deo ſuper miſerante omnia bona, ſcilicet, prius mortificata cum illa, videlicet, contritione, & innumerabilis honeſtas per manus illius, quinimmo nõ tantum ad ſimplum, ſed etiam, quando ad duplum ueſtit Deus gratia, & uirtutibus hominem cõtritum, & pręſertim vbi uehemens, & ardens fuit contritio, in cuius figuram legitur Iob vltimo, ꝙ addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia, Et poſt pauca. Dominus benedixit nouiſſimis Iob magis, quàm principio eius, prius enim habuerat ſeptem milia ouium, tria millia camellorum, quinquaginta iuga boum, & quingentas aſinas, vt patet in principio eiuſdem libri. Sed

poſt-

poſtquam ceſſauit tempeſtas, valida eum perſequi tandem Deo,m:erante numerus camelorum eius.atque odium, & aſinarum duplicatus eſt,ut patet in præcedenti ca.ultimo, Applicatio eſt facilis.

Secundò pater filij prodigi iuſſit famulis ſuis, vt darent filio ſuo calceamenta ad pedes. Et per hoc ſignificantur,qui ille,qui redit ad Deum per cordia contritionem, debet habere calceamenta,ad pedes.per quę ſignificantur exempla ſanctorum uirorum,qui præceſſerunt nos relinquẽtes nobis exemplum,& formam bene uiuendi,vt ſequamur ueſtigia eorum,quia ut dicit Seneca epiſtola.9.opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ſeipſos exigant. Niſi enim ad regulam praua non corriges. Et ut dicit Iſid.de ſum. bo.lib.3.in fine exempla ſanctorum,quibus ædificatur homo uarias faciunt conſecrari uirtutes,uidelicet,humilitatis ex Chriſto, deuotionis ex Petro,charitatis ex Iohanne, obedientię ex Abraham,patientiæ de Iſaac,tolerantiæ de Iacob, caſtimoniæ de Ioſeph, manſuetudinis de Moyſe, conſtantiæ de Ioſuę, benignitatis de Samuel miſericordiæ de Dauid, abſtinentiæ de Daniel. Sic, & cætera facta priorum, quo labore,quo moderamine, qua,ut intentione,uel compunctione gerantur,uir ſanctus imitando conſiderat.hæc ille. Ecce quomodo debemus umere exempla, & formam bene viuendi à ſanctis uiris, qui nos præceſſerunt. Et bene deſinantur talia ſancta exempla uirorum, per calceamenta,quia ſicut calceamenta fiunt de corio, & pelle animalium mortuorum, ſic, & dicta ſancta exempla nobis relicta ſunt ab his, qui mortui ſunt carne, ſed uiuunt cum Chriſto, ponamus ergo chariſſimi huiuſmodi calceamenta ad pedes affectionum noſtrorum, ne lædamur in uia hac, qua ambulamus, in qua abſconderunt ſuperbi dæmones laqueum nobis. id eſt, uarias tentationes. Inſuper conſideremus,qualiter eorum fuerunt graues peccatores, qui tamen per pęnitentiam, & ueram cordis contritionem placuerunt Deo,& miſericordia ab eo ſunt conſecuti.In quo datur nobis exemplum pœnitentiæ, & ſpes ueniæ.

Tertiò pater filij prodigi iuſſit ſeruus ſuis, ut darent filio ſuo annulum in manu, Et per hoc deſignatur con-

tinuatio, & perſeuerantia in uera pœnitentia, & contritione. Nam ſicut annulus eſt rotundus, ut puta, finem non habens, quia quantumcunque illum volueris, & reuolueris, ſemper poſterior pars ſuccedet priori, ſic etiam debet eſſe de uera pœnitentia, & contritione. Vnde Auguſt.libro de uera,& falſa pœnitentia.cap.19.& ſimiliter recitatur de pœn.diſtinct.3.pœnitentia.Continuè, inquit, dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis uirtus, pœnitere enim eſt pœnam tenere, ut ſemper puniat homo in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando. Ille ergo pænam tenes, qui ſemper vindicat. quod commiſiſſe ſe dolet. Hæc ibi. Sed proh dolor pauci admodum habent iſtum annulum in manu, quia pauci ſuam pœnitentiam continuant uſque in finem uitæ. Nam, ut dicit Auguſt.ad fratres in heremo ſermone.8.qui intitulatur de perſeuerantia.Multorum incipere fuit,ſed perſeuerantium paruus eſt numerus. Iudas enim lugere cœpit,Saul,& Salomon, & multi alij, qui tamen male perſeuerauerunt. Hæc ille. Perſeueremus ergo chariſſimi in uero dolore de peccatis, uſque in finem uitæ animaduertentes iuxta promiſſum Saluatoris.Matth.10.quod, qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Ecce quomodo ueſtit,& ornat Deus omnem peccatorem ad eum per ueram cordis contritionem reuertentem ad inſtar patris filij prodigi.

QVÒD CONTRITIO EST IN PRAEDICAmento ſigni. Cap. XII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terra, quia peccaui nimis: Ideo mea culpa.*] Matth.11.

Poſtquam in præcedenti capitulo oſtenſum eſt, quomodo contritio pertinet ad prædicamentum habitus, hic conſequenter idem oſtendendum eſt de prædicamento ſigni, quod addunt nominales ultra decem prædicamenta deſignata à Porphirio, pro quo notandum, quòd ſicut prædicamen-

mentum ſigni eſt illud,in quo non res,ſed termini, & uoces,quæ ſunt ſigna rerum reponuntur,ita etiam contritionem eſſe in prædicamento ſigni,ſcilicet ipſam deſignari,& manifeſtari aliquo ſigno exteriori.

Circa quod notandum,quòd ſunt tria ſigna contritionis.

Primum eſt lachrymarum effuſio.Vt enim dicit Beda, & recitatur de pœn.diſtinct.2. ualida.§ quærendum . per uerba,& facta notificatur alijs diſpoſitio cordis . Cum ergo uidemus aliquem in confeſſione lachrymas fundere, habemus ſignum,quod dolet in corde , & quòd iam incipit uiuere uita gratiæ. Da exemplum de uite, quæ iudicatur uiua,quando lachrymatur,cum putatur . Hoc tamen ſignum eſt,aliquando fallax , ſicut patet in hypocritis, qui non plorant propter Dei offenſam , ſed ut boni æſtimentur . Alij autem ueraciter lachrymantur , & in corde dolent de Dei offenſa,ſed hoc parum durat , quia non cauent ſibi à recidiuo . Cum tamen dicat anima deuota in Canti.5.cap.Laui pedes meos , quomodo inquinabo illos. Vnde Iſido. in gloſſ.ordin. ſuper illo uerbo Eſa.1 .Lauamini,mundi eſtote,dicit ſic . Lauatur , & mundus eſt, qui preterita plangit , & flenda iterum non committit. Lauatur, & mundus non eſt , qui plangit, quod geſſit , & poſt lachrymas,quæ fleuerat , iterum committit . Hæc ille . Talis ergo non uerè pœnitet,quia,ut dicit Ambroſi. in quodam ſerm. Quadrageſimę,& recitatur de pęn.diſti. 3.pœnitentia.Pœnitentia eſt mala præterita plangere , & plangenda iterum non committere. Alij uerò ſunt adeo mali,& in ſuis peccatis indurati,quòd neque cauent ſibi à futuris malis,neque debent commiſſa peccata , & de uno quoque talium loquens Auguſtin .libro de uera , & falſa pœnitentia.cap.9.q; ſimiliter recitatur in decretis de pęn. diſtin.3.ſunt plures dicit ſic.Sciat culpabiliter ſe durum, qui debet damna temporis, uel mortem amici , & dolorē peccati lachrymis non oſtendit.Et quia aliqui excuſante ſe dicentes,quòd non poſſunt lachrymas fundere pro ſuis peccatis,ideo friuolam,& falſam eorum excuſationem reprobans idem Aug.vbi ſupra,dicit ſic.Non eſt, ut quis excuſet ſe non habere fontem lachrymarum , qui nunquam

oſtendit lachrymis dolorem amorem temporaliū m.Hæc il le.Vnde Iuuen.

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris.

Taliter ergo ſtudeat peccator lachrymis amore ꝓ commiſſis delictis,ut de eo meritò poſſit dici illud. pſ.Cōtribu laſti capita draconum,ideſt,ſeptem peccata mortalia, quæ ſunt capitalia in aquis,ſ.contritionis Et ſic patet de primo ſigno ueræ contritionis,quòd eſt lachrymarum effuſio.

Secundum ſignum ueræ contritionis dicitur amara cōfeſſio.Dicit enim philoſophus,1.Periher. quòd uoces ſunt notę earum,quę ſunt in anima paſſionum.Et ideo cū videmus aliquos confiteri cum amaritudine cordis. Habemus ſignum,quòd interius dolent,& conteruntur.Vnde uerus pœnitens dicit illud Iob.10.Loquar,ſupple,in confeſſione, in amaritudine animę meę.Et per oppoſitum,qui ore cōfitentur,& ſuperficialiter quaſi narrantes fabulam,nō uidentur interius dolere,nec per conſequens multum ualet eorū confeſſio.Propter quod Chriſtus meritò poteſt de talib.dicere illud Eſa.29.& Mat.15.Populus hic labijs me honorat.Ecce uerboſa confeſſio.Cor autem eorum longe eſt à me.Ecce contritionis defectio.

Tertium ſignum uerę contritionis dicitur pœnitētię ſuſceptio.Cum enim cōfitens hilariter,& promptè acceptat pœnitentiam ſibi à confeſſore taxatam,oſtēdit interius dolere,quia,ut dicitur de pœ.diſt.3 perfecta,Perfecta pęnitētia,ideſt,perfectus dolor,interior cogit peccatorem omnia libēter ſufferre,quæ,ſupple,à confeſſore imponunt.Quòd ſi confeſſor iniungat cōfitenti reſtitutionem rei alienę.ſeu etiam famę,quàm iniuſte ab aliquo abſtulit.Itē, ꝙ quęrat ueniam,& reconcilietur ille,quem offendit.Item,quòd uitet ſocietatem talis perſonæ,quæ illi fuit, & iterū de facili eſſe poſſet occaſio ruinę.Item,ꝙ ponat extra concubinam ſuam,ſi quā habet.Item,quòd reſignet beneficio ſymoniacè obtento,quo ad clericum.Item,quòd reſtituat uſuras,& ſimilia.Item autem,qui de talibus cōfitetur,& non uult eidem confeſſori obedire,apertè demonſtrat,quòd non ueraciter dolet in corde.Hoc autem ſic probare poſſumus. Ille non uere pœnitet,qui non eſt paratus tantum facere pro animæ ſuæ ſalute,quantum pro corporis uita. Sed ſic eſt in

pre-

propoſito igitur. Minor patet ſic. Si.n. medici corporis dicerent tali, quod infectibiliter moreretur, niſi ieiunaret bis, autte in hebdomada, uſque ad præfixum tẽpus, uel quòd abſtineret à talibus, uel talibus cibis, aut potibus, profectò illis aſſentiret, & iuxta eorum conſilium faceret. Item ſi iudex diceret ei, quod niſi reſtituat alienum indubiè ſuſpendetur. Item, quod niſi expellat focariam omninò à ſe faciet eos, pariter duci infra curtum per omnes uicos ciuitatis in conſpectu omnis populi, profectò ille cui talia dicerentur, caueret ſibi à talibus. Sic eſt autem in propoſito de illo, qui non vult acceptare pænitentiam à confeſſore rationabiliter impoſitam. Non enim eſt paratus facere medietatem talium pro anima ſua ne æternaliter moriatur, quod ſic patet. Nam medici animæ dicunt, quòd niſi peccator ieiunet, & pœnitentiam faciat, iam niſi reſtituat aliena, & det eleemoſynam, item niſi malam ſocietatem relinquat, niſi cõcubinam abijciat, & ſimilia, quòd indefectibiliter damnabit, & in patibulo inferni, tandem miſerabiliter ſuſpendetur, ſecũdum quòd comminatur Saluator, qui eſt iudex peccatoribus, dicens illud Luc. 13. niſi pœnitentiam habueritis omnes peribitis. Quibus omnibus non obſtantibus, adhuc miſer peccator recalcitrat, interdum acceptare modicam, & leuem pœnitentiam. Ex quo concluditur, quòd plus diligit corpus ſuum, & uitam corporalem, quàm animam ad uitã æternam. Et ita patet, quòd talis non uerè pœnitet, neque fructuoſã agit penitentiam. Quicũque ergo uerè, & perfectè pœnitere vult, faciat pro uitanda morte animæ, quicunque libenter faceret pro conſeruanda corporis uita, & hoc tantò libentius, quantò anima eſt pluſquam corpus. Qui autem ſic fecerit, mortem uitabit æternam, & finalem conſequitur gloriam. Quam nobis preſtare dignetur ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

TRACTATVS QVARTVS,

In quo agitur de Satisfactione, quæ tangitur in dicto Confiteor, cum ſubditur ſecundum uſum Fratrum Prædicatorum. Precor te, ora pro me.

DE SATISFACTIONE IN GENERALI quo ad Deum. Cap. Primum.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ.* | Matth. 11.

Poſtquam in præcedenti Tractatu huius libri tractauimus de prima parte pœnitẽtię, videlicet, de contritione, oſtẽdẽdo eam pertinere ad vndecim prędicamenta, ſuper eſt in hoc Quarto Tractatu aliquid dicere de tertia parte eiuſdem pœnitẽtiæ, uidelicet, de Satisfactione, quę tãg ĩ in fine dicti Confiteor, cum ſubditur, ſecundum uſum Fratrũ Prædicatorum. Precor te, ora pro me. et eſt uerbum confitentis ad confeſſorem ſuum, quem rogatum fecit, ut eũ iuuet ſuis orationibus, apud omnipotentem Deum. In quo tãgit materia ſatisfactionis, quę eſt oratio. Nã pro alio orãdo poteſt ꝑ eo in toto, vel in parte ſatisfacere, ut fortè poſtea dicetur. De huiuſmodi ergo ſatisfactione primò loquimur in generali, ſecundò in ſpeciali.

Circa materiam de Satisfactione in generali aduertendum, quòd ſicut peccando contingit offendere Deũ tantum, aliquãdo Deum, & proximum, ita etiam ſatisfaciendũ eſt Deo, & proximo. Et quidem quo ad ſatisfactionẽ, quæ fit Deo quæruntur aliqua dubia.

Primum igitur dubium eſt tale. Vtrum confitẽs impleta pœnitentia à confeſſore ſibi iniuncta, ſit immunis ab omni pœna, pro ſolutione huius dubij ponentur tres ueritates.

Prima igitur ueritas. Cõfeſſor debet moderari pnĩam, q̃ imponit confitenti, iuxta diſcretionem ſuam, benè regulatã

ſic,

ſic,ſcilicet, quod non ſemper imponat ipſi confitenti tantā pœnitentiam,quātā iudicet eum meruiſſe. Iſta ueritas pōt ſic perſuaderi. Cōfeſſor. n. eſt tanquam medicus animę cō fitentis. Quemadmodum ergo medicus corporis,non ſemper utitur medicina exterminãte, aliàs magis eſſet dicendus tortor,quàm medicus,utitur autem medicina, quæ ægrum reuelet,quāuis non ſubitò,ſed paulatiuè, habēs oculum dextrum ad naturam, quàm vult conſeruare, & ſiniſtrū ad morbū,quem vult curare,ſic etiam medicus animæ debet diſcretè ſe habere in taxando,& imponendo pęnitē tiam pænitenti,ſic,ſcilicet, quòd non imponat pœnitentiam,quæ mortem animę operetur. Et ideo pro generali regula,& maximè in hac materia tenendum eſt,quòd confeſſor nunquam debet alicui imponere pęnitentiā, niſi veriſimiliter credat,quod velit,& poſſit eam perficere. Aliàs imponit ſibi laqueum,& uenenum,potius quàm antidotū. Caueat ergo,ne tantam pœnitentiam imponat confitenti, quòd ille deſperans totam dimittat,ſiue propter debilitatem bonæ voluntatis,ſiue corporis, vt dicit Petr. de Palu. in 4. ſenten. diſtinct. 20. p. 2. vbi dat ſimilitudinem de paruo igne dicens,quòd paruus ignis,& ſcintilla non eſt multis lignis,ſed paulatim fouēda,ut nō extinguaẽ. Similiter Chryſoſtom. ſuper Matth. in opere imperfecto, Homilia 45. dat ſimilitudinem de ſeruo adoleſcente, cui ſi graue pondus impoſueris,neceſſe habet ipſum deponere, aut ſub onere occumbere. Et breuiter multò melius eſt mittere pauperes animas cum modica pœnitentia ad purgatorium,quàm cum graui,quam non facient, ad infernum. Conſideratis itaque omnibus circunſtantijs peccat,& peccantis corporis,& animę,debet confeſſor maiorem, aut minorem imponere pœnitentiam,ſicut magis credit ſaluti confitentis expedire. Ne autem eum decipiat,cū minorem debito imponit propter iuſtam cauſam debet illi innoteſcere, quòd illa non eſt condigna,& quod meruit ſeptennē pro quolibet mortali,& huiuſmodi. Et ideo hortetur eum ad multiplicandum bona,ut ſe acquirer, quòd ſi non fecerit hic,faciet alibi grauiorem. Vbi tamen crederet inducere confitentem in diſperationem ex talibus verbis,tunc non debe ret hoc dicere,vt dicit idem Petrus de Palu. Circa hoc ergo

go multi confitentes decipiũtur,quia credunt,quod ſoluta pœnitentia à ſacerdote impoſita etiam quantũcunque par ua ſint quitti,& ab omini pæna in foro Dei debita liberati. Quod tamen rariſſimè accidit multum tamẽ confert ad re miſſionẽ huiuſmodi penè feruor in contritione,ut dictum eſt prius.

Secunda ueritas. Multò plus ualet modica pœnitẽtia ꝑ confeſſorem impoſita,quod maiora à ſe aſſũpta, patet hęc ueritas,nam pœnitentia uoluntariè aſſumpta non eſt ſacramentum,neque pars ſacramenti Et ideo ex ſola uirtute,& merito aſſumentis habet effectum Pœnitentia autem per ſacerdotẽ impoſita operaẽ in uirtute paſſionis Chriſti,quæ operatur ſpecialiter in omnibus ſacramentis eccleſię.Quẽ admodũ ergo religioſus faciet aliquid ex voto, aut ex obedientia,ſiue ſit ieiunium,ſiue quodcunque aliud magis me retur,quam ſęcularis faciens ſimile propria ſpõte,eò quòd actus religioſi ꝓcedit ab inferiori uirtute,ut potè, iuſtitia, ita etiam in propoſito.Vnde valde congruit,quòd ſicut cõfitens aliqua confiteretur in ſpeciali,ut puta, mortalia,de qbus actualiter recordaẽ,& aliqua in generali,ſcilicet, oblita,& uenialia,ita etiam confeſſor aliqua imponat in ſatisfactionem in ſpeciali ipſi confitenti,& aliqua in generali, ſcilicet,omnia bona,qua impoſterum facturus,& ſimiliter, & mala pœnæ,quæ ſuſtinebit,utpotè,dicendo ſub his uerbis. Bona quæ facies,& mala,quæ ſuſtinebis ualeant tibi in remiſſionem peccatorum tuorum.Et hoc ſequitur,quòd multum prodeſt frequenter confiteri etiam dato, quod homo non habeat remorſum de mortali,quia pœnitentia,quæ illis imponitur à confeſſore multum illi prodeſt ad diminutionem pœnę debitæ pro prioribus peccatis.

Tertia ueritas.Si confeſſor iniũgat maiorem pœnitentiam,quã meruerit confitens ille tenetur eam implere. Iſtã ueritatem ponit B.Tho.4.ſen.diſt.20.arti.2.q.2.in ſolu.ad. ſecundum,ubi ſic ait.Pœnitens,cui maior condigno pęnitentia iniuncta eſt,tenetur eam explere ex ſacerdotis iniunctione,qui non ſolum debitum pœnę conſiderat,ſed de peccato remedium adhibet.Hæc ille. Sed quid iuris ſi talis decedat priuſquam ipſam totam pœnitentiam impleuerit nũquid pro reſiduo punietur in purgatorio. Reſpõdet B.Th.

ubi

ubi ſupra, quod poſt hanc vitam huiuſmodi pœnitẽtia maior cõdigno nõ exigitur á pęnitente tota ſolum, quãtũ ſufficit ad debitum ſoluendum in foro Dei. Et ad hoc propoſitum dat Dominus Pet. de Palu. ſimilitudinem de reo, quẽ iudex inferior cõdemnat ad maiorem emẽdam, quam meruerit, propter quod appellet ad ſuperiorem. Soluit tamen reus, quod ſecundum ueritatem debebat, ſed nõ illud ſuperfluum, ad quod iudex inferior eum cõdemnauerat: Nã in hoc caſu ſuperior iudex non condemnabit eum, an illud ſuperfluum ſoluendum, ita etiam faciet Dominus in propoſito, dicens illud pſal. Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Si autem pœnitens ſoluit illud ſuperfluum in præſenti, tunc proderit ubi ad augumentum meriti, & gratię, vel etiam ad ſatisfaciendum pro aliquibus alijs peccatis, quia, ut dicunt iura ciuilia, q̃ in uno grauat, in alio reuelatur, C. ex quibus cauſis alicui infamia irrogatur. l. & ſi ſeuerior. Si autem ſacerdos impoſuerit nimis paruã pœnitẽtiã, ſiue per errorem, ſiue per neſcientiam, uel ꝓ prudẽtiã, & bonã cautelã; quia ſic expediebat pœnitenti illa completa, ipſe in præſenti, uel in purgatorio faciet, uel luet, q̃d reſtat. Da exemplum de iudice ſuperiore, ad cuius cum recurritur corrigit ſententiam inferioris, quòd ſi minus debito condemnauit reum, ſuperior ſuperaddit, quod plus debitum eſt. Patet ergo ex dictis, quando pænitens completa ſatisfactione, ſibi á confeſſore impoſita eſt immunis ab omni alia pœna, & quando non.

Secundum dubium eſt tale, Vtrum pænitentia, ſiue ſatisfactio impoſita á confeſſore, & facta in peccato mortali liberet facientem. Ad hoc dubium, reſpondet Bea. Thom. 4. ſenten. diſtinct. 15. quæſt. 15. artic. 3. quæſtiuncula. 2. primo recitans opinionem aliquorum. Secundò ponens propriam opinionem ſimul reprobans priorem opinionem. Dicit ergo, quod aliqui dixerunt, quòd poſtquam omnia peccata ſunt remiſſa per contritionem, & cõfeſſionem, ſi aliquis cadat in peccatum, ante peractam ſatisfactionem, & in peccato exiſtẽs ſatisfaciat, quòd huiuſmodi ſatisfactio ei ualeat, ita quòd ſi moreretur in illo peccato, non puniretur in inferno pro illis peccatis. Deinde dictam opinionem reprobat, dicens, quòd non poteſt ita fieri, eò quòd ſatisfactione

ne,quæ ſit Deo,oportet quòd primũ reſtituatur amicitiæ ad ipſum,quod fit per charitatem Neque enim eſt ſimile de ſatisfactione,quæ fit homini,& quæ fit Deo.Nã ad primam ſufficit,quod debitũ ſoluatur purè,& nudè.Si enim debeo centum Petro,& illi ſoluo centum, & cum manibus pollutis,& mortali peccato,ego sũ quietatus. Nõ ſic eſt autẽ de ſatisfactione,quæ fit Deo.Non enim tenet ſe pro cõtẽto,niſi ſatisfaciens ſit eius amicus per gratiam, & charitatem.Et pro hac parte de Pal.in 4.diſtin.15.q.1.format talẽ rationem.Non minoris valoris debet eſſe pecuniã, de qua ſoluitur debitum,quàm illa,de qua emitur alienũ.Sed per nullum opus poteſt homo mereri cœlum,niſi ſit in gratia, & charitate factum.Igitur neque põt ſoluere debitũ,ideſt, pœnam pro peccato debitam, abſque gratia, & charitate: Hæc autem apertè uiſus eſt innuere Apo.1.Cor.13.cũ ait. Si diſtribuero omnes facultates meas, & charitatem autẽ non habeam,nihil mihi prodeſt,ſcilicet,ad meritũ,& ſatiſfactionẽ.Talia enim opera ſimpliciter non ſunt Deo accepta,& licet homo non habeat certitudinem,ꝙ ſit in charitate,& ꝑ cõſequẽs nõ poſſit eſſe certus de ſatisfactione,ſufficit tamen certitudo moralis,quæ habetur per probabilẽ coniecturam.Patet ergo,ꝙ pœnitentia impoſita à cõfeſſore non liberat ſoluentem in foro Dei,ſi eam ſoluat in peccato mortali.Et idẽ iudiciũ eſt de quocunquẽ opere de genere bonorum,quod ſi quis facit in peccato mortali, ꝑ qđ nihil diminuitur de pœna iã debita in foro Dei, quia, ut uidetur.ff. de pignoratitia actione. l. elegãter pecunia.reprobata non liberat ſoluentem. Opus autem factum in peccato eſt tanquam pecunia reprobata,ſaltem quo ad uitã æternam.Diminuit tamen de per accidens de pena,q̃ deberetur,ſi tale opus non fieret,maximè cum tale opus nõ cadit ſub præcepto.Verbi gratia.Occurrit diuiti in præſenti mortali peccato pauper in extrema neceſſitate, cui dat eleemoſynam. Sic enim agẽdo uitat nouum peccatũ, & per conſequens nouam pœnam.Nihil tamẽ per hoc diminuit de pœna,ad quam iam eſt obligatus propter præcedentia peccata in foro Dei.

Dubitatur vtrũ ſatiſfactio prædicta,quæ,ſi impoſita eſt à confeſſore,& ſit in peccato mortali,ualeat in foro eccleſiæ

nuli-

militantis,ſic,ſcilicet, ꝙ non teneatur eam iterare. Ad hoc reſpondet Capreolus diſt. 15.4. ſen. ꝙ talis non obligatur pœnitentiam iterare,ſed ſe aquitauit,quo ad eccleſiam,eã faciendo in mortali peccato. Non enim intendit eccleſia vnumquemque confitentem obligare ad faciendum pęnitẽtiam ſibi iniunctam in gratia,& charitate.Et forte hoc non poteſt præcipere,eò ꝙ nõ habet iudicare de interiori diſpoſitione.Ex quo patet,ꝙ illi cõfeſſores ualde indiſcretè agũt qui dicunt pœnitentibus.Vos dicetis tales pſal.ſiue orationes, ſiue ieiunabitis tot diebus in gratia, & charitate,& ſic de alijs. Poſſunt tamen hortari confitẽtes,& monere,ut deuotè peragant pœnitentias ſibi iniunctas,& quantocius,antequam,ſ.contingat eos recidiuare in aliquod mortale peccatum, ut ſic eis magis proſint,& ſint ſatisfactoriæ,quo ad Deum,& quo ad eccleſiam militantem. Pro prædicta ergo opinione uidetur facere impoſitio pœnitentiæ ſeptennis,ꝗ antiquitus fiebat regulariter pro quolibet mortali,vt patet 22.q.1.prædicandũ.Inſuper pauperi non ualenti dare eleemoſynam,nec ſimiliter ieiunare potenti propter corporis debilitatem communiter iniunguntur orationes,etiam uſque ad longum tempus. Difficile eſt autem in tanto interuallo hominem non committere aliquod mortale, ſi ergo oporteret iterare huiuſmodi orationes, nunquam haberetur finis.Ex quibus omnibus relinquitur,ꝙ implens,ſi pęnitentiam iniunctam ſibi in confeſſionem cum peccato mortali liberat ſe à præcepto eccleſię,nec incurrit peccatum inobedientiæ,quod incurreret,ſi eam non impleret.Ad tollẽdum ergo omne dubium, tutius uidetur,quòd confeſſor nõ iniungat diuturnas pœnitẽtias orationum,& præcipuè his, de quibus poteſt dubitare de celeri recidiuo.

Tertium dubium eſt tale. Quod eſt magis ſatisfactoriũ, uidelicet, elemoſyna,oratio,uel ieiunium. Ad hoc reſpondet Bea.Thom.4. ſenten. diſt.15.dicens, quòd eleemoſyna eſt magis ſatisfactoria,quàm ieiunium,aut oratio. Hoc autem probat duplici ratione.Prima eſt, quia eleemoſyna cõſtituit debitorem eum,cui datur ad orãdum, & ieiunandũ, & ad alia bona opera faciendum pro datore. Secunda ratio eſt,quia eleemoſyna habet uim orationis,nã eleemoſyna data pp Deũ eſt quędã oblatio Deo facta. Oblatio aũt

quæ

quæ fit Deo habet u m orationis;Similiter ieiunij,quia per ipſam ſubtrahuntur temporalia,quibus ſuſtẽtatur corpus, quod maceratur per ieiunium. Vnde eleemoſyna magis inducitur, & perſuadetur peccatoribus, tanquam medicina magis vtilis, quàm oratio, aut ieiunium, ut patet Luc.11. vbi loquitur Chriſtus,dicens. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis.Item Dan.4.dictum eſt Nabuchodonoſor.Peccata tua eleemoſynis redime.Item Thob.4.dicitur, ꝙ eleemoſyna ab omni peccato liberat, & Paulus 1. Thim.4.Pietas ad omnia valet.Item Ambro. & recitatur de pęn.diſt. 1.medicina.Medicina, inquit, miſericordiæ tollit peccata magna.Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Nõ uenalis eſt Dominus,ſed tu ipſe uenalis es peccatis tuis uenundatus es,redime te pecunia tua.Vilis eſt pecunia, ſed precioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna, inquit, ſcriptura à peccato liberat.Crimina ergo eleemoſynis redimũtur. Hęc ibi.Item.cap.ſequenti, quòd incipit medicamentum,ſic dicit Chryſoſto. Medicamentum crotius,quod maxime operatur in pœnitentia eſt eleemoſina. Ecce ergo, quomodo eleemoſyna eſt magis ſatisfactoria,quàm ieiunium,aut oratio.Inſuper inter hæc duo ultima, oratio eſt magis ſatisfactoria,quàm ieiunium,eò quòd oratio uirtute continet ieiunium.Extẽſio enim intellectus ad Deum debilitatem parit,ſaltem in parte ſenſitiua Hinc eſt,quod communiter videmus homines contemplatiuos,& deuotos,macilentos,& hoc propter debilitatem uirium interiorum, quæ aliquo modo impediuntur à ſuis operationibus, cum uiros ſuperiores verſantur circa ſuperiora. Et ſic patet ſolutio ad prędictum dubium.

Notandum tamen circa prædicta, quòd aliquod opus factum in peccato mortali,poteſt in caſu eſſe ſatisfactorium, & aliquod non.Pro quo notandum,quòd ſunt aliqua opera,quæ poſtquam tranſierunt, aliquod in ſubiecto, ſiue in operante relinquunt.Hoc manifeſtè patet de ieiunio,quòd relinquit debilitatem in corpore.Vnde illi, qui ieiunãt per Quadrageſimam ſunt cõmuniter debiles poſt Paſcha. Idẽ etiam patet de eleemoſina, quæ relinquit diminutionẽ ſubſtantiæ temporalis.Alia uerò ſunt opera nihil relinquentia in agente, ſicut patet de oratione. Qua tranſacta homo nõ

eſt

eſt tamen debilior, aut ſi ſit debilior, hoc accidit,quando orãs mente eleuatur in Deum,quaſi abſtractus à ſenſibus, & tunc eſt ſignum,ꝙ talis eſt gratia.Opus ergo ſatisfactorium in peccato factum, quod relinquit aliquem effectum in ſubiecto, incipit eſſe plene ſatiſfactorium in foro Dei, quando operans incipit primò eſſe in gratia.Et hoc quãdo talis gratia inuenit huiuſmodi effectum, relictum ex priori operatione facta in mortali.Illud autem opus in mortali factum, quòd nullum effectum relinquit in ſubiecto per ſuperuenientem gratiam non poteſt,nec in ſe,nec in ſuo effectu uiuificari. Propter quod nullo modo poteſt eſſe ſatiſfactorium,ſaltem in foro Dei, quamuis benè in foro eccleſiæ,vt dictum eſt.

Quartum dubium eſt tale.Vtrum vnus poſſit ſatisfacere pro alio. Et nota,quòd non eſt quæſtio de Chriſto,quia de illo ſatis conſtat omni catholico, quod ſatisfecit pro omnibus nobis moriendo in cruce.Nam Deus pater poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum, ut uidetur Eſa. 4. Eſt ergo quæſtio de puro homine. Reſpõdetur ergo ad hoc dubium, quòd ſic.Notandum tamen ſecundum Pet.de Pal.in 4.ſen. diſtin.25.quòd duplex eſt effectus ſatisfactionis.

Primus uocatur ſolutio,& æquitatio debiti peccatorum commiſſorum.

Secundus uocat̃ exciſio cauſarum peccatorũ futurorum. Et quantum ad iſtum ſecundum effectum,unus non poteſt ſatisfacere pro alio, quia per ieiunium unius non maceratur, neque refrenatur caro alterius. Quantum ergo ad primum effectum,iterum diſtinguendum eſt,quia ille,qui habet ſatisfacere,aut eſt potens hæc facere,aut non. Si primũ tunc debet ſatisfacere per ſeipſum,non per alium poteſt tamen adiuuari per alium. Plus tamen dicit beatus Tho.4. ſen.diſt.20.q.1.art.2.quæſtiuncula 3.Dicit enim ibidem, ꝙ dato,quòd ille,qui tenetur ſatisfacere ſit potens, ad hoc nihilominus poteſt alius pro eo ſatisfacere,ſic, ſcilicet, quòd alio pro eo ſatisfaciente plenè ipſe erit immunis à pęna debita. Hoc tamen debet intelligi,inquantum ſatisfactio reſpicit ſolutionem pœnæ debitæ. Secundum autem,ꝙ ſatiſfactio reſpicit cautelam pro futuro,& ſecundum quod imponitur in remedium contra futurum peccatum, ut co-

minatur, tunc unus non poteſt ſatisfacere pro alio. Vnde, ut inquit idem doctor, non eſt permutādum, quòd aliquis pro alio ſatisfaciat, niſi appareat aliquis defectus, impœnitentiæ, vel corporalis per quem ſit impotens ad ſuſtinēdū labores ſatisfactionis, uel ſpiritualis, per quem non ſit prōptus ad portandum pœnam. Si ſecundum, tunc patet, quid ſit dicendum ex immediatè dictis. Beatus etiam Aug. in lib. de uera, & falſa pœnitētiā, c. 20 & ſimiliter recitatur de pœ. di. 6. c. qui vult confiteri, conſulit confeſſori, quod adiunxit pœnitentem portare onus pœnitentię ſuæ, ut ſit particeps laboris, ſi uult eſſe particeps gaudij. Et ideo circa hoc poteſt quæri.

Vtrum poſſit unus ſatisfacere pro alio, quantum ad ſatiſfactionē, quæ imponitur in ſacramentali abſolutione. Circa hoc diſtinguendum eſt, quia aut confeſſor impoſuit pœnitenti, quòd faceret in propria perſona hmōi. pænitentiam, aut commiſit, quòd per ſe, uel per aliū. Si primum tūc non poteſt ſatisfacere per aliū, quando per ſe poteſt, quod ſi nō poteſt, uel quia infirmus, uel quia moritur, tunc ſi ipſe pœnitens alteri imponit ſuam ſatisfactionem, & ille ſuſcipiat unus, & eā facit in charitate, utique ſatisfacit, quia ut dicit de Palu. iſta uidetur fuiſſe volūtas imponentis huiuſmodi ſatisfactionem, quòd ubi confitens non poſſet eam per ſe facere, quòd poſſet alteri uolenti eam ſuſcipere, imponere. Non enim uoluit eum ad impoſſibile obligare, neque ad purgatorium mittere. Inſuper poteſt ille, quòd ꝓmiſit pro tali ſatisfacere alteri, etiā imponere, qui uelit in ſe aſſumere onus huiuſmodi pænitentiæ, & ualebit ille, pro quo fit, dūmodo in charitate fiat, quinimmo, ſi ille, qui pro alio ſatisfacit, ſit in maiori charitate, ꝙ ille, ꝓ quo facit, tūc opus eius erit magis ſatisfactoriū. Ex quo conclud. ī, quòd ille, qui imponit alteri ſatisfactionem ſuam debet ita agere, vt talis non ſolum ſit bonus, ſed melior ſe ſuo iudicio. Et hoc tangit multos diuites, & potentes, quibus interdum imponitur à cōfeſſore, ut ieiunēt tot diebus, uel alios pro ſe ieiunare faciant. Item, quòd peregrinentur ad talem, uel talē locum, aut, quòd ſaltem aliquem illic pro ſe mittant. Si autem detur ſecundum, hoc eſt, ſi confeſſor impoſuit penitēti ſub diſiunctione facere aliquod ꝑ ſe, uel per aliū, ut puta, ieiunium

ieiunium,orationem,peregrinationem, vel ſimile,tunc ſiue per ſe,ſiue per alium tale opus faciat,ipſe pęnitēs ſatisfacit Deo,& eccleſiæ, ſiue ſit uiuus, ſiue mortuus dummodo tale opus in charitate fiat. Hæc omnia ſunt de mente D.Anto.in 3.par.ſummæ ſuæ ti.14.c.20.§.1.Et nota circa hoc,ꝙ in oī caſu ſatisfaciens pro alio,ſiue viuo,ſiue mortuo meret ꝗdē ſibi,ſed nō ſatisfacit ſibi,ſed tm̄ alteri,ꝓ quo intendit.

Quintū dubium eſt tale. Vtrum pater in extremis conſtitutus poſſit obligare filiū,aut hęredē faciendum pro ſe certam peregrinationem,quam alias uouerat ſe facturū.Et idē pōt quæri de multis alijs operibus,vtpotè,de conſtructione alicuius eccleſiæ, aut capellæ. Item de fundatione alicuius anniuerſarij.Item de pœnitentia ſibi iniuncta, quàm nondum compleuit.Vr̄,ꝙ ſic. Nam.C.neq; filius pro patre.l.ne cōtra.dicitur.filius inquantum hęres tenetur pro debito patris. Reſpondetur ad hoc dubium, qđ obligatio perſonalis non tranſit perſonam,ſed cum ea extinguitur. Cum igitur uotum ſit obligatio perſonalis,conſequens eſt dicere,quòd filius non tenetur implere votum patris. Vbi tamen pater in extremis conſtitutus relinqueret filio , aut cuicunque hæredi pinguem ſucceſſionem,eſſet huiuſmodi heres valde ingratus,non ſe ſubmittere piæ uoluntati, & deſiderio patris,quo ad vota explenda,quæ ille uouerat.Et nota,ꝙ non eſt hic quæſtio de teſtamento,in quo moriens poteſt onerare hæredem ſuum uſque ad certam portionem ſubſtantiæ ſuæ, ſaltem quo ad mobilia. In talibus tamē procedendum eſt ſecundum cōſuetudinem patriæ.Et ad legē præallegatā dr̄, ꝙ filius inquantum hæres teneт̄ pro debito patris in foro exteriori,& quantū ad debita ciuilia,ſed non quo ad debita contracta in foro interiori diuino. Quia ut hr̄ Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris,&c. Nihilominus ubi filius, aut hæres ſubmittit ſe ad peregrinandum ꝓ patre,aut aliud faciendum,tunc ad illud tenetur ſub pœna peccati mortalis, tanquam ipſe in propria perſona feciſſet tale votum.Et ſic patet ad dubium.

Sextum dubium eſt tale Vtrum obligatus ad aliquam ſatisfactionem in ſacramentali abſolutione teneat̄ eam quātocius implere.Reſponſio,diſtinguendum eſt, aut enim ſibi præfigitur tempus explendi,cauſa non autem præfigitur.

ſi primum, tunc ceſſante omni legitimo impedimento tene tur eam implere infra præfixum ſibi tempus. Aliàs efficitur inobediens ſuo confeſſori. Poteſt tamen confeſſor poſtmodum prolungare tp̄s ex cauſa rationabili. Et ideo multum expedit, q̄ vbi penitens non pôt commodè explere penitẽtiam ſuam, infra ſibi præfixum tp̄s habeat recurſum ad ſuũ confeſſorem, petens ab eo dilationem, ſiue prolungationem tp̄is, & termini. Quàm ẽt ille poteſt dare toties, quoties, niſi forſan eſſet expirata eius auctoritas. Inſuper notandum iuxta hanc materiam, q̄ cõfeſſor nunquam debet pręfigere tp̄s ſatisfaciendi illi, qui ſibi confitet̄; niſi veriſimiliter credat, q̄ ille poſſit pęnitentiam talem infra hmôi tp̄s implere. Et ideo valde expedit, vt petat ab eo, ſi poſſit, & velit ſatiſfactionem ſuã explere infra tale tp̄s, q̄ ſi dixerit, q̄ non, tunc prolonget ſibi tp̄s ſufficiens. Si vero confitens peteret inducias irrationabiles ſatisfaciendi, tunc manifeſtè oñderet ſe nõ verè pęnitere, ſed potius ſacrm cõnfeſſionis, vnà cum confeſſore irridere. Et ſic patet, quid ſit dicendum, qñ cõfitenti pręfigitur terminus ſatiſfaciendi. Si autem non præfigitur ſibi tempus, tunc vr̄ teneri ad ſatiſfaciendũ, quamprimum commodè poteſt. Quia vt habetur. ff. de reg. iu. l. in omnibus. In omnib. obligationib. in quibus dies non ponit̄, pręſenti die debetur. Patet ergo de ſatiſfactione in gñali quo ad Deum.

DE SATISFACTIONE, QVAE FIT PER eleemoſynam. Cap. II.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terræ*, Matth. 11.

Poſtquam in præcedenti cap. habitũ eſt de ſatiſfactione in generali, quo ad Deum, hic conſequenter tractãdum de eadẽ in particulari reſpectu ipſius Dei, & pręſertim de illa, quæ fit per eleemoſynam, quæ, vt patuit in tertio dubio pcedenti, prefertur orationi, & ieiunio. Et ideo de illa primò differendum eſt. Pro quo notandum, quòd regius propheta Dauid volens inducere diuites, & potentes huius ſæculi ad eleemoſynarum largitionem dicit ſic. Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die ma. &c.

In quibus quidem verbis tria principaliter facit. Primò enim oſtendit, cui ſit dãda eleemoſyna, cum ait. Beatus, qui intelligit ſuper egenum; &c. Sec̃dò declarat, qũo ipſa à malo liberat. Quia in die mala liberabit eũ dominus. Tertiò fructus multiplices eiuſdẽ eleemoſynæ inſinuat, cũ ſubiungit. Dominus conſeruet eum. Primò igĩt oſtendit pſal. cui ſit dãda eleemoſyna, cum ait. Beatus, q intelligit ſuper egenum, & pauperem. Eſt ergo eleemoſyna danda egeno, & pauperi, & non diuiti, ac potenti, inſuper eſt danda cum diſcretione iuxta illud poeticum. Cui des, videto, dicit pſal. Beatus, qui intelligit, id eſt, qui cum intellectu, & ratione ſubuenit neceſſitatibus egenorum, & pauperum.

Pro quo notandum, ꝙ ſunt tria genera pauperum. Primi ſunt, qui talem ſtatum elegerunt ꝑ Chriſtum, vt viri religioſi mendicantes, quos nõ traxit inopia, ſed Chriſti amor, qui paupertatẽ elegit in preſẽti vita, iuxta illud Mat. 8. Vulpes terrę foueas, & volucres cęli nidos, filius aũt hoĩs nõ habet, &c. Vnde, & cuidam adoleſcenti eum interroganti, qũo poſſet perfectus fieri, ait illi. Si vis ꝑfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperib. & veni, & ſequere me, & habebis theſaurum in cœlo. Matt. 19. Sed profectò multi religioſi mendicantes ſunt ſimiles dicto adoleſcenti, de quo vbi ſupra ſubditur, ꝙ audiens Chr̃i reſponſum, & conſiliũ de paupertate eligenda, abijt triſtis, ſic & multi religioſi mẽdicantes amarè, & triſtè ferunt ſuã mendicitatem. Propter quod nonnulli talium faciunt ſe diſpenſari ad beneficia, alij procurant apud eccleſię prælatos, vt ſaltem ſint eorũ ſuffraganei, alij euolant ad religiones poſſidentes, ſed non ꝑ Ieſum tantum, alij autem, quicquid mendicando congregare poſſunt, ẽt per fas, & nefas, ſibijpſis reſeruant, & efficiuntur proprietarij in perditionem aĩarum ſuarum, quia reſpiciũt retro. i. ad ea, quæ poſt ſe reliquerant religionem intrando. Et ideo tales, iuxta domini ſniam, Luc. 10. non ſunt apti regno Dei, ſed potius igni infernali, ibi arſuri ſine fine, cũ magno patre diuite Epulone. Lu. 16. Veris ergo religioſis mendicantibus, & regulariter viuentibus, & ſignanter, qui ſuis prædicationibus procurant ſalutem animarum, eſt danda eleemoſyna, quaſi ex debito, quia vt dicit Apoſt. 1. Cor. 10. qui altario deſeruiunt, de altari participãt, ita, & dominus

ſtauit his, qui Euãngelium annũciauit de Euãgelio viuere. Item paulo ante in eodem capitulo. Si nos, inquit, vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia ueſtra metamus. Quaſi dicat non. Sed profectò multi diuites malè attendunt ad hanc obligationem. Nam neque ꝑdicatores volunt gratis recipere hoſpitio, neq; ampliorem eleemoſynã largiuntur illis, quàm trutannis, & quæſtoribus publicis.

Secundi pauperes ſunt illi, quos rerum inopia cogi mẽdicare, ſiue publicè, ſiue priuatè, ſunt multi pauperes verecundi. Et talibus, ſi ſint in extrema neceſſitate conſtituti, eſt de neceſſitate ſubueniendũ ab his, qui habent. Et hoc eſt, ꝙ ait Amb. lib. 1. de offi. & ſimiliter recitatur in decr. diſtin. 86. paſce. Paſce, inquit, fame morientem. Quiſquis enim paſcẽdo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti. Itẽ 14. q. 5. inuoluens, dicit Aug. ꝙ panis egentium vita pauperis eſt. Qui defraudat illũ, homo ſanguinis eſt. Qui effundit ſanguinẽ, & qui fraudem facit neceſſario, fratres ſunt. Hæc ibi. Pro quo notandum ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 32. artic. 5. ꝙ ad hoc, ꝙ eleemoſyna cadat ſub præcepto duo ſunt neceſſaria. Vnum ex parte dantis eleemoſynam. Reliquum ex parte illius. cui datur. Ex parte ergo dãtis requiritur, quòd habeat ſuperfluum, iuxta illud Chriſti verbum Lu. 11. Qđ ſupereſt date eleemoſynam. Et dico, inquit, idem doctor ſuperfluum non ſolum id, quod eſt ſuperfluum, reſpectu ꝑſonæ, ſeu indiuidui, ſed quod eſt ſuperfluũ reſpectu aliorũ, quorum curam gerit, aut quorum cura ſibi incumbit ſcđm decentiã ſui ſtatus. Nam oportet, vt prius vnuſquiſque ſibi prouideat, & illis, quorum cura ſibi incumbit, & poſtmodũ de reſiduo ſubueniat neceſſitatibus aliorum. Et da tibi exẽplum de natura, quæ primo accipit ad ſuſtentationem proprij corporis, ſuperfluũ autem erogat ad generationem alterius, ita in propoſito. Ex parte autem illius, cui fit eleemoſyna, requiritur, quòd habeat neceſſitatem talem, quòd nõ poſſit ſuſtentari, niſi medio eleemoſynæ. His ergo duobus currentibus eleemoſyna cadit ſub præcepto aliàs autem dare eleemoſynam eſt opus conſilij, & ſupererogationis.

Notandum tamen, ꝙ multi diuites, nobiles, & potentes etiam prælati eccleſiaſtici, aut notabiliter beneficiati allegant excuſationes in peccatis, ſi non diſtribuunt ſua pauperibus

ribus,& in neceſſitate conſtitutis. Primò quidē dicunt, ꝙ non poſſint omnibus ſubuenire. Secundò vero, ꝙ habent magnā familiam gubernare, paſcere, & regere. Tertiò autem, quòd neſciebāt futuros euentus. Et ideo volunt ſibi prouidere ꝓ futuro, ne ipſi ad extremā neceſſitatem deducantur, & mendicare cogantur. Verecundum.n.eſt mendicare. Sed profectò hæ rationes ſunt valde friuolæ, & nullius roboris. Qđ enim dicunt nō poſſe oībus ſubuenire, de facili illis creditur. Non tñ per hoc excuſantur, quin pluribus, aut paucioribus neceſſitatem patientibus ſubuenire teneantur, ſcđm ꝙ eorum facultas eſt maior, aut minor, iuxta illud Thob.4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi etiam parum, libenter impartiri ſtude. Quod autem ſcđo dicunt magnā familiam habere, cui prouidendum eſt, certè in hoc confitentur apertè ſuam fatuitatem, nam hac tempeſtate multi nobiles, atque et plati cum tanto apparatu, & faſtu uolunt incedere, ꝙ in tali abuſu conſumunt totam ſubſtantiam ſuā, quæ etiam illis non ſufficit, adeo ꝙ in fine anni, multis, & in multis ſunt debitores. Non mirum ergo, ſi exiguas faciunt eleemoſynas. Qđ verò tertiò addunt de futura incertitudine, illis rñdeat B.Tho. ubi ſupra. in ſol. ad tertium, dicens, ꝙ ille reputatur habere ſuperflua, qui habet aliqua, quæ ſcđm pſentem ſtatū non ſunt ſibi neceſſaria, prout probabiliter æſtimari pt. Neꝗ inquit, oportet, ꝙ talis cōſideret oēs caſus, qui poſſunt in futurū cōtingere. Hoc.n. eſſet de craſtino cogitare, qđ dominus prohibet. Mat.6. Debet ergo iudicari aliquid ſuperfluū, aut neceſſariū ſcđm ea, ꝗ probabiliter, vt in pluribus, occurrūt. Hęc doctor ſanctus: Patent ergo excuſationes pdictorū friuolæ, & nullius eſſe momenti apud omnē rectè ſapientem.

Iterum notandum, quòd circa eleemoſynam dandam tribus modis deficiunt diuites, & potentes.

Primò quidem dando in publico, ut liberales videantur & de talibus loquitur Chriſtus Matth.23. dicens. Oia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hoībus. Qđ tñ prohibet idē dominus Mat.6. dicens. Attendite, ne iuſtitiā ueſtram faciatis corā hoībus, vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Deinde ibi ſpecificat de eleemoſyna, quæ eſt actus iuſtitiæ, ita dicens. Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante, & cætera.

Vitioſum eſt ergo diuiti dare eleemoſynam pauperi in publico,vt videntur,laudabile tamen eſt hoc facere ,ut proximus ędificetur,& ad ſimiliter agẽdum prouocetur.Sed quicquid agunt homines,intentio iudicat omnes.

Secundò deficiunt diuites dando eleemoſynã in peccatis perſeuerando.Sunt.n.nõnulli,qui credunt Deũ placare ſuis muneribus in rapinis perſeuerando, & tales ſimiles illi, qui ſalutaret regem in faciem eius ſpuendo,ſicut legitur Iudęos feciſſe Christo bonum.n.eleemoſynam facere , ſed non prodeſt illi,qui non proponit in peccatis perſeuerare.Cuiuſmodi ſunt multi uſurarij,raptores,& exactores,q̃ multipliciter opprimũt pauperes,& cũ modicis eleemoſynis,quas faciunt, credunt ſe liberari ab iniquitatib.tot,& tãtis.Cũ tñ dicat ſcriptura Eccl.33.Dona iniquorũ nõ probat.i.nõ approbat altiſſimo,nec reſpicit in obligationes iniquorũ,nec in multitudine ſacrificiorum propitiabitur peccatis.Hoc tñ ultimũ dr̃ pp illos auaros,& raptores, q̃ faciũt interdũ celebrari miſſas,aut q̃ fundant anniuerſaria,& ſimilia. Sequit̃.Qui offert ſacrificiũ ex ſubſtantia pauperũ,quaſi qui victimat filium in cõſpectu pr̃is.Quaſi diceret,quòd tales raptores p̃ ſuas exactiones faciũt pauperes,q̃ ſunt filij Dei per grãm, p̃ſertim ſi ſint patientes,& iuſti mori fame,tõ ſequit̃.Panis egentiũ vita pauperis eſt,qui defraudat illum,homo sãguinis eſt, vnus ædificans,& unus deſtruẽs,quod prodeſt illis,niſi labor,ac ſi ſapiens apertè diceret,quòd ille,qui facit eleemoſynã , p̃dit meritũ illius,per peccata,quæ perpetrat pauperes uexando, Hinc eſt,quod Aug.li.de uita Chriſtiana dicit ſic . Melius é te nõ facere eleemoſynã,q̃ unde pauca paucis facias, plurimos denudare,& ut unũ ueſtias,plurimos ueſtitos ſpoliare. Illã ergo eleemoſynam Deus approbat,quę de iuſtis labori bus miniſtrat̃,ſicut ſcriptũ eſt Prou. 3.Honora Dñm de tua ſubſtantia.Et poſt pauca. Quid p̃deſt,ſi te benedicat unus, vnde plures maledicũt.Nonne Deus nõ hẽt, unde pauperes ſuos paſcat,niſi tu aliena diripias. Hęc ille. Itẽ idẽ homi.7. Fortaſſis,inquit,mihi dicet raptor,rerũ alienarũ,eleemoſynã facio . Incluſis in carcerẽ uictũ mitto,nudos veſtio,peregrinos ſuſcipio. Cui dederis,gaudet,& cũ abſtulerit,plorat,quẽ illorũ duorũ exauditurus ẽ Deus. Dicis.n.cui dederis,gratias age,quia accepiſti.Sed alius ex alia parte tibi dicit . Ego ge-

nio,

mo, cui abſtuliſti, & penè totũ tuliſti, & exiguũ pauperi dediſti. Si totũ qđ alteri abſtuliſti, egenis ib. dediſſes, nec talia opera diligit De⁹ Dicit Deus. Stulte, iuſsi, ut dares, ſed nõ de alieno, ſi habes, da de tuo, quòd ſi non habes, quòd des de tuo, melius nulli dabis, quàm alterum expoliabis. Hęc ille.

Tertiò deficiunt diuites eleemoſynam nimis differendo. Sunt. n. nonnulli, qui permittunt pauperes diu expectare ad ianuã ſuam, quib. tam exiguam deſt nãt eleemoſynã. Cõtra quos vulgo dr Gallicè Aumoſne longuemente attendue eſt demye uendue. Hoc eſt dicer e latine, q eleemoſyna diu expectata eſt ſemi uendita. Propterea dicit Aug. homi. 39. q perfecta mia eſt, ut ante occurrat eſurienti cibus, q̃ roget mendicus. Nõ. n. eſt perfecta mia, quæ precib. extorquet. Sed ſi iacet mendicus, loquitur pauor in facie. Hæc ille. Item Sen. de verborum copia. Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras. Similiter idem li. 2. de beneficijs. Grauiſsima, inqt, ſunt beneficia parata facilia occurrentia, vbi nulla mora fuerit. E cõtra aũt ingratum eſt beneficium, quòd diu inter manus dantis hæſit, quod quis egrè dimittere uiſus eſt, & ſic dare, tãquam ſibi eriperetur, & poſt pauca. Non contulit ille gratis, qui cum rogaſſet, accepit. Quoniã nulla res charius conſtat, quàm quę precibus empta eſt. Moleſtum uerbum eſt, & onerosum demiſſo vultu dicere, rogo. Hęc ille. Hinc ſapiens Eccle. 4. dicit. Non protrahas datum anguſtianti. Et Prou. 3. Non dicas amico tuo uade, & reuertere cras, & dabo tibi, cũ ſtatim poſsis dare. Patet ergo, quõ diuites tripliciter deficiunt circa eleemoſynam dandam. Tertij pauperes ſunt illi, qui fingunt ſe eſſe tales, cum tñ à parte rei ſint ſufficiẽter prouiſi, aut ſaltem ſibi prouidere poſſunt manib. laborando, cum ſint corpore ualidi. Tales nempè ſunt fures, & latrones, eo quòd comedunt eleemoſynas uirorum pauperũ, Inſuper ſunt fallaces uerbo, & opere mendaces, dicẽtes, & fingentes ſe eſſe pauperes, cum tamẽ nõ ſint tales. Nã nonnulli eorum fingunt ſe grauem infirmitatem pati, ut facilius attrahant corda hominum ad ſibi beneficiandum. Alij fingunt incendio oĩa perdidiſſe. Alij aſſerunt uinculis mirabilibus diu apud Saracenos ſe fuiſſe detentos. Alij aũt deferunt ſuper ueſtes ſuas inſignia certarum peregrinationum, quas nunquam fecerunt, nec facere intendunt. Et hoc totum, vt

ſubtili ingenio extorqueant eleemoſynas Chriſti fidelium?
Tales ergo meritò deſignantur per uiros Gabaonitas;de quibus legitur Ioſue.9.quòd venerunt ad Ioſue in habitu diſſimulato.Nam ſaccos ueteres aſinis impoſuerunt, unà cũ utribus uinarijs ſiccis,atque conſutis.Inſuper habebant calceamenta antiqua,quę ad indicium uetuſtatis pictatijs cõſuta erant.Induti ueteribus ueſtimẽtis,panes quoq; quos portabant ad uiaticum,dui erant,& in fruſta comminuti. In hunc itaque modum venerunt ad Ioſue dicentes ei,quòd de terra longinqua ueniebant.Et reuera ſic eſt hodie de multis trutãnis.Practica,ſi ergo quæratur, cui danda ſit eleemoſyna, reſpondetur,ꝙ uero pauperi, maximè qui cognoſcitur eſſe talis.Et hoc eſt,quod ait pſal.ubi ſupra.Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem,&c.

Secundò principaliter oñdit pſal.qualiter eleemoſyna à malo liberat,cũ ſubiũgit dicens.In die mala liberabit eum dominus.ſ.hoĩem piũ ad pauperes.Vbi per diẽ malã intelligit dies iudicij.ſecundum gl.interli.de qua Eccl.7.Diem malam præcaue.Et dr̃ hæc dies mala malitia pœnæ,quæ ſuper ueniet tunc reprobis.Sopho.1.Dies illa,dies iræ, dies tribulationis,& anguſtiæ,dies calamitatis,& miſeriæ. Medio ergo,& merito eleemoſynę liberabit dominus in illa die mala uirũ intelligẽtẽ ſuper egenum,& pauperem. Thob.12.Eleemoſyna à morte,ſupple,æterna liberat.Econtra aũt de diuite auaro dr̃ Iac.2.Iudicium ſine mĩa,ſ.liberante fiet illi, qui non fecit miſericordiam,ſup.pauperi.Nam talis in die iudicij non dabit Deo placationem ſuam,i.non poterit Deo aliquid tunc offerre,per quod poſſit iram eius contra ſe mirabiliter motam placare,& precium redemptionis aĩæ ſuæ, id eſt,tunc nullum precium dare poterit,per quod redimatur aĩa ſua ab obligatione damnationis æternę.Quinimmo laborabit in æternum,ſup.in cruciatibus inferni, & uiuet adhuc in finem, ideſt, ſine.Da exemplum de Salamandra, de qua fertur,ꝙ uiuit in igne . Ecce finis,ad quem tandem peruenit oĩs auarus.Et ideo valde ſalubre eſt,ut homo habens diuitias illas piè diſtribuat.Quod ubi fecerit, in die mala liberabit eũ dominus,ſ.in die mortis,aut iudicij generalis.Vnde pſ.Iucundus homo,qui miſeretur, i.qui iucundè, hilariter,& ex corde ſubuenit pauperi, quia ut habet.1.Corin.9.

Hilarem datorem diligit Deus. Et commodat, ſupple, temporalia, & tranſitoria, ut recipiat ſpiritualia, & æterna. Talis nempe diſponit ſermones ſuos in iudicio, i. facto ſe præparat ad reſpondendum Chriſto, cum cæteris electis. Nam ut legitur Mat. 15. Chriſtus in iudicio dicet his, q̃ à dextris eius erunt. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere, & ſic de alijs. Cui prę admirationi dicent electi. Domine, quando te uidimus eſurientem, & dedimus tibi manducare, aut ſitientem, & dedimus tibi bibere, &cęt. Ecce quomodo homo, qui miſeretur, & commodat, diſponit ſermo. i. in iudicio. Cui cum cæteris electis reſpondebit Chriſtus, dicens illud, quod ſequitur. Quod uni ex minimis meis feciſtis, &c. Valis ergo in æternum nō commouebit. i. à Deo nō aſpernabit̄ cum illius immiſericordibus, quib. dicetur. Ite maledicti, &c. Qnimimmo illi adhærebit inſeparabiliter cū illis, quibus dicet. Venite benedicti, &c. Inſuper talis ab auditione mala non timebit. ſ. ab illo uerbo Chriſti audiendo. Ite maledicti, &c. Sed completo terrribili, & horrendo iudicio, quibus pius ad pauperes, quaſi gratias agens, q̃ euaſerit in pręſenti tentationes dæmonum, & tandem illam diſtrictam ſnīam. Ite, &c. Dicet de iudice Chriſto. Ipſe liberauit me de laqueo uenantiū, ecce primam. Et à verbo aſpero, ecce ſecundā. Nam in iudicio extremo loquetur Chriſtus ad reprobos in ira ſua improperando eis, q̃ non adimpleuerūt opera pietatis, dicens illis. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. tandē in furore ſuo conturbabit eos, cum dicet eis, Ite maledicti, &c. Patet ergo ex dictis, qūo dominus in die mala liberabit hominem piū, & miſericordem ad pauperes.

Tertiò principaliter pſ. in prædicto paſſu multiplices fructus, & utilitates ipſius eleemoſynę inſinuat, cū ſubdit dominus cōſeruet eū. ſ. uirū miſericordem, & viuificet eum, &c. In quib. verbis notatur multiplex fructus ipſius eleemoſynæ. Primus dr̄ ſpiritualis cōſeruatio, & protectio in ſtatu gratię, ſi prius in illa extiterit ille, q eleemoſynā facit. Vnde dicit pſ. Dominus cōſeruet eū. ſ. in gratia. Ec. 3. Eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus protector eſt eius, qui reddit gratiam. ſ. qui facit pauperi eleemoſynā. Nā multi iuſti laborentur diuerſa, & grauia peccata, ſi nō ob meritū ſuarū eleemoſynarū protegeret eos Deus. Ex quo patet, qđ ipſa eleemoſyna eſt

utilior multo danti,q̃ iam recipienti. Recipientem.n. utcũq; conſeruat,in uita naturæ,pro quãto eum ad tp̃s ſuſtẽtat,ſed dantem conſeruat in uita gratiæ, q̃nque uſque in finẽ vitę.

Poſſumus ẽt hanc conſeruationem referre ad proſperitatem tp̃ale,in qua plerunque cõſeruat dominus hoĩes pios, & largos ad pauperes,quia,ut hr̃ Prou.28. Qui dat pauperi, nõ indigebit. Nam cõiter dominus multiplicat eius bona tẽporalia,adeo copioſè,ut habeat ſufficienter pro ſe, & ut tribuat neceſſitatem patienti.

Iſtud cõnfirmatur auctoritate,rõne,figura , ſimilitudine, exemplo. Primò quidem auctoritate Salomonis Prou.11. dicentis. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. Vnde Augu. Homil.39. loquens homini quo ad pauperes,dicit ſic. Veniet tibi pluuia,antequã roges. Deſcendet vbertas de nocte,dum iacebis in lecto, & fructus te neſciente effundentur. Secundò rõne,ſic. Deus eſt pronior ad miſerandum , & potentior ad retribuendum,quàm homines,ſed ſic eſt, ꝙ hoĩes liberales libenter retribuunt etiam in duplo,aut ultra , ſi quid illis gratis ab aliquo paupere tributum fuerit. Igitur à fortiori hoc faciet Deus in caſu ſimili. Tertiò probatur idem intentum per figuram de muliere uidua,de qua legitur.3.Re.17. ꝙ poſtquam pauit Heliam,oleum eius non defecit,nec ſimiliter farina ſua,quouſque miſit dominus abũdãtiã bonorũ ſuper terram. Quartò probatur idem per ſimilitudinem,q̃ ponit Ambr.ſer.82.de frumento,qđ ſeminatur in terra , & ꝙ reſurgit cum multiplici fructo. Ita etiã,inquit,dum eleemoſyna indigenti tribuitur,cum multo fœnore in poſterum reſtituetur. Quinto idem probatur multiplici exemplo.

Primum igitur exẽpłum eſt illud,quod refert Petrus Damianus in quodam ſer.de quodam epiſcopo,qui cum ualde ſitiret,præcepit pincernę ſuo,ut uinum illi afferret. Qđ cũ feciſſet,mox affuit pauper,qui cum omni inſtantia petijt poculum ſibi dari: Cum ergo epiſcopus totum ſibi dediſſet,prę cepit pincernę,vt rediret,& vinum ſibi afferret. Cumque ille reſponderet nihil omnino in uaſe reliquiſſe,nec in illo loco aliud uinum reperiri poſſe,tandem uictus imperio epiſcopi redijt ad uas. Ecce mox ipſum reperit plenum uino.

Secundum exemplum eſt illud,quod refert idem Petrus in eodem ſer.de quodam Abbate ualde cupiẽte guſtare, ſeu edere

ędere de præda,ſeu l: mprcca.Cũ ergo famulus eius præ diĉ paruam comparaſſet multo precio,uidelicet.20·ſo.Pariſienſiũm,eam parari iuſſit.Qua ad eſum totaliter parata, ecce affuit pauper ad ianuam petens illud ſibi dari, quod paratum erat Domino Abbati. Cunque hoc denunciatum illi fuiſſet,iuſſit totum piſcem ſibi dari.Quo facto, pauper cum piſce in ſublime ſe extulit,& cœlum cunctis uidentibus intrauit.Per q; liquidè patet,inquit,ipſe Petrus Damianus,q. quod indigentibus datur,Deo tranſmittitur, & quod in ſinum pauperum occultamus,in cœlo reponimus.

Tertium exemplum eſt illud,quod refert idẽ Petrus,ubi ſupra,uidelicet,de quodam alio paupere, qui cum nõ haberet,niſi unum nummum in loculo,quem ad emendum aliquid,quod cum pane comederet, expenderet, geſtiebat.Interim autem uenit pauper miſericordiam poſtulans.Cui alter miſericordia motus nummum porrexit.Quo facto ad menſam reſedit ſolum panem manducans. Et ecce uir quidam ignotus feſtinus ligatus linteo in manu ſua 20.denariorum ſolidos poſuit,dicens ſibi à Domino ſuo miſſos. Cunque ille inquirere uellet,quis eſſet Dominus eius, mox diſparuit. Hæc ibi.Ex prędictis itaque exemplis liquidè apparet, q; dominus communiter conſeruat in proſperitate temporali uiros miſericordes.Et ſic patet de primo fructo eleemoſynæ.

Secundus fructus eleemoſynæ dicitur peccatorum iuſtificatio.Hic autem fructus tangitur,cum ſubditur.Et uiuificet eum,ſ.Deus hominem miſericordem uiuificet,inquam,cum per gratiam contra mortem culpæ.Et hoc eſt, quod dicitur Th.4.Eleemoſyna ab oĩ peccato,& à morte liberat. A morte,inquam culpę,& gehennę.Ex quo ergo liberat à morte culpę,conſequens eſt dicere,q; uiuificat hominem peccatorem.Hoc autem fit duobus modis. Primò quidem per hoc, quòd ille,qui dat eleemoſynam pia intentione, diſponit ſe ad gratiam,iuxta illud Chriſti uerbum Luc.11 .Date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt uobis.ſ.diſpoſitiuè.Secundò uero per hoc,q; ille qui dat eleemoſynã multis, prouocat eos ad orandum pro eo, difficile eſt autem,ut in magna multitudine non ſint aliqui iuſti,& boni, quorum preces libẽter exaudiet Dominus,etiã quas faciũt ꝓ benefactoribus ſuis,niſi forſan illi ponant obicem peccando. Vnde

Chryſ.

Chry.Homil.32.in Epiſt.ad Heb.dicit, ſic eleemoſyna amica Dei conſiſtit,& ſemper ei propinqua eſt. Pro quibuſcunque uoluerit,facilè gratiæ munus impetrat.Nota, quomodo eleemoſynæ Cornelij adhuc infidelis meruerunt de cõgruo, ut à Domino illuminaretur,& à Petro fide inſtrueretur, & tandem baptizaretur.Actum 10.

Tertius fructus eleemoſynæ dicitur bonæ famæ acquiſitio. Qui.n.ſunt pij ad pauperes,ſolent ab illis laudari, magnificati,& commẽdari.Et iſte fructus tangitur,ubi ſupra, cũ ſubditur.Et beatum eum faciet in terra,hoc eſt,dictum, qđ dominus faciet hominem elemoſynarium felicem, & famoſum in præſenti uita. Vnde Boetius de conſo.lib.2. proſa.5. dicit,qđ auaritia ſemper odioſos,largitas claros facit,i.famoſos.Et ideo poſtquam pſal. præmiſit de homine miſericordiæ,dicens.Iocundus homo,qui miſeretur,& commodat,cõſequenter ſubintulit,dicens de eodem. In memoria æterna erit iuſtus.Item de homine pio dicitur Eccle.31.quòd Eleemoſynas illius enarrabit oĩs eccleſia ſanctorum ſanctorum. Hoc autem fit cum eo mortuo ſolent uiuentes etiam poſt multos annos referre bene geſta per eum,ſicut vſque in hodiernam diem ſolent referre monaſteria diuerſorum ordinum,item hoſpitalia,& cętera pia loca quondam ædificata, & conſtructa per beatum Ludouicum Francorum regem, & ſic de alijs principibus. Ecce quomòdo etiam parit bonam famam.Econtrario autem tenacitas,& auaritia parit malam famam,ſicut ſequens exemplum declarat.

Legitur enim in vitis patrum de quodam uiro ualde diuite,ſed ad pauperes immiſericorde,quod omnes pauperes, qui eum nouerant,non poterant de eo bene loqui.Vnde ſemel accidit,quod cum multi pauperes ad Solem ſedentes referrent illos,qui eis libenter dabant ipſos laudãtes,& pro eis orantes,tandem factus eſt ſermo de prædicto diuite, qui Petrus dicebatur, de quo ſinguli dixerunt ſe nunquam ab eo eleemoſynam accepiſſe. Dixit ergo vnus ex eis. Quid dabitis mihi,ſi hodie accepero ab eo eleemoſynã.Illis ergo cum eo pactum facientibus tandem ille alijs uidentibus uenit in ſtra curiam dicti diuitis ualde importunè petens eleemoſynam,Quem cum ille diues durã,ac duris repuliſſet, nec propterea receſſiſſet,quinimmo magis,ac magis pro eleemoſy-

ea inſtaret, tandem dictus Petrus nõ inueniens in promptu baculum, aut lapidem, furore plenus arripuit vnum panem calidum de furno, & ipſum proiecit ad caput pauperis, quẽ ille lęto animo accipiens detulit ad ſoc.os ſuos, dicens. Ego lucratus ſum. Ecce quomodo tenacitas parit malam famã,

Quartus fructus eleemoſynę dr̃ à malignis ſpiritibus p̃ſeruatio, & iſte fructus tangitur, cum ſubditur. Et nõ tradat eum, ideſt, tradi non permittat. ſ. Deum hominem ipſum ad pauperes animam, i. in poteſtatem, aut uoluntatem inimicorum eius, i. dęmonum, qui ſunt inimici, & aduerſarij oĩs hominis bene agere volentis. Pro quo notandum, ꝙ dñs protegit, tuetur, & defendit hoĩem ad pauperes miſericordem contra inimicos ſuos dęmones in triplici ſtatu, ſ. in uita, in morte, poſt mortem. Primò quidem in vita, nã ſicut canes, & malas beſtias repellimus, & longè à nobis facimus proijciendo lapides, & contra eos, ſic etiam porrigendo eleemoſynam pauperi repellimus dæmones à nobis. Secundò in morte. Vnde dicit Amb. de officijs. Non, inquit, memini me legiſſe, audiſſe, uel uidiſſe mala morte mortuum, qui opera miſericordiæ libenter exercuit. Et de hoc refert notabilem hiſtoriam beatus Grego. in ſuo dialo. lib. 4. de quodam languido, qui oĩa, quæ habere poterat, diſtribuebat alijs pauperibus, cum tamen ipſe pauper eſſet, & in communi hoſpitali dum alijs ægrotaret. Hic ergo in fine dierum dulciſſimos cantus Angelorum audiuit, & cum tali ſymphonia de corpore ſpiritus eius feliciter exiuit. Legitur etiã de beata Martha Chriſti hoſpita, quòd ipſe Chriſtus venit ad obitũ eius. Tertiò poſt mortem. Vnde in uitis patrum legitur, quòd beatus Ioannes eleemoſynarius Patriarcha Alexandrinus de ſeipſo loquens, dicit, quòd cum eſſet annorum viginti quinque, vidit in ſomnis quandam puellam, cuius ſpecies ſupra ſolem ſplendebat, ornatam ſupra omnem humanum ſenſum, cum corona de ramis oliuarum ſupra caput ſuum, quæ ſtetit ante lectum ſuum, ſuper quo expergefactus interrogauit, quę nam eſſet, & quomodo cubile ſuum ingredi auſa fuiſſet. Cui illa. Ego ſum prima filiarum regis æterni. Si me poſſides amicam, ego ducam te ante cõſpectum Imperatoris. Nemo enim habet apud eum talem poteſtatẽ, qualẽ ego habeo. Quo dicto diſparuit. Hic

autem

autem excitatus,& in ſe reuerſus intellexit uiſionem, & q̃ puella illa pulcherrima, q̃ ei apparuerat,eſſet domina elee-moſyna.Ecce quõ eleemoſyna defendit hoĩem,ne tandẽ tra dat in manus inimicorum ſuorũ dęmonum, ſed facit eum aſcendere in cœlum. Propter qđ dicit Saluator Lu.16.Fa-cite vos, ſup.diuites huius ſæculi uobis amicos de Mãmona iniquitatis,vt cum defeceritis,recipiant,&c.Item,q̃ eleemo ſyna protegat hoĩem poſt mortem contra dęmones,ſequẽs inſinuat hiſtoria.Legitur.n.in chronicis Regum Franciæ,q̃ Rex Dagobertus fecit conſtrui tres inſignes eccleſias, vide-licet, S.Dioniſij in Francia, B.Martini Turonis, & B.Mau-ricij Andegauis.Cumque dęmones vellent rapere animam eius de corpore per mortem eũtem,affuerunt prędicti tres Religioſi ſancti, qui cum lapidibus eiecerunt oẽm illorum dęmonum multitudinẽ. Bene ergo dicitur Tho.12.q̃ elee-moſyna à morte liberat,purgat peccata, & vitam æternam inuenire facit.

Quintus fructus eleemoſynæ dicitur corporalis ſanatio. Iſte autem fructus tangit,cũ ſubdit,vbi ſupra.Dominus opẽ ferat illi,ſ.viro miſericordiæ ſuper lectũ doloris eius. Multi enim de graui ęgritudine cõualuerunt medio eleemoſyna-rum,quas hincinde piè diſtribui fecerũt.Nõ ergo eleemo-ſyna ſolũ liberat à morte ſpirituali,aut æternali : verumẽt interdum à corporali. Nõ tamẽ ſemper,q̃a hoc nõ expedit ſaluti animæ. Aliàs.n.viri miſericordes nunquam morerentur,& per conſequens cœlo priuarentur.Ex quo ergo elee moſyna eſt tam fructuoſa,& utilis homini eam faciẽti, val-de fatui ſunt diuites huius ſæculi , qui eleemoſynas facere recuſant,quouſq; mors inuaſerit eos. Horum itaq; fatuitas declaratur per ſequens exẽplum. Legitur in Summa Prædi cãtium tit.de eleemoſyna,q̃ fuit quidã dñs fatuũ habẽs in domo ſua pro ſolatio ſuo, cui dedit baculum,qui claua dr. Gall.maſſe, dans ſibi licentiam , q̃ daret dictum baculum ſtultiori,quẽ inueniret. Poſt hęc accidit,q̃ ille dominus ad mortẽ infirmatus,& qui quandiu vixerat, nihil pro aĩa ſua dare uoluerat, omnia bona ſua poſuit in uoluntate execu-torũ ſuorũ,& amicorum.Famuli igitur intrantes,& exeun-tes loquebanẽ inter ſe dicẽtes,q̃ dominus eorũ eſſet in bre ui deceſſurus.Stultus ergo hęc audiens currit,vt videret,ſi

dominus

dominus ſuus diſponeret ſe ad recedendum, & ſimiliter ſi equi ſolito parantur, vel victualia in curribus præmitterentur,& ſimilia. Nihil ergo tale videns uenit ad dñm ſuum, & cœpit eum interrogare di. Dñe recedis tu. Ita, inquit. At ille. Et qñ redibis, Cui dñs. Neſcio. Iterum fatuus, ſi poſt menſem. Non inquit. Si poſt duos menſes, aut annum. Finaliter dñs reſpondit, ꝙ nunquam. Tunc ait Fatuus: Tibi ergo tanquam ſtultiori, quàm vnquam inueni, baculum meũ trado, quia non eſt aliquis dñs, qui debeat modico tpe eſſe extra, qui aliquid non permittat pro prandio ſuo. Et hoc etiam tu ipſe obſeruare ſolebas. Ego etiã exiturus cogito, ubi recipi, & comedere potero, vel aliquid mecum accipio. Tibi ergo, tanquam omnibus hominibus ſtultiori clauam meã trado, quia hoc etiam mihi iuſſiſti. Ad hæc igitur verba tactus intrinſecus diues multa pauperibus diſtribuit pro animę ſuæ ſalute. Audiant ergo diuites Chriſtum in Euangelio illis dicentẽ, Theſaurizate vobis theſauros in cęlo. Ma. 6. Nã ſi ſic fecerint, tandẽ inueniẽt bonũ prandiũ illis paratũ in cęlis.

DE SATISFACTIONE PER IEIVNIVM. *Cap.* III.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cęli, & terræ*, Matth 11.

Poſtquam in pręcedenti capitulo habitum eſt de ſatisfactione, quę fit per eleemoſynã, hic cõſequenter tractandum eſt de illa, quæ fit per ieiunium. Pro quo notandũ, ꝙ hmõi ſatisfactio per ieiunium ad quatuor ualet, quæ tangunt in perfectione de ieiunio, cum oratur Deus in hũc modum. Domine ſancte, Pater omnipotens, æternę Deus, qui corporali ieiunio.

Vitia comprimis,	Mentem eleuas,
Virtutem largiris,	Et pręmia.

Primò igitur corporale ieiunium vitia comprimit. Et iſtud pręcipuè habet verũ de vitijs carnalibus, contra quæ ſpecialiter ordinatur ieiuniũ, ꝙ ergo ieiuniũ corporale uitia carnalia cõprimat, poſſumus ꝓbare his modis, videlicet

Auctoritate,	Ratione,	Exemplo,
Similitudine,	Figura.	

Primò quidem auctoritate pſal.dicens. Humiliabā in ieiunio animam meam.i. mortificabam in ieiunio ſenſualitatem meam à concupiſcentijs malis.Item Apoſt.2.Cor.6.dicit ſic.In ieiunijs,in caſtitate exhibeamus noſmetipſos,ſicut Dei miniſtros.Et nota,ꝙ pręmittit ieiunium caſtitati,eò ꝙ per ieiunium caſtitas conſeruatur. Nam, ut dicit Hiero. 1. par.epiſtolarum ſuarum,epiſt.6.c.3. Sine Cerere,& Baccho friget Venus,ideſt,per abſtinentiam cibi, & potus friget luxuria.Et idem dicit Terentius.

Secundò idem probatur tali ratione. Vitia carnalia plerumq; ortum habent ab ingluuie,& gula,ſicut patet de Adam,qui quandiu abſtinens fuit,uirgo permanſit,nec tunc ſtimulos carnis ſuæ ſenſit. Poſtquam verò de fructu vetito comedit,ſtatim expertus eſt carnis rebellionem,quia ut dicit Augu.ad fratres in eremo.ſer.33.Modò ſic eſt,ꝙ ieiuniū moderatur,& reprimit ingluuiem. Conſequens eſt ergo dicere,quòd comprimit,& reſtringit carnalia uitia.

Tertiò probatur idem intentum per figuram.Legitur.n. Ge.21. ꝙ Iſmael filius Agar affligebat Iſaac filium Sarę veræ ſpōſæ Abrahę.Quam iniuriā ipſa Sarra moleſtè ferens, cepta poteſtate ab Abraham viro ſuo, afflixit matrem,& filium pane,& aqua.ſ.Agar,& Iſmaelem,repellens vtrūque à ſe.Demum Agar afflicta ex parcitate cibi,& potus redijt tota humilis,& obediens ad dominam ſuam.Vbi ad propoſitum per Saram intelligitur anima deuota. Agar verò carnem deſignat humanam,cuius filius eſt carnalis motus,hęc igitur Agar unà cum filio ſuo inſurgit in dominam ſuam, quoties caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Summum igitur remedium ad humiliandum matrem cum filio,ne ulterius notabiliter inſurgat contra dominam ſuam,eſt affligere eam per parcitatem cibi,& potus,hoc eſt, per ieiunium, & abſtinentiam. Quod ubi factum fuerit, tunc caro contra ſpiritum inſurgere non audebit. Ecce ergo,quomodo ieiunium uitia carnalia comprimit.

Quarto idem probatur per ſimilitudinē indomiti equi. Solet enim equus abundanter paſtus rebellis effici domino ſuo,ita,ut quandoque eum præcipitet in terram.Qđ attendens dominus eius ipſum domat per ſubtractionem pabuli. Ita in propoſito corpus humanum,bene paſtum,& deli-

catè nutritum ſolet inſurgere contra ſpiritum. Et ideo neceſſe eſt ipſum domare per ieiunium,& abſtinentiam. Ecce, quomodo ieiunium uitia comprimit.

Quintò probatur idem intentum tali exemplo.Refert.n. beatus Aug.ſcribens ad beatum Cyrillum Hiero. epiſcopũ, epiſt.205.de obitu beati Hiero.ꝙ ipſe Hie.ut uitia carnis in ſe comprimeret,crebra ieiunia faciebat.Nam quinquaginta annis,non niſi ſemel in die fructibus, aut herbarum folijs ſiue radicibus paſcebatur. Vinum,aut ſiceram nullo modo guſtabat.Inſuper ab omni eſu carnium,aut piſcum ita ſe abſtinebat,ꝙ uix ea nominare uolebat.Coctum quid non, niſi in ultima ægritudine bis comedit.Cilicino ſacco, carnem ueluti Aethiopis macerans deſuper panno uiliſſimo ſe tegebat.Stratum alium,non niſi terra nunquam ſciuit. Sed cur hæc omnia.Profectò non niſi,ut carnem ſpiritui ſubijceret, atque uitia illius,quantum patitur humana fragilitas,cũ dei adiutorio comprimere.Et ſic patet de primo.

Secundo corporale ieiunium mentem eleuat,ſup.ad ſuperna,& cœleſtia. Nam homo ieiunus eſt magis liber à fumoſitatibus cerebri,& per conſequens magis diſpoſitus ad cõtẽplandũ cęleſtia,quã ille,qui eſt repletus cibis, & potib.Vnde in ſignum huius legitur de Daniele,ꝙ poſt ieiuniũ trium hebdomadrum accepit eleuationem mentis à Deo ad diuina contemplanda Danielis 10.Legitur ẽt Eſa.34.quod Moyſes fuit cum dño in monte 40. diebus. & 40.noctibus non manducans,neque bibens.Ex qua hiſtoria patet, quòd ieiunium eſt optima diſpoſitio ad capiendas reuelationes diuinas.Et hoc eſt,quod ait Iſid. de ſummo bono libro.2. c.44.dicens,quòd per ieiunium occulta miſteriorum cœleſtium reuelantur,& archana diuini ſacramenti panduntur. Et ibi dat exemplum de Daniele,de quo iam dictum eſt.

Sed inſtant multi dicentes,quòd minimũ bonum, qđ põt ab homine fieri inter opera ſatiſfactoria eſt ieiunium,quòd melius eſt dare unũ denariũ,ꝙ̃ ieiunare per diẽ integrũ.Reſponſio,eſt ita,ꝙ melius ſit eleemoſynã facere,aut orare,ꝙ̃ ieiunare,non tamẽ ſemper poſitum eſt in arbitrio hominis eligere,qđ illorum uoluerit,& maximè ubi ieiuniũ eſt de ꝑcepto eccleſię,ſiue in pęnitẽtię ſacro à ſacerdote impoſitũ,aut voto cõtẽtũ. Bonũ.n.eſt illa duo facere,ſed nõ oportet ꝓpea

iſtud omittere, & præſertim in tribus caſibus prædictis. Alij autem fortius inſtant dicentes, ꝙ per ieiunium corpus nimium debilitatur. Hæc excuſatio locum habet in agricolis, operarijs, & ſimilibus, qui in ſudore corporis ſui comparant ſibi vitæ neceſſaria. Non autem habet locum in clericis, aut religioſis, niſi forſan debilitatio eſſet nimia. Vnde Hieron. prima par. epiſtolarum ſuarum epiſt. 6. c. 38. Quid, inquit, neceſſe eſt viro ſapienti, & philoſopho Chriſti tantam habere fortitudinem, quæ Athletis, & militibus eſt neceſſaria, quam cum habuerit prouocetur. Hæc ille. Studeant ergo Chriſtiani, & pręcipuè clerici, & religioſi debitũ Deo offerre ieiunium, vt ſic faciliùs poſſint contemplari cęleſtia. Et ſic patet de ſecundo.

Tertiò corporali ieiunium virtutem largitur, Sed quam virtutem largitur. Profectò multiplicem. Primò quidem virtutem caſtitatis. Per ieiunium enim ſubtrahuntur cibi, & potus ab humano corpore, ſaltem à tanto, quę duo ſunt fomenta libidinis. Propterea dicit Augu. ad fratres in ere. ſer. 25. qui intitulatur de ieiunio, quòd Eua quandiu abſtinuit, virgo fuit, & in paradiſo permanſit. Sed dum ieiunium uiolauit, in miſeriam corruit, libidinis corruptionem perſenſit, & de paradiſo expulſa fuit. Hæc ille.

Secundò ieiunium ſurgitur virtutem ſuperationis. Nam per ieiunium ſuperamus diabolum, & omnia tentamenta illius, ita, vt dicat Aug. ad fratres in eremo. ſerm. 23. ꝙ per ieiunium proſternuntur vitia, humiliatur caro, & diabolicæ deuincuntur virtutes. Et ad hoc propoſitũ facit ſimilitudo de ſerpente, quam ponit Amb. in exam. lib. 6. c. 4. dicens ꝙ ſi ſerpens guſtauerit ſputum hominis ieiuni, moritur. Deinde ſubdit. Vides, quanta ſi uis ieiunij, vt ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & meritò ſpiritualem. Hæc ille. Vnde in figura huius legitur 1. Regum 7. quòd filij Iſrael ieiunauerunt, & poſtmodum in prælio contra Philiſteos pręualuerunt, qui prius ab eis uicti fuerant. Applicatio eſt facilis.

Tertiò ieiunium largiť virtutem iuſtificationis. Vnde Au. vbi ſupra. O ſacrum ieiunium tu virtutes incitas, vt reſurgantur, eum illuminas, & ſanas, vt uiuat. O ieiunium, tu ſuaue es bonis, tu odibile es malis, tu delectabile es ſanctis, tu

deteſtabile es prauis, ꝙ autem ieiunium habeat uirtutem iu ſtificatiuam, patet per Niniuitas, qui cum prius eſſent tam ſceleroſi, vt dominus cōminaret illis ſubuerſionē ciuitatis ſuę in breui fiendam, poſtmodum triduo ieiunio ſe afflixerūt & dominus miſertus eſt eis corporaliter, & ſpiritualiter. Ionæ, 3. Itē legit 4. Re. 21. de ſuperbiſſimo rege Achab, ꝙ cū poſt mortē Naboth audiſſet cōminationē ſibi factā ꝑ Helyā ex parte domini, operuit cilicio carnē ſuā, & ieiunauit, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Propter quod Deus tēperauit ſētētiā, & pœnam ſibi cōminatā. Patet, ergo quomodo ieiunium largitur triplicē uirtutem.

Vel dic, ꝙ Deus corporali ieiunio debitè facto largitur uirtutē. i. uirtutis augumentum. Eſt, n. cōe prouerbiū. Quod perditur in uno, recuperatur in alio, quia ergo per ieiuniū maceratur, & debilitat caro, ideo inde impugnat aīa gratia virtute, & merito, ita ut de ieiunio poſſit dici illud pſ. Hūc ſ. corporalem ſenſum humiliat, & hunc. ſ. ſpiritum exaltat. Valde ergo fatui ſunt, qui timent ieiunare, ne caro debilitetur non attendentes, ꝙ per hoc ſpiritus in uirtute, & merito corroboretur, fortificetur, & exultetur.

Quartò corporale ieiunium debitè factum largitur præmia, unum quidem in pręſenti. ſ. corporalem ſoſpitatem, aliud, uerò in futuro, uidelicet, cœleſtem gloriam.

Primò igitur ieiunium largit pręmium, unū in pręſēti: quod eſt corporalis ſoſpitas. Propter qđ dicit Gre. in quadā collecta quadrageſimali, qđ ieiunium corporib. aīabuſq; curandis ſalubriter inſtitutū eſt, eo, ſ. ꝙ per defectum noui cibi calor naturalis agit incorruptos humores, quos digerit, & conſumit. Ex quo patet, ꝙ abſtinentia mater eſt ſanitatis, ęgritudinis verò mater eſt uoluptas, quia ſicut dicit Chryſo. & recitatur in decrē. de conſe. diſtinct. 5. nihil. Fames curat morbos, quos gula infert. Propterea Hiero. 1. par. epiſt. ſiarum epi. 6. c. 37. & ſimiliter recitatur ubi ſupra. c. ne tales, al legās ſniam Hypocratis ſummi medici in Aphoriſmis dicit. craſſa, & obeſa corpora, quę creſcēdi menſurā impleuerūt, niſi citò ſanguinis ablatione minuantur, in paralyſim, & peſſima morborū genera erūpere. Et poſt pauca, vnde Galenus uir doctiſſimus interpres Hypocratis. Athiletas, quorū uita & ars ſagina eſt, dicit in exhortatione medicinę, nec uiuere

poſſe diu, nec ſanos eſſe, animaſq; ita nimio ſanguine, & adipibus, quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cęleſte, ſed ſemper de carnibus, & ructu, & uentis ingluuie cogitare. Hæc ille. Item idem ubi ſupra. c. 38. dicit. Legimus quoſdam morbo articulari, & podagrę humoribus laborantes proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe. Et breuiter, ut dicit Chryſ. ſuper Io. homi 21. Vilis, & tenuis, atque ſimplex mēſa bonę ualitudinis mater eſt. Ecce, q̃uo ieiunium, & diſcreta abſtinentia largitur præmium in pręſenti, quod eſt corporalis ſoſpitas.

Secundò ieiuniū largitur aliud prēmiū in futuro, ꝙ eſt cęleſtis gloria. In cuius rei ſignū Moiſes poſt ieiuniū, cū Deo facie ad faciem locutus eſt, qui ante ieiunium Deū, nec videre, nec ad eū accedere auſus fuerat, ut dicit Au. ad fra. in ere. ſer. 53. dicit ēt Amb. de Helia, & ieiunio. c. 4. ꝙ gula regnantem de paradiſo expulit, abſtinentia aūt errantē ad paradiſum reuocauit. Quandoque enim contingit, ꝙ hereditatē, quā pater uendidit guloſe, filius parcè uiuēdo redimat, & retrahat, ſeu recuperet. Sic in propoſito pater noſter Adam ꝑ guloſitatem ſuam perdidit paradiſum terreſtrē, pariter, & celeſtē. Sed ſi uolumus nos, qui ſumus eius filij abſtinēter viuere, & mandata patris cęleſtis perficere, indubiè recuperabimus dictam cęleſtem hæreditatem. Et huius conſideratio debet ſommopere nos ad carnis macerationem excitare, & allicere. Et breuiter, ut dicit Amb. vbi ſupra. c. 3. Ieiunium eſt refectio animę, cibus mentis, uita Angelorum. Ieiunium eſt mors culpę, excidium delictorum, ſalutis remedium, radix gratię, fundamentum caſtitatis, hoc enim gradu citius ad Deum peruenitur. Quod nobis concedat, &c.

DE SATISFACTIONE PER ORATIONEM. Cap. IIII.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ.*] Matth. 11.

Poſtquam in præcedenti capitulo habitum eſt de ſatisfactione, quę fit per ieiunium, hic conſequenter agendum eſt de illa, quę fit per deuotā orationem. Et ſi dicat. ꝙ ſatisfactio debet fieri per opera pęnoſa, orans aūt nullā pęnam vř

habe-

habere,ex quo poteſt concludi,ꝙ oratio nõ ſit pars ſatisfactionis.Reſpondetur,quod etiã in orõne eſt labor. Nã uires inferiores,quæ ſubſeruiunt uiribus ſuperiorib.debilitantur in oratione,ut dictũ eſt in pcedenti.Ideo cõuenienter aſſignaẽ orõ pars ſatisfactionis.De ipſa ergo orõne,pariter, & de orõnib.pñt moueri aliquę breues,& faciles qõnes,q̃ ſunt

Quis, Quid, Vbi,

Pro quibus, Quando, Cur, Quomodo.

Primò igitur quæriẽ, quis ſit idoneus miniſter orationis. Reſpondetur,q̃d homo iuſtus.Nam de oratione peccatorũ, & ſignanter in peccatis perſeuerare uolentium,loquens dominus Eſa.1.dicit ſic.Cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiã.Cuius rationem aſſignat,cum ſubiungit.Manus veſtræ ſanguine glo.interl.peccato plenæ ſunt.A quo quidem ſanguine petebat ablui,& liberari.pſ.poſt commiſſum adulterium cum Berſabeæ,& homicidium contra Vriam,dicens. Libera me de ſanguinibus Deus,Deus ſalutis meę, ideſt de peccatis prędictis,in ſpeciali,de quibuſcunque a ijs in generali.Oſeæ,4.Sanguis ſanguinem tetigit.i.peccatum peccato additum eſt.Legitur etiam Ioan.9.ꝙ cæco à Chriſto interius,ſicut exterius illuminatus,dixerũt Iudæi,q̃d Deus peccatores non audit.Sed qui Dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit,mandata eius obſeruando,hunc exaudit. Propterea dicebat.pſ.iniquitatẽ,ſi in corde meo nõ exaudiet dominus.Et quia iniquitatẽ nõ aſpexi in corde meo,ideo exaudiuit Deus,& attẽdit voci deprecationis meæ:dicitẽ.n. C.de veteranis.l.cum introiſſent, ꝙ indignus non debet principes. ſalutare.item eodẽ lib.1. de prec.b. imperatori porrigendis l.licet ſeruus,dicitur,ꝙ ſeruus reputatur dignus, vt preces porrigat imperatori. Ad propoſitum ꝑ indignum deſignatur quilibet in mortali peccato exiſtens,& talis nõ debet principẽ Deum,ſiue Chriſtum per orationem ſalutare,ꝙ ſi eum ſic ſalutauerit,non ꝑpea eũ iuuabit, ſimiliter per ſeruũ deſignatur peccator iuxta illud Io.8. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati.Hic ergo ſeruus nõ eſt dignus preces porrigere ſummo Imperatori Chriſto, ꝙ ergo oratio taliũ, illius non profit patet ꝑ ſimilitudinem,q̃ profit Iſid.de ſum.bono.li.5. capit.7.de medicamento, quod apponitur vulneri, in quo adhuc ferrum latet. quod quidem medicamentum patien-

ti nullo modo proficit, Applicatio eſt facilis. Qui ergo vult à domino in oratione ſua exaudiri, debet de peccato dolere, & propoſitum bonæ uitæ in ſe habere.

Secundò quęritur, quid ſit petendum in oratione. Reſpõdet, ꝙ debemus oĩa illa petere, q̃ nos docuit Chriſtus petere in orõne Dominica. Mat. 6. itẽ Lu. 9. Practica ſeptẽ pet tiones in dicta oratione contentas. Valerij.n. ſententia talis erat, ut nihil aliud peteret a dijs immortalibus, quàm ut bona tribuerẽt, maximè cum ſciant, quid unicuique utile ſit. Nos aũt id uotis petimus, ꝙ non impetraſſe melius foret. Hęc ille lib. 7. c. 2. Quę quidem ſententia, ut dicit B Tho. 2. 2. q. 83. art. 5. aliqualiter uera eſt, quantum. ſ. ad illa, q̃ malũ euentum hr̃e poſſunt, q̃bus ẽt põt hõ benè, & malè uti, cuiuſmodi ſunt diuitię, & honores huius ſęculi, & ſimilia. Sũt tamẽ q̃dã bona, quę malũ euẽtũ hr̃e nõ poſſũt, & q̃bus hõ malè uti nõ põt, cuiuſmodi sũt uirtutes, & ſimiliter illa, q̃bus beatificamur, Et talia poſſumus abſolutè petere, ſcd̃m illud pſ. Deduc me in ſemitã mandatorum tuorũ. De bonis ẽt q̃bus beatificamur, loquit̃ idem pſ dicens. Oſtende nobis domine faciem tuam, & ſalui erimus. Itẽ alibi. Vnã petij à domino, hãc requirã, ut inhabitẽ in domo domini oĩbus d. v. meæ. ad idẽ ẽt propoſitũ facit, qd̃ dicit Au. de uerbis Dñi. ſer. 53. Cũ inquit, petitis tpalia, cum mõ petite, cum timore petite. Illi committite, vt ſi proſint det, ſi ſcit obeſſe, nõ det. Quid aũt proſit. & quid obſit, nouit medicus, non ægrotus. Cũ uerò à Deo petitis ea, q̃ laudat, & quæ pręcepit, & quę in futuro ſęculo promittit, ſecuri petite. Illa.n Deo proprio conceduntur Hęc ille. Ille ẽt dicit ſuper pſal. 53. Item Chryſ. ſuper Mat. in opere imperfecto Homi. 32. exponens illud Mat. 10. Dic, ut ſedeant hi duo, &c. dicit ſic. Non illud à Deo petamus, qd̃ nos bonum eſſe indicamus, ſed orantes in poteſtate Dei ponamus, ut illud nobis concedat, qd̃ ipſe nobis expedire cognoſcit. Similiter Amb. ſuper beati imma culati. ſer. 19. Exponẽdo illum uerſum. Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine, dicit ſic. Tu cũ oras, ora quę diuina ſunt, nõ quæ caduca. Noli orare pro pecunia, quia ęrugo eſt. Noli orare pro poſſeſſione, quia terra eſt. Iſta oratio ad Deum nõ peruenit. Non enim audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit eſſe beneficijs, ſed audit uiam uocem plenã.

gratiæ,

gratiæ,& deuotionis.Hęc ille.Et ſic patet de ſecũdo dubio.
Tertiò quæritur,ubi ſit orandum.Reſpõdet,ꝙ in oĩ loco abſolutè,quia non eſt locus,in quo nõ ſit Dominus.Conuenientius tamẽ orãdũ eſt in eccleſia,& hoc ꝑꝑ multa. Primò q̃dẽ ꝑꝑ ſcripturæ admonitionẽ.p. Introite portas eius.ſ.eccleſiæ materialis in confeſſione,ſupple,diuinæ laudis.Item alibi.In eccleſijs benedicite Domino.Item alibi laus eius.ſ. Dei,in eccleſia sãctorũ.Itẽ alibi. Adorabo ad templum ſanctum tuum,& confitebor nomini tuo.Vnde in huius rei ſignum eccleſia interdum uocatur oratorium.ſ.ab orando. Secundò uero propter petitionum faciliorem exauditionẽ. Vnde legitur.3.Reg.8.ꝙ poſt conſumationem templi,& dedicationem illius illic ingreſſus Salomon orauit Dominũ, dicẽs.Audi Domine hymnũ,& orationẽ,quam ſeruus tuus orat coram te hodie,ut ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die,ac nocte.Et poſt pauca.Quicunque orauerit in loco iſto,exaudies in loco habitationes tuę in cælo. Tertiò ꝑꝑ ſanctorum Angelorum aſſiſtentiam. Dicit.n.Chryſ.Homi.15.in Epi.ad Heb.quòd Angeli Dei præſentes ſunt ubique,tamẽ maximè in domo Dei aſtant regi,& illic oĩa dona ſunt illis incorporeis uirtutibus.Hæc ille. Nam ibi recolligunt uota,preces,& lachrymas illic orãtium,& eas deferunt in cęlum corã Domino,ſcd̃m quod dicit Angelus Raphael ad Thobiã ſeniorẽ.Quãdo,orabas,inquit,cũ lachrymis,ego obtuli orationẽ tuam coram domino. Th.12. Dicit etiã pſ. ꝙ in eccleſia præueniunt principes,ſancti Angeli coniuncti ꝓ ſallentibus.Quartò,& ultimò propter malignorum ſpirituum abſentiam.Ipſi enim dęmones,qui nituntur impedire orationes hominum deuotorum,non tam facile hoc agunt intra locum ſacrum,ſicut extra,eò ꝙ illis eſt terribilis locus ſacer,ut in figura dictũ eſt Gen.28.Et de hoc hr hiſtoria in dialogo.Gre.li.3.de dęmone,qui in ſpecie porci egreſſus eſt eccleſiam,cum dedicaretur,& hoc præſente eodem Greg.ſicut ipſemet ibidem affirmat.Patet,ergo quòd eccleſia eſt locus ualde congruus ad porrigendum orationes, & preces Domino. Quod etiam confirmauit Chriſtus. Matt.21.allegando antiquam ſcripturam, uidelicet Eſa.56.dicens. Domus mea domus orationis uocabitur.Cuius contrariũ agunt multi eccleſiaſtici,qui cum multis euagationibus, & diſtra-

ctionibus ſoluunt officium diuinum nunc ad ignem,ſiue ſtationes,nunc lecto,nunc in uico,nunc in horto.& huiuſmodi cum tamē de facili poſſent ad eccleſiā declinare,& illud ibidē deuotè perſoluere.Secus autē de inualidis,& ęgrotis.Talibus.n.ſufficit ſoluere dictū officiū.prout ſciūt, & poſſunt.

Vnde refert Poſſidonius de B.Aug.q̄ cum pr ę ſenectute in lecto iacens dominū oraret, affuit diabolus ad ceruical eius qui dixit ei.Aug.orationes tuę ſūt multū calidę.Ad quē uir ſanctus intrepidus ait.Si ſunt nimium calidę,ſuffla eas, ad quod uerbum dęmon obmutuit.

Quartò quæritur,pro quibus orandus eſt Deus, Reſpondetur,q̄ primò debemus orare pro nobiſipſis,eo q̄ charitas incipit à ſeipſo.Vnde in Prouerb.dicitur, q̄ ille eſt ualde fatuus qui ſeipſum negligit.Et hoc eſt cōtra multos eccleſiaſticos,qui nunquam,aut rarò celebrant ad intentioné propriam,ſed tantū pro illis,qui eos ad hoc inuitant,quaſi magis curantes de aliena ſalute,quàm de propria.Poſt modum autem quaſi ſecundariò debemus orare pro alijs.

Notandum eſt ergo,quòd debemus orare pro tribus differentijs hominum,uidelicet.

Pro nobiſipſis, Pro proximis, pro incarceratis.

Primò igitur debemus orare pro nobiſipſis petentes à domino,quæ decet illum dare,& nos congruit accipere,ut puta,ſi mali ſimus.qđ dignetur nos iuſtificare. Quòd ſi iuſti,dignetur iuſtitiam noſtram conſeruare,& augere.Item, quòd dignetur nos in præſenti punire, ne nos contingat ad ſupplicia alterius ſęculi deſcendere.Item, qđ tandem dignetur nos in ſuum regnum cęleſte recipere Et de hac materia prolixè tractaui in ſpeculo ſuper ſeptem Pſal.Pęnitentiales in pluribus locis,unde in tabula eiuſdem libri.Illa autem,quæ adorando debemus petere à domino tangunt in Letanijs sā ctorū,cū oramus dicentes.Propitius eſto,parce nobis domine.A damnatione perpetua,libera nos domine.

A ſubitanea,& improuiſa morte,libera nos domine.

Ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis,libera.

Ab infeſtationibus dęmones,& quę ſequuntur.

Secundò debemus orare pro proximis noſtris adhuc in hac mortali uita nobiſcum uiuentibus,ut ſi ſint in peccato dignetur eos inde liberare. Et quamuis oratio, quæ fit pro

obſtinatis, aut reprobis non poſsit illis prodeſſe ad uitam æternam, nihilominus, quia incerti ſumus, qui ſunt tales, & qui non, ideo pro omnibus orare debemus. Si uerò ſunt extra peccatum, adhuc orandum eſt pro illis, ut ſaltem det eis dominus gratiā perſeuerandi in bono uſque in finē. Nā ſic nobis præcepit vniuerſaliter Iacobus pro bonis, & malis orare dicens. Orate pro inuicem, ut ſaluemini Iac. 5. Item Aug. ad fratres in eremo, ſer. 13. Orando, inquit, petere debemus pro bene, & male uiuentibus, vt bonus perſeueret, & malus conuertatur. Et breuiter, ut dicit Ambr. libr 1. Cain, & Abel, cap 9. Orandum eſt pro toto corpore, & pro omnibus membris matris tuæ eccleſiæ. Si enim pro te roges tantum, nullus pro te orabit. Si uerò pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt. Hæc ille. Et notāter dictum eſt, ꝙ debemus orare ꝓ proximis noſtris adhuc in hac uita detegentibus, quia non eſt orandū pro beatis, nec pro damnatis, quia, vt dicit Aug. vbi ſup. Qui orat pro martyre, iniuriam facit martyri, & qui orat pro damnato, nullatenus impetrabit Hæc ille.

Tertiò debemus orare pro incarceratis, ideſt, pro pijs animabus in purgatorio exiſtentibus, quia, vt habetur Machab. 12. Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur, & nota, ꝙ dicit à peccatis. i. à pœna debita pro peccatis, vel à peccatis, ſup. uenialibus, quę etiam, quo ad culpam poſſunt remitti in purgatorio. Vnde in decr. 13. q. 2 animæ defunctorū à pœnis purgatorij, vnus autem illorum modorum vocatur preces ſanctorum, ideſt, iuſtorum, ad quod etiam faciendum nos admonet Aug. ad fratres in eremo, ſer. 44. qui intitulatᷣ de pietate, ita dicens. Ora pro defunctis, vt dū fuerint in ęterna vita, pro te orare nō negligant, & poſt pauca. Clamant quotidie, qui iacēt in tormentis, & pauci ſunt, qui illis reſpondeant. Vlulant, & non eſt, qui conſoletur eos. O quàm grandis inhumanitas. Ecce enim infirmus iacet, & clamat, & à medicis cōſolatur. Clamat porcus, & omnes cum eo clamare non ceſſant. Cadit aſinus, & omnes eum ſubleuare feſtinant. Clamat autem in tormentis fidelis, & non eſt, qui reſpondeat. Ecce ueſtra inhumanitas fratres. Hæc ille. Patet ergo, pro quibus orandus eſt Deus.

Quintò quæritur, qñ orandum. Reſpondetur, ꝙ oē tempus eſt propitium orationi, dummodo, qui habet orare, ſit diſpoſitus. Vnde & Apoſtolus 1. Theſſ. 5. ad hoc nos admonet, dicens. Sine intermiſſione orate. Super quo dicit gloſſ. ord. quòd iuſtus nunquam deſinit orare, niſi deſinat iuſtus eſſe. Semper. n. orat, qui ſemper bene agit. Nā ipſum deſiderium bonum eſt oratio apud Deum. Et ſi tale deſideriū eſt continuum, ét oratio dř continua. Et in eodem ſenſu intelligendum eſt illud Chriſti uerbum. Lu. 18. Oportet ſemper orare, & nunquam deficere. Specialius autem eccleſiaſtici debent orare dñm ſoluentes diuinum officium, ſeu horas canonicas horis determinatis ſcd̃m cōem uſum, & ritum eccleſiæ, Qui autem in priuato dicunt officium ſuum, debent, quantum poſſunt obſeruare horas, & tempora illa, quæ obſeruantur in Eccleſijs collegiatis. Licet interdum anticipare horam, aut retardare ob cauſam rōnabilem. Quo autem ab prædicta uide, ſi uis decre. dolentes, extra de cele. miſſa. Laici etiam ſpecialiter obligantur ad orationem omnī die Dominico, ſcilicet, audiendo Miſſam, ut notatur de confec. diſtin. 1. Miſſas.

Notandum eſt ergo circa hoc, ꝙ ſacra ſcriptura hortatur nos ad orationem faciendam certis temporibus, & horis ad hoc valde congruis ſecundum illud. Veſpere, & mane. & meridie narrabo, & annunciabo, ſup. Dei beneficia mihi collata, & exaudiet, ſup. Dominus uocem meam. Similiter legit̃ Dan. 6. quòd ipſe Daniel tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & apertis feneſtris domos ſuæ adorabat uerſus Hieruſalem. Veriſimile eſt autem, quòd illa tria tempora, q̃ obſeruabat Daniel adorando Dominum, erant illa tria, quæ prius expreſſit pſal. videlicet Veſpere, mane, & meridie. Et huius ratio eſt. Nā illa tria tempora magis congruunt orationi, quàm alia.

Primò quidem veſpere, i. ſero. valde cōgruit orationi, q̄a tunc debemus lachrymis compunctionis, & deuotionis abſtergere peccata, & negligentias totius diei. Mane, uerò, quia tunc facta eſt digeſtio, & ſoluti ſunt ſenſus à ſopore, & ꝑ cōſequens ſpūs ſunt magis habiles ad orandum Deum. Meridie autem, ne nimis immergamur actibus huius ſęculi, quibus tñ incumbere utique oportet, ꝑꝑ neceſſitates uitę præ-

ſentis

ſentis. Eſt, & aliud tempus ualde aptum orationi, quod obſeruabat Regius Propheta Dauid, ſcdm quod de ſeipſo loquens, ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſupple, Deo, & hoc confeſſione laudis, ſuper iudicia iuſtificationis tuę. Qđ uerbum pertractãs B. Amb. ſuper pſal. beati immaculati. ſer 8. dicit ſic. Non ſatis eſt dies ad deprecandum dñm, ſed ſurgendum eſt media nocte. Ipſe enim dñs pernoctauit in oratione, ut te ad deprecandum proprio inuitaret exemplo. Nec ocioſum eſt, quod adiunxit propheta ad confitendum tibi, hoc eſt, ut illo tempore maximè debeamus deprecari Deum, & propria deflere peccata. Multa enim in illo tempore peccata proſerpunt. Tunc feruet carnis illecebra. Tunc tentator illudit in ſomnis, animus autem occupatus eſt ſomnolentia. Tunc igitur tentator aſſiſtit, & retia iacit, quibus mentem poſſit turbare improuidam. Hęc ille. Item idem paulo ante exponẽdo illum uerſum. Memor fui nocte nominis tui dñe, dicit ſic. Ne exiſtimes totam noctem ſopori deputandam, nam tunc ibi magis orandus eſt Dominus, tunc pręſidia poſtulanda, & culpa cauẽda, quãdo vr̃ hře ſecretum, tunc maximè, quãdo tenebrę ſunt in circuito tuo & parietes te operiunt. Hęc ibi. Patet ergo, quãdo orãdus eſt Deus, ſed proh dolor, multi uigilant per noctẽ, quibus magis incũberet dormire per plures noctes, & dies ſine intermiſſione, ut ſunt multi lubrici uiri, ſimiliter crapuloſi. Itẽ ludis dediti, & ſimiles, qui interdum circa illicita, & horrenda ſcelera noctes ducunt inſomnes eneruantes corporeas vires in perditionẽ animarum ſuarum. Nec enim ſic uigilãdũ docuit Chriſtus, ſed dixit, Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem Mat. 13. Patet ergo, quãdo orandum eſt.

Sextò q̃ritur, cur orandũ eſt, maximè cũ ipſe dominus, quem oramus, melius ſciat, q̃d orare debemus ad Dominũ?

Primò quidẽ, ut impetremus, quę à Deo p̄deſtinata sũt. Nam ut dicit B. Tho. 2.2. q. 83. art. 2. non ideo oramus, ut diuinam diſpoſitionem immutemus, ſed ut id impetremus, quod Deus diſpoſuit per orationes ſanctorum eſſe implẽdũ ut ſcilicet, homines poſtulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante ſecula diſpoſuit donare, ut dicit Greg. in dialogo. ſuo libro. primo.

Secundò, vt fiduciam noſtram in eo principaliter, & tota

liter ponamus, & ad eum per orationem recurramus in omni neceſſitate, & tribu atione noſtra, tanquam in auctorem omnium bonorum. Quamuis ergo Deus ſit in dando liberaliſſimus, tamen vult à nobis frequẽter deprecari ꝑter cauſã prædictam. Interdum tamen multã nobis præſtat ex ſua immenſa liberalitate, etiam non petita.

Tertiò, ut coram eo humiliemur recognoſcentes, ꝙ omne bonum noſtrum ab eo eſt, & procedit. Et hoc eſt, q̃d ait Amb. de pen. teſt. lib 2 cap. 6 vult, inquit, rogari dominus, vult de ſe ſperari, vult ſibi ſupplicari. Deinde dat ibi exemplũ, dicens. Homo es, & uis rogari, ut ignoſcat, & putas Deũ tibi non roganti ignoſcere Hæc ille.

Quartò, ut facilius diabolo, & malignis tentationibus reſiſtere ualeamus. Vnde dicit Iſido. de ſum. bon. lib. 3. c. 7. ꝙ hoc eſt remedium eius qui vitiorũ tentamẽtis exęſtuat, ut quoties quolibet tãgitur uitio toties ad orationẽ ſe ſubdat, & conuertat, quia frequens, & feruens oratio uitiorum impugnationẽ extinguit. Et in figura huius legitur. 1 Reg. 16. quod cum Dauid cythara ſua pſalleret coram Saule, tunc leuius habebat, nec taurum cum ſpiritus malignus, torquebat, Applicatio eſt facilis.

Quintò, ut materiã ad merendum uitam ęternam habeamus, poſuit.n. nos. Dominus in hoc ſęculo, ut exercitemur in bonis operibus, & ut per tale ſanctum exercitiũ uitã acquramus ęternam. iuxta illud Chriſti uerbũ Ioãn. 15. Ego poſui, uos, ſup. n. hoc mundo, ut eatis ambulando de uirtute in uirtutem, & fructum afferatis. ſ. bonorum operũ, & fructus ueſter maneat, ſupple, in uitã ęternam, quia ergo aliqui poſſunt ſe excuſare, ꝙ non poſſunt acquirere dictum fructum per ieiunium ꝓꝑ corporis debilitatem, itẽ nec per eleemoſinam ꝓꝑ rerum inopiam, ideo dedit nobis Deus facile remedium merendi uitam æternam, ſ. deuotam orationem, à qua, nec debilis, nec pauper ſe excuſare põt, ſaltẽ ab oratione mẽtali, q̃ eſt ꝑcipua, q͡a oratio vocalis abſq; ea nõ ꝓdeſt.

Sextò orandus eſt Deus, ne interius conſolemur. Quilibet. n. naturaliter quærit conſolari, cum eſt in tribulatione poſitus, Nulla autem maior, nec æqualis conſolatio eſt ille. quæ in deuota oratione reperitur. Propter q̃d dicebat regius ꝓpheta Dauid. Memor fui Dei, & delectatus ſũ, ſup. in

oratione

oratione. Vnde aliqui adeo conſolantur interius in oratione, quòd hmôi conſolatio interdum redundat in corpus. Et de hoc habemus hiſtoriam de Moyſe, qui loquẽs cum Dño in monte Synai tantam cõſolationem interius ſenſit, quòd nihil comedit, neque bibit ſpacio quadraginta dierum. Exo. 34. Orare aũt non eſt aliud, q̃ cum Deo loqui. Similiter legitur de B. Catherina Senenſi, ꝙ ex diuinis cõſolationibus, quas interdũ habebat ex familiari collocutione cum Chriſto, uiuebat per plures dies, & menſes abſque cibo materiali. Sumebat tamen per dies ſingulos cibum ſacramentalem, videlicet. Chriſti corpus. Patet ergo ſextuplex ratio oſtendens, cur a nobis orandus ſit Dominus.

Septimò quæritur, quomodo orandus ſit Dominus. Ad quod reſpondetur, quòd multipliciter.

Primò quidẽ humiliter exemplo Publicani, qui ex humilitate nolebat oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc. 18. Et nota, quod orans debet habere duplicem humilitatẽ, ſi uelit orationem ſuam exaudiri. Vnam quidem exterius, quæ cõſiſtit in genuflexione, oculorum inclinatione, & pectoris tunſione. Aliam aũt interius, vt recognoſcat ſuã miſeriã, & indigentiam. Et hæc duplex humilitas fuit in dicto Publicano. De prima.n. dicit Euangeliſta, ꝙ nolebat oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum. De ſecunda uerò, ꝙ clamabat ad dñm, dicens. Deus propitius eſto. Et iõ pp hanc duplicem humilitatem, quã dictus Publicanus orãdo habuit, deſcendit iuſtificatus in domum ſuam: Et hoc eſt, qđ dr̄ Ecl. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, ſup. ad Deũ, non conſolabitur, & non dſcedet, donec altiſſimus aſpiciat gl. interl. oculo miſericordiæ.

Secundus orandus eſt Deus perſeueranter. Multi.n. uidẽtes, ꝙ ad primam petitionem Deus illi ſenſibiliter, & perceptibiliter non ſubuenit, tepeſcunt orando, & quaſi diffidentes de illius auxilio totum dimittunt, cum tñ tunc fortius, & inſtantius deberent orare. Sępe.n. Deus differt exaudire, ut diſcamus perſeuerare. Vnde ad propſitum loquens deuotus Bernar. in ſuis meditationibus. cap. 6. dicit ſic. Dicis fortaſſis. Quotidie oro, & orationis meę nullum fructum uideo, ſed ſicut ad illam accedo, & ſic redeo. Nemo mihi

reſpon-

reſpondet,nemo mihi loquit̃, nemo mihi aliquid donat,ſed incaſſum laboraſſe uideor. Sic quippe loquitur humana ſtultitia, non attendens quid promittat illa infallibilis veritas dicens. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.

Noli ergo vilipendere orõnẽ tuã,qm̃ ille,ad quẽ oras,nõ uilipendit eã,ſed anteq̃ egrediat de ore tuo,ipſe eã ſcribi iubet in libro ſuo, & vnum de duob. indubitanter ſperare debemus,qm̃ aut dabit nobis, quòd petimus,aut quod viderit nobis eſſe vtilius. Hæc ille. Idem ẽt dicit Ser. 5. de Quadra. eſt ergo perſeuerãter orandũ exemplo mulieris Chananeę. Matth. 15. Itẽ exẽplo Apoſtolorum,de quib. dr̃ Act. 1. quòd erãt oẽs perſeuerantes in orõne. ſ. cum receperunt ſpiritum Sanctum. Itẽ exẽplo illius, de quo loquit̃ Chr̃s parabolicè. Lu. 11. qui petebat ab amico tres panes ad feſtinandũ quendam de amicis ſuis, qui ſuperuenerat, & breuiter, vt dicit Aug. de verbis domini, ſer. 5. Seruat tibi Deus, quòd nõ vult citò dare, vt & tu diſcas magna magnè deſiderare.

Tertiò orandus eſt Deus feruenter, & ex corde,non aũt labijs,tm̃ eſt.n.orõ,vel petitio decentium à Deo,vel aſcẽſus mentis in Deum, vt dicit B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 1,& iõ quantò fuerit feruentior,tantò erit Deo acceptior. Cum tali autem feruore orabant boni Chriſtiani in primitiua eccleſia, etiam cum merore,& ſingultib. Propter quòd tpe Auguſt. & Ambro. inſtituti ſunt hymni, & pſalmi, vt canerentur in eccleſia ſecundum morem partiũ Orientalium,ne, ſcilicet, populus tędio męroris cõtabeſceret. Quæ iuſtitutio, vſque in hodiernũ diem retenta vbiq; terrarum à Chriſti fidelib. imitatur, vt dicit ipſe Aug. li. 9. confeſſ. Sed proh dolor iſte feruor orõnis hodie penè vbique extinctus eſt, nedum apud laicos, verumetiam apud clericos, & religioſos. Habent.n. nonnulli religioſi, & ſignanter monachi cęteris temporibus anni, & diebus legere quoſdam pſalmos per modum lamentationum, & cum cantu lugubri. Sed profectò talis modus pſalmodiandi apud multos vr̃ potius ululatus canum, quàm lamenta monachorum. Item multi clerici in primo anno ſuæ promotionis ad ſacerdotium, uidentur mirabiliter feruere in Dei laudibus, ſed in breui de mirabilia retrocedunt uſque ad defecit in ſalutare tuũ anima mea, & contra tales loquẽs

Aug.

Aug.ſuper pſalterium pſalmo 64. exponendo illum paſſum. Benedictus Deus meus, qui non amouit orõnem meã, dicit ſic. Multi langueſcunt in orando, qui in nouitate ſuæ conuerſionis feruẽter orant, poſtea languidè, poſtea frigidè, poſtea negligẽter, quaſi iã ſint ſecuri. Hæc ille. Nõ ſimus ergo tales chariſſimi, ſed cũ feruore cordis, & oris, oremus dñm.

Quartò orandus eſt Deus frequenter, exemplo B. Bartholomei, de quo diabolus in idolo loquens diuina virtute conpulſos dixit, quòd centies flectens genua orabat per diem, & centies per noctem, dicit.n. Aug. in epiſtolis ſuis, epi. 121. quòd fratres in Ægypto crebras faciebant orõnes, ſed tamẽ breuiſſimas, & raptim, quodammodo faculatas, ne deuotio euaneſcat, atq; hebetetur intentio, & poſt pauca, abſit, inq̃t, ab orõne multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. Nam multum loqui in orando eſt rem nefariam ſuperfluis agere verbis. Multum autem precari eſt, eum, quem precamur, diuturna, & pia cordis excitatione pulſare. Nam plerunque hoc negocium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur, plus fletu, quàm affectu. Hæc ille. Ad idem ẽt propoſitum loquitur Chryſo. ſuper Matt. hom. 19. ita dicens. Longas orationes vitare debemus. Longas, dico, non tempore, ſed uerborum multitudine, ac prolixitate. Vult.n. dñs, vt frequenter interpelletur à nobis, ſicut ipſe innuit in parabola de muliere vidua, quæ propter importunitatem ſuã obtinuit à iudice immiſericorde, & crudeli, quòd petebat. Hoc etiam innuit ſub exemplo illius, qui media nocte ad amicum acceſſit. Qui cũ freqenter pulſaſſet ad oſtiũ eius, & perſeueraſſet, tandem obtinuit panes, quotquot habebat neceſſarios. Nõ tamen iuſſit, vt orõnem mille verſuũ ei preſentemus, quinimmo hoc prohibuit dicens ſup. Matt. 6. Putant, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Hæc ille. Circa hoc ergo grauiter delinquunt multi viri, ac mulieres, qui ducunt in conſuetudinem dicere multa ſuffragia, & orationes priuatas, quas propter multitudinem cogentur feſtinanter, & curſim dicere. Et in hoc ſolent plus deficere mulieres, quam viri. Volunt enim quædam mulieres toto mane ſtare in eccleſia orantes, & de cura rei familiaris partum curant. Propter quod mariti earum ſæpe ad iracundiam concitantur, & multa mala ſequuntur. Nota de illo, qui pec

amulum ſuum miſit prandium uxori ſuę in eccleſia oranti.

Quintò orandus eſt Deus ſilenter. Sunt.n.nonnulli, qui in eccleſia adeo altè orant, q; aliorum circũſtãtium deuotio nẽ impediunt. Et tales ſunt in triplici differẽtia. Primi sũt, qui hoc agunt, ut ab alijs audiãtur, & deuoti reputentur, ut hypocritę, quos de hoc reprehendit Chriſtus Mat.6. qui etiã omnia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus, ut dicitur Mat.23. Secundi ſunt, qui ita orant ex quadã cõſuetudine. Dicunt ẽt ſe non poſſe baſsè, ſiue ſilenter loqui. Nota de aliquibus mulieribus facientibus ex induſtria reſonare labia ſua, cũ hac, uel ſimili forma, pi. pi. pi. Tertij, ſunt, qui ſic altè orant, ut melius audiantur à Deo, quaſi non credentes Deum audire orationẽ mentalẽ, niſi uoce exprimũtur, ſicut mos eſt loqui hominib. Et tales turpiter errãt, atq; grauiter Deo iniuriãtur. Hoc aũt pulchrè declarat Amb. li. 6. ca. 4. ubi primò quærit, q̃d magis proſit orare, aut cũ ſilentio, aut cum uociferatione. Rñdet dicens. Audi conſuetudinem hominũ, ſumamus exẽplum. Si.n. aliquẽ rogas, qui citò audit, nõ putas opus eſſe altè clamare, ſed eum rogas uoce moderata. Si uerò aliquem ſurdum rogas, nonne incipis uociferari, ut te poſſit audire. qui ergo in oratione clamat, putat, quòd aliter non poſſit Deus, niſi clamantẽ, audire. Et cum eum ſic rogat, eius poteſtati derogat. Qui autẽ in ſilentio orat, fidem defert, & confitetur, q; Deus ſit ſcrutator cordis, & regnum, & orationem eius ante ille audit, quàm orans ſuo ore ipſam fundat. Hæc Amb. Eandem autem quaſi ſimilitudinem ponit Chryſ. ſupe. Mat. Homil. 19. ita dicens, nonne cernis, q̃d ſi quis accedat ad alium in publico poſtulans aliquid cum uoce magna, is, qui ſupplicatur, à ſecũ remoueat, qui tumultuosè rogat. Vbi uero quietè, ac modeſtè rogat, tunc potius inflectit animatum eius, qui põt tribuere, q̃d rogatur. Non igit geſtibus corporis, neq; clamoribus vocis, ſed intentione optimę uoluntatis reddamus nota orationum noſtrarum, non cũ ſonitu oris, ac ſtrepitu uti faciunt, qui ad oſtentationem, & iactantiã orant. Sed cũ omni modeſtia, & contrit oĩe mentis, lachrymiſque ſecretis. Ecce.n. Moyſes tacens ore orabat dñm corde, & tamen ab eo audiebatur. Vnde dixit illi dñs Quid clamas ad me. Exod.24. Anne quoque, cum uocem nullam emitteret, omnia tamen, quęcunq; uoluit, impe

grauit, quia, mente clamabat. 1. Reg. 1. Item Abel, non ſolū tacēs, ſed ēt defunctus orabat, & ſanguis eius emittebat uocem omni prorſus buccina clariorem. Gen. 4. Clamas igitur, & tu in corde tuo, ut dicere poſſis ad dominū cum pſal. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi uocem meam. Non cōſiderans, quod coram regibus omnis coerceatur tumultus, & maximum undique ſilentium apud eos cōmendetur. Tu igitur regalem eccleſiæ ingreſſus aulam, cum reuerentia, & ſilenter ora. Hæc Chryſ. vbi ſupra.

Notandum eſt ergo circa hoc, q̄ ex clamoſa orōne multa mala naſcuntur, prout pulchre declarat idem Chryſ. ſuper Matth. opere imperfecto. Hom. 14. exponens illud Christi uerbum. Mat. 6. Intra in cubiculum tuū, & clauſo oſtio ora patrē tuū. Primū igitur malum eſt, quia, qui clamoſe orat, non credit Deū ubiq; eſſe, aut in abſcondito audire, & iō, q̄ abſcōde erat. Deū dupliciter honorat, primò quidem orat, ſecundò uerò, quia credit ipſum abſconſa audire, ſicut de facto audit. Ipſe enim uoce clamoſa pulſandus non eſt, ſed conſcientia pura placandus. Secundum malū eſt, quia altè orando ſecretè ſecreta myſteria petitionum tuarū, quas forte non oportebat alterum ſcire, niſi te, & Deum in auribus bonorum, atque malorum hominum audienda cōmittis, & non ſolum non audiris à Deo, quia indiſciplinate oras, ſed adhuc ab hoībus derideris quibus abſcōſa tua clamoſa orōne manifeſtaſti. nota de puella, quæ cum æſtimaret ſe ſolā in eccleſia, orabat dnm, vt daret ei in breui pulchrum ſpōſum. Sacriſta aūt eccleſiæ, poſt altare abſconditus fingens uocem Dei, ait illi. Tu deſpectum habebis maritū, quia ſuperba es. Hoc aūt rūſum nō audiſſet, ſi ſilenter oraſſet. Tertiū malū eſt, quia clamoſe orans alterum, iuxta te nō pmittis orare. Vocibus n. tuis rapis ſenſum illius ad tuos ſermones. Et iō non ſolum nō exaudieris, quia malè oras, ſed adhuc pctm̄ colligis, dum alios orare nō pmittis. Sic ergo ora, ſicut didiſti in li. Re. anū o: antē, qui figurā portabat eccleſiæ. De qua dictū eſt. ſ. 1. Re. 1. q̄ labis eius mouebant, ſed uox eius nō audiebat. Hęc Chry. vbi ſupra. Patet ergo, q̄ non eſt Deus clamoſe orādus, niſi à miniſtris eccleſiæ, & ad hoc excitandā ſideliū deuotionē. Nec ēt tūc eſt indiſcreto clamore orādus, ſicut faciūt nōnulli, q extollūt uoces ſuas in cātu, aut officio

eccleſiaſtico uſque ad tertium cœlum,ut bene uociferari ap pareant.In hoc prouocantes aſtātem populum potius ad riſum,quàm ad deuotionem,& lachrymas. Quos etiam reprehendit pſal. dicens. Nolite extollere in altum cornu ueſtrū. Ac ſi aptè diceret. Vos clerici nolite extollere uoces ueſtras in eccleſia ad ſuperbiam,& uanam gloriam. A cęteris autē Chriſti fidelibus ſilēter orandus eſt Deus pp cās prædictas.

Sextò attentè orandus eſt Deus. Cum enim quis accedit ad orationem, debet primum ſe munire ſigno crucis, ut ſic à ſe repellat tentationes inimici, qui tunc maximè ſolet homines illudere, ut ſic priuet eos fructu orationum ſuarum. Nam ut dicit Chryſo. Hom.12.quæ intitulatur de muliere Chananea,diabolus cum ſit aſtutus,ſcit,quoniam in tempore orationis, grādia poſtulemus,& ſępius impetremus,& iō feſtinat impedire improuidas mentes. Nam aliquoties, cum reſupini iacemus in lecto, nihil tale cogitamus. Sed cum ad orationes uenimus, nubes cogitationum nos opprimunt,vt nos auocent, & ſine fluctu efficiant. Hæc ille. Contra ergo huiuſmodi illuſiones diaboli bonum eſt in principio orationis pręmittere ſignum crucis nos committentes Deo,& quātum in nobis eſt noſipſos intus recolligere, & his, quæ dicimus, aut ſaltem rebus ſalutaribus, & diuinis intendere,atq; mente uerſari. Sed pro ampliori elucidatione huius materiæ quæritur.

Vtrum attentio ſit de neceſſitate orationis. Hanc quæſtionem mouet B Tho.2.2.q.83.ar. 13. ad quem reſpondet per talē diſtinctionē Aliquid,inquid,dicitur neceſſarium dupliciter. Vno modo non ſimpliciter, ſed tanquam id, quo per melius peruenerit ad fidem. Et ſic inquit, attentio abſolutè eſt orationi neceſſaria. Alio modo, dicitur aliquid neceſſarium, ſine quo res non poteſt conſequi ſuum effectum. Eſt autem triplex effectus orationis. Primus quidem cōmunis omnibus actibus charitate informatis, quod eſt mereri. Et ad hunc effectum non requiritur ex neceſſitate,quod attentio adſit orationi per totum, ſed uis primæ intentionis, quam orans habuit,cum primum ad orationem acceſſit,reddit totam orationem meritoriam, ſicut accidit in alijs actibus meritorijs,utpotè, in ieiunio,eleemoſyna, peregrinatione,prędicatione,& ſimilibus. Et huius ratio eſt,quia,ubi prę

dicta

dicta attentio nõ interrumpitur per actum malum,manet in virtute.quandiu connumerat actus,qui fit.Melius tamen eſt habere actua.em attent onem,ſi poſſit ſemper haberi,ꝙ diffic lumum eſt,quam uirtualem tantum.Secũdus aũt effectus orationis eſt ei proprius,quid eſt imperare, quæ poſtulantur.Et ſimi iter,quantum ad hunc effectum ſufficit prima .ntentio,quam Deus principal ter at.edit.Qđ ſi prima intentio deſit,quia forte fuit interrupta per actum cõtrariũ, tunc oratio,nec eſt meritoria , ne. imperatiua,qu a ut dic.t Greg.Illam orationem Deus non audit,cui ille,qui orat,nõ intendit. Tertius autem effectus orationis eſt ille, quem præſenta iter efficit,ſ.quædam ſpiritualis refectio mentis. Et ad hunc effectum conſequendum requiritur de neceſſitate attentio n orat one.Hoc B.Tho.ubi ſupra, dicit ẽt idem doctor cõſequenter,ubi ſupra,ꝙ triplex eſt attentio,quę pt adhiberi oratıon. uocali.Prima eſt,qua diligenter attendit ad uerba,ne erretur in eis.Secunda, qua attenditur ad ſenſum uerborum.Tert a , qua tenditur ad finem oration s.ſ. ad Deum,uel ad rem, pro qua oratur.Et hæc attẽtio eſt maxime neceſſaria ad orationem , quam etiam poſſent habere idiotę, & ſimplices . Inſuper dicit idem doctor ubi ſupra in ſolutione ad tertium,ꝙ ſi quis ex propoſito,& del.beratione euagatur in oratione,talis peccet.Secus autem, ubi talis euagatio fit præter propoſitum.Talis nempe euagatio non impedit orationis fructum. Quod autem orãns attendat ad ſenſum,uel formam uerborum,non eſt de neceſſitate orationis. Aliàs ſimpl ces,& id otę non poſſent bene orare.

Vnde legitur in uitis fratrum ordinis prędicatorum , ꝙ quidam frater conuerſus eiuſdem ordinis interrogauit magiſtrum Iordanum generalem eiuſdẽ ord nis,dicens . Pater an tantum ua eat,pater noſter in ore noſtro,qui ſumus abſque iter.s,ſicut in ore clericorum,qui intelligunt,quæ dicunt.Cui reſpondit dictus magiſter,ꝙ ſic. Dedit autem illi exemplum de lapide precioſo,qui tñ ua et in manu i lius, qu ignorat uirtu em e us,ſicut in manu illius , qui optimè nouit uirtutem eius.Sic in propoſito.Patet ergo, quomodo in oratione attentio eſt neceſſaria,& quomodo non.

Quod autem euagatio mentis in oratione. q eſt uoluntaria,& deliberata impediat fructum orationis, de hoc quoq;

diſpliceat patet per ſimilitudinē, quam ponit. Aug. ſuper pſal.85. exponendo illum uerſum Letifica animā ſerui tui, qm̄ ad te Dn̄e animā meā leuaui. Quis, inquit ſr̄: tres mei homo eſt, cum quo, ſi amicus eius cœperit loqui, & voluerit ille reſpondere colocutioni eius, & uiderit eum, aue ti à ſe & aliud loqui ad alium, quis hoc ferat. Item conſequenter ponit aliam ſimilitudinem, dicens Aut ſi forte interpellas iudicem, & conſtitüas ei locum, vt te audiat, & ſubito cum ad eum loquaris, dimittas eum, & incipias fabulari cū amico tuo, quando te ſic facientem tolerat. Qūo ergo te crabit Deus tot cordapeccātium, & diuerſas res cogitātium Om̄ to dicere noxias, & peruerſas, atque Deo inimicas cogitationes. Sic enim in iuriaris, cum quo loqui cęperas. Hęc Aug. ubi ſupra. Item ad idem propoſitum loquitur Bern. in I. ſua ium. med. tractionum c. 8. ita dicens. Magnam iniuriam Deo facio cū deprecor, vt meā precem exaudiat, quam qui in do, nō audio Deprecor illum, v. me audiat, & mihi ntēdat & ego, nec illi, nec mihi intendo. Sed qđ deterius eſt immundo, & inutilia in corde ue ſantur fętorem, horribilem eius aſpectibus ingero. Hęc ille. Bene ergo, & ſalubriter conſulit B. Aug. in regula de cōi vita c ericorū dicēs. Pſalmis, & hymnis cū oratis Deū hoc ver etur in corde, qđ profert in ore, qui a, ut idē dicit ſuper Iohā. Tract. 6. N hil prodeſt ſtrepitus oris muto corde. Et ſic patet de euagatione mentis in oratione. Patet etiam diffuse ad ſeptimum dubium, quo quęrebatur. quomodo orandu ſit Dominus.

Octauo quęrit, vnde eſt, ꝙ multi orant Dn̄m, qui tñ ab eo nō exaudiunt. Ipſe n. dicit Mat. 2 I. quęcunq. in oratione petieritis credentes. acc pietis. Et tñ huius contrarium ſępe videmus euenire. Reſpōdet ad hoc dubiū ꝙ aliquam oratiōnem non exaudiri contingit pp multa. Primo quidem pp ̄rantis iniquitatem pſ. Iniquitatem, ſi aſpexi in corde meo non, &c. Item Eſa. I. Cum multiplicaueritis orōnē ueſtram nō exaudiam, Et nota. ꝙ ibi loquit dominus populo graui iniquitate filijs ſceleratis. Secūdo pp illius, p quo orat in dignitatē. Hie 14. Noli orare pro populo iſto, neq; aſſumas, p eis laudē, quia nō exaudiam te. Tertio pp orātis dubietatē. Ille. n. qui orat dominum, debet certiſſimē cōfidere de obiectu, & pſertim, ſi ſit res exauditione digna. Iac. I. Poſtulet in

ſide nihil hęſitans. Quartò pp rei, quę petitur in vtilitaté: Deus enim nunq̃ concedit homini illud, quod conſpicit cędere ad ſuam dãnationem. Ideo multis orantib. pro temporalib. aut pro ſanitate corporis, ſiue hmõi, dicitur illud Iac. 4. Propterea vos non accipitis eò q̃ malè petatis. Nam ut dicit Iſid. de ſum. bo. lib. 3. Sæpe multos non exaudit Deus ad uoluntaté, vt eos exaudiat ad ſalutem, & utilitatem. Quintò pp orationis continuitatem, qua à nobis extorquet dominus. Nam ſicut diues non ſtatim ſatisfacit ioculatori, immo ſolet diu differre ſalarium illi porrigere, ut melodiã, in qua delectatur, valeat diutius extorquere ſic, Deus, qui in melodia orationis bonorum delectatur, quandoque differt dare, quod petitur, vt diutius, & feruentius petatur. Sextò pp curationis integritatem. Dá exemplum de chirurgico, qui dũ lanceolam ponit in vulnere, clamat infirmus. Dimitte me. Ille autem reſpondit, dicens. Statim dimittam te, interim, tamen modicum patientiam habe. Quod enim nunc facio, multum tibi proderit in futuro. Sic in propoſito videtur dominus loqui ei, q̃ ipſum orat, ut flagella ſua ab eo amoueat. Quẽ, & ſi nõ exaudiat ad uolũtaté ipſum, tamẽ exaudit ad vtilitaté. Vnde multũ ad propoſitũ loquens Aug. de verbis domini, ſer. 54. dicit ſic. Petit ęger, vt qđ ad ſaluté apponit medicus auferatur, cũ voluerit ægrotus. Medicus dicit non mordet, ſed ſanat. Tu dicis. Tolle, quia mordet. Medicus dicit. Non tollo, quia ſanat. Deinde adducit hiſtoriam de Paulo, dicens. Non exaudiuit dominus paulum ad uoluntatem cum peteret ſtimulum ab eo amouere, ſed exaudiuit ipſum ad vtilitatem. Non enim magnum eſt à Deo exaudiri ad voluntatem, ſed magnum eſt ab eo exaudiri ad vtilitatem. Ad uoluntatem.n. dæmones exauditi ſunt, & ad porcos, quos petiuerant ire permiſſi ſunt. Ad volũtatem & princeps eorũ exaudit, eſt, à quo petitus Iob tentandus non eſt negatus, vt ille eſſet probatus, iſte confuſus ad uoluntatem & Iſraelitæ exauditi ſunt, & cum adhuc cibus eſſet in ore ipſorũ ſcitis, quæ ſecuta ſunt. Nolite ergo chariſſimi pro magno habere ad uolũtatem exaudiri. Hæc Aug. vbi ſupra. Multa circa hoc adduci poſſent, quę prauitatis gratia miſſa facio. Patet ergo de tribus modis ſatisfaciendo Deo, videlicet, per eleemoſynam, ieiunium, & orationem.

DE RESTITVTIONIBVS. Cap. V.

CONFITEOR *tibi Domine Pater cœli, & terræ.*] Matth. 11.

Poſtquam in præcedentibus habitū eſt de ſatisfactione, quæ fit Deo tam in generali, quã in particulari, vtputa de ieiunio, eleemoſyna & oratione, hic conſequenter agendū eſt de ſatisfactione, quæ fit proximo, annectendo materiã de reſtitutione Vbi tamẽ notandū, quod reſtitutio non eſt pars ſatisfactionis, eo quod pōt eſſe ſine ipſa Quod ſic patet. Nã ad ueram ſatisfactionẽ requiritur reconciliatio illius, qui ſatisfacit, cũ illo, cui ſatisfacit. Ad reſtitutionẽ aũt nõ requiritur talis reconciliatio, ſed ſufficit purè, & nudè reddere debitũ. Ex quo concludit, quod reſtitutio pōt eſſe ſine ſatisfactione. Aliquãdo aũt ſimul currit cum ea, ut cum quis reſtituit alienũ cũ humilitate, ut ſic reconcilietur illi, à quo aliquid abſtulit. Et de hoc vide, ſi vis, B Tho. 4. ſent. di. 15. q. 1. ar. 5 Inſuper reſtitutio eſt reparatio inæqualitatis exiſtentis in rebus. vt cũ quis reſtituit rem, quam prius iniuſtè detinebat. Satisfactio autẽ eſt reparatio inæqualitatis exiſtentis in actionib. & paſſionib. Verbi gratia, cũ quis verberat alium iniuſtè, & per violentiam, ibi eſt inæqualitas iuſtitię. Cum uerò modò poſſibili ſtudet hanc inæqualitatem reparare, dicitur ſatisfacere. Et ſic patet quod reſtitutio non eſt pars ſatisfactionis. His ergo præmiſſis intrandum eſt in materiam de reſtitutionib. Vnde ad ampliorem dictæ materiæ elucidationem mouebuntur aliquæ vtiles, & breues quæſtiones.

Prima igitur quæſtio eſt, quando reſtitutio ſit facienda. Ad quam reſpondetur, quod ſtatim eſt faciẽda, ſcilicet, ſine mora, & dilatione, & hoc regulariter. Cuius ratio eſt. Nã ipſa pertinet ad præceptũ negatiuum, in quo prohibetur uiolenta retentio rei alienæ, & reducitur ad præceptum de furto. Item reducitur ad illud præceptũ. Non morabitur opus mercenarij tui apud te, vſque mane Leuit. 19. Quemadmodum ergo ille, qui conducit aliquem ad operãdũ pro ſe, nõ debet differre eius ſalarium vſque in diẽ alterum, ſed mox

completo opere tenetur illi reddere ſuum ſalarium, niſi forſan operarius uelit expectare uſque in diem alterum, ita eſt faciendum eſt circa quamlibet rem reſtitutioni obnoxiam, Hoc autem probat B.Tho.2.2.q.62.ar.8. alia ratione.Sicut accipere rem alienam eſt peccatum contra iuſtitiam,ita ēt, & detinere eam.Nam per hoc,ꝙ aliquis detinet rem alienā inuito domino.Impedit eum ab uſu rei ſuæ,& ſic facit illi iniuriam . Sed ſic eſt,quod non licet per modicum tps morari in peccato, quinimmo quilibet tenetur peccatum ſtatim deſerere ſecundum illud Eccleſi. 21. Quaſi à facie colubri fuge peccatum, ergo quilibet tenetur ſtatim reſtituere, ſi poteſt,uel petere dilationē, ſiue per ſe, ſiue per aliū ab eo,qui habet concedere uſum rei. Hæc beatus Tho. vbi ſupra.ſunt tamen prædicta intelligenda regulariter,vt dictum eſt quia licet in multis differre reſtitutionem habendo,tamen ſemper promptam uoluntatem teſtituendi tempore,& loco opportunis,ideſt,quoties expedierit.

Primus caſus eſt,quando reſtitutio eſt in præiudicium illius,cui fit,ut cum reſtituitur gladius furioſo ipſum repetenti durāte furia.Vnde 2.q.2.ne quis.dr̄,quod ſi quis commodet gladium ſuum alicui, qui promittat ſe illū redditurum, quoties requiretur,ſi poſtmodum commendans uertatur in furiam,& in tali ſtatu reperat dictum gladium,non debet ei reddi,ne,uel ſe,vel alium occidat,donec ei ſanitas reddatur. Et huius ratio eſt, quia talis factus eſt alter,cū primū ipſum gladium commendauit . Et ſi arguatur in contrariū,ꝙ talis in dicto caſu retinet rē alienam inuito dn̄o.Rn̄detur,ꝙ quāuis dn̄s glad.j ſit inuitus de facto,non tamen de iure . Quinimmo de iure debet uelle gladiū ſibi furenti non reſtitui. Vnde uoluntas, q̄ habet durāte furia eſt inordinata, cui nō debet ſatisfieri.Secundus caſus eſt,qn̄ reſtitutio eſt in detrimentum famæ ipſius reſtituentis.Verbi gratia. Si Sortes depredatus fuerit eccleſiam, non debet ſtatim reſtitutionem facere,vbi,ſi multi ſunt præſentes , quia ſic agendo ſeipſum ſcandalizaret,& infamaret.Et ſimiliter,ſi quis furtum commiſeret,nec poſſit per ſeipſum facere reſtitutionem,niſi ſeipſum prodendo,non debet ſtatim,& per ſeipſum facere reſtitutionēm.Debet tamen eam,quàm citius facere per interpoſitam perſonam,vtpotè per confeſſorē,de cuius fidelitate ſa-

tis confidit. Et talis interpoſita perſona, quæ eſt mediatrix in materia reſtitutionis debet recipere ſchedulã recognitionis ab eo, cui reſtituit per quã teſtetur, ſe talem ſummã recepiſſe, q debet dare illi, qui iuſſit reſtitutionẽ fieri. Hoc autẽ debet fieri ad cautelã, & ad maiorẽ reſtitutionis ſecuritatẽ quã multi ſuſcipiunt onus reſtitutionis, qui eã nõ faciũt, ſed ſibi rẽ reſtituẽdã reſeruãt, & proprijs vſib. applicãt dicẽtes forſan, q cũ erũt potẽtiores, tunc alienã reſtitutionẽ faciẽt.

Tertius caſus eſt, qñ ex reſtitutione ſequit maius incommodum reſtituentis, quã ſit cõmodum illius, cui reſtitutio, vtpote, ſi reſtituẽs ſit in extrema neceſſitate, nõ aũt ille, cui fienda eſt reſtitutio. In tali nempe caſu ille, qui detinet rem alienam, non tenet eam reſtituere, ſed põt illam ſibi retinere, eo q, vt tunc efficitur quodãmodo ſua. Extrema.n. neceſſitas oĩa facit cõia, & res efficit occupantis eã pro tunc. Debet tamẽ talis ꝓponere, q ſi aliquãdo peruenerit ad pinguiorem fortunã dictã reintegræ reſtituet. Inſuper D. Ant. 2. par. ſum. ſuæ. ti. 2. c. 8. dicit, quã ille, qui habet reſtituere, & ſi retineat ſibi, quodammodo neceſſaria pro ſuſtentatione ſui, & familiæ ſuæ ad vitandum multa pericula, tam aĩæ, quã corporis, quæ veriſimiliter ſequi poſſent bonis ſuis cedendo, & õibus ſe ſpoliãdo pro reſtitutione facienda, talis non peccat nec tenetur de neceſſitate ſalutis ad talem ceſſionẽ, ſeu integrã omniũ bonorum ſuorum ſpoliationẽ. Dicit tamẽ, q tutius eſſet ceſſionẽ facere, aut õibus bonis ſe ſpoliare, vt fiat reſtitutio poſſibilis, & in Deo cõfidere, ẽt ſi oporterãt mẽdicare. Hoc idem ẽt dicit Raym. in ſum. ſua. Dicit inſuper idẽ Ant. quod ille, qui tenetur ad reſtitutionẽ, quamuis non teneatur ſe ſpoliare omnibus bonis ſuis, vt dictum eſt, quinimmo põt retinere vitæ neceſſaria tam pro ſe, quã pro familia ſua, nõ tamen, inquit, debet ita laute viuere, aut põpose ueſtiri, vna, cum familia ſua, & filias ſuas cum magnis dotib. nuptui tradere, ac ſi non eſſet, obligatur ad reſtitutionem. Sed debet parce viuere, & paruas dotes filiab. ſuis tradere, quæ ſi non poſſunt nobili, vel diuiti mercatori nuptui dari, debet eas dare artifici, aut plebeio in vxores, debet deniq; omnia alia ſuperflua reſecare, cũ ergo ſic obligatus reſtitutioni efficaciter facit, qđ põt ad hoc ſe aquitet, & in alijs qñ ſe hẽt, credo, inqt, idẽ. Ant. q põt abſolui, & tpe debito ſacrã

com-

tionem recipere. Qui aũt de eo, quod poteſt nõ facit reſti tutionem, ſed ſemper procraſtinat, quinimmo annuatim promittit confeſſori ſuo ſe facturũ reſtitutionẽ, nec tamẽ eã facit, talis non eſt abſoluendus, niſi prius in effectu eã faciat, aut efficaciter faciat, qđ in ſe eſt, & multo minus debet illi dari ſacra cõio, niſi forſan eam in publico peteret. Debet ergo diſcretus confeſſor dicere tali, hęc uerba, uel ſimilia. Chariſſime iam plures anni pertranſierunt, ꝙ de hoc cõfeſſus es, nec efficaciter reſtitutionem feciſti, quamuis ſemp promiſeris te eam in breui facturum, & ideo pro nũc te nõ abſoluam, ſed prius uade, & fac, & plures promiſiſti. Cum quem reſtitueris alienum reuertere ad me, & ego ibi impẽdam abſolutionis beneficium, vnà cum ſacra communionę, ſi opus fuerit. Inſuper tales obnoxij reſtitutioni poſſent petere remiſſionem, ſiue relaxationem debiti à creditoribus, quàm ſi ſponte, & ſine fraude obtinent ultra illis non obligantur. Nec ẽt illa debita eis remiſſa pauperibus erogare tenent. Nõ tamẽ decet, ut diues petat remiſſionem à paupere aut parum indigens ab eo, qui multum indiget. Patet ergo diffuse in tertio caſu, in quo reſtitutio ſtatim fieri nõ debet. Adde aũt ad prædictam materiã, ꝙ ubi reſtitutio debet fieri certis perſonis, ſeu in pios uſus conuerti, iuxta diſcretionẽ epi, aut pęnitẽtiarij, eius preſertim, vbi eſt qõ de multo, tũc põt confitenti pręfigi tps infrà, quod teneatur reſtituere ma ius, uel minus, ſm ꝙ iudicauerit expedire diſcretus confeſſor. Quartus caſus in quo reſtitutio nõ eſt fienda, ſtatim eſt, qñ dominus dat dilationem reſtituendi, uel omnino remittit debitum. Vtrumque enim poteſt, maximè cum ſic agendo nulli faciat iniuriã. Eſt enim quilibet moderatio rei ſuę. Quintus caſus eſt, quando obligatus ad reſtitutionẽ eſt impoſſibilitatus, ſiue propter penuriam bonorum, ſiue ꝓpter carceris detentionem, ſiue propter aliquam aliam cauſam ſimilem. Nam talis impoſſibilitatio excuſat eum, qui ad reſtitutionem tenetur, ut patet extra de ſolutione capit. Odardus, ubi ponit caſus de quoddam, qui dicebatur Odardus, qui fuerat excommunicatus propter aliqua debita. De quo mandat Papa Gregorius nonus, ꝙ ſi conſtiterit, ꝙ non poſſit ſoluere dictã debita, ſiue in totum, ſiue pro patre, nũc relaxetur huiuſmodi ſententia excommunicationis, rece-

pta tñ prius ab eo idonea cautione,vt ſi ad pinguioré fortu nam deuenerit,perſoluat prædicta deb:ta. Hæc ibi. Non tñ circa hoc, ꝙ ille, qui eſt impoſſibilitatus reſtituere debeat de hoc dolere. Inſuper debet orare,ieiunare,& hmõi bona facere pro illo,quem damnificauit. Quod ſi ita fecerit,non ꝑpea dãnabitur,quia nõ reſtituit,eò ꝙ facit,ꝙ in ſe eſt.Nec tamen reſtitutio eſt in eo ſimpliciter ex:incta, ſed magis ſopita.Reuiuiſc:t aũt eo deueniente ad fortunam pinguioré.

Sextus,& vltimus caſus eſt pſcriptio. Nã qui pſcribit rem aliquã bona fide per tps à iure pfixum,non tenet poſtmodũ illã reſtituere, ét quantumcũque poſtea apparet, ꝙ hæc res aliquãdo fuerit alterius,qui eam nullo modo alienauit. Nã per cõem diſpoſitionem iuris facta eſt illius, qui eam occupat per præſcriptionem. De hoc vide ſupra tertia parte,ſecundi tract.cap.2.vbi agitur de manu furatoria. Patet ergo, quando reſtitutio eſt facienda,& quando non.

Secunda qõ eſt. Quis tenet reſtituere. Rñdetur,ꝙ principaliter, & directè ille,qui ré alienã abſtulit, ad reſtitutioné tenet.Item,& quaſi ſecundario ad idem tenetur,qui quocũque modo fauet furi,aut rem alienã,qualitercunque iniuſtè occupanti,vtpotè,qui dat ad hoc conſilium,auxiliũ,fauoré, aut qui ad hoc iubet,ſiue qui receptat, aut occultat malefactores in ſua domo.Ité qui ſciéter emit rem furatã, aut qui eam recipit cuſtodiendam,& ſic de ſimilibus. Nam vt dicit Apo.Rom.1.Non ſolum qui mala faciunt digni ſunt morte, ſupple,ęternali,verumét illi,qui facientib.conſentiũt.Hinc 3.q.1.notum ſit: dř,quòd facientem,& conſentientem pari pœna conſtringit.Et idem hř 3.q.4.conſanguineorum. Item C.de ſacroſ.eccl.l.iubemus.Nã vt habetur.ff.ad leg.Aquil.l. item.tñ valet pedem tenere,quantum excoriare. Ex quib. infertur,quòd ſi furtum committat ad conſilium, vel mãdatum alterius,vt ſeruus ad mãdatum domini ſui, quod aliàs non commiſiſſet,niſi dominus ſuus illud præcepiſſet, vel cõſuluiſſet,tunc ſi ille, qui furtum cõmiſit, ipſum nõ reſtituit dominus,qui hoc prę cepit,vel conſuluit,tenetur reſtituere.

Sed ſunt nõnulli, qui allegantes excuſationes in peccatis volunt dicere,ꝙ non tenentur reſtituere rem ablatam. Vnde aliqui dicunt, quòd hoc non poſſent facere abſq; ſcandalo propriæ perſonæ. Alij allegant,quod non fuerunt ſoli; & quòd

quòd ſaltem nõ tenetur reſtituere, niſi pro quota ſua, & ꝙ alij complices ſatisfaciant pro quota ſua, ſi volunt. Alij verò allegant, ꝙ illi, à quibus abſtulerunt tantum, vel plus habent de ſuo. Alij allegant impoſſibilitatem, alij dicunt, ꝙ libenter reſtituerent, ſi ſcirent, cui tenentur reſtituere, vt rerum inuentores, aut qui abſtulerunt ab his, qui iã mortui ſunt, & quorum non apparent heredes. Alij allegant, quòd multa à multis abſtulerunt, tñ à quolibet modicum, vt lutores dicentes, ꝙ eſſet illis difficile, aut fortè impoſſibile cuilibet reſtituere propter multitudinem. Alij dicunt, ꝙ illud, quod furati ſunt, illis non profuit, eò quòd ipſum perdiderunt, aut quia fortè furto ab eis ablatum eſt. Videtur ergo, quòd in prædictis caſibus, aut ſimilibus, reſtitutio non ſit ad ſalutem neceſſaria.

Sed ad hęc omnia poteſt facilè reſponderi.

Ad primum ergo, cum dicunt aliqui, ꝙ reſtituendo ſcandalizarent ſeipſos, dicitur, ꝙ non eſt neceſſe. Poſſunt.n.per interpoſitam perſonam, ſiue per ſuum cõfeſſorem, de cuius probitate confidunt, reſtitutionem facere.

Ad ſecundũ, cũ dicunt, ꝙ nõ fuerunt ſoli in ablatione rei alienę, & ꝑ conſequens, ꝙ non tenent̃, niſi pro portione ſua. Rñdetur, ꝙ in dicto caſu quilibet tenet̃, inſolidum.i.ad totũ damnum. Et vbi vnus ſoluit totum ablatum, cęteri nõ tenẽtur reſtituere. Tenentur tamen refundere ei, qui reſtituit, niſi ipſe hoc illis gratis remiſerit, ſeu donauerit. Nihilominus quo ad pęnam debitam, ſiue in foro Dei, ſiue humano: vnus non ſatisfacit in propoſito pro alio. Aliàs, ſi eſſent duo fures, & vnus ſuſpenderetur, alter liberari deberet, ꝙ tamẽ nõ ſit, nec fieri debet, ſed quilibet debet lugere proprium delictum: propterea. C. de cond. furt. l. pręſes. dicitur, quòd furtum committentes tenentur ad reſtitutionem, quilibet inſolidum, & ſolutio vnius non liberat alios à pœna furti.

Ad tertium, cum dicũt, ꝙ illi, à quibus abſtulerunt, fortè habent plus de ſuo, dr̃, ꝙ nemo debet eſſe iudex in propria cauſa. Et ideo, vt dicit B. Tho. 2.2 q 66. art. 5. in ſol. ad tertiũ, ille, qui clãdeſtinè accipit rem ſuam apud alium iniuſtè detentam, peccat quidem, non quia grauet detentorem, & per cõſequẽs ad reſtitutionẽ nõ tenet̃, ſed quia agit cõtra cõem iuſtitiã, dũ ipſe ſibi vſurpat iudiciũ ſuæ rei iuris ordine prætermiſſo.

permiſſo. Et idō tenet Deo ſatisfacere, & operā dare, vt ſcāda-lū proximorū, ſi inde exortū fuerit ſedetur. Hoc igitur atē dant ſerui, & ancillæ, ac ſimiles, qui uolūt ſeipſos per manus ſuas ſoluere. Vbi enī ſeruus, aut ancilla, non pōt rōnē habere in iudicio de domino ſuo retinēte ſalariū eius non peccat ſi ſeipſum ſoluat: pſertim ubi hēc admin ſtrationē bonorum domini ſui, & ubi ita cautē hoc agit, q dominus nihil perce pit aliquod ſcandalum, ind̄e ſequitur. Secus aūt vbi per talē modum poneret alios ſeruos, aut alias perſonas in mala æſtimatione, aut ſuſpitione apud dominum prædictum. Ad quartum cum alegant impotentiam reſtituendi, patet ſolutio ex his, quæ dicta ſunt in quīnto caſu præcedenti.

Ad quintum cum dicunt, q libēter reſtituerent ſi ſcirent cui dēt fieri reſtitutio. Reſpōdet B. Tho. 2.2.q.62.ar. 5. in ſol. ad tertium, quòd ſi ille cui dēt fieri reſtitutio, ſit oīum ignotus, tunc ille, qui obligatur ad reſtitutionem dēt ea facere ſecundum q pōt. ſ. dando in eleemoſinas pro ſalute ipſius, quod abſtulit, ſiue ſit mortuus, ſiue viuus, præmiſſa tamē diligēti inquiſitione de perſona eius, cui eſt reſtitutio facienda. Si verò ille, cui eſt reſtitutio facienda, ſit mortuus, tunc debet reſtitui heredi eius, quæ computatur, quaſi vna perſona cum ipſo. Sed quid debet fieri, vbi hæredes poſt ſe non relinquit. Reſpondetur, quòd debet tale debitum conuerti in pios vſus pro remedio animæ illius.

Ad ſextū cū dicunt, q multa à multis iniuſtè pceperunt, ſed à quolibet parum dr̄, q in illo caſu non eſt neceſſe, vt ſingulis refundant modica, quę illis abſtulerunt. Nihilominus vbi recognoſcunt aliquos tales in particulari, & fortè indigentes, debent ēt illud modicum illis refundere. Modus aūt reſtituendi talia modica eſt, eleemoſinas, & pietatis opera multiplicare, vt ſic experiemur hmōi modica. Quia ūt habetur. C. de cond. furt. l ante furtum non purgatur, niſi res reſtituatur. Ad ſeptimū cū dicunt rem furatam illis non profuiſſe, eò forſan, quòd ſimiliter poſtmodum furtum ab eis ablata eſt; dicitur, quòd hoc non excuſat eos a reſtitutione. Nam ut dicit B. Thom. vbi ſupra, ar. 6. in ſol. ad primum, ipſi tenentur ad reſtitutionem rōne iniurioſę actionis. Qui aūt talem rem furatam habent, tenentur ad reſtitutionem rōne ipſius rei, quam ipſe detinent. Sicut, n. ille, qui percutit aliquem

quem tenetur recompenſare iniuriam paſſo, quãuis apud ipſum nihil maneat, ita ēt, qui furatur, uel rapit, tenetur ad recompenſationem damni illati, etiam ſi inde nihil habeat. Et ulterius debet puniri pro iniuria illata. Patet ergo, quòd ad eum eſt reſtituendum, nec rões factæ in oppoſitũ ſunt alicuius roboris, vt ſufficienter oſtenſum eſt.

Tertia quæſtio eſt, quid reſtituendum eſt. Reſpondetur, quòd omne illud reſtituendum eſt, q̃ iniuſtè ablatum eſt, dummodò reſtitui poſſit. Pro quo notandum, q̃ quis poteſt alteri damnum inferre quatuor modis, videlicet.

In bonis animæ, In bonis corporis,
In fama, & rigore, In temporali ſubſtantia.

Primò igitur quis põt alterũ dãnificare in bonis aiæ. Non quidem directè, ſic, q̃ poſſit eſſe cã ſufficiens peccati alterius, ſi ſic, q̃ poſſit auferre ab eo gratiam, & uirtutes directè, & efficienter, quia uoluntas in q̃ cõſiſtit peccatum, cogi non põt. Nihilominus põt aliquis eſſe alteri magna occaſio peccati. Modò, vt dicitur extra de iniur. & damno dato, c. ſi culpa. Qui occaſionem damni dat, dãnum dediſſe uidetur. Item habetur extra de homicidio. c. de cętero, & ſimiliter ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit.

Vt autem dicit Do. Ant. 2. par ſumm. ti. c. 2. §. aliquis poteſt eſſe occaſio damni alterius, quadrupliciter.

Primò quidem eum inducendo uerbo ſuo peccatum. Et ſic quid inducit ad aliũ ad peccatũ ſuadẽdo, cõſulendo, præcipiedo illud, quod eſt mortale peccatũ, eſt occaſio pditionis illius, eò q̃ per talia auferunt ab eius aiã, gratiã, & uirtutes. Da exemplum de illo, qui traxit mulierẽ ad peccatũ carnis. Et talis ſic dãnificans proximũ ſuũ, tenet̃ ſcđm Scotũ in 4. ſen. reſtituere illi damnũ illatũ modo poſſibili, ſ. inducendo eum quantum põt ad pniã, & actus uirtuoſos. itẽ tenetur pro eo orare, atque aliorum orões procurare, ut Dominus dignetur eum illuminare, & ad uiam ſalutis reducere.

Secundò, quis põt eſſe occaſio damni alterius, quo ad bona aiæ, eum à meliori bono reuocando, ut pote ab ingreſſu religionis. Et qui taliter damnificat proximum, tenetur quantum poteſt eum reducere ad religionis ingreſſum. Nec eſt quæſtio ſolum de profeſſo, aut iam religionem ingreſſo, uerumetiam de uolente deliberatè, & firmiter ingre-

di

di ſecundum dñm Petrum de Pal in 4.diſtin.15.q.1.art.2. Quod ſi ille nolit intrare,aut redire ad religionem,qui eum retraxit,aut à propoſito ſuo facto reuocauit, tenetur æquè idoneum procurare,qui intret pro alio, ne religio damnificetur,ꝙ ſi nõ poſſit talẽ inuenire,tenet in propria pſona, ꝓ eo intrare. Quod intelligens magiſter Ray. pęnitentiarius ſummi Pontificis,& pęnitens, ꝙ dediſſet conſilium cuidam nouitio ord.Pręd icatorum,ut exiret, qui & de facto exiuit, dictum ordinẽ intrauit,prout refert de Pal.ubi ſupra. Qui etiam pro hac opinione adducit talem ſimilitudinẽ, dicens. Si ille,qui ordinat domino inuito eius ſeruũ, ſic auferendo eius ſeruitium tenetur dare comparem ſeruum,uel eius ęſtimationem immo etiam duplum,vt patet in decr.diſtin 44. Si ſeruus,multo magis,qui abſtulit Deo ſeruum nouitium, uel etiam religionem intraturum,tenetur,ſi poteſt, recompenſare in ſimili.Hec de Pal. Dicit tamen dominus Ant. ubi ſup.ꝙ ſi quis auertat aliquẽ à religione intentione, cõſulẽdi proprię vtilitati, ſiue ſine frõde,quo ad eum,qui nõdum intrauit,non tenetur religioni,ſed ipſi perſonę,quam retraxit perſuaſionibus,& alijs bonis ſpiritualibus ad equiualentiam eorum, in quibus damnificauit talem perſonam. Dicit inſuper idem doctor,ꝙ ſi quis auerteret aliquẽ ab ingreſſu religionis nõ ſimpliciter,ſed ab ea,in qua diſſolutè uiuitur, intendens prouidere ſaluti illius,in nullo tenetur.Et ſic patet de ſecundo. Tertiò,quis poteſt eſſe occaſio damni alterius,quo ad bona animæ eum ſcandalizando ſuo malo exẽplo.Hoc autẽ tangit malos prælatos,qui ſcandalizant ſubditos ſuos pompis,& laſciuijs,atq; alijs malis moribus ſuis.Similiter iſtud tangit mulieres mundanas,quæ ſuis ſuperfluis ornatibus intendunt homines allicere ad ſui concupiſcentiam.vel dato,quod hoc non intendant,nihilominus ubi cõſpiciunt,quod occaſione ſuperflui ornatus earum multi homines inflammantur inordinatè ad eas, quorum ſcandalũ, & perditionem paruipendunt, & contemnunt, fortè dicentes non curo,ſi illi cogitant malum,quia nullum cogito,tales,inquam,mulieres tenentur ad ſatisfaciendum de animabus,quarum perditionis,& ruinæ cauſa prędicto modo extiterunt.Modus autem ſatisfaciendi eſt humilem habitum aſſumere, ut ſic ædificent illos bonis moribus manifeſtis,

quos ſcandalizauerat prius per mala,& manifeſta exempla. Hinc eſt, ꝙ uidemus in magnis ciuitatibus multas mulieres ſeneſcentes, & ſignanter uiduas aſſumere ueſtes lugubres,humiles,& abiectas,quæ in flore ſuæ iuuentutis nõ poterant ſatiari precioſitate, & pompa veſtium. Vnde Aug.in queſt.ſuper Gen.q.219.exponens illum textum.Thamar depoſitis à ſe ueſtimentis uiduitatis ſuæ, &c. Gen.30.dicit, ꝙ per hoc inſinuatur,ꝙ etiã temporib.Patriarcharũ certa fuerunt ueſtimenta uiduarum,non vtiq; talia, qualia coniugatarum. Hæc ille. Quartò, quis poteſt eſſe occaſio damni alterius,quo ad bona animæ pariter,& corporis,utpotè,uirginitatis decorẽ auferendo, ſicut patet de ſeducente aliquã virginem. Nam talis damnificauit eã in caſtitate uirginali auferendo ab ea theſaurum irreparabilem. Et ideo tenetur ei ſaltem ad reſtitutionem caſtitatis coniugalis accipiendo eam in vxorem,uel dotando eam. Quòd ſi promiſerit ei,ꝙ ducet eam in vxorem, tenetur etiam ratione promiſſionis, niſi forſan eſſet nimis diſparis conditionis,propter quã cauſam potuit fraus deprehendi in promiſſione facta. Et tunc debet ſaltem illi ſatisfacere ad arbitrium boni uiri. Multo autem magis qñ uim illi intulit. Vnde Exo.22.ſic dicit. Qui ſeducit uirginẽ, & dormit cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem, aut reddet ei iuxta modũ dotis,quã virgines accipere ſolent. Et quamuis hoc præceptum legis Moſayce, ſit iudiciale,& q̃tũ ad hoc non obliget in lege gratiæ, ut ſic, nihilominus etiam nunc obligat, inquantum eſt aſſumptũ ab eccleſia, uel ab aliqua ciuitate, aut cõmunitate pro ſtatuto rationabili, ut patet extra de iniurijs, & damno dato,c.ſi culpa. Patet ergo,quomodo quis poteſt eſſe occaſio damni alterius, quo ad bonum animæ, & quomodo, aut qualiter tenetur ad reſtitutionem.

Secundò principaliter quis põt alium damnificare in bonis corporis. Hoc autẽ fieri poteſt multipliciter, uidelicet, occidendo,mutilando,uulnerando,uerberando.

In primo ergo damno fit ſatisfactio poſſibilis,cum alium occidens patiẽter ſuffert mortem,ad quam iudex criminalis eũ condemnat. Non tñ tenetur ſe præſentare iudici. Scotus autẽ in quarto ponit alium modũ ſatisfaciendi pro homicidio perpetrato, vt, ſi occiſor uadat ad bellũ cõtra inimicos

fidei,& ibi exponat uitã ſuã pro remedio animæ illius, quẽ occidit,& cui uitã iniuſtè abſtulit. Nõ tamen,inquit,idẽ doctor, talis ad hoc, de neceſſitate ſalutis tenetur,ſed de quadã decentia, & congruitate, ꝙ ſi taliter non uelit ſatis facere, tunc tenetur facere largas eleemoſynas, iuxta facultatẽ ſuã pro remedio animæ defuncti. Itẽ tenet̃ ſuſtentare illos,quos occiſus ſuſtentabat, ſi aliter non poſſint uiuere, utpotè, patrem,& matrem impotentes ad laborandum, & uictũ, aut ueſtitũ aliunde non habentes. Itẽ filios,& filias eius in caſu ſimili, ꝓ ſi,& ipſe pauper ſit, tunc debet pro occiſo orare,aut peregrinationem longam aſſumere, utpotè, ad ſanctum Iacobum, uel ultra mare, & huiuſmodi. In ſecundo aũt dãno quod fit per mutilationem, ſit ſatisfactio ad arbitrium boni uiri, aũt boni iudicis. Debet aũt circa hoc attendi diligenter damnũ, qđ incurrit mutilatus. Verbi gratia, ſi eſt ſcriptor, aut faber, ſiue qualiſcunq. alius artifex,qui cũ manu detracta ſolitus erat ſibi,& familiæ ſuæ uictum quęrere in tali caſu,qui mutilat eum illa manu maiori pœna pecuniaria eſt plectendus, quàm ſi ab eo abſtuliſſet manum ſiniſtrã. Vnde quantũ ad hunc reſpectũ magis debet puniri peculiariter, qui mutilauit pauperem, & egenũ, quã diuitẽ,& potentem, habendus eſt ẽt reſpectus ad facultatem occiſoris. Item ſi caſus fuit fortuitus, uel deliberatus. In tertio uerò damno, ꝙ infertur per uulnerationem, fit ſimiliter ſatisfactio ad arbitrium boni uiri, uel iudicis; in lege tamen ueteri Deus taxauerat modũ ſatisfaciendi. Exod. 21. Si rixati fuerint uiri,& percuſſerit alter proximũ ſuũ lapide,uel pugno, & ille mortuus non fuerit,ſed in lecto iacuerit. ſi ſurrexerit,& ambulauerit ſuper baculũ ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ſ.à pęna mortis ſuſtinenda. Ita tamen, ꝙ operas ſuas, quas. ſ. ne gligerit impeditus percuſſura, & impenſas in medicos reſtituat. In quarto deniq. dãnõ, quod infertur alicui per uerberationem debet fieri ſatisfactio, ſicut prius. ſ. ad arbitrium boni uiri. Et nota, ꝙ omnibus prædictis ſatisfactionibus addenda eſt reconciliatio,& placatio cum lęſo, quãtum eſt ex parte ledentis. Debet n. facere, ꝙ in ſe eſt ad hoc, ꝙ placare poſſit illum,quem læſit. Et ſic patet, quõ debeat fieri ſatisfactio illi, quem quis damnificauit in bonis corporis.

Tertiò principaliter, quis põt alium dãnificare in famã & hono-

& honore. Hoc autem pōt multipliciter fieri, ſcd̄m D. Ant. vbi ſup. §. 3. Primò quidē contumeliā inferendo. Et dr̄ quis contumeliā alteri inferri cum ei in priuato, vel corā aliis dicit uerba importātia defectum notabilē culpæ, ut uocando eum latronē, proditorē, homicidam, adulterum, ſiue paillardum, aut hmōi. Vel etiam, cum dicit ei verba exprimentia defectum naturæ intendens iniuriari, vt vocādo eum baſtardum, ſtrabonem, leproſum, & hmōi. Et hoc propriè vocatur conuitium. Quando igitur quis talia dicit aduerſus aliquē animo iniuriandi vltra offenſam mortalē, pro qua tenetur ſatisfacere Deo, tenetur eā ſatisfacere proximo ſuo, ſic per eum in fama, & honore læſo, & placare ipſum quātum pōt, utpotè, petendo ab eo veniam, vel alio modo. Et hoc in priuato, vel in publico, ſcd̄m ꝙ contumeliam illi intulit in priuato, vel in publico, quia ut dicit Au. & recitatur in decr. 2. q. 1. ſi peccauerit: vbi peccatum ortum fuerit, ibi moriatur. Verum ſi p̄latus ſubdito, pater filio, vir vxori, magiſter diſcipulo, dn̄s ſeruo, dicit verba contumelioſa hoc faciens ad correctionem delinquentis, non tenetur a tali petere veniā. Vnde Aug. in regula de cōi vita clericorum, de p̄latis loquens, dicit ſic. Si etiam ipſi modum uos exceſſiſſe ſentitis, nō à uobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Dicit tamen Rayn. in ſumma ſua, ꝙ ſi prælati hoc facerent multum iniurioſè, & liuore uindictæ, tunc teneretur à ſubdito ueniam petere, & ſibi reconciliare læſum per eos.

Secundò quis pōt alium dānificare in fama, & honore de eo detrahendo. Hoc autem pōt fieri duobus modis. Primò quidem imponendo alicui crimen falſum verbo, cantilena, vel libello famoſo. Et talis tenetur illis corā quib. detraxit declarare ſe falſum dixiſſe, etiā quantumcunq; ei, inde exurgat erubeſcentia, & confuſio. Niſi forſan, ex hoc illi imminere magnū periculum uitæ, vel vbi aliud magnum inconueniens natum eſſet ſequi. Secundò pōt quis alterum dāmnificare in fama, & honore per detractionem, dicendo de eo aliquod criminale, ſed vere ab eo perpetratū occultū tamen, & ita omiſit ordinem obſeruandum circa correctionē fraternam. Talis.n. tenetur reſtituere bonam famā infamato p eſt

quantũ pōt,tñ ſine mēdacio.Non ergo dēt dicere ſe falſum dixiſſe eũ infamando,ſed ꝙ eſt malè locutus de eo, ſiue, ꝙ iniuſtè eũ diffamauit,uel alio congruo mō. Hoſtié.aũt dicit hoc eſſe obſeruandum,niſi ex tali publica recognitione ille, qui iam eſt infamatus,magis infamaretur.Qñ aũt quis non pōt famam alterius reſtituere,debet ꝑ alium modũ recompenſare illud damnum. Tertiò quis pōt proximũ damnificare in fama,& honore,detractiones ab aliis de eo auditas, corã aliis recitãdo,nõ tñ expreſsè aſſerẽdo ſic eſſe,ſed prout audiuit tale,vel tale crimen de aliquo, ꝙ auditores ignorabãt. Qui ergo talia ab alijs audita refert neſcientib.ſi hoc faciat mala intentione.ſ.lędendi famam eius,non pōt excuſari a peccato mortali ẽm D.Ant.Vnde viri graues, & probi, aut tacẽt mala,q̃ de aliquo audierũt,aut ſi de hoc loquunt, ſimul addunt dicentes,ſe talia non affirmare,ſed ab alijs audiuiſſe,qui potuerũt mentiri,aut q̃ ab alijs audierunt, &c. Quartò,quis pōt proximũ dãnificare in fama,& honore,veritatem negando,vt cum quis accuſatur coram iudice de crimine,qđ realiter commiſit,ſed quia eſt occultũ,aut non ſufficiẽter probatum,iõ negat ſe hmõi crimẽ commiſiſſe.Et ita ꝑ talẽ negationẽ imponit accuſatori crimen.ſ.oſtẽdẽs eum eſſe mendacem.Item notat eum de calumnia. Vbi notandũ ſecundum Sco.in 4.ſen.ꝙ ſic negans non tenetur retractare negationem ſuam,qua negauit in publico verũ crimẽ. Nihilominus tenetur ꝑ quædam verba ſobria reſtituere famam illi accuſanti,quem indirectè notauit de calumnia,dicendo. Nõ habeatis eũ pro calumniatore.Credo.n. ꝙ habuit bonã intẽtionẽ me accuſando,vel hmõi.Et ſic patet,q̃uõ quatuor modis pōt damnificare proximum in fama,& honore,quomodo omnibus illis modis tenetur reſtituere famã alterius.

Quartò principaliter quis pōt alium damnificare in temporali ſubſtantia,ſiue per furtũ, aut rapinam, aut iniuſtam rei ſuæ detentionem. Circa quod notanda ſunt quatuor. Primò igitur notandum,ꝙ res furata,vel rapta,ſiue inuenta eſt reſtituenda in propria ſpecie,immò in indiuiduo,ſi ipſa habetur.Nec poteſt dari alia pro ea,eiuſdem etiam bonitatis, niſi fortè in caſu, vbi ex tali reſtitutione in indiuiduo detegitur fur, aut raptor, vel aliud inconueniens ſequi timeretur. Tunc.n.ſufficeret dare precium illius.Et iſtud eſt

contra

contra multos,qui uolunt ſatisfacere, ſiue reſtituere ablatã ad nutum.

Secundò notandũ,ꝙ ſi ipſa res,q̃ eſt iniuſtè ablata,perijt mors,ut anima.,uel aufertur, ut pecunia, nihilominus fur, aut raptor tenet reſtituere ualorẽ eius,ut dictũ eſt prius rñ dendo ad ſeptimã inſtantiam. Similiter, ſi talis deteriorata eſt in bonitate,vel diminuta in precio, ſupplẽdũ eſt preciũ. Verbi gratia. Sortes furatus eſt Platoni equũ valẽtem decẽ aureos,quẽ adeo debilitauit, qꝫ nõ valet amplius, niſi quinque aureos. In tali caſu Sortes debet reſtituere decẽ aureos & non quinq;.Similiter, ſi Sortes furatus eſt ſextarium frumenti,tũc ualens 40. ſolidos, quod tamen tpe reſtitutionis tm̃ valet 20.ſolidos,debet reſtituere duo ſextaria, uel 40.ſolidos. & ſufficit reſtituere bladum pro blado, aut frumentũ pro frumento in quantitate ſm Ray. Quinimmo,ſi tpe intermedio currente inter uſurpationem, & reſtitutionẽ plus ualuit, quàm tpe vſurpationis debet reſtituere ſecũdum aliquos illo pluri precio. Quod credo eſſe verum, ſi ille,cuius erat frumentum, intendebat ipſum vſque tunc conſeruare, & uendere,aut ſi coactus fuerit tunc charius emere. Et nota ꝙ præter hmõi reſtitutionem raptor tenet, ſiue per ſe,ſiue ꝑ interpoſitã perſonã remiſſionem petere de iniuria per eũ alteri illata.Inſuper,ſi eſt res fructificans, tenet fur,uel raptor reſtituere rem,cum omnibus fructib. inde perceptis, & qui percipi potuiſſent à diligẽti poſſeſſore. Verbi gratia.Sortes uſurpauit agrũ Platonis, ex quo per ſingulos annos non percepit,niſi vnum ſextariũ frumenti, & hoc ideo,quia fecit dictum agrum malè cultiuare. Nã ſi fuiſſet bene cultiuatus, ualuiſſet duo ſextaria frumenti.In tali nempe caſu debet reſtituere pro annis ſingulis, quibus uſurpauit ipſum agrum duo ſextaria,& non unum tm̃,niſi forſan ille, qui eſt iniuriã paſſus,libere putaret eũ pro minori. Hoc tñ debet intelligi deductis expẽnſis factis in vtilitatem, & cultiuationẽ ipſius agri,nõ quidem ſuperfluis,ſed neceſſarijs.Similiter, qui furatus eſt equum, cum quo dominus eius ſolitus erat multum lucrari,ſiue ipſum locando curſoribus, ſiue alijs perſonis,ſiue deferendo onera ad ciuitatem, aut huiuſmodi,nõ ſufficit reſtituere equum in propria perſona, & in eodem ualore, ut prius uerumetiam oportet recompenſare damnum dñi

illius ad arbitrium, & æſtimationem boni uiri, aut iudicis diſcreti. Nec excuſatur raptor, ſi dicat, q̧ dictus equus paruam utilitatem ſibi attulit. Non enim ad hoc habendus eſt reſpectus, ſed ad damnum, reportauit dominus illius.

Tertio notandũ, qđ recipiens aliquid à perſona religioſa cõtra voluntatem ſuperioris ſui, tenetur reſtituere, niſi illud in extrema neceſſitate recepiſſet, quæ facit omnia communia. Nã, vt dicit Au. in regula de cõi uita clericorum, & recitaẽ 12.q.1. non dicatis. religioſus nihil debet dare, aut accipere abſq; ſuperioris ſui licentia. Quinimmo ille, qui aliquid recipit à prælato religioſo, ſine cauſa rationabili, utpotè, ex parentela, aut ex ludo, ſiue ob turpitudinem exercendã, teneẽ ad reſtitutionem monaſterio. Inſuper filia religioſi uel abbatis dotata, notabiliter de bonis monaſterijs, tenetur reſtituere dotes, & ſimiliter vir eius cum hoc ſcit, niſi forſan eam moderate dotaſſet, & per modum eleemoſynæ, & omnium horum ratio eſt, quia religioſus non habet proprium.

Quartò notandum, quòd clerici beneficiati tenentur reſtituere illos fructus, quos voluptuosè conſumunt non facientes ſeruitium, ſcilicet, in eccleſia officiando. Nam ad hoc teneẽtr pliciter. Primò quidem ratione dati. Nam poſſeſſiones redditus, & oblationes iſtæ datur eccleſijs, vt offerantur partes ſuffragia, & ſacrificia ad dominum pro illis, qui talia dederunt. Secundò ratione ſacrilegij. Nam tales ſunt ſacrilegij, & fraudant totam eccleſiam, quàm ſuis precibus, & officijs iuuare debent, & illi prodeſſe propoſſe ſuo. Vnde Alexander Papa, & recitatur prima quæſt. 1. ipſi. Ipſi, inquit, ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis precibus ea delent, atque conſumunt, qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Tertiò ratione odij, quia prouocant iram Dei contra populum. Nam ut dicit Greg. in ſuo paſtorali c. 10. & ſimiliter recitaẽ in decr. diſt. 49. c. 1. Cum is, qui diſplicet ad intercedendum mittiẽ irati animus ad deteriora prouocatur. Põt autẽ quæri ſic clericus faciens officij in eccleſia, ſed in mortali peccato faciat, uerè fructus eſſe ſuos. Rñdetur, quòd ſic. Et huius ratio eſt, quia orationes communes, ut officia, miſſæ, vigiliæ, & ſimilia, quæ facit malus miniſter, ut miniſtet proſunt uiuis, & defunctis. Hæc

pro magna parte extracta ſunt, ex ſum. D. Ant. par. 2. ti. 2. c. 3. Et ſic patet, ꝙ reſtitutio debet fieri de tpali ſubſtantia in iuſtè habita. Patet t inſuper, quòd reſtituenda ſunt quatuor bonorum genera, de quibus diffuſè habitum eſt.

Quarta quæſtio eſt talis. Vbi reſtituendũ eſt. Pro ſolutione huius qõnis opus eſt præmittere talem diſtinctionem cõformiter ad eundẽ D. Ant. ubi ſupra. c. 3. Aut. n. ſcitur perſona, cũ debet fieri reſtitutio, aut per diligentem inquiſitionẽ ſciri, põt, aut aĩo ignoratũ. Si ergo ſcitur, vel ſciri põt per debitã inquiſitionẽ perſona cui debet fieri reſtitutio, tunc debet illi fieri reſtitutio, ſiue hęredi eius poſt mortem illius in loco ubi factum eſt ſurtum, ſeu damnum, & pręſertim, qñ vterque eſt ibi præſens, uel etiã ubicunq; creditor, & debitor adinuicem conuenerunt. Quia ſi alter eſt abſens à loco, ubi delictum commiſſum eſt, tunc debet mitti reſtitutio expẽſis illius ꝗ abſentauit à loco. Põt ẽt in prędicto caſu debitor ſignificare uerbo, aut ſcripto creditori, qũo ipſe, uel ſuppreſſo proprio noĩe aliquis eſt, ſibi debitor in tanta, uel tanta ſumma, & ideo mandet, ſi uelit hmõi ſummã ad eũ mitti, & de modo, ſiue per quã perſonã, aut, ſi uelit eam ſibi reſeruari, ſi ue cõuerſari ad tp̃s. Hoc aũt habet locum, qñ creditor multum diſtat, & ſimiliter, qñ eſt quęſtio de re notabilis ualoris Nam ubi eſt quęſtio de modico, & creditor eſt abſens, põt hmõi debitũ erogari in pios uſus pro aĩa illius. Inſuper, ſi res furata, ſit notabilis ualoris, quę tamen nõ põt mitti ad dominũ illius diſtãtẽ abſq; expẽſis, quæ fortè tãtũ aſcenderent, quantus eſt ualor rei, aut plus, tunc ſm̃ Gabrielem in 4. poteſt res diſtribui in pios uſus ad ſalutẽ domini rei. Si autem ignoratur, nec per debitam inquiſitionem põt deueniri in notitiam perſonę, cui fiẽda eſt reſtitutio, tunc res ablata, ſiue ęſtimatus ualor illius debet errogari pauperib. ad ſalutem animæ illius cuius eſt. & hoc loco vbi res ablata eſt. Nam melius eſt, ꝙ uicini ſentiant hmõi cõmoditatẽ, quam extranei, dicit tñ Ray. ꝙ hęc erogatio debet fieri ad arbitriũ diocœſani in cuius diocœſi factum eſt furtum, rapina, uel quodcunque aliud temporale damnum. ¶Et hoc ſemper intelligendum, ubi eſt quęſtio de re nobilis ualoris. Nam reſtitutio rerum parui ualoris cõmittitur diſcretioni debitoris, aut cõfeſſoris illius. Ex p̃dictis ergo patet, ꝙ locus nõ eſt de

neceſſitate reſtitutionis,ſed tm̃ de congruitate.Et ſic patet, vbi ſit reſtituendum.

Quinta qõ eſt talis. Per quos debet fieri reſtitutiõ. Pro ſolutione præmittendum eſt, ꝙ reſtituenda ſunt in duplici dr̃ia. Quędam enim ſunt certa,quędam verò incerta.Loquẽ do ergo de certis dicẽdum eſt,ꝙ talia regulariter debẽt reſtitui per eum,qui ea abſtulit,ſiue talia ſunt furta,ſiue rapinę,aut uſurę. Poſſunt ẽt per interpoſitã perſonam fideliter reſtitui.Et quantum ad hoc eſt meta regula iuris lib.6.quæ dicit: Qui facit per alium,eſt ꝑinde,ac ſi fiat per ipſum.Cautus tñ ſit,qui per alium facit reſtitutionem,ut ille eam recipiat,cui eſt debita,& ꝙ nõ maneat in uia idem inter manus mediatoris.Nec debet confidere in illis confeſſoribus, aut ꝑdicatoribus,qui non quærunt animarũ ſalutẽ,ſed pecuniã. ꝙ ſi ille,qui fraudẽ fecit,non reſtituit alienum,tunc eo mortuo hęres eius ad hoc tenet̃,qđ ſi ſimiliter hoc neglexerit, tunc hæres eius ad hoc tenetur,& ſic hæres hæredis, dũmodo hoc ſciat.Nam hęreditas tranſit cum honore,& onere in poſteros.Vnde dicunt iura.ꝙ hęres conueniri põt, ut ſatiſfaciat ꝑ delicto defuncti, extra de raptoribus.c.ex litteris, Sed quid iuris,ſi publica fama laborat, ꝙ defunctus multa iniuſtẽ,& à multis extorſit,ſiue per rapinas,ſiue per uſuras, aut fraudes,quamuis nullus in particulari cõquerat̃. Certè in tali caſu debẽt hæredes defuncti diligenter inquirere rei ueritatem,quantum poſſunt,ꝙ ſi inuenerint ſic eſſe,notificent,uel notificare faciant illis,quibus debent, ſe offerentes ad reſtitutionem,probatis probandis,quòd ſi nulli inueniãtur,tunc debent pauperibus erogare illa,de quibus eſt publicus rumor,ꝙ ſint per defunctum malè acquiſita. Aliàs eſſet in eis ignorantia craſſa,quæ non excuſat.Et quamuis dicta reſtitutio non proſit defuncto,maximè ſi impęnitens deceſſerit,prodeſt tñ,immo eſt neceſſaria ipſis hęredibus,ſi volũt ſaluari,quia non dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum.de reg.iu.lib.6.Sed quia hæredes ſępe non curant reſtituere malè acquiſita per defunctũ,ideo tutius eſt in ꝓpria ꝑſona,& uita comite reſtitutionem facere. Qđ attendens quidam uir diues diocęſis Rothomagen.in territorio Caletenſi,& quem optimè noui, fecit pauloante obitum ſuũ publicè proclamari,ꝙ qui ſentirent ſe ab eo grauatos fuiſſe in

poſſeſſio-

poſſeſſionibus ſuis, aut hmõi venirent audacter ad eũ, & paratus erat reſtitutionem facere, vbi eſſet facienda, et vſq; ad vltimum quadrantem. Hoc tñ non æquanimiter tulit filius eius, eò ꝙ valde ęſtuaret febris auaritię. Patet ergo, per quos debet fieri reſtitutione certis. Nunc ſupereſt aliquid dicere de reſtitutione incertorum, per quos.ſ. fieri debeat. Circa qđ ſunt variæ opiniones, quas diffuſè recitat D. Anto. in 2. par. ſum. ſuæ. titu. 2. c. 4. Nam quidam dicunt, ꝙ quilibet, ſaltem cum conſilio diſcretorum, poteſt reſtituere incerta ea diſtribuendo in pios vſus. Alij autem dicũt hoc pertinere ad diocęſanum loci. Tandem dictus Ant. declinat ad primã opinionem præter tamen reſtitutionem vſurarum, quæ habet fieri per epiſcopum, ut patet, extra de vſuris. c. quamquã lib. 6. Et ſic patet, quid ſit dicendum ad quintam quæſtionem.

Sexta quõ eſt talis, cui ſit reſtitutio fiẽda. Pro ſolutione huius dubij eſt notandum conformiter ad B. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7. vbi quærit. Vtrum aliquis poſſit facere eleemoſynã de illicite acquiſitis, ꝙ aliquid põt illicitè dici acquiſitũ tripliciter. Primo modo, quia ꝙ acquiritur illicitè, debet ei, à quo eſt acquiſitum, nec ille, qui tale quid acquiſiuit, põt ipſum retinere, ſicut patet in furto, rapina, & vſura. De hmõi ergo bono, ſic acquiſito non põt fieri eleemoſyna, ſed eſt reſtituẽdum ei, qui dedit. Secundo modo aliquid eſt illicitè acquiſitum, ſic ꝙ ille, qui acquiſiuit non põt illud retinere, nec tñ tenetur illud reſtituere illi, à quo acquiſiuit, quia ille cõtra iuſtitiam dedit, & iſte cõtra iuſtitiam accepit, ut in ſimonia, in qua tam ille qui dat, quàm ille, qui accipit, perdit dñium rei datę, quia vt hř 1. q. 1. quicunque. pecunia ſimoniacę accepta eſt anathema accipienti, & anathema dãti. Hmõi ergo pecunia non eſt reſtituenda danti, ſed ẽ in pios vſus conuertenda. Tertio modo aliquid eſt illicitè acquiſitũ non quidẽ, ſic ꝙ ipſa acquiſitio ſit illicita, ſed quia illud, per qđ acquiritur eſt illicitum, ſicut patet de eo, ꝙ mulier acquirit per meretricium, quod propriè vocatur turpe lucrum, quod enim aliqua mulier exerceat meretricium, turpiter, & dãnabiliter agit, quia contra legem Dei, ſed tamen aliquid inde accipiendo non iniuſtè agit, neque contra Dei legem. De eo ergo, quod iſto tertio modo acquiritur, poteſt retineri, & eleemoſina fieri, niſi forſan eſſet aliquid ſuperfluum, ꝙ me-

retrix p fraudē,& dolū extorſiſſet, quia illud reſtituendum.

Circa hoc aūt quęritur, vtrū acquiſitū in ludo alearum ſit reſtituēdum ei,à quo eſt acquiſitum. Ad hoc dubiū rńdet B. Th. vbi ſup. in Io. ad ſecundū di. ꝙ ſi quis per talē ludū aliqd acquirat ab eo,qui nō pōt rem ſuam alienare,vt ſunt pupilli furioſi adde ēt,& religioſi talis tenetur reſtituere,quod ſic acquiſiuit tutorib. talium,vel monaſterio,eo ꝙ talis acquiſitio eſt contra ius diuinum. Et ſecundum eundem Doctorē idē iudicium eſt,cum quis alium trahit ad ludū ex cupiditate lucrandi ſecus,ſi cauſa recreationis. Item,ſi fraudulenter lucretur. Nam in his caſib. lucrum tenetur ad reſtitutionē. Nec à peccato excuſatur,aut liberatur,ſi inde eleemoſinam faciat. Si aūt in tali ludo,quis lucretur ſine fraude,& cupiditate,& ſimiliter ab eo,qui pōt rē ſuā alienare talis nō tenet ad reſtōnem pſertim in patria,in qua habitatores nō ſubdūtur legib. imperialib. ſicut in Gallia, quæ quidem leges pcipiunt illud,qđ ſic acquiritur reſtituēdum, quinimmo reprobāt hmōi ludum, vt patet. ff. de aleatorib. l. ſolent. Addit ēt B. Th. vbi ſup. ꝙ in patria,in qua viuitur ſcđm leges imperiales,quo tñ,quo ad materiā,de qua eſt,ſunt obrogatę, ſunt p contrariam conſuetudinem lucrans non tenetur reſtituere, qđ acquiſiuit in hmōi ludo,ſed pōt ſibi illud licitè retinere, aut inde eleemoſinam facere ſine tñ ſic,ſiue ſic bonū eſt valde ſalubre,atque tutius, ꝙ confeſſori inducat pęnitentem, quē inuenit tali ludo operā dediſſe,& lucraſſe, vt diſtribuāt in pios vſus,qđ ſic acquiſiuit. Non eſt tñ ad hoc cogendus, neque abſolutio eſt illi deneganda, ſi hoc non velit facere, niſi in caſibus prędictis. Et de hoc plura ſcripſi ſuperius, videlicet 3. par. 2. tract. c. 6. de manu luſoria per totū,& ſignanter ſub num. 222. De reſtitutione ēt rerum inuentarum,cui debeat fieri ſufficienter oſtenſum eſt ſupra, videlicet 3. par. 2. tract. c. 2. de manu furatoria,ſub nu. 185. vide ibi.

Circa tñ reſtitutionem rerū inuentarum ſunt multi abuſus. Nam multi ſunt,qui nihil inde faciunt, ſed quicquid in uia ſua,aut ſodiendo terrā, ſiue materiam deſtruendo inueniunt totum ſibi vſurpant,& propriis vſibus applicant. Alij aūt partem reſtituunt,quib. reſtituere debent pręſtito iuramento, ꝙ non plus receperunt,& per cōſequens turpiter peierant. Alij componunt, cum illis non habent plenus ius in

huiuſ-

huiuſmodi bonis dantes eis unam partẽ, vt relaxaret aliã. Circa quam relaxationẽ, ſeu remiſſionem notandum, ꝙ ſi libera fiat, utputa, ſine fraude, & coactione totum, qđ relaxator efficitur debitores. Verbi gratia. Sortes inuenit caſu fortuito centum aureos, quos per debitam indagationem cognoſcit pertinere Platoni. Venit ergo ad Platonem, dicẽs ei. Ecce talem ſummã, quã audio uobis pertinere illã integrè uobis reſtitutio. Quo viſo Plato donat ſibi vltra mediã partem. In tali caſu, qui eſt ſine fraude Sortes põt recipere medietatem illã, quæ ſibi offertur cum ſit donatio liberè facta inter partes. Si verò Sortes dicat Platoni. Quid dabitis, & reſtituetur uobis ſumma, ꝗ perdidiſtis, vel ſi expreſſius dicat, ſi velitis tm̃ dare, inuenietis bonaq; de burſa, ſeu pecunia veſtra, ergo ſi uolens extorquere vnam partem, vt reſtituat aliam, cum tñ nullas miſias, nec labores aſſumpſerit in inuentione hmõi burſæ, & tunc, ſi Plato relaxaret ſibi vnam partem, vt habeat aliã talis relaxatio, ſiue remiſſio non vr̃ tribuere eius ipſi ſorti ſuper portione, quã ſibi remittit Plato, eo ꝙ hmõi remiſſio non ſit plenè liberè, Vnde Sortes tenet reſtituere illam portionem, quæ in tali caſu ſibi remittitur. Plato.n.vr̃ inuitè, & quaſi coactè feciſſe talem remiſſionem. Deſperabat.n. ſiue non æſtimabat ſe poſſe tale debitũ à Sorte habere, vel non ſaltem poſſe totum habere, niſi partẽ remitteret. Et ideo potius voluit habere partem, quã nihil dubitans, ne nihil haberet, ſi totum habere vellet. Talis ergo remiſſio non valet, ſed ſemper manet Sortes obligatus reſtituere, quod inde percepit, & hoc ſaltem in foro conſcientiæ, & quo ad Deum. Et idem iudicium eſt de vſurario, qui componit cum illo, cui dedit ad vſuram, vt putet eum pro tali, vel tali quota, ſeu parte. Veriſimile enim eſt, quòd in tali caſu pauper facit talem remiſſionem partialem inuitè, quia libenter haberet illud totum, quod per modum vſuræ dedit. Et ſic patet, quod talis cõpoſitio, ſiue circa res inuẽtas, ſiue circa vſuras receptas, eſt damnabilis, & periculoſa, niſi forſan paupertas, & rerum inopia ad hoc induceret inuẽtorẽ, qui rẽ inuentam, forte iam conſumpſiſſet, nec ualet ualorẽ integrè reſtituere. Sunt autem alij, qui gratis reſtituunt inuenta, & quod amplius eſt, reſpuunt illud, quod eis vltro pro vino ſuo ex quadam vrbanitate, & beneuolentia

offertur, ſicut ſequens declarat exemplum.

Refert.n.Aug.de uerbis Apoſtoli.ſer.19.de quodam uiro paupere,ſed iuſto, qui tpe ipſius Aug.apud Mediolanum inuenit ſacculũ nũmis plenũ, quo inuēto poſuit pitaciũ in publico ,ſic dicens. Qui talem ſummam perdidit, ueniat ad talem locũ,& talem uirum quærat. Ille ergo,qui dictam sũmã pdiderat, & qui plangens vagabat̃ p uicos ciuitatis à caſu dictũ pitacium legit, & mox ad inuentorē cucurrit. Datiſque certis indiciis recipit totã ſummã. Non dixit, qui amiſerat,totam recipiã,ſed volo,inquit,inuenrori, ut habeas decimam partē. Ille renuit. Saltem,inquit, recipe 20.ſed noluit. Saltem 10. Noluit. Saltem 5. Et hoc ſimiliter renuit. Ad minus,inquit,recipe paruam partem. Similiter renuit. Quo uiſo,ſtomachi abundans homo ille proiecit ſacculum d. Nihil perdidi,ſi non vis à me aliquid accipere. Deinde ſubdit idē Aug.admiratiuè loquens,& dicens. O quale certamen fratres. Tandem alter uictus,quod parum offerebatur,accepit. Et continuò illud totum pauperibus erogauit,nec vnum denarium ſibi retinuit. Hæc Aug.vbi ſupra. O quot ſunt hodie pauci tales ſuper terram.

Quæritur finaliter circa materiam de reſtitutionib. quõ vxor,quę concepit filium per adulterium,quem vir ſuus credit ſuum poterit reſtituere illa, quæ ipſe filius ſpurius conſumit de bonis patris putatiui,& ſimiliter de hæreditate in toto,vel in parte,quàm percipit ſuccedendo patri putatiuo. Hoc dubium diffusè terminat D.Ant.2.par. ſum. ſuæ,tit.2. c.7.§.4. Et prædicto caſui ſimilis eſt alius caſus, qui ponitur extra de pę.& re.c.officij,videlicet,de quadam muliere ſupponente ſibi alienum partum, quem vir eius reputãs ſuum ipſum nutriuit,& tãdem hæredem inſtituit. Circa hoc ergo quæruntur aliqua dubia.

Primum eſt,vtrum talis mulier debeat reuelare dictũ caſum marito ſuo. Ad quod rñdet,ꝙ vbi imminet aliqđ ſequētium periculorum,non dēt hoc reuelare marito ſuo. Primũ periculũ eſt in ſuiipſius fama. Nam hoc reuelando,ſi prius erat bonæ famæ apud virũ ſuũ ipſo facto incipit eſſe malæ famæ apud eundem,& ſic ſeipſam diffamaret, & ſcandalizaret ẽt turpiſſime. Hoc aũt eſt ualdè periculoſũ, & ſignanter in muliere. Nã ut hr̃ Prou.22. Melius eſt nomen bonum, q̃ diuitiæ.

diuitiæ multæ. Secūdum periculum eſt odij mortalis. Nam propter adulterium aliqui uiri, adeo exoſas habuerunt uxores ſuas, qđ ipſas occiderūt, ſimiliter, & adulteros ſuos. Tertium periculum eſt dimiſſionis, Nam ubi hoc innoteſceret uiro poſſet de facili vxorē ſuā derelinquere, uel à ſe abijcere. Quo facto uterque poſſet faciliter adulterari. Inſuper ex tali dimiſſione poſſent maxima odia oriri inter parētes mulieris, & uirum ſuum. Quartum periculum dicitur in probabilitatis. In tali enim caſu, nec vir, nec filius, nec ēt publicus iudex tenet credere mulieri hoc reuelanti, niſi forſitan probet dicta ſua per infallibilia ſigna, aut per uiolentas probationes, ſiue per idoneos teſtes, & ſic additur ſcandalum ſcādalo. Quid ergo debet talis mulier facere pro aquitamento cōſcientiæ ſuæ, ad hoc dicunt cōiter doctores theologi, ꝙ ſi præmoriatur uiro ſuo dēt hoc dicere ſuo cōfeſſori, extra cōfeſſionē, & n pſētia aliquorū, ſi videat ſibi bonum, & ꝙ non uellet eā ſcandalizare, ſi rediret ad ſanitatē, & ꝙ ea mortua hoc factū notificent uiro ſuo, & hoc, ne filius putatiuus occupet in toto, uel in parte hæreditatē patris putatiui in pꝛiudicium uerorum hęredum. Dicit tñ dñs Ant. ubi ſupra, ꝙ mulier adultera tenetur in tribus caſibus reuelare pdictum factum marito ſuo, uel alijs perſonis, extra confeſſionē. Primus eſt, ſi ipſa eſſet apud maritum ſuum, & alias pſonas vehementer, & grauiſſime ſuſpecta de adulterio. Secūdus eſt, ſi uehementer, aut ualde probabiliter credit, ꝙ nullū de ſupradictis periculis ſequeretur, ut potē, ſi uir eius ſuſtinuit, ſiue conſenſit in adulterium eius. Nam aliqui, & ſignāter pauperes, libenter hoc ſuſtinent, quinimmo qñque tradunt uxores ſuas diuitibus, ut ab eis ſuſtententur. Tertius eſt, ſi firmiter præſumat, ꝙ filius ſpurius cedet bonis mariti ſui. Vbi ergo iſta tria concurrerent, qđ difficillimū eſt, talis mulier deberet dictum factum marito, ſiue tutoribus filiorum ſuorū, poſt mortem patris reuelare ad deonerandum conſcientiā ſuam, & ad conſeruandum legitimos hęredes mariti ſui indēnes. Nec tñ debet manifeſtare adulteriū pp periculi perſonę uitandū, & ne infirmet, ſiue ſcādalizet. Inſuper, ſi ante dictā manifeſtationem hmōi filius putatiuus, iam aliqua cōſumpſiſſet de bonis mariti ſui ipſa tenet ſatiſfacere, potiſſimè ſi habeat bona parafrenalia, aut de lucro ſuo, & hmōi.

Secun-

Secundum dubium eſt. Vtrum filius ſpurius debet credere bonis patris putatiui, ubi mater declarat eũ eſſe tale. Rñdetur, quòd non ſaltem in foro exteriori, nec forſan ad hac tenetur in foro interiori, & præſertim, ubi habet ſufficiens motiuum dubitandi, an mater in hoc uerum dicat. Hmôi aũt motiuum eſſe multiplex. Primum eſt maior. Sunt.n. aliquæ mulieres, ita inordinatę diligẽtes aliquos de filijs ſuis, quòd libenter uellent eos oĩa hr̃e, & quòd alij mitterẽtur ad hoſpitale. Secũdum motiuum eſt ſtultitia, qñ.ſ. mulier eſt fatua, & leuis, atque pertinax in ſuo ſenſu. Tertium motiuũ eſt incertitudo, cum.ſ. non conſtet eam eſſe, uel fuiſſe certã, ꝙ hunc filium cõcepit de adulterio, & non de legitimo matrimonio. Nõ.n. põt hoc factum eſſe oĩ mulieri adulterę certum. Vbi aũt mulier. eſt prudens, & diſcreta. Item infallibiliter certa, ꝙ talẽ filium concepit ex adulterio, quẽ ẽt amat, tanquam alios filios ſuos legitimos, cui ẽt ualde diſplicet, ꝙ talis filius ſit illegitimus, & per cõſequens nullum ius habens in bonis mariti ſui, tunc ur̃, quòd rõnabiliter debeat ipſe filius illi credere, ubi reuelat ſibi, quòd ſpurius eſt, & per conſequens, quòd debeat cedere hæreditati patris putatiui. Vnde tñ, inquit, Scotus, qui ualde bene diſcutit hanc materiam diſ. 15. quarti. Paucos reperire eſt, qui ſint ita perfecti, vt ſint parati pro ſeruãda iuſtitia in foro Dei dimittere magnas poſſeſſiones, quas poſſunt retinere iure fori, i. exteriori foro, & qui inſuper uelint ſpurij reputari. Et ideo matres non tenentur hoc reuelare hmõ filijs, niſi ſint multum ex parte de bonitate talium. Nõ enim debent ſe exponere periculo damnationis apud filios ſuos propter euentũ incertum. Reſolutorie ergo dicendum, quòd ſi talis filius ex uerbo matris credat indubitanter ſe ſpurium tenetur omnia bona, quæ habuit à patre putatiuo reſtituere cęteris filijs alijs hæredibus dicti patris. Et ad hoc tenetur ſecũdũ Deũ, ſiue iure poli non tamen iure humano, ſeu iure fori. Vbi autem non habet ſufficientem cauſam rationem hoc credendi, tunc nullo iure tenetur talia bona præcepta, aut percipienda à padre putatiuo reſtituere.

Tertiũ dubium eſt, quid agere debeat mulieri in p̃dicto caſu, ubi p̃cedentia remedia nõ p̃ſunt. Rñdet Scotus, ubi ſupra, aſſignãs triplex remediũ. Primũ eſt, ꝙ quãtũ p̃t debitis,

&

& honeſtis medijs inducat talē filium ad religionis ingreſſum, ubi tamen regulariter uiuitur, ne, ſ. cupiens uitare Charibdim incidit in Scyllam. Secundum remedium eſt, ut fiat clericus, & quod caute prouideatur. Vbi de diſpenſatione tū ad ſacros ordines ſuſcipiendos, tum ad eccleſiaſtica beneficia accipienda, & percipiēda. Quibus perceptis meritò, iam contentus, dimittat hæreditatem patris putatiui legitimis filijs in ſæculo remanentib. Si tamen per nullam perſuaſionem honeſtam prædicta mulier flectere pōt cor talis filij, ut hæreditatem dimittat nō vř, quòd debeat ſe prodere illi, cū nō ſit certa, ꝗ talis ab ea impſuaſibilis, in alijs tā licitis, & honeſtis flecteretur ex illa reuelatione, immo fortè tenacius retineret hæreditatē, ne ſpurius putaretur, maximè cum talem notā caueāt multum malè nati. Tertium remediū eſt, ꝗ ubi talis filius non vult intrare religionem, nō fieri eccleſiaſticus laboret ipſa mater, quantum pōt, ne veri hæredes defraudētur hæreditate ſua, ſiue in toto, ſiue in parte, ita, ſ. ꝗ laboribus, & ſudorib. ſuis ſupereroget ſuper illud qđ tenetur ratione vinculi matrimonialis. Vel etiam de paraſernalibus, ſi quæ habet, aut de dote ſua, ſi illam in ſua poteſtate habeat. Per talia ergo remedia ſtudeat talis mulier reddere, tam uirum ſuum, quàm legitimos hæredes indemnes, quòd ſi nec, ſic nec, ſic prouidere poſſit dicto caſu nunc dolet, quòd non poteſt aliter ſatisfacere proponendo, quòd ſi quandoque peruenerit ad pinguiorem fortunam melius aget.

Quartum dubium eſt parte alteri, cuius eſt filius ad quid tenetur. Ad hoc reſpondet dominus Ant. vbi ſupra, dicens, ſi ſcit, uel ueriſimiliter credit illum eſſe ſuum, vbi ipſa mater non poteſt ſufficienter recompenſare expenſas, quia dictus filius facit de domo patris putatiui, tunc ipſe tenetur patri putatiuo, de huiuſmodi expenſis factis in educatione talis filij, ſecundum tamen poſſibilitatem ſuam. Et huius ratio eſt, quia ipſe dedit cauſam efficacem tali dāno. Nam, ut habetur extra de iniurijs, & dā. da. ſi culpa. qui occaſionē damni dat, dānum dediſſe vř. Si uidet ipſi adulter, de hoc dubitat fortè ex eo, quòd mulier eſt leuis, & cum alijs adulteratur, uel etiam, quia ipſamet adultera dubitat, utrum, talis filius ſit mariti ſui, uel adulteri, relinquatur iudicio

Dei,cui omnia nuda ſunt, & aperta. Nec ſtante tali dubietate uidetur obligari ad reſtitutionem, quia ut habetur in decr. di. 33. habuiſſe.Indecens eſt,vt in re indubia certa detur ſententia,nihilominus in nullo caſu ad obuiandum huiuſmodi periculis,uel malis debet adultera, uel adulter quęrere abortiuum,uel mortē paruuli, quia ut legitur 20. q.2. faciat. Debet homo facere pro temporali ſalute hominum quod poteſt,Et ſic patet diffusè, qūo mulier, quæ concepit ex adulterio,tenetur ad reſtitutionem bonorum,quæ cōſumit,aut percipit filius eius ſpurius. Patet ergo, qūo debeat in tali caſu prouidere ſuæ ſaluti, & ut reddat filios ſuos legitimos indemnes,quo ad hæreditatem patris. Patet etiam grauitas peccati adulterij,quod implicat in multa inconuenientia, à quibus raro mulieres ex adulterio concipientes ſe debitè abſoluunt,ſiue propter ignorantiam agendorum, ſiue propter uitandum ſcandalum. Multa autem alia eſſent dicendi circa materiam de reſtitutionibus, ſi non obſtaret prolixitas, & lectoris attediatio in clauſione huius uoluminis. Studeamus ergo chariſſimi aliena,ſiqua ſunt efficaciter,aut ſaltem pro poſſe reſtituere,ut nobis ab omnipotenti Deo remittantur debita noſtra. Animaduertentes, quod non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum,ut dicit Aug. in epiſtola ad Macedonium, & ſimiliter recitatur 44. q.6. ſi res, quòd ſi pro poſſe aliena reſtituerimus bono, & pio effectu,reſtituet etiam nobis Dominus gratiam ſuam in præſenti, & tandem conferet gloriam in futuro. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto,qui cum Patre,& Spiritu S. uiuit, & regnat per ęterna ſęcula. Amen.

FINIS.

398.200

REGISTRVM:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy.

Tabula per ſe patet.

VENETIIS,

Ex Typographia Ioann. Anto. Bertani.

M D X C I I.